14
21 P
27

M.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
16. b

6 . B . 18.

6.B.18.

6
B
18



Colleg. Rom. Soc. Jes. Catal. Inscrip.

ZACHARIAE EPISCOPI CHRYSOPOLITANI,

uiri ſuo tempore celeberrimi, in unũ ex quatuor ſiue de concordia euangeliſtarum, libri quatuor, iam nunc primũ typis excuſi.





Vt apertius intelligas quid hic expectes, memineris quatuor euangelia in unum continuum opus ab AMMONIO redacta, hic à Zacharia quatuor libris explicari. quos quanti facere debeas, ipſe cum legeris, iudicabis. nam bona merx non eget præcone.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ADEST Vocabulorum quorundam Hebraicorum ſiue Græcorum ſeu alioqui difficilium, per modum indicis interpretatio ſiue etymologia.

Cum gratia & priuilegio Imp. *ad Quadriennium.*

Eucharius Ceruicornus excudebat, anno 1535.



VOCABVLORVM QVORVNDAM DIFFICILIVM IN SAcris paſſim obuiorum, interpretatio.

AAroo, mons fortitudinis, uel mõs eorum.

Abel, luctus uel uanitas, uel cõmitẽs, uel pauor, uel miſerabilis, uel iuſtus.

Abia, pater meus iuſtus uel dominus, uel patris mei abundantia.

Abiathar, pater ſuperfluus.

Abilina, nomen eſt regionis Iudæorum & nomẽ hominis, & interpretatur pater.

Abiud, patris robur, uel pater eorum, uel pater meus iſte.

Abraam pater uidẽs populum uel multitudinẽ, uel pater multarum, ſubaudis gentium.

Achaia, frater quis, uel frater eius, uel frater dñi, uel frater meus dominus.

Achaz, continens uel apprehendens.

Acheldemach, eſt Syrum, & interpretatur ager ſanguinis.

Achim, frater meus, uel ueruntamen uir, uel frater uir, uel quomodo eſt, uel ignorantia.

Aegyptus, tenebrę, uel tribulatiões, uel anguſtię.

Agonia, certamen.

Alabaſtrum, ut ait Beda in Lucã, eſt genus marmoris candidiſſimi, & uarijs coloribus intertincti, quod cauari ſolet ad uaſa unguentaria.

Alexander, leuãs uel auferẽs anguſtiã tenebrarũ.

Alphæus ſuper os oris, uel milleſimus, id eſt, perfectus, uel doctrina eius, uel doctus, ut ait Beda in Lucam.

Amen, uere, uel fidelis, uel fiat.

Aminadab, populus meus ſpõtaneus uel uoluntarius, uel pater meus urbanus.

Amon, fidelis uel mittens uel donans uel onus uel onuſtus.

Amphora, uas ad aquam.

Andreas, decus in ſtatiõe, uel decorus, uel reſpõdens pabulo. Melius eſt autem, ut ſecundum græcam etymologiam ab andros, hoc eſt, à uiro uirilis dicatur.

Angelus, nuncius.

Anna, reſponſio uel reſpondens, uel gratia eius,

Antiochia, paupertatis ſilentium.

Apex aliqua literæ particula in ſummo.

Apocalypſis, reuelatio.

Aram, excelſus uel electos.

Archelaus, agnoſcens leo, uel principatũ tenẽs.

Architriclinus, princeps trium honorum.

Arimathia, altitudo eius, uel exaltatus eſt ipſe. ipſa ẽ Ramathaim ciuitas Helcanæ & Samuelis in Iudæa.

Aſa, ſuſtollens uel attollens uel factura.

Aſer, beatus uel beatitudo.

Aſia, eleuatio uel eleuans uel eleuata, uel gradiẽs uel auferens.

Azor, adiutus.

Azymus, ſine fermẽto. nam zyma eſt fermentũ.

BAbylon, confuſio uel tranſlatio.

Baptes tinctor, inde baptiſta.

Bar, eſt Syrum, iona Syrum & græcum.

Barabbas, filius patris.

Barachias, benedictus dñi, uel benedictio dñi.

Bariona, filius columbæ.

Barrabas, Hebraice filius magiſtri eorum, & filius magiſtri ueſtri.

Bartholomæus, filius ſuſpendẽtis aquas uel me.

Bartimæus, filius Timæi. quod interpretatur honorificus uel floridus, uel appreciatus. Nam time honor, timo floreo uel honoro ſiue honoror, timen precium.

Beel, interpretatur habẽs, uel uetuſtas, uel abſq; uentre.

Beelzebub, habens muſcas, uel uir muſcarum. In ſine eſt b, non l. zebub enim eſt muſca. baal uero interpretatur habens, uel uir, uel uetuſtas, uel deuorans, Hoc Hieronymus. Beda uero ait in Lucam: Beelzebub eſt deus Accaron, nã Beel ipſe eſt Baal.

Berſabee, dicta eſt mater Salomonis. Dubitatur autem, utrum mater Salomonis, uxor ſcilicet Vriæ, uocata ſit Berſabee, per r, an Bethſabee per th, uel per ſolum t. Dicit Euſebius in gloſario, quem traxit ex Hebræis, quod Berſabee per r, uicus eſt grandis, & interpretatur puteus iuramenti, eo quod ibi Abraã cum Abimelech fœdus ſociauit iurando. Cui conſentit Geneſis in capitulo XXI. his uerbis: Statuit Abraã ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimelech: Quid ſibi uolunt ſeptem agnę iſtæ, q̃s ſtare feciſti ſeorſum? At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea, ut ſint I teſtimonium mihi, quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco uocatus eſt locus ille Berſabee, q̃a ibi uterq; iurauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramẽti. In ueteri autem quodam gloſario inuenitur hęc litera: Betſabee interpretatur filia ſaturitatis, ita tamẽ, ut prima ſyllaba correpta ſit. nam quando producitur per th ſcripta, ſemper domus interpretatur, ut in Bethleẽ. Huic conſentit Hieronymus, quẽ ueritas Hebraica non latuit, dicens in expoſitione paralipomenõ: Bathſua mater Salomonis in paralipomenon dicitur filia Amihel, & interpretaƭ Bathſua filia deprecationis. in libro Regum Bathſeba filia Eliã, filij Achitophel, & interpretatur filia ſeptima. uel filia ſatietatis uel filia iuramenti. Hæc Hieronymus. Literatiores q̃q; inter Iudæos affirmant, quia Bat proprie dr̃ filia. & quia puteus neq; per ber, neq; per bat ſignificatur. Aſſerunt etiã, quod ber eſt puteus. beri, puteus meus. berot, putei pluraliter. Vñ ſatis mirandum, quare quidam magiſtri dicãt, quod Bethſabee interpretaƭ puteus ſatietatis, uel puteus ſeptimus.

Bethania, domus afflictionis eius, uel obediẽtiæ.
Bethleem, domus panis. Altera Bethleẽ eſt in tribu Zabulon.
Bethphage, eſt domus oris uel buccæ, uel maxillarum uel labij, Syrum eſt, & eſt uiculus ſacerdotum in monte oliueti ſitus.
Bethſaida, domus frugum uel uenatorum, ciuitas eſt Galilęę. unde Petrus & Andreas & Philippus fuerunt.
Bethſaida eſt etiã piſcina in Ieruſalem, dicta probatica à probare, id eſt, oue.
Bimatus, duo anni. Imatos em̃ gręce eſt annus.
Boanerges, quod corrupte dicit̃ pro banere, eſt filij tonitrui.
Booz, in fortitudine, uel in quo uirtus, uel in ipſo fortitudo.
Byſſus, genus lini candidiſſimi & molliſſimi.

C

CAdus, amphora trium urnarum, ut ait Beda. Cadus eſt etiam uas uinarium ſecundum quoſdam.
Cæſar poſſeſſio principalis.
Cæſaria, poſſeſſio principis.
Caiphas, inueſtigator uel ſagax, ſed melius uomens ore.
Calix, à calida potione qua utuntur cõuiuantes.
Caluariæ, locus ubi damnati capite truncabant̃.
Capharnaum, ager uel uilla conſolationis, uel uilla pulcherrima.
Catinum, uas fictile ſali aptum.
Cedron, triſtis mœror uel dolor.
Cephas, petrus. Syrum eſt.
Chana uicus eſt Galilææ, ubi dñs uertit aquam in uinum, nominis cuius interpretatio eſt poſſeſſio, uel poſſedit, uel zelus.
Chananæus poſſeſſio uel poſſidens, uel zelotes, id eſt, imitator.
Chlamys, pallium non conſutum, ſed fibula infrenatum.
Chriſtus græce, meſſias hebraice, unctus latine.
Chuza, Aethiopia.
Cilicium eſt, quod cõtexitur de pilis caprarum.
Cleophas, increpans ore.
Clibanus eſt, ut ait Caſſiodorus, ænei uaſculi coquendis panibus deducta rotunditas, quę ſub flammis ardet intrinſecus.
Coccineum, inter rubeum & purpureum.
Cohors, quingentorum militum multitudo.
Corban, donum.
Corbana, donum uel oblatio uel gazophylaciũ.
Corozaim, hoc eſt, myſterium meũ, uel caluitiũ hoc, uel caluaria hæc. Oppidum eſt Galilææ.
Corus menſura xxx. modiorum, & muſicum inſtrumentum.
Cyrene, hæres.
Cyrinus, ut ait Hieronymus, interpretatur hæres, quod melius ſcribitur per q, ut dicat̃ Quirinus.

D

DAemon uel dæmoniũ, ſciens uel callidus.
Dalmanuta, paupertas ueniens.
Daniel, iudicium dei, uel iudicat me deus.
Dauid, manu eſt fortis uel deſiderabilis.
Debilis, eſt per bilem factos fragilis.
Decapolis, regio decem urbium.
Decurio & decumo unum eſt. i. decanus curialis.
Diabolus, defluens uel deorſum fluẽs Hebraice, græce autem criminator.
Didrachma, pars unciæ quarta.
Dipondius uel dipondium, eſt põdus leuiſſimũ, duo minuta continens.
Didymus, dubius.

E

EFfeta, adaperire.
Effrem, creſcens uel frugifer.
Eleazar, deus meus adiutor, uel dei adiutorium.
Eleimon, miſericors. hinc eleemoſyna, miſericordia.
Eliachim, dei reſurrectio, uel de⁹ reſuſcitauit, uel deus reſuſcitans.
Elias dñs meus, uel deus meus, uel fortis dñi.
Eliſabeth, dei mei ſaturitas, uel iuramentum, uel ſeptimus.
Eliſeus, domini mei ſalus.
Eliud, deus meus iſte, uel dominus deus.
Emanuel, nobiſcum deus.
Emaus, populus abiectus.
Enon uel ennon, ecce hęc, uel ecce ſunt.
Encænia noua dedicatio, uel eccleſiæ dedicationes. Cænon enim gręce, nouum dicitur, ut ait Auguſtinus xcij. capitulo Iohannis.
Eſaias, ſalutare dei. Iſaias, ſalus domini. Vtroq; modo inuenitur ſcriptum & interpretatũ in libro Hieronymi Hebraicorum nominum.
Eſrom, ſagittam uidens, uel ſagitta uiſionis, uel atrium eorum, uel atrium iuſtitiæ, uel fortis, uel iraſcens.
Ethnicus gentilis. Ethna, gens.

G

GAbbata, collis uel ſublimis.
Gabriel, fortitudo dei, uel uir deus meus, uel confortauit me deus.
Galilęa, tranſmigratio perpetrata, uel uolubilis, uel rota. Duæ ſunt Galilææ. una uicina Tyrijs, de qua ſcriptum eſt, Galilææ gentiũ. altera circa Tiberiadem & ſtagnum Geneſareth.
Gazophylaciũ, ut ait Beda, eſt locus ubi gaza ſeruatur. Nam phylaxe græce eſt ſeruare. gaza, lingua perſica diuitię. Inde gazophylax, id eſt, gazæ cuſtos.
Gehẽna, de ualle ſunt, uel uallis gratuita, uel uallis grauida, uel uallis Ennon.
Geneſar, ortus principium,
Geneſareth, idem ſtagnum eſt quod mare Galilææ, uel mare Tiberiadis. græco autem uocabulo quaſi generans ſibi auram dicitur.
Geneſar prouincia eſt inde dicta.
Gethſemani, uallis pinguium uel pinguedinum. Locus eſt ad radices montis oliueti, ubi nunc eſt eccleſia, ut ait Beda in clxxij. capit. Marci.
Geraſa uel Gergeſi, ut ait Beda, colonum eijciẽs uel aduena propinquans. Secundum alios eſt Geraſa urbs inſignis Arabiæ, & interpretatur

ruminatio. Geraſeni ruminātes. Hieronymus ait quia geraſeni interpretatur ſuburbani, uel coloni uidemus.

Golgatha, caluaria. Syrum eſt.

Gomorra, populi timor, uel ſeditio uel cęcitas.

Grabbatū græcū eſt, & dr̄ inclinati capitis, ſuſceptio Gara eīm græce apud Boetes caput uocat.

H

HErodes pellicius glorioſus, uel pellicium glorioſum,

Herodias, formido uel mergens uel ſeptimus.

Hieroſolyma uiſio pacis.

Holocauſtum, totum incenſum. nam holō totū, cauſtum uero dicitur incenſum.

Hydor, aqua. Inde hydropic⁹, & hydria uas aquę.

Hyems, frigus uel ſterilitas.

Hymnus græcum eſt, & interpretatur laus carminum. lege compoſita, ut ait Caſſiodorus. Secundum Auguſtinum eſt hymnus canticū laudis. Secūdum Hieronymum eſt hymnus laus dei cum cantico, Ergo niſi hęc tria habeat, ut ipſe ait, non erit hymnus,

Hypocrita, ſimulator,

I

IAcob uel Iacobus, ſupplantator.

Iairus, illuminans uel illuminatus.

Idumea, ruſa uel terrena uel ſanguinea.

Iechonias, ꝑparatio dei, uel ſic factus, uel ulciſcit.

Iericho, luna uel odor eius, ut ait Hieronymus.

Ieremias, excelſus domini.

Ieruſalem, uiſio pacis, uel timebit perfecte.

Ieſſe, inſulæ, libamen, uel ſacrificium, uel incenſum, uel incendium.

Ieſus, ſaluator,

Iezechias, apprehendens dominum, uel fortitudo domini, uel fortis dominus, uel confortauit dominus.

Ioathan, eſt perefectus uel conſummatus.

Iohānes, in quo eſt gratia, uel domini gratia, uel cui datum eſt.

Iohanna, dominus gratia eius,

Iona, colūba mea, uel ubi eſt donatus, uel dolēs.

Ioram, qui eſt ſublimis, uel manus ſublimiū, uel ubi eſt ſed melius ſublimabitur.

Iordanis, deſcenſio eorum.

Ioſaphat, ipſe iudica, uel iudicans, uel domini iudicium, uel dominus iudicauit.

Ioſeph, augmentum uel appoſitus.

Ioſias, cuius eſt ſacrificiū domino, uel in quo eſt incenſum domini, uel domini ſalus.

Iota, id eſt, i litera minima uno ductu facta.

Iſaac, riſus uel gaudium,

Iſachar, merces

Iſcarioth, memoria domini.

Iſrael, eſt uidere deum, uel uir aut mens, aut homo uidens deum, ſed melius rectus domini.

Ituræa, montana. Syrum eſt.

Iuda uel Iudæa uel Iudæus, laudatio uel glorificans. confeſſio uel confitens.

L

LAgena, uas fictile aptum aquæ,

Lazarus, adiutus.

Leui, additus appoſitus uel aſſumptus.

Lithos, lapis. Inde lithoſtrotos, id eſt, pauimentum lapidibus uel teſſellis ſtratum.

Locuſtæ ſecūdum quoſdam, ſunt folia groſſa alicuius arbuſti, in oleo cocta uel in melle ſyluestri, & apud palęſtinos ſunt pauperum uictus. Sunt etiam animalia auibus ſimilia. Vnde Beda in ꝗrto capitulo Marci: In locuſta eſt acer uolatus, ſed cito deciduus.

Lot, uinctus uel declinatio, uel declinans, uel uacans.

Lyſania, natiuitas tentationis.

M

MAgdala eſt uicus ſiue caſtellum Galilæę, & interpretatur turris. Hinc Magdalena, id eſt, turrēſis, Magdalus autem eſt urbs Aegypti.

Magedda, poma eius uel nuncia,

Mageddo, pomorum eius uel cœnacula eius.

Mageddon, tentans uel conſurrectio in priora, uel mons globoſus.

Mageddan, eſt regio circa Geraſam.

Malchus, rex.

Mammona, diuitiæ.

Manaſſes, oblitus uel obliuioſus, uel neceſſitas, uel obſtupeſcens.

Manicare, mane uenire,

Marcus, excelſus uel ſublimis mandato, uel defrenatus uel amatus.

Maria, illuminata uel illuminatrix mea, uel illuminans eos, uel Smyrna maris, uel ſtella maris, uel amarum mare. Smyrna, ut ait Hieronymus, interpretatur cāticum eorum uel princeps multitudinis.

Martha, irritans uel prouocans. Syro autem ſermone interpretatur domina uel dominans.

Mathan, donata uel donans uel donum,

Matthæus donatus.

Minutum, decima pars paruæ rei.

Mna, pondus centum drachmarum.

Moyſes, attractans uel urgens uel palpans uel ſemens, uel aſſumptio, uel ſumptus ex aqua.

N

NAaman, decus uel commotio eorum uel fides.

Naaſon, conſolatio, uel cōſolator ſerpentinus, uel ſerpens eorum, uel augurium, uel augurans, uel augur fortis.

Naim, fructus uel commutatio.

Nathanael, deus meus uel domus dei.

Nazareth, flos uel uirgultum eius, uel munditiæ, uel ſeparatus, uel cuſtodita,

Nazareus, mundus uel ſanctus, uel ſeiunctus, uel conſecratus.

Nazaræi, ut ait Iſidorus in ſecundo Officiorum, prius crine ſeruato, deinde ob uitæ continentiam caput radebant, & capillos in ignem ſacrificij ponebant.

Nepthalim, cōſeruauit uel implicauit me, uel dilatauit, uel latitudo, uel diſcretus, uel ſeiūctus.

Nicodemus eſt alio nomine Nardan, quod interpretatur uetum quęrens.

Naiue, germen pulchritudinis, uel pulchra, uel fœta, uel ſpecioſa.

Niniuis, natiuitas pulchritudinis uel ſpecioſi.

Noe, requies uel commotio, uel requieuit.

OBed, ſeruiens.

Oſanna, ſalus in excelſis, uel ſaluifica. Beda cxxx. capitulo M. Notandũ quod oſanna uerbum Hebraicum, compoſitũ eſt ex corrupto & integro. Salua nanque ſiue ſaluifica, apud eos dicitur oſi. anna ẽ interiectio deprecantis, ut heu apud latinos dolẽtis, & papę admirãtis. Deniq; in pſalmo cxvij. ubi Lxx. interpretes trãſtulerunt, ô domine ſaluũ me fac, in Hebręo ſcriptum eſt, anna adonai oſi anna. q̃d Interpres noſter Hieronymus diligẽnus eluci dans, ita tranſtulit, obſecro domine, ſalue obſecro. Idem nanq; ſignificat, ô domine per interiectionem obſecrantis, quod obſecro domine per ipſum uerbum obſecrationis. Oſanna itaque, ſalua obſecro ſignificat, conſumpta uocali, quæ uerbum antecedens terminat, q̃d perfecte dicitur oſi. Quod metrici in ſcandendis uerſibus ſynalœphã uocant, quamuis ſcriptam literam ſcandẽtes tranſiliant. In hoc autem uerbo oſanna, i litera nõ ſcribitur, ſed ſenſu loquentium ſaluo funditus intermittitur.

Ozias, fortitudo dñi, uel robuſtus dei.

PArabola, prouerbium uel ſimilitudo.

Paracletus, aduocatus uel conſolator.

Paralyſis, contractio uel diſſolutio.

Paralytici, contracti uel diſſoluti.

Parapſis, uas quadratum, habens pares apſides, id eſt, pares angulos.

Paraſceue, præparatio uel cœna pura.

Paſcha, hebraice dicitur phaſe, id eſt, trãſitus uel tranſcenſum, uel tranſgreſſum. nõ à paſſione, ut quidam uolunt, ſed à tranſitu.

Patmos fretum.

Petrus, agnoſcens uel diſſoluens uel diſcalceans. Beda in Lucam: Idem eſt latine Petrus, quod Syriace Cephas. & in utraque lingua nomen à petra deriuatum eſt. Violẽter ergo dicitur Petrus diſſoluens uel diſcalceans uel agnoſcens ſecundum hebræam etymologiam, cum hebræi p non habeãt, Fetrus abuſiue pro Petrus dicentes.

Phantaſma, luſio uana.

Phanuel, facies dei.

Phares, diuiſio uel diſſipans uel uiolentus.

Phariſæi, diuidentes uel diuiſi.

Philippus, os manuum uel lampadarum.

Phylacteria, pittaciola ubi decem præcepta Iudæi ſcribebant, & fronti ſuæ ligabant, quaſi legem cuſtodientes, & ſemper ante oculos habẽtes, phylace nanq; cuſtodiam ſonat. torat, legem. phylacteria ſunt etiam cantica turpia.

Pilatus, contundens uel os malleatoris.

Pinna, altitudo.

Pinnaculum, faſtigium uel ſummitas.

Piſcina, dicitur per contrarium, eo quod careat piſcibus, ſicut lucus eo quod minime luceat, & bellum eo quod non ſit bonum.

Piſtis, fides. hinc piſticum, id eſt, fidele.

Ponitus, declinans uel inclinans conſilium.

Probatos, ouis. hinc probatica piſcina, ubi lauabantur exta ouium ad ſacrificandum.

Propheta, uidens.

Proſelytus, aduentitius.

Pſeudo, falſus uel fallax.

Publicanus, qui publica uectigalia exigit, uel qui publica ſeculi lucra ſectatur.

Pugillaris, dicitur à pugillo, & ſignificat illud q̃d tribus digitis tenet ad ſcribendum, ſiue ſit graphius, ſiue quodlibet aliud.

RAbbi, magiſter meus.

Rabboni, magiſter.

Racha, ſecundum Hieronymum, dicit cenos, id eſt, inanis aut uacuus, quem nos uulgata iniuria abſque cerebro dicere poſſumus. & proprie eſt hoc uerbum hebræorum. Auguſtinus: Racha nec græcum eſt nec latinum. Quidam tamen putauerũt pannoſum dici Racha, quoniam græce pannoſus rhacos dicitur. Sed probabilius eſt quod audiui à quodam hebræo. Dicit enim mihi uocem eſſe nihil ſignificantem, niſi animi indignantis motũ. Tales particulas grãmatici uocant interiectiones, & in aliam linguam nõ facile transferuntur. Quæ cauſa coegit tam græcum quàm latinum interpretem, ipſam uocem ponere.

Rachel, ouis, uel uiſio ſceleris, uel uiſum principium, uel uidens principium, uel uidens deum.

Rahab, latitudo uel lata, uel impetus, uel fames.

Rhama, excelſa uel exaltata. Ciuitas fuit Saul.

Roboam, latitudo populi.

Ruth, uidens uel feſtinans uel deficiens.

Rufus, rubeus uel niger.

SAbbatũ, requies uel intermiſſio.

Sadoch, iuſtus uel iuſtificatus.

Saducæi, iuſti uel iuſtificati, uel iuſtificãtes ſe.

Salathiel, petens deũ, uel petitio dei, uel petitio mea deus.

Salem uel ſalim, pax uel reddẽs, uel miſit.

Sali, miſſa.

Salim, uulpes. ſed melius, ſi legatur ſualim.

Salmon, umbra uirtutis uel ſenſibilis.

Salomon, pacificus uel pacatus erit.

Salome pacifica.

Samaria, cuſtodita uel cuſtodia eorum, uel retribuens dominus, uel conſumens deus.

Sarepta, incendium uel tribulatio panis.

Sathanas aduerſarius, uel tranſgreſſor, uel præuaricator.

Satũ, menſura modij & dimidij, ut ait Beda in Lucam, & Hieronymus in Matthæum.

Scalon uel ſcandalum, offendiculum, ruina, rixa, impactio pedis.

Scariothes, malitia mortis, uel ut ait Beda in Lucam, memoria mortis. Hinc ut ait Hieronymus in lxxx. capitulo Matthæi, ſumpſit uocabulum, uel à uico, in quo ortus eſt, uel à tribu Iſachar, ut quodã uaticinio in condẽnationẽ ſui natus ſit. Iſachar em̃ interpretatur merces ut ſignificetur precium perditionis.

Scenopegia, tabernaculorum ſolennitas.

Sicera, quilibet potus inebrians.

Sichar, concluſio uel ramus. Corrupte autem dicitur pro Sichem.

Sicher, ebrietas.

Sidon, uenatio mœroris uel triſtitiæ uel uenatio inutilis.

Sidonia, uenatio mœroris, uel uenatio inutilis.

Siliqua, ſpecies leguminum in folliculis apta porcis.

Siloa, miſſus,

Simeon, audiuit triſtitiam, uel exauditio, uel nomen habitaculi,

Simō, pone triſtitiam, uel audi mœrorem.

Sindon, tela linea.

Sion, germē q̃d non eſt, uel germē inutile, uel alloquiū inutile, uel calor, uel tētatio laceſſens, uel ſemini eius, uel mandatum, uel inuium, uel turris, uel ſpecula, uel ſcopulus,

Stadium, octaua pars miliarij.

Stater, ſemuncia, id eſt, medietas unciæ.

Suſanna, lilium uel gratia eius.

Sycomorus, ficus fatua. hinc dicta, q̃d folijs moro ſimilis ſit. hanc latini celſam appellant.

Synagoga, congregatio.

Syria, ſublimis uel humecta.

Syrophœniſſa, ex Syris & phœnicibus, id eſt, ex ſublimibus & mitibus.

T

TAlentum, minimum L. librarum.

Talentum medium, lxxij. Talentum maximum cxx. librarum.

Telonium, cura diſpenſatioq; uectigalium. telos enī græce, uectigal latine, ut ait Beda xxi. capitulo Marci, Secundum alios telonium eſt emolumentum nautarum uel uectigal.

Tetra, q̃tuor, inde tetrarcha, id eſt, quartus princeps, uel quartæ partis princeps.

Thadæus, inſignis. hunc nominat Lucas Iudam Iacobi, quia frater Iacobi fratris domini fuit, & alibi appellat Lebbæus, q trinomius fuit, quod (ut ait Hieronymus) interpretatur corculum.

Thalita cumi, puella ſurge.

Thamar, palma uel amaritudo uel commutās.

Theophilus, amans deum, uel amatus à deo.

Theſaurus, aurum repoſitum, dictum à theſis, q̃d eſt poſitura uel poſitio.

Thomas, abyſſus uel geminus. unde & græce didymus appellatur.

Tiberius & Tiberias, uiſio eius uel bonitas eius.

Timæus, honorificus uel floridus uel appreciatus. nam time honor, timo floreo uel honoro uel honoror. timen, precium.

Thronus, ſedes uel ſolium, & eſt proprie regum.

Trachonitidis, negociatio triſtitiæ.

Tribuli, genus herbæ ſpinoſæ.

Tribunal eſt dictum à tribuendo iure.

Tyrus, hebraice ſoreth, interpretatur tribulatio uel anguſtia, uel fortitudo.

V

VEntilabrum, à uentilandis paleis dictum, id eſt, pala uel uannus.

Vipera dicta, quod ui pariat. Dū ore inſerto maſculus uiperæ ſemen expuit, illa præ nimia libidine caput ei præcidit. & ita ambo pereunt, maſculus dum coit, fœmina dum parit. Fœtura enim ſua interficit eam intus edendo.

Vrias, lux mea deus.

Z

ZAbulon, habitaculum eorum, uel habitaculum fortitudinis uel pulchritudinis, uel iuſiurandum eius, uel fluxus noctis.

Zacharias, memor domini, uel aures eius, uel auſcultando domino.

Zachæus, iuſtus uel iuſtificatus.

Zaram, oriens uel ortus.

Zebedæus, memoria dñi uel memor domini, uel ſacrificium, uel donatus. uel fluens iſte.

Zelus, amor uel ſtudium uel æmulatio, id eſt, imitatio uel inuidia. Inde Zelotes, id ē, imitator.

Zizanium, lolium.

Zona, cingulum.

Zorobabel, princeps uel ipſe magiſter Babylonis, uel ortus de Babylone.

SImon qui interpretatur obediens, Petrus agnoſcens, & filius Iohannis, frater Andreæ, dicitur ortus de uico Bethſaida prouinciæ Galilææ, qui propter Simonem magum, licet dei occulto nutu, Romam peruenit. ibiq́; prædicans euangelium uiginti & quinq; annis eiuſdem urbis tenuit pontificatum, ſexto anno & tricesimo poſt paſſionem dñi ſub Nerone Cæſare. ut uoluit, cruci ſuſpenſus eſt, cuius natalitium tertio Kalendas Iulij celebratur.

PAulus qui interpretatur pius, ortus ex tribu Beniamin, apoſtolus gentium, hic ſecundo poſt paſſionem domini anno baptizatus, & ſub Nerone eodem quo & Petrus, capite truncatus, ibiq́; ſepultus eſt.

ANdreas qui interpretatur uirilis uel decorus, frater Petri. hic prædicauit Scythiæ & Achaiæ. ibiq́; in ciuitate Patras cruci ſuſpenſus occubuit. pridie Kalendas decembris celebratur.

IAcobus qui interpretatur ſupplantator, filius Zebedæi, frater Iohannis. hic Hiſpaniæ & occidentalibus locis prædicauit, & ſub Herode rege gladio cæſus occubuit, ſepultusq́; eſt in Achaia marmorica octauo Kalendas Auguſti.

IOhannes qui interpretatur gratia dei, apoſtolus & euangeliſta, filius Zebedæi, frater Iacobi, dilectus dñi, prædicauit Aſiæ & Epheſo. ſexto Kalendas Ianuarij natale eius celebratur. alij dormitionem eius dicunt quando natiuitas ſancti Iohannis baptiſtæ celebratur. i. octauo Kalendas Iulij.

THomas qui interpretatur abyſſus, didymus. hic eſt Chriſti ſimilis. Parthis & Medis prædicauit. & deſtinatus in orientalem plagam, ibi euangelium prædicauit, lancea eñ transfixus occubuit in Calaminete Indiæ ciuitate. ibi ſepultus eſt in honore Chriſti, duodecimo kalendas Ianuarij.

PHilippus q interpretatur os lampadis, à Bethſaida ciuitate ortus, unde & Petrus, Gall. prædicauit Chriſtum, deinde in Hierapoli Phrygiæ prouincia crucifixus & lapidatus obijt. ibiq́; cum filiabus ſuis quieſcit, cuius natale Kalendis Maij.

IAcobus frater domini, Hieroſolymorum primus epiſcopus, hic dum Chriſtũ dei filium prædicaret, de templo à Iudæis præcipitatus lapidibus opprimitur. ibiq́; iuxta tẽplum humatur, cuius natalitiũ Kalend. Maij. & ordinatio quinto Kal. Ianuarij dr.

BArtholomæus apoſtolus nomẽ ex Syrica lingua ſuſcepit, & interpretat̃ fili⁹ ſuſpendentis aquam. Lycaoniæ prædicauit, ad ultimu m in Albano maioris Armeniæ urbe uiuens à barbaris decoriatus. atque per iuſſum regis Aſtyagis decollatus. ſicq́; terræ conditus, nono Kalendas Septembris.

MAtthæus apoſtolus & euangeliſta, qui interpretatur donatus. hic etiam ex tribu Leui ſumpſit cognomen. ex publicano à Chriſto electus. primum quidem in Iudæa euangelizauit, poſtmodum in Macedonia. & paſſus in Perſida. requieſcit in montibus portorum, undecimo Kalendas Octobris.

SImon Zelotes qui interpretatur zelus, hic primũ dictus eſt Chananæus. zelo dñi feruens, par in cognomento Petro, & ſimilis in honore. Hic accepit principatum Aegypti, & poſt Iacobum cathedram tenuit Hieroſolymorũ poſt annos centum uiginti meruit ſub Traiano per crucem ſuſtinere martyrium. iacet in portu foro. eius natalitium quinto Kalendas Nouembris.

IVdas q interpretatur confeſſor, Iacobi frater, in Meſopotamia atq; in interioribus Ponti prædicauit, ſepultus in Nerito Armeniæ urbe, cuius feſtiuitas celebratur quinto Kalendas Nouembris.

ZACHARIAE EPISCOPI CHRYSOPOLITANI, IN QVATVOR LIBROS SEQVENTES PRAEFATIO .I.

DE EXCELLENTIA EVANGELII ET DIFferentia ipſius ad legem, de figuris euangeliſtarum & eorum modo ſcribendi, de materia euangelij, intentione, fine, & ad quas partes philoſophiæ ſpectet, dictat ratio præſcribere. Materia euangelij ſunt, ſanctæ trinitatis myſterium, CHRISTVS ſecundum diuinam & humanam naturam, dicta & facta eius, aliorumq́ facta & dicta ad ipſum. Intentionem uero & finem aperit Iohannes, dicẽs: Hæc *Iohā. 20*
autem ſcripta ſunt, ut credatis, quia IESVS eſt filius dei, & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius. Finis enim (id eſt, finalis cauſa euangelij) eſt ſane credere, perfecte diligere, ſacramentis inſigniri: & horum trium finalis cauſa, eſt uita æterna. Ad hæc quippe adipiſcenda, fuit intentio euangelica prædicare & ſcribere.

¶Nunc de excellentia & differentia euãgelij dicamus. Auguſtinus de concordia eu- *Auguſti.*
angeliſtarum: Inter om̃es diuinas autoritates euangelium merito excellit. Quod enim lex & prophetæ futurum prænunciauerunt, hoc redditum atque completum in euan
gelio demonſtratur. Ex lib. differentiarum Iſidori: Inter legem & euangelium hoc in- *Iſidorus.*
tereſt, quod in lege litera, in euangelio gratia. Illa habuit umbram, iſta ueritatẽ. Illa data eſt propter tranſgreſſionẽ, iſta propter iuſtificationẽ. Illa ignoranti demonſtrat peccatũ, iſta agnitũ iuuat ut uitetur. Illa flagitijs deditos increpat, iſta peccãtes bonitate propria liberat. Illa talionem decreuit reddere, iſta etiam pro inimicis orare iuſſit. Illa coniugio multas habere, creſcere & generare ꝑcepit, iſta continentiam ſuaſit. Illic prædicatur circuncißio carnis, hic lauacrum in ablutionem cordis & corporis. Illic Chanaan regnum & promißiones temporalium rerum continẽtur, hic uita æterna regnumq́ cælorum promittitur. Illic ſabbati ociũ & requies celebratur, hic ſabbati requies in Chr̃o
habetur, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego uos refici- *Matt. 11*
am, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Illic à ſanctis animalia immũda prohibentur, hic in corpore Chriſti (id eſt, in ſanctis ſuis) nõ admititur, quicquid per illa immunda animalia in mores hominũ ſignificatur. Illic pecoribus immolatis carnis & ſanguinis hoſtiæ offerebantur, hic ſacrificium carnis & ſanguinis offertur Chriſti, quod per
illa animalia figurabatur. Illic ex carne agni paſcha celebratur, hic paſcha nr̃m immo- *1. Cor. 5.*
latus eſt Chriſtus, qui eſt uerus agnus immaculatus. Illic neomeniæ (id eſt, nouæ lunæ)
principia celebrantur, hic noua creatura in Chriſto accipitur, ut Paulus ait: Si qua no- *2. Cor. 5.*
ua in Chriſto creatura, uetera tranſierũt, ecce facta ſunt om̃ia noua. Quid plura? In lege quippe res geſtæ pro figura in ſignificationem futurorũ annunciabãtur: in gratia uero euangelicæ ueritatis, quæ enunciata fuerunt, explentur. Item, in lege mandata ſcripta ſunt, & promiſſa: ſed in lege mandata tenentur, quæ legem implere uel conſeruare iubent, promiſſa uero in euangelij plenitudine conſummantur. Item, lex peccatũ monſtrauit, non abſtulit: ſed ſub ſuo terrore redactos homines ſeruos effecit, & inde ſpiritum
ſeruitutis habuiſſe priorẽm populum Apoſtolus docuit. Euangelium uero ueniẽs, cru- *Roma. 8*
delitatem legis amouit, peccata quæ lex puniebat per ſpiritum ſeruitutis, laxauit. per ſpiritum adoptionis filios ex ſeruis reddidit, amorem implendæ legis omnibus donauit: & ſi deinceps punienda commiſerint, per eundem adoptionis ſpiritum indulget. Formam bene agendi præbuit, & ut poſſint agi quæ docuit, adiutorem ſpiritum infundit. Nam præcepta legalia comparatione euangelij etiã non bona dicuntur, quia quod

præcipiunt,non perficiunt. Gratia uero euangelij quod exterius imperat, interius ut
Iezec. 20. perficiatur, iuuat. Iezechielis enim teſtimonio dicitur: Dedi eis præcepta non bona.
Vtique non bona,euangelio comparata.quia in eis quædam inutilia infirmioribus ſen
Ex. 3. & 11. ſibus agenda permiſſa ſunt,ſicut illud ubi deus Iſraelitarum cupiditatem ſpolijs Aegy-
ptiorum ſatiari permiſit. Nam pro eo quod carnalis populus modum egrederetur
uindictæ,lex permittit carnalibus rependere uicem mali,quod euangelium firmiori-
Iunilius. bus uetat. Iunilius in libro ad Primaſium epiſcopum: Veteris teſtamenti intentio eſt,
nouum figuris & ænigmatibus demonſtrare:euangelij autem,ad æternæ beatitudinis
Hierony. gloriam mentes humanas accendere. Hieronymus Paulæ & Euſtochio in epiſtola ad
Galatas:Non putemus in uerbis ſcripturarum eſſe euangelium, ſed in ſenſu:non in ſu
Ambro. perficie,ſed in medulla:non in ſermonum folijs,ſed in radice rationis. Vnde Ambro
ſius ſuper Lucam: Eccleſia cum quatuor euangelij libros habeat,unum euangelium ha-
Remigius bet,unum deum docet. Remigius in Matthæum: Sciendum quia ſicut eſt una fides &
unum baptiſma,ita & unum euangelium,quia una eſt doctrina. Et quod unum ſit,do-
Marc. 16. minus manifeſtat cum dicit: Ite, prædicate euangelium omni creaturæ. Et item: Prædi-
Mat. 24. cabitur regnum in toto orbe. Et Paulus: Notum uobis facio fratres euangelium, quod
Gala. 1. euangelizatum eſt à me,quia non ab homine accepi illud &c. Et nos quotieſcunque plu-
rali numero dicimus euangelia,nec doctrinã diuidimus,ſed libros diſtinguimus. Be
Beda. da quoque ſuper Lucam: Cum ſint quatuor euangeliſtæ, non tam quatuor euangelia,quã
unum quatuor librorum ueritate cõſonum ediderunt. Sicut enim duo uerſus eandem
prorſus habentes materiam,pro diuerſitate metri & uerborũ duo ſunt, & tamen non
niſi unam continent ſententiam: ſic euangeliſtarum libri cum ſint quatuor,unum con-
tinent euangelium: quia unam doctrinam faciũt de fide catholica, de communione ſa-
Hierony. cramentorum,ac de præmio uirtutum. Iuxta hoc dicit etiam Hieronymus ſuper Mar
cum,quatuor euangelia eſſe unum,& unum quatuor. Nam licet quatuor dicãtur,quia
diuiſim & uario ordine quatuor ea perſcripſere, tamen unum ſunt in ſumma fidei ca-
Auguſt. tholicæ. Sic etiam dicit Auguſtinus Pſalmo CL. quod plures eccleſiæ ſunt una eccleſia.
Plures quidem uarietate tribuum & linguarum & populorum,una ſunt participatio-
ne fidei & ſacramentorum. Euangelium interpretatur bona annunciatio. Græce enim
εὖ bonum, ἀγγέλιον annunciatio dicitur,unde & angelus nuncius interpretatur.

¶ De figuris euangeliſtarũ non aduerſas, ſed diuerſas patrum ſententias ponemus,
ut lector eligat quod ſibi potiſſimum uidebitur. Hieronymus in argumẽto ante euan-
gelia: Quatuor euangelia multo ante prædicta, Iezechielis uolumẽ probat,in quo pri-
Iezech. 1. ma uiſio ita contexitur: Et in medio ſicut ſimilitudo quatuor animalium, & uultus eo-
rum facies hominis, & facies leonis, & facies uituli, & facies aquilæ. Prima hominis fa-
Matth. 1. cies Matthæum ſignificat,qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere: Liber generationis
Marc. 1. Ieſu Chriſti. Secunda Marcum,in quo uox leonis in eremo rugientis auditur: Vox cla-
Luc. 1. mantis in deſerto. Tertia uituli,quæ Lucam à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe initiũ præſi
Iohan. 1. gurat. Quarta Iohannem,qui ad altiora feſtinans,de uerbo dei diſputat. Et in Apocaly-
Apoc. 4. pſi eadem ſignificatio eſt,ubi dicitur: Animal primum ſimile leoni,ſecundum ſimile ui-
tulo,tertium ſimile homini,quartum ſimile aquilæ uolanti. Sedulius:
Sedulius Hoc Matthæus agens,hominem generaliter implet.
Marcus ut alta fremit uox per deſerta leonis.
Iura ſacerdotis Lucas tenet ore iuuenci.
More uolans aquilæ uerbo petit aſtra Iohannes.
Iuuencus. Aliter Iuuencus:
Mattheus inſtituit uirtutum tramite mores,
Et bene uiuendi iuſto dedit ordine leges.
Marcus amat terras inter cælumque uolare,
Et uehemens aquila ſtricto ſecat omnia lapſu,
Lucas huberius deſcribit prælia Chriſti,

Iure ſacer uitulus, qui mœnia fatur auita.
Iohannes fremit ore leo ſimilis rugienti.
Intonat æternæ pandens myſteria uitæ.

¶Auguſtinus uero ſic in libro de concordia euangeliſtarum: Matthæus incarnatio- Auguſtin.
nem domini ſecundum regiam ſtirpem ſuſcepit. Marcus tanquã pediſſequus, & breui
ator eius eſſe uidetur, cum ſolo Iohãne nihil dicens. Lucas ſacerdotalẽ domini ſtirpem
occupauit, ad Dauid aſcendens, non regium ſtemma ſecutus, ſed per reges exijt ad Na
than (qui rex non fuit) filium Dauid: non ſicut Matthæus, qui per regem Salomonem
deſcendens, cæteros reges proſecutus eſt. Non autem habuit breuiatorem Lucas, ſicut
Matthæus. Et hoc forte non fuit ſine aliquo ſacramento, quia regum eſt non eſſe ſine co
mitum obſequio. Lucas uero non habuit breuiatorem comitem. nam ſacerdos in ſan-
cta ſanctorum ſolus intrabat. Hi tres maxime circa humanitatis facta uerſati ſunt, Io-
hannes uero circa diuinitatem. Proinde cum duæ uirtutes ſint animæ, una actiua, al-
tera contemplatiua, quas ſignificauerũt uxores Iacob, Lia quæ interpretatur laborans:
& Rachel, quæ interpretatur uiſum principium: datur intelligi, tres euangeliſtas circa
actiuam uirtutem fuiſſe uerſatos, Iohannem uero circa contemplatiuam. Vnde mihi
uidetur probabilius attẽdiſſe illos, qui leonem in Matthæo, hominem in Marco intelle
xerunt, uitulum uero in Luca, aquilam in Iohanne: quàm qui hominem Matthæo, aqui
lam Marco, leonem Iohanni tribuerunt. De principijs enim librorum coniecturam ca
pere uoluerunt, non de tota intentione euangeliſtarum, quæ magis fuerat perſcrutan-
da. Multo enim congruentius Matthæus regiam Chriſti perſonam maxime commen-
dans, per leonem ſignificatur. Vnde & in Apocalypſi cum ipſa tribu regia leo comme Apoca. 5.
moratus eſt, ubi dicitur: Vicit leo de tribu Iuda. Secũdum Matthæum magi narrantur Matth. 2.
ueniſſe, ab oriente ad regem quærendum & adorandum, qui eis per ſtellam natus ap-
paruit, & ipſe rex Herodes regẽ formidat infantem, atq; ut eum poſſit occidere, tot par
uulos necat. Lucam per uitulum ſignificari neutri dubitauerunt, qui quaſi animal ho-
ſtijs deputatum, circa templum maxime & Hieroſolymam narratiõis ſuæ uerſatur in
ceſſu. In principio ſacerdotem collocat ad aram orantem, populo foris ſtante. Mariam Luc. 1.
concepto domino Hieroſolymam mittit ad domum pontificis. ibi baptiſtam natũ re-
fert, illuc dominum natum cum hoſtia transfert, illuc cũ parentibus ſingulis annis du- Luc. 2.
cit, duodennem in templo choris doctorum interſerit, & poſt cætera diſcipulos deum Luc. 24.
in templo laudantes in fine euangelij concludit.

¶Concordia Auguſtini in quarto libro. Ideo Marcus uidetur hominis demonſtra- Auguſtin.
re perſonam & Matthæi comes eſſe, quia cum illo plura dicit propter regiam perſo-
nam, quæ ſine comitatu eſſe nõ ſolet. uel quod probabilius eſt, quia cum ambobus ince
dit. Nam quamuis Matthæo in pluribus, tamen in nonnullis Lucæ magis congruit, ut
hoc ipſo demonſtretur ad leonem & ad uitulum (hoc eſt, & ad regalem quam Matthæ
us, & ad ſacerdotalem quam Lucas inſinuat perſonam) id quod Chriſtus homo eſt,
pertinere: quam figuram Marcus gerit, pertinens ad utrunq;.

¶Auguſtinus ſuper Iohannem LXXXVI. capite. Pleriq; ante nos in animalibus qua Auguſtin.
tuor intellexerunt leonem pro rege poſitum, quoniam uidetur eſſe rex beſtiarum pro-
pter terribilem fortitudinẽ. Hæc perſona tributa eſt Matthæo, quia in generatione dõ- Matth. 1.
mini regiam ſeriem proſecutus eſt. Lucas autem quoniam cœpit à ſacerdotio Zacha- Luc. 1.
riæ, ſacerdotis faciens mentionẽ patris Iohannis baptiſtæ, uitulo deputatus eſt, quia ma
gna uictima uitulus erat in ſacrificio ſacerdotum. Marco homo Chriſtus merito aſſi-
gnatus eſt, quia neq; de regia poteſtate aliquid dixit, neq; de ſacerdotali: ſed tantum ab
homine Chriſto exorſus eſt. Hi omnes de diuinitate pauca locuti ſunt. Aquila eſt Iohan
nes, lucis æternæ contemplator. Dicuntur enim pulli aquilarum ſic à parentibus pro-
bari, patris ſcilicet ungue ſuſpendi, & radijs ſolis opponi. Qui firme contemplatus fue-
rit, filius agnoſcitur: ſi acie palpitauerit, tanquam adulterinus ab ungue dimittitur.

¶Ambroſius ſuper Lucam: Pleriq; putant dominum noſtrum quatuor formis ani- Ambroſ.

malium figurari.Ipſe enim eſt homo,quia natus eſt ex Maria:leo,quia fortis eſt;uitulus
quia hoſtia:aquila,quia reſurrectio.

Hierony. ¶Hieronymus ſuper Marcum: Chriſtus eſt homo naſcẽdo, uitulus moriendo,leo
reſurgendo,aquila aſcendendo.

¶Nunc autem quæ ad ſcribendi modum congrue referri ualeant, proponamus.
Auguſti. Ex epiſtola Auguſtini ad Voluſianum: Modus ipſe dicendi quo euangelium contexi-
tur,omnibus acceſſibilis eſt.Ea quæ aperta cõtinet,quaſi amicus familiaris ſine fuco ad
cor loquitur indoctorum atq; doctorum.Ea uero quæ myſterijs occultat,nec ipſa elo-
quio ſuperbo erigit,quo non audeat accedere mens tardiuſcula & inerudita,quaſi pau-
per ad diuitem:ſed inuitat omnes humili ſermone, quos non ſolum manifeſta paſcat,
ſed etiam ſecreta exerceat ueritate.His ſalubriter &praua corriguntur,& parua nutri
untur, & magna oblectantur ingenia. Summa euangelij iuxta Iſidorum in ſexto ety-
mologiarum,trifarie diſtinguitur: id eſt,in hiſtoria,in moribus, in allegoria. Rurſus
iſta tria multifarie diuidũtur,id eſt,quid à deo, quid ab angelis,uel hominibus geſtum
dictumq; ſit:quid à prophetis nunciatum de Chriſto & corpore eius,quid de diabolo
& membris ipſius, quid de ueteri & nouo populo, quid de præſenti ſeculo & futuro
regno atq; iudicio.

Hierony. ¶Hieronymus ſuper Marcum:Quatuor ſunt qualitates,de quibus ſancta euangelia
contexuntur:præcepta,mãdata,teſtimonia,exempla. In præceptis iuſtitia,in mandatis
Matt.10. charitas,in teſtimonijs fides,in exemplis perfectio.Præcepta huiuſmodi:In uiam gen-
pſalm.33. tium ne abieritis.hoc eſt,diuerte à malo.Mandata, ut hoc: Mandatum nouum do uo-
Iohan.13 bis, ut diligatis inuicem; hoc eſt, facere bonum & charitatem implere. Teſtimonia,
Iohan. 5. quæ in ore duorum uel trium, ut hoc:Iohannes teſtimonium perhibet de me, ſed ha-
beo teſtimonium maius Iohanne.Pater ipſe qui in me manet,teſtimonium perhibet de
Matt.11. me.Exempla,ut hoc:Diſcite à me quia mitis ſum. Et,Eſtote perfecti ſicut pater ueſter
Matth.5. cæleſtis perfectus eſt.Et alibi,Exemplum enim dedi uobis,ut & uos ita faciatis.Sed de
Iohan.13. his dicit Dauid:Præceptum domini lucidum,illuminans oculos. Et alibi:Latum man
pſalm.18. pſal.118. datum tuum nimis.quia qui diligit proximum,totam legem impleuit.Item, Teſtimo-
Roma.13. pſal.118. nia tua intellexi.Et alibi:Teſtimonium domini fidele.quia plus fide animi quàm ocu-
pſalm.18. lis carnis teſtimonium indiget.Quarto,iudicia domini uera iuſtificata in ſemetipſa. ut
pſalm.18. ſcilicet ſic ſint iudiciorum noſtrorum exempla iuſtificata, ſicut in iudicijs dei comperta
habemus.Vnde idem alibi:A mandatis enim tuis timui.In quo enim iudicio iudicabi-
pſal.118. Matth.7. mus,iudicabitur de nobis. In his quatuor qualitatibus ſunt, timor,fides,ſpes,charitas.
Timore nanq; incipimus,fide ſeruamus quod incipimus,ſpe erigimur, charitate con-
ſummamur.Finis enim præcepti eſt charitas. Hi ſunt quatuor menſes, quos Chriſtus
1 Timo.1 ante meſſem prædixit,dicens: Nonne quatuor menſes ſunt uſq; ad meſſem? Vt & nos
Iohan.4. per præcepta dei atq; mandata ac teſtimonia & exempla, cum gaudio metamus in cæ
lo fructus maturos,portantes noſtros charitatis manipulos, qui in lachrymis timoris,
pſal.125. ſemina pœnitentiæ iactauimus in terra.

Iunilius. ¶Ex libro Iunilij ad Primaſium:In ſuperficie euangelicæ ſcripturæ quatuor dicen-
di ſpecies attendendæ ſunt, uidelicet hiſtorica,prophetica,prouerbialis,ſimpliciter do-
cens. Hiſtoria autem eſt rei geſtæ narratio. Hiſtorica quidem ſpecie texitur princi-
paliter euangelica lectio,cæteris tribus ſecundario incidentibus.Nam ea quæ prius ſe-
cundum ſpecies cæteras dicta ſunt,poſtea ab euangeliſtis ut hiſtoria relata ſunt. Sicut
propheticæ Zachariæ & Eliſabet ab ipſis quidem dictæ ſunt ſpiritu prophetico, ſed Lu
Luc.1. cas, qui refert, ordine narrat hiſtorico. Similiter prouerbia domini & eius ſimpli-
cem doctrinam ad ſeriem hiſtoriæ reuocant euangeliſtæ. Sciendum quod aliquan-
Gene.1. do ſpiritu prophetico narratur hiſtoria,ut ibi: In principio creauit deus cælum & ter
Luc 10. ram.Et nonnunquam parabolice,ut: Homo quidam deſcendebat de Ieruſalem in Ieri-
cho,& cætera.Prophetia autem eſt rerum latentium præteritarum,præſentium,futu-
Luc.1. rarumq; ex diuina inſpiratione manifeſtatio.Præſentium,ut ibi: Vnde hoc mihi,ut ue-

niat mater domini ad me? Præteritarum & futurarum,ubi dicit: Beata quæ credidit, Ibidem
quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt ei à domino. Nominans enim matrem domi-
ni,impræſentiarum intellexit eam in utero portare mũdi ſaluatorem.Dicens uero bea
ta quæ credidit,aperte indicat,quia uerba angeli ad Mariam per ſpm̃ agnouit. Subiun
gens, perficientur , futura præuidit. Prouerbialis uero ſpecies eſt figurata locutio,
quæ unum dicere uidetur,ſed aliud intelligitur,& de præſenti tempore commonet.In
hac enim allegorice ſumitur intellectus,ita ut quodammodo uerborum ſuperficies au
feratur. Quatuor autem modis in euangelio cognoſcimus allegoriam,uidelicet aut ſe-
cundum tranſlationem,aut per imaginationẽ,aut per comparationem, aut ſecundum
prouerbialem modum. Tranſlatio autem eſt, cum animæ motus ſiue humana mem-
bra ad inſinuandas cauſas transferũtur ad deum. Vbicunq; enim ſacra ſcriptura in deo
deſcribit caput,oculos,palpebras,aures,os,labia,linguam,cor,imaginem,uterum,ma-
nus,dextram,ſiniſtram,digitos ſiue digitum,brachium,alas,ſcapulas,poſteriora,pedes,
item motus animæ,irã,furorem,obliuionẽ,recordationem,pœnitentiã,&alia his ſimi
lia:non carnaliter iuxta hiſtoriã à recte intelligentibus ſentienda ſunt,ſicut à Iudæis &
pleriſq; hæreticis carnaliter ſapientibus,qui deũ corporeum atq; localem opinantur:
ſed ſpiritualiter om̃ia de eo intelligenda & cõfitenda ſunt,ueluti de illo qui ſimplex na-
tura eſt & immutabilis,neq; aliud eſt ipſe,& aliud quod habet. Imaginatio uero eſt,
ut ibi:Homo quidam deſcendebat de Ieruſalem in Iericho.Et rurſus in parabola uineæ Luc.10.
& agricolarum,Ordo enim eorum quæ gerebantur à Chriſto,uelut imagine perſonæ Matt.21. Luc.20.
& negocij alterius refertur impletus. Comparatio autem eſt,ut illud:Simile eſt re- Matth.13.
gnum cælorum ſinapi, &c. Non enim narratio ſicut in ſuperiori exemplo texitur, ſed
cauſarum ſolummodo comparatur effectus. Prouerbium uero eſt,ſicut ibi:Qui non Johan.10.
intrat per oſtium in ouile ouium,ſed aſcendit aliunde,ille fur eſt & latro. Simplex au
tem doctrina dicitur,ad differentiam cæterarum,quæ de fide & moribus docet,non hi
ſtoriam texens,neq; prophetiam, neq; prouerbia cõtinens: ſed modo præcipit uel pro
hibet,modo perſuadet uel diſſuadet.Præceptum eſt,Dilige deum & proximum. Pro Exod.20.
hibitio eſt, Nõ occides.Perſuaſio uero eſt, Vende quæcunq; habes & da pauperibus,ſi Luc.18. Matth.5.
uis perfectus eſſe. Diſſuaſio autem eſt,Nolite iurare.Sic de ſimilibus. De præceptis &
prohibitionibus dicit Hieronymus in epiſtola ad Cellantiam,quia tota iuſtitia in eis di-
citur. Sicut enim mala prohibentur, ita etiã bona præcipiuntur.Ibi coercetur animus,
hic incitatur. Ibi feciſſe,hic non feciſſe culpabile eſt. In quouis propoſito,in quouis gra
du æquale peccatum eſt,uel prohibita admittere,uel iuſſa non facere.

¶Tribus quoq; figuris,graui ſcilicet,mediocri,attenuata , ſtylus euangelicæ lectio-
nis diſtinguitur, iuxta quod Auguſtinus in IIII. de doctrina Chr̃iana docet. Dicit enĩ: Augus.
De una eademq́; re magna & ſummiſſe dicitur,ſi docetur:& temperate,ſi prædicatur:
& granditer, ſi auerſus inde animus,ut conuertaẽ,impellitur.At uero hi modi in euan
gelio manifeſtiſſimi ſunt.Prædicatio nanq; euangelica mundum docuit,quod ipſe igno
rabat:ſuaſit ei,quod nolebat:& tandẽ compulit eum gloriari in cruce Chriſti,quæ ſcan Galat.6. 1.Cor.1.
dalum Iudæis erat,gentibus uero ſtultitia.

¶Beda ſuper Marcum: Notandum quia euangeliſtæ uno ſpiritu accenſi , diuerſum Beda.
primordium narrationis & diuerſum terminum ſtatuere.Matthæus à natiuitate huma
na exordiens,uſq; ad reſurrectionem narrauit.Marcus ab euangelica prædicatione in-
cipiens,peruenit uſq; ad aſcenſionem.Lucas à natiuitate præcurſoris inchoans euange-
lium,terminauit in aſcenſione dominica , diſcipulis expectantibus aduentum ſanctiſpi
ritus.Iohannes ab æternitate uerbi dei,pertingit uſq; ad reſurrectionem.

¶Ambroſius in II.ſuper Lucam:Iohannes à cæleſtibus exordijs ad terrena deſcen- Ambro.
dit,dicens qñ erat uerbum,quomodo erat,quid erat,quid egerat,quid agebat,ubi erat,
quo uenerit,quõ uenerit,quo tempore uenerit,qua cauſa uenerit. In principio, inquit, Johan.1.
erat uerbũ,habes qñ erat. Et uerbũ erat apud deum,habes quõ erat. habes etiam quid
erat,& deus(inquit)erat uerbum.Quid egerat,omnia per ipſum facta ſunt.Quid age-

bat,erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundum. Et ubi
erat,in hoc mundo.Quo uenerit,in ſua propria uenit.Quomodo uenerit,uerbum caro
factum eſt.Quando uenerit,Iohannes baptiſta dicit:Hic eſt de quo dixi,qui poſt me ue-
nit, ante me factus eſt, quia prior me erat. Qua cauſa uenerit,Iohannes teſtatur: Ecce
agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.

Auguſti. ¶Auguſtinus in libro de concordia euangeliſtarum: Sciendum eſt, unū euangeli-
ſtam prætermiſiſſe quæ alius narrauit,in quo nulla eſt contrarietas; nec eundem ordi-
nem in pluribus eos ſeruaſſe,in quo etiam nulla repugnantia eſt.

¶Item eodem , parte eadem: Probabile eſt quod unuſquiſque euangeliſtarum eo ſe
ordine crediditַ debuiſſe narrare, quo deus uoluit eius recordationi ſuggerere. Qua-
propter ubi ordo temporum non apparet, nihil noſtra intereſſe debet,quem ordinem
quilibet eorum tenuerit.

¶Item eodem,parte eadem:Memoriæ commēdare debemus,ut ſi quando talia ſin-
gula apud ſingulos inuenerimus,ubi contrarietas ſolui non poſſit,ſciamus eſſe aliud fa
Matth.9. ctum,ut in Matthæo:Et tranſeunte inde Ieſu,ſecuti ſunt eum duo cæci.Duo cæci de qui
bus alij narrant,non ſunt iſti:ſed ſimile factum eſt.

¶Has quoq; regulas à modo ſcribendi non alienas ſumpſimus, tum in Auguſtino
de conſenſu euangeliſtarum,tum in alijs autoritatibus.

I ¶Sæpiſſime præmiſſa recapitulant euangeliſtæ,ut Matthæus,quod ante ſermonem
Mat.9. in monte habitū uocatus eſt,poſt ſermonē reuocat ad narrationem. Et quod Maria un
Matt.26. gento precioſo perfuderit caput dn̄i,in paſſione recolendo interſerit. Sic de ſimilibus.

II ¶Sæpiſſime quoq; præoccupant euangeliſtæ longe poſt dicenda, ut Lucas ante ba-
Luc.3. ptiſmum domini Iohannis carcerem commemorat:nec longe poſt baptiſmum præoc
Luc.4. cupando ponit:Medice,cura teipſum, quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac &
hic in patria tua.Sic de ſimilibus.

III ¶Nihil in cuiuſq; uerbis debemus inſpicere,niſi uoluntatem cui habent uerba ſerui
re,nec mentiri quenquam,ſi alijs uerbis dixerit quod ille uoluerit,cuius uerba non di-
Matth.3. cit.Vnde Iohannis humilitatem & domini celſitudinem Matthæus ſic exprimit:Cuius
Marc.1. non ſum dignus calceamenta portare.Alij uero ſic: Non ſum dignus ſoluere corrigi-
Luc.3. Mat.3.17. am calceamenti eius.Item Matthæus:Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi compla-
Mar.1.9. cui. Marcus: Tu es filius meus dilectus,in te complacui. Lucas: Tu es filius meus dile-
Luc.3.8 ctus,in te complacuit mihi.Sententia eadem eſt.Sic & ſimilia.

IIII ¶Euenit iuxta opinionem fieri rerum appellationes, ſ.ut ibi:Ego & pater tuus do-
Luc.2 lentes quærebamus te.Pater,id eſt,qui putatur eſſe pater.Et ibi,Da mihi in diſco caput
Matt.14 Iohannis baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex,id eſt,reputatus eſt contriſtari. Sic & ſimilia.

V ¶Sæpenumero deſignatur in euangelio cauſa nomine ſui effectus,ut à ſubiectis ex-
emplis apparet:Exi ſpiritus ſurde & mute,id eſt,faciens ſurdum & mutum. Ego ſum
Mar.9. Iohan.11. reſurrectio,id eſt,faciens reſurgere. De die illa uel hora nemo ſcit neq; angeli neq; fi-
lius.filius neſcit, id eſt, non facit ſuos ſcire. Antequam gallus cantet, ter me negabis, id
Marc.13. eſt,habebis cauſam,timorem ſcilicet compellentem ad ter negandum me.Similiter di
citur,iam mœchatus eſt mulierem qui eam uiderit ad concupiſcendum.Erat hora ter
Matth.5. tia,& crucifixerunt eum, id eſt, ut crucifigeretur firmiter ſtatuerunt. Regnum cælo-
Marc.15. rum dicitur interdum euangelica prædicatio , & quædam alia per quæ ad regnum
peruenitur.Sic cætera.

VI ¶Ponitur quoq; nomen cauſæ pro effectu,ut ibi:Quod factum eſt, in ipſo uita erat,
Iohan 1. id eſt,præordinatum à uita,quæ mēs uiuax & primæua rerum ratio,æternitas eſt. Item
Marc.16 eiecit de Maria dominus dæmonia,id eſt,uitia quæ immittūtur à dæmonijs. Item, Vos
Iohan.6. duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus eſt, id eſt, efficacia diaboli, miniſter eius eſt.
Matt.27. Item,Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros,id eſt,ultio cuius cauſa erit ſangui-
uis eius effuſio,incumbat ſuper nos & ſuper filios noſtros.

VII ¶De diuerſis in eadem ſucceſſione poſitis, ut de eodem loquitur ſæpe ſcriptura,ut

ibi:Vſq; ad ſanguinem Zachariæ quem occidiſtis inter templum & altare. Non enim Matt. 23.
illi occiderãt,ſed patres.Item,Ego ueni in nomine patris mei,& non accepiſtis me:ſi ali Johan. 5.
us uenerit in nomine ſuo,illum accipietis,uidelicet antichriſtum.Item, Ego uobiſcum Matt. 28.
ſum uſq; ad conſummationem ſeculi.Sic cætera.

¶Plerunq; ſignificata res,ex ſimilitudine rei ſignificantis nomen ſuſcipit,ut ibi:Ego VIII
ſum uitis uera.Deinde:Ego ſum uitis,uos palmites.Sic etiam fit quod Chriſtus dicitur Johan. 15.
agnus,petra ſiue lapis,leo uitulus,aquila & his ſimilia.

¶Intelligitur quoq; res ſignificans appellatione ſignificatæ rei, ut ibi: Vidit cælos IX
apertos,id eſt,ea quæ cælorum apertionem ſignificabant baptizatis.Vidit ſpiritum,id Johan. 1.
eſt,ſignificationem ſpũs deſcendentem tanquam columbam,hoc eſt,ſicut rem quæ ue-
re columba erat.In quem modum dicitur,gloriam eius quaſi unigeniti,id eſt, uere uni Johan 1.
geniti à patre.Item,quidam de hic ſtantibus non guſtabunt mortem,donec uideant fili Marc. 9.
um hominis uenientem in regno ſuo,id eſt,ſignificantem uidelicet per transfiguratio
nem ſuum futurum aduentum in regno gloriæ. Item cum Iudas accepta buccella exiſ-
ſet,dixit Ieſus:Nunc clarificatus eſt filius hominis,id eſt,nunc ſignificata eſt clarificatio Johan. 13.
filij hominis futura,ſcilicet in reproborum ſeparatione à ſanctis.Hinc eſt illud Augu- Auguſti.
ſtini ad Bonifacium epiſcopum: Si ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum
quarum ſacramenta ſunt, non haberent,omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem
ſimilitudine plerunq; iam ipſarum rerum nomina accipiunt, ſecũdum quem modum
ſacramentum fidei fides dicitur.Sic de ſimilibus.

¶A parte totum intelligitur:ut ibi: Verbum caro factum eſt. Quid hic caro intelli- X
genda eſt niſi homo? Et uidebit omnis caro ſalutare dei.Quid poteſt intelligi,niſi om̃is Johan. 1.
homo? Similiter ibi, Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus nocti- Iſaie. 40. Matt. 12.
bus,id eſt, infra tria ſpatia quæ conſtant ex tribus diebus & tribus noctibus. Item, ue-
ſpere ſabbati,id eſt,nocte quæ ſequitur diem ſabbati . Numeri quoq; quos eminentius Matt. 28.
ſacra ſcriptura commendat, uel per ſe, uel per multiplicationem pro uniuerſitate po- Marc. 16.
nuntur, ut ſeptenarius ibi : Dominus eiecit de Maria ſeptem dæmonia, id eſt, uniuerſa
uitia. Sic cætera. XI

¶Nonnunquam reperitur in euangelio plurale pro ſingulari. Quod Matthæus &
Marcus dicunt,latrones qui crucifixi erant cum domino, conuiciabantur ei, Lucas ſic Luce. 23.
exponit:Vnus de his qui pendebãt latronibus,blaſphemabat eum.Quod Lucas ait,mi-
lites accedere & acetum offerre,Matthæus & Marcus dicunt,unum currere & acetum
propinare. Vniuerſalis etiam locutio ad ſolos electos interdum ſingulariter refertur, Johan. 1.
tacita reproborum multitudine,quaſi nihil ſit.Hinc eſt illud: Illuminat omnem homi-
nem uenientem in hunc mundum,omnem uidelicet æterna luce illuminandum.Item, Johan. 12.
cum exaltatus fuero à terra,om̃ia traham ad meipſum, omnia ſcilicet trahenda per me
ad uiſionem patris.Simile eſt illud,Omnia quæ audiui à patre meo,nota feci uobis.Ac Johã. 15.
ſi diceret, Omnia mihi ex patre nota in quibus electorum ſalus cõſiſtit, per me ſcietis.

¶Filij pariter & patres in diuina ſcriptura dicuntur imitatione, adoptione, natura, XII
& doctrina. Imitatione ſunt filij Abrahæ quilibet boni, mali uero quilibet, filij diaboli.
Vnde illud : Vos ex patre diabolo eſtis. Adoptione, omnes pacifici filij dei uocabun- Johan. 8. Matth. 5.
tur.Natura ſunt patres & filij,ut Iacobus & Iohannes filij fuerunt Zebedæi. Doctrina
uero ſunt filij & patres,iuxta illud Pauli:In Chriſto Ieſu per euangelium ego uos genui, 1 Cor. 4.
De quibus itaque dominus dicit, Super cathedram Moyſi ſedent,quæ dicunt, faci- Matt. 23.
te:quæ faciunt,nolite facere: & ſi non exemplo,doctrina tamen filios generant.

¶Fratres quoque quatuor modis dicuntur. Natura,ut prædicti Iacobus & Iohan-
nes. Gente, ut omnes Iudæi, inter ſe fratres uocantur. Vnde illud in Deuterono-
mio: Si emeris fratrem tuum qui eſt Hebræus, uel quæ eſt Hebræa,ſeruiet tibi ſex an Deut. 15.
nis:in ſeptimo dimittes eum liberum. Cognatione, ut illi qui de una familia ſunt:un-
de Iacobus minor frater domini dicitur,quoniã de Maria Cleophæ ſorore matris do- Gala. 1.
mini, natus eſſe monſtratur. Affectu etiam fratres dicuntur, qui in duo ſcinditur, in

ſpirituale & commune. In ſpirituale, quia om̃es Chriſtiani fratres uocantur, ut: Ecce q̃
Pſal. 132. bonum & quàm iucundum habitare fratres in unum. In commune, quia omnes homi-
1. Cor. 5. nes ex uno patre nati ſunt. Vnde Apoſtolus: Si quis frater nominatur fornicator, &c.
XIII ¶ In his quæ de Chriſto leguntur, ſcriptura quædam refert ad diuinitatem, quædam
ad hominem aſſumptum, ut inconfuſas eorum proprietates oſtendat. Nonnunquam
etiam ſimul utrunq; commemorat, ut unitatem aſſerat. Ad diuinitatem refertur, ut eſt:
Johan. 8. Antequam Abraam fieret, ego ſum. Ad humanitatem pertinet, ut eſt: Tradent eũ gen-
Matt. 20. Johan. 1. tibus ad crucifigendum. Vtrunq; commemoratur, ut ibi: Verbum caro factum eſt. Vn-
de ſequitur, Plenum gratiæ & ueritatis. Nonnunquam ad humanitatem uidentur di-
Johan. 3. cta, quæ ad deitatẽ ſunt ſpecialiter referenda, ut eſt: Filius hominis qui eſt in cælo. Rur-
ſum, diuinitati nonnunquam uidentur aſſcripta, quæ ſpecialiter referuntur ad carnem,
1. Corin. 2. ut eſt: Si enim cognouiſſent, nunquã dominum gloriæ crucifixiſſent. Item quædam ſe-
cundum animam Chriſti, quædam ſecundum corpus intelliguntur. Ad animam ſpe-
Johan. 4. Luc. 4. ctant, ut iſta: Cibus meus eſt, ut faciam uoluntatem patris. Spiritus domini ſuper me,
Iſaie. 61. propter quod unxit me. Spiritualis eñ, non corporalis fuit unctio illa. De corpore ac-
Matt. 12. cipienda ſunt, ut hæc: Erit filius hominis in corde terræ. Si exaltatus fuero à terra. Tu-
Johã. 12. Johã. 20. lerunt dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Itẽ iuxta illud Pauli, integer ſpi-
1. Theſſ. 5. ritus ueſter, & anima & corpus ſine querela in aduentu domini ſeruetur, in humanita-
Luc. 22. te Chriſti anima & ſpiritus attẽdenda ſunt. Vnde illud, Et factus eſt in agonia. Et illud:
Matt. 26. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Vox autem animæ eſt ibi: Tranſ-
Ibidem. Ibidem. eat à me calix. Vox uero ſpiritus ibi: Si non poteſt calix tranſire niſi bibam illam, fiat
uoluntas tua. Item coniunctim ſæpe ſignificatur Chriſtus in una perſona cum ſuis: &
tunc quid capiti, quid corpori conueniat, prudens lector intelligat.

Origenes ¶ Reſtat nunc de diſciplinis philoſophiæ diſſerere. Origenes ſuper Canticum
canticorum: Generales, inquit, diſciplinæ tres ſunt: moralis, naturalis, inſpectiua. Logi-
cam, id eſt, rationalem, alij quartam dixerunt, alij non: ſed per totum corpus trium ſu-
pradictarum eſſe inſertam, nec ab eis ſeparari poſſe. Hæc ut mihi uidetur, Græci ſum-
pſerunt à Salomone, & ipſe Salomon à ſpirituſancto. Salomon ergo uolens has tres
diſciplinas diſtinguere, tribus eas libellis edidit: in Prouerbijs moralem, in Eccleſiaſte
naturalẽ, in hoc libello inſpectiuã. Et in hoc uidetur mihi logicæ meminiſſe, per quam
proprietas uniuſcuiuſq; ſermonis diſtinguitur, & in qua præcipue erudiri conuenit
pueros: quia qui in his eruditur, neceſſario rationabiliter per ea quæ didicit, ſeipſum
gubernat, & uarias dicendi ſpecies in diuinis eloquijs cognoſcit, tropos uidelicet & fi-
guratas locutiones. Hæc triplex philoſophiæ forma, præſignata fuit in tribus patriar-
Gene. 22. chis: in Abraam moralis, per obediẽtiam quam habuit: in Iſaac naturalis, fodiendo pu-
Gene. 26. Gene. 28. teos & rimando profunda rerum: in Iacob inſpectiua, uidendo ſcalam à terris in cæ-
lum porrectam & angelorum uias. unde & Iſrael nominatus eſt. Hæc Origenes.

Boethius ¶ Boethius uero in commento ad Fabium ſuper Porphyrium, ita diffinit philo-
ſophiam & diuidit: Philoſophia eſt amor & ſtudium ſapientiæ, non huius quæ in ar-
tibus quibuſdam & in ſubtili ſcientia uerſatur, ſed illius quæ nullius indigens, uiuax
mens & ſola rerum primæua ratio eſt. Eſt autem intelligentis animi illuminatio, & ad
ſeipſam retractio. Philoſophiæ duæ ſunt ſpecies, theorica & practica, id eſt, ſpeculati-
ua & actiua. Theorices (id eſt, contemplatiuæ uel ſpeculatiuæ) tres ſpecies ſunt. una de
intellectibilibus, alia de intelligibilibus, alia de naturalibus. Intellectibile eſt, quod unũ
atq; idem per ſe in propria ſemper diuinitate conſiſtens, nullis unquam ſenſibus, ſed ſo-
la tantum mẽte intellectuq; capitur. Quæ res ad ſpeculationem dei atq; ad animi incor-
poralitatem pertinet. Hanc partem Græci theologiam nominant. Secunda pars eſt in-
telligibilis, quæ intellectibilem intelligentiam comprehendit. Hæc pertinet ad omnes
animas rationales, quæ tactu corporum cæleſtium & terreſtrium ab intellectibilibus
ad intelligibilia degenerauerunt, & beatiores ſunt, quoties ſe intellectibilibus appli-
cant. Tertia ſpecies eſt, quæ circa corporum cognitionem uerſatur, phyſiologia dicta.

Merito intelligibilis media collocatur,quod habeat & corporum animationem,& in-
tellectibilium conſiderationem.Practicæ quoq;(id eſt,actiuæ)ſunt tres ſpecies.Prima
eſt,quæ ſui curam gerẽs,cunctis ſeſe erigit,exornat augetq; uirtutibus, nihil in uita ad-
mittens quo non gaudeat,nihil faciens pœnitendum.Secunda eſt, quæ reipublicæ cu-
ram ſuſcipiens,cunctorum ſaluti ſuæ prouidentiæ ſolertia, & iuſtitiæ libra, & fortitu-
dinis ſtabilitate,& temperantiæ patientia medetur.Tertia eſt, quæ familiaris rei offici-
um mediocri componens diſpoſitione diſtribuit. Sunt harum & aliæ ſubdiuiſiones,
quas nunc perſequi ſuperſedendum eſt.Hucuſq; Boethius. Nos uero primam ſpeciem
practices poſſumus appellare ſolitariam,ſecundam publicam,tertiam familiarem.Ad
ſolitariam practicam reſpicit,quod Ieſus ſolitariam uitam duxit in deſerto quadragin- Matt. 4.
ta diebus,quod exiјt in montem orare,&erat pernoctans in oratione.quod etiam cum Luc. 6.
uellent eum rapere & facere regem,fugit; & dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus Johan. 6.
orare,& cætera in quibus ſingularis perfectio ſanctitatis eius declaratur. Ad familia-
rem uero practicam pertinet,ut illud:Fili,quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego Luc. 2.
dolentes quærebamus te.& deſcendit cum eis Nazareth,& erat ſubditus illis. Et quod
dimiſſis turbis,diſſerit diſcipulis parabolas,atq; eos modo increpat,modo laudat,& de Matt. 13.
cruce diſcipulo matrem commendat.Sic & ſimilia. Publica uero practica notatur in Joh. 19.
parabolis,ut ibi:Homo erat paterfamilias,qui plantauit uineam,& ſepem circundedit Matt. 21.
ei.Sic & ibi:Qui non intrat per oſtium in ouile ouium,ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt Joh. 10.
& latro.Similiter in aliјs.In parabolis enim bipartita eſt intelligentia. In eis nanq; intel
ligi oportet principaliter illa,quæ per ſimilitudinem accipiuntur:quod fieri nequit,ni
ſi & ea intelligamus, quæ ex ui uerborum conſueto uſu ſignificantur. Et hæc quidem
ad communem practicam proprie attinent,ueluti diſcretio ſeminandi, ne ſemen cadat
ſecus uiam,& uolueres cæli comedant illud.ne cadat in petroſa,& æſtu ſolis areſcat. ne Marci. 4.
inter ſpinas,& ſuffocetur ab illis.ſed in terram bonam ſi ceciderit, dabit fructum. Sic Luc. 8.
& in cæteris. Vel publica practica conſideranda eſt,ubicunque dominus communiter
omnes inſtruit de moribus.Iuxta prædicta dicuntur aliæ uirtutes politicæ,aliæ purga
toriæ, aliæ purgati animi. Ad theoricam ſane ſpectat euangelium,per intellectibilem
ſpeciem quæ theologia dicitur, ubicunq; diuinitatem ſiue per uerba, ſeu per miracula
indicat,id eſt,ubi trinitatem reſerat,& ubi Chriſtum uerum deum eſſe probat.Per in-
telligibilem uero ſpeciem facit nos euangelica lectio theoricos,ubi Chriſtus uerus ho-
mo eſſe probatur,& ubi animæ docentur ſeipſas attendere, & ſuam in corporibus ani
mationẽ & in æternis cõſiderationem.Ad phyſiologiam quidem reſpicit, quod ibi dr̃: Matt. 15.
Nõ intelligitis quia omne quod in os intrat,in uentrem uadit,& in ſeceſſum emittitur? Marc. 7.

¶Ambroſius ſuper Lucã:Tria ſunt quæ philoſophi mũdi iſtius præcellentiſſima pu Ambro.
tauerunt,triplicem ſ. eſſe ſapientiam,quod aut rationalis eſt,aut naturalis,aut moralis.
Hæc tria in ueteri teſtamento poſſumus aduertere.Quid enim aliud ſignificant tres il-
li putei,quoꝝ unus eſt uiſionis,alius iuramenti,tertius abundantiæ,niſi triplicem iſtam
in patriarchis fuiſſe uirtutem?Puteus uiſionis eſt rationabilis,eo quod ratio uiſum men
tis acuit, & animi purgat obtutum. Puteus iuramenti eſt ſapientia naturalis, quæ ea
quæ naturæ ſunt,comprehendit & affirmat quaſi iurando, quum dominus naturæ (id
eſt, deus) quaſi teſtis fidei adhibetur. Puteus abundantiæ eſt ethicus,eo quod ceden-
tibus allophylis, quorum ſpecie uitia corporis figurantur, uiuæ uenæ liquorem Iſa- Gene. 26.
ac inuenit. Purum enim profluunt boni mores, & bonitas ipſa •popularis abun- •plura
dat aliјs, ſibi reſtrictior. Quid etiam tres libri Salomonis, niſi trinæ huius ſapientiæ lis
Salomonem oſtendunt fuiſſe ſolertem? De ethicis in Prouerbiјs ſcripſit, de natura-
libus in Eccleſiaſte,uanitati enim creatura mundi ſubiecta eſt. de mirabilibus & rati- Rom 8.
onabilibus in Cantico canticorum, eo quod quum animæ noſtræ uerbi cæleſtis amor
infunditur,& rationi mens ſancta connectitur, admiranda myſteria reuelantur. Eu-
angeliſtis quoque quam putas defuiſſe ſapientiam? Qui quum uariјs generibus ſapi
entiæ ſint referti, ſinguli tamen diuerſo genere præſtant. Eſt enim ſapientia naturalis

Iohan. 1. in Iohanne, qui uerbum in principio reperit, tranſcendens angelos & uirtutes cælo-
rum. Matthæus ſingula proſecutus ſecundum hominem, moraliter edidit nobis præ-
Marci 1. cepta uiuendi. Marcus rationabiliter mox in principio locandum putauit, Ecce mitto
angelum meum. & uox clamantis in deſerto, ut admirationē moueret, & doceret hu-
militatem in Iohanne baptiſta, qua deo placuit. At uero Lucas uelut hiſtoricum ordi-
nem tenuit, omnes ſapientiæ ſpecies complectens. Pertinet enim ad naturam, quod ſpi
Lucæ 1. ritum ſanctum creatorem etiam dominicæ incarnationis extitiſſe reſerauit. Vnde &
Psal. 103. Dauid docens ſapientiam naturalem, ait: Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur. Docet
Lucæ 6. moralia in beatitudinibus, & in illo ſermone domini oſtendit inimicum etiam eſſe di-
Lucæ 16. ligendum. Docet rationabilia, cum dicit: Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis
eſt. Ergo ſapientia ſpiritualis poſſidet omnem principatum, quem falſo ſibi uēdicat hu
mana prudentia, præſertim cum ipſum myſterium trinitatis ſine hoc principatu non
ſit. Naturaliter enim pater genuit filium, moraliter filius factus eſt obediens patri uſq;
ad mortem, rationabiliter à patre & filio procedit ſpiritusſanctus, qui rationem diui-
nitatis colendæ & uitæ regendæ humanis pectoribus infundit.

¶ Ambroſij & Boethij diuiſiones de philoſophia, uiciſſim ſe includunt. Moralis enī
philoſophia continet tres ſpecies practices, rationalem, id eſt, inſpectiuam, intellectibi-
lem, & intelligibilem. Naturalis uero eadem eſt, quæ & phyſiologia.

Matth. 22. ¶ Auguſtinus in epiſtola ad Voluſianum: Ex his duobus præceptis, diliges deum
& proximum, dicit Chriſtus totam legem prophetasq; pendere. Hic phyſica eſt, quo-
niam omnes omnium naturarum cauſæ in deo creatore ſunt. Hic ethica, quoniam ui-
ta bona & honeſta non aliunde formatur, quàm cum ea quæ diligenda ſunt, quemad-
modum diligenda ſunt, diliguntur: hoc eſt, deus & proximus. Hic logica, quoniam ue-
ritas lumenq; animæ rationalis, nō niſi deus eſt. Hic etiam laudabilis reipublicæ ſalus.
Neq; enī conditur & cuſtodit optima ciuitas, niſi fundamento & uinculo fidei firmæq;
concordiæ, cum bonum commune diligitur, quod ſummum ac ueriſſimum deus eſt,
atq; in illo inuicem ſynceriſſime ſe homines diligūt, cum propter illum ſe diligunt, cui
quo animo diligant, occultare non poſſunt. Idem in octauo de ciuitate dei: Fortaſſis qui
Platonem philoſophis gentium prælatum acutius intellexiſſe laudant, aliquid tale de
deo ſentiunt, ut in illo inueniatur & cauſa ſubſiſtendi, & ratio intelligendi, & ordo ui-
uendi, quorum unum ad naturalem, alterum ad rationalem, tertium ad moralem par
tem intelligitur pertinere. Si enī homo ita creatus eſt, ut per id quod in eo præcellit,
attingat illud quod cūcta præcellit, id eſt, unum uerum optimum deum, ſine quo nulla
natura ſubſiſtit, nulla doctrina inſtruit, nullius uſus expedit: ipſe quæratur, ubi nobis ſe
cura ſunt omnia: ipſe cernatur, ubi nobis certa ſunt omnia: ipſe diligatur, ubi nobis re-
cta ſunt omnia. Bene ergo dixit Plato, dei huius imitatorem, cognitorem, amatorem eſ
ſe ſapientem, cuius participatione beatus ſit. Bene dixit, ſummum bonum eſſe deū, un-
de uult eſſe philoſophū amatorem dei, ut quoniam philoſophia ad beatam uitam ten-
dit, fruens deo, ſit beatus. Et ſciendum eſt, quod licet Chriſtiani non utantur more quo
rundam philoſophorum uel phyſica, id eſt, naturali philoſophia: uel logica, id eſt, ratio
nali: uel ethica, id eſt, morali: non ideo tamen neſciunt ab uno uero deo atq; optimo, &
naturam nobis eſſe, qua facti ad imaginem eius ſumus: & doctrinam, qua eū noſq; no
uerimus: & gratiam, qua illi cohærendo beati ſumus. Siue ergo Platonici, ſiue quicun
que alij, deo cognito, repererunt ubi eſſet & cauſa conſtituendæ uniuerſitatis, & lux per
cipiendæ ueritatis, & fons uiuidæ felicitatis, cū de deo iſta ſentiunt, nobiſcum ſentiunt.

Ambroſ. ¶ Ambroſius in epiſtolam ad Coloſſenſes: Ideo non legimus quadruuium in euan-
gelio, uel in epiſtola, quia curam animæ impedit, cum in agnitione Chriſti omnem ſa-
lutem & ſapientiam habeamus.

Hierony. ¶ Quæ autem cauſæ extiterint ut euangelium ſcriberetur, uideamus. Hieronymus
in argumento ante euangelia: Ob eorum maxime cauſam, qui in Ieſum crediderant ex
Iudæis, & nequaquam legis umbram ſeruabant, ſuccedente euangelij ueritate, Matthæ

us euangelium edidit. Sic enim priuſquam tranſiret cum alijs apoſtolis ad gentes, eccle-
ſiis de Iudæa quod prædicauerat uerbo, firmauit ſcripto, ne falſi prædicatores & eccle-
ſiarum peruerſores, aliquos ſuperſeminarent errores. Idem in eodem: Iohannes cum eſ-
ſet in Aſia, & hæreticorum ſemina pullularent Ebionis & cæterorum, coactus eſt ab Aſiæ
epiſcopis de diuinitate ſaluatoris ſcribere. Hunc eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cũ à fratri-
bus cogeretur ut ſcriberet, ita factum ſe rñdiſſe, ſi indicto ieiunio, in cõmune omnes de
um precarent. Quo expleto, eructauit: In principio erat uerbum, &c. Beda in Marc. Beda.
Cum Romanæ urbi dei lumen pdicante Petro apoſtolo fuiſſet exortum, adeo delecta-
bantur mentes audientium in diuino ſermone, ut nulla ſatietas eis inde fieret. Vñ Mar
cum diſcipulum eius exorauerunt, ut quæ ille prædicabat, ipſe ſcripturæ traderet, quo
domi foriſq; in huiuſcemodi uerbi meditationibus permanerent. Quod multum pla-
cuit Petro. Clemens in VI. diſpoſitionum libro hæc ita geſta deſcribit. Beda in Lucam: Clemens. Beda.
Significat in prooemio Lucas, eam ſibi maxime cauſam euangelij fuiſſe ſcribendi, ne
pſeudoeuangeliſtis facultas eſſet prædicandi falſa, qui ſub nomine apoſtolorum conati
ſunt inducere ſectas perfidiæ. Deniq; nõnulli Thomæ, alij Bartholomæi, quidam Mat
thiæ aliqui etiam duodecim apoſtolorum titulo reperiuntur falſo ſua ſcripta prænotaſ-
ſe. ſed & Baſilides atq; Apelles, quorum unus CCCLXV. cælos, alter duos inuicem con
trarios deos inter alia nefanda dogmatizabant, euangelia ſui nominis errore fœda re-
liquerunt. Inter quæ notandum eſt, quod dicitur euangelium iuxta Hebræos, quo ſci-
licet utuntur Nazaræi, non inter apocryphas, ſed inter eccleſiaſticas numerandum hi-
ſtorias: nam & ipſi ſacræ ſcripturæ interpreti Hieronymo uiſum eſt ex eo pleraq; te-
ſtimonia ſumere, & ipſum in latinum græcumq́; ſermonem transferre. Falſa uero eu-
angelia Lucas in ſua præfatione refellit. Hucuſq; Beda.

¶Cum igitur præter quatuor libros euangelij quintum quo utuntur Nazaræi, reci
piat eccleſia, non abſonum uidetur, euangelium compendioſe nos recipere in uno ope
re Theophili epiſcopi, uel Tatiani, ſeu Ammonij Alexandrini, aut alius cuiuſlibet, con
gruo componentis ordine unam ex quatuor narrationem. Ad euangelij theologi-
am ſane credendam tum ex teſtimonijs ſanctorum, tum ſententijs magiſtrorum bre-
uem præponamus acceſſum. Alcuinus libro II. de Trinitate capite XI. Quod ſem- Alcuinus.
per fuit & ſemper eſt, aut ingenitum eſt, aut genitum: aut nec ingenitum, nec genitum.
Et ſunt hæc tria, æternaliter tria. Quod ingenitum eſt, pater eſt ſolus, qui à nullo eſſe ha
bet quod eſt, niſi à ſeipſo. Quod genitum eſt, filius eſt, cui à patre eſt eſſe quod eſt. Quod
uero nec ingenitum eſt nec genitum, ſpirituſſanctus eſt, cui eſt eſſe à patre & filio proce
dere. Et hæc tria trinitas eſt uere conſubſtantialis & coæterna. Quia igitur aliud eſt ge-
nuiſſe quàm natum eſſe, aliud procedere quàm genuiſſe uel natum eſſe, manifeſtum
eſt quoniam alius eſt pater, alius filius, alius ſpirituſſanctus. Trinitas itaq; ad perſonas
patris & filij & ſpirituſſancti refertur, unitas ad naturam æternæ deitatis pertinet.

¶Iuſtinianus in edicto fidei: In tribus ſubſiſtentijs ſiue perſonis unã deitatem ſiue na Iuſtinianus.
turam, & ſubſtantiã & uirtutem adoramus, proprietates quidem ſeparantes, deitatem
autem unientes. Item: Vnum eſt deitas in tribus, & tria unum, in quibus deitas eſt: aut
ut ſubtilius dicamus, ipſa tria eſt deitas. Item oportet unum deum, unam naturam ſiue
ſubſtantiam & formam confiteri, & tres ſubſiſtentias prædicare ſeu tres perſonas, &
unamquanq; cum ſua proprietate. Item: Nemo unquã auſus eſt in catholica eccleſia di
cere, quod ſicut tres ſubſiſtentiæ, ſic & tres naturæ ſint ſanctæ trinitatis. Hieronymus Hierony.
in expoſitione ſymboli ad papam Laurentium: Ignis cæleſtis generat ex ſe ipſo ſplendo
rem lucis, & producit uaporem, & cum ſint tria in rebus, unum ſunt in ſubſtantia, ita
trinitas una eſt maieſtas. Auguſtinus in continua expoſitione XXIX. capit. Iohannis: Auguſti.
Quomodo tu uerbum quod loqueris, in corde habes, & conceptio ipſa ſpiritualis eſt,
uerbum enim quod concepiſti, ſpiritus eſt ut anima: ſic deus genuit filium. Sed tu uer-
bum gignis ex tempore, deus genuit filiũ ſine tempore. In Origenis (ut dicitur) homi
lia quæ ſic incipit, Vox aquilæ pulſat aures eccleſiæ: Patre loquente uerbum ſuum, hoc

Pſalm. 103. eſt, patre gignente ſapientiam ſuam, omnia fiunt. Vnde propheta: Omnia in ſapientia
feciſti. Præcedit pater uerbum nõ natura, ſed cauſa. Audi ipſum filium dicentem: Non
Johan. 5. poſſum ego à meipſo facere quicquam, & à me ipſo facio nihil, uel à me ipſo non lo-
quor: præcedit pater filium cauſaliter, præcedit filius omnia quæ per ipſum facta ſunt
naturaliter. Pater loquitur, uerbum gignitur, omnia efficiuntur. Et quomodo qui lo-
quitur in uerbo, quod loquitur neceſſario ſpiritum perflat: ita deus pater ſimul & ſe-
Iſidorus. mel, & filium gignit, & ſpiritum ſuum p genitum filium producit. Iſidorus in libro
differentiarum: Sapientia dei dicitur uerbum, & quia nihil in ſubſtantia naturæ ſuæ ui
ſibile uel corporeum eſt, & pro eo quod pater per eam omnia condidit uel iuſſit, &
Auguſti. quia per illam pater innotuit. Auguſtinus libro octoginta trium quæſtionum capi-
Hanc ſen- te XXIII. Cum ſapiens deus dicitur, & ea ſapientia ſapiens dicitur, ſine qua eum uel fu
tentiã Au- iſſe aliquando uel eſſe poſſe nefas eſt credere, non participatione ſapientiæ ſapiens dici-
guſtin⁹ re- tur, ſicut anima quæ & eſſe & non eſſe ſapiens poteſt, ſed quod ipſe genuerit eam, qua
tractauit. ſapiẽs dicitur, ſapiẽtiam. Idem in eodem, capite decimoſexto: Deus omnium quæ ſunt
cauſa eſt. Quod autem omnium rerum cauſa eſt, etiam ſapientiæ ſuæ cauſa eſt. Nec un-
quam deus ſine ſapientia ſua eſt. Igitur ſempiternæ ſapientiæ ſuæ cauſa eſt ſempiterna.
Deinde ſi patrem eſſe ſempiternum in deo eſt, nec fuit aliquando non pater, nunquam
ſine filio fuit. Filius ergo ſemper natus eſt, quia ſemper filius eſt: & non ſolum imago
patris eſt, quia de illo eſt: & ſimilitudo, quia imago eſt: ſed etiam æqualitas tanta, ut nec
temporis interuallum impedimento fit. Per eum enim condita ſunt tempora. Auguſti-
Alipius. nus & Alipius in epiſtola ad Maximum medicum Temitanum: Sicut flamma ſplendo
rem quem gignit, tempore non præcedit, ita pater nunquam ſine filio fuit. Ipſe eſt quip
Sap. 7. pe ſapientia dei patris, de qua ſcriptum eſt: Splendor eſt enim lucis æternæ. Luci ergo
cuius ſplendor eſt, id eſt, deo patri, ſine dubio coæternus eſt, & ideo non ſicut in princi-
pio creauit deus cælum & terram, ita in principio fecit uerbum, ſed in principio erat
uerbum. Item in eadem epiſtola: Pater ita de ſe genuit filium, ut totus maneret in ſe, &
eſſet in filio tantus quantus & ſolus. Similiter & ſpiritusſanctus procedendo non mi-
nuit eum, nec auget hærẽdo. Tanta eſt igitur tota trinitas in ſolo patre, uel in ſolo filio,
uel in ſolo ſpiritusſancto, quanta ſimul in patre & filio & ſpiritusſancto. Quare nullo
modo triplex dicendus eſt deus.

Hierony. ¶ Hieronymus in Quicunq; uult: Deus pater deum filium genuit, non uoluntate ne
Gregori⁹. que neceſſitate, ſed natura. Gregorius XXIII. in Iob: In eo quod pater uerbum perfe-
ctum genuit, locutus eſt: in eo quod ſemper gignit, loquitur. filius dei unigenitus pro
Auguſti. perfectione natus dicitur, pro æternitate ſemper naſci perhibetur. Auguſtinus libro
decimoſexto de ciuitate dei. Dei quippe ante ſuũ factum locutio ipſius, ſui facti eſt im-
mutabilis ratio, quæ non habet ſonum ſtrepentem & tranſeuntem, ſed uim ſempiter-
ne manentem, & temporaliter operantem. Auguſtinus de uerbis domini cap. XXX.
II. ca. Iohannis: Sicut ſolum patrẽ ſemper & ſine initio ingenitum nouimus, ita filium
ſemper & ſine initio ex patre genitum confitemur. Nec aliud facit diuiſionem perſo-
narum, niſi quod pater ingenitus eſt, filius genitus: ille pater, iſte filius. Idem libro
decimoquinto de ſancta Trinitate, capite uigeſimoſexto: Hinc cõſtat ſpiritumſanctum
Gala. 4. etiam à filio procedere, quod Apoſtolus ait: Miſit deus ſpiritum filij ſui in corda no-
Iohã. 20. ſtra. Et cum reſurrexiſſet & apparuiſſet diſcipulis, inſufflauit & ait: Accipite ſpiritum
ſanctum. Idem eodem capitulo: Cum ſpiritumſanctum genitum non dicamus, dice-
re tamen nõ audemus ingenitum, ne uel duos patres in illa trinitate, uel duos qui non
ſunt de alio, quiſpiam ſuſpicetur. Idem eodem, capite decimooctauo: Sicut unicum
dei uerbum proprie uocamus nomine ſapientiæ, cum ſit & ſpiritusſanctus & pater ſa-
pientia, ita ſpiritusſanctus proprie nuncupatur uocabulo charitatis, cum ſit pater & fi
Enipius. lius charitas. Rectiſſime ſpiritusſanctus uocatur etiam donũ dei. Enipius ex dictis Au-
guſtini ex decalogi expoſitione: Sanctificatio nulla diuina & uera eſt, niſi à ſpiritusſan-
cto. Non enim fruſtra dicitur proprie ſpiritusſanctus, cum ſit & pater ſanctus, & filius

ſanctus. Nomen proprium hoc ſpiritus accepit, ut tertia in trinitate perſona ſpiritusſanctus diceretur.

¶ Auguſtinus in Enchiridio capite decimotertio: Gratia dei propterea per ſpiritũſanctum fuerat ſignificanda, quia ipſe ſic eſt deus, ut dicatur etiam dei donum. Auguſtin.

¶ Idem libro quinto de ſancta Trinitate, capite ſecundo: Aliæ eſſentiæ uel ſubſtantiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat mutatio, deus autem non.

¶ Idem capite quinto: Quamuis diuerſum ſit patrem eſſe & filium eſſe, non eſt diuerſa ſubſtantia: quia hæc non ſecundum ſubſtantiam dicuntur, ſed ſecundum relatiuum. Quod tamen relatiuum non eſt accidens, quia non eſt mutabile.

¶ Idem libro nono capite quarto: Mens & amor & notitia eius tria ſunt. Et hæc tria unum ſunt. Et cum perfecta ſunt, æqualia ſunt. Nec amor & notitia ſeu cognitio tanq̃ in ſubiecto inſunt menti, ſed ſubſtantialiter etiam iſta ſunt ſicut & mens, quia mẽs cum ſe totam nouit, perfecte nouit: & cum ſe perfecte amat, per totum eius eſt amor eius.

¶ Idem in ſermone de ſcripturis ueteribus & nouis cõtra Arrianos: In ſole tria ſunt quæ ſeparari omnino non poſſunt, ſol, ſplendor, calor. Tria etiã habet ignis indiuiſibilia, motum, lucem, & feruorem. Si ergo creaturam hæretice diuidere non potes, quomodo poteris diuidere creatorem? In Pſalmo habes: Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Pſalm. 32.

¶ Item contra Arrium: Intelligamus deum quantum poſſumus, ſine qualitate bonũ, ſine quantitate magnum, ſine indigentia creatorem, ſine ſitu præſentem, ſine loco ubiq; totum, ſine tempore ſempiternum, ſine commutatione ſui mutabilia facientem, nihil patientem. Quod ſi quis ita deum cogitat, & nõdum poteſt inuenire quid ſit: tamen pie caueat quantum poteſt, aliquid ſentire de illo quod non ſit.

¶ Ex prædictis & quàmpluribus alijs ſanctorum patrum ſanctis, ſunt qui dicũt patris nomine deſignari diuinæ maieſtatis potentiam, qua quæcunq; uelit efficere, poſſit. Non enim poteſt iniuſta facere deus, quia ipſe ſumma iuſtitia & bonitas eſt. Filij uero ſeu uerbi uocabulo ſentiunt ſignificari ſapientiam dei, qua ſic cuncta diſcernere ualet, ut in nullo penitus decipi queat. Appellatione autem ſpiritusſancti ipſa dei charitas uel benignitas intelligitur, qua ſcilicet omnia uult optime fieri ac diſponi. Eſt itaq; deſcriptio ſummi boni, cuius plenitudini nihil deeſt: omnipotentiæ, ſummæ ſapientiæ, ſummæq; bonitatis diſcretio. Nam in his tribus continentur omnia quæ de deo dicuntur. Quod enim dicitur inenarrabilis, immutabilis, indeficiens, æternus, potentiæ eſt. Poſſe ſiquidem uariari, poſſe deficere, impotentiæ eſt. Quod rurſus prouidus eſt, præſcius, modeſtus, ſapientiæ eſt, nam non cognoſcere res ipſas, niſi ex earum euentibus ſeu effectibus, inſipientiæ eſt humanæ. Benignus uero miſericors & miſcrator cum dicatur, ad bonitatem ſpectat, quamuis miſerator magis exhibitione miſericordiæ, quàm ex bonitate dicatur. Sic de cæteris. Hæc utique trinitatis diſtinctio ad diuini cultus religionem plurimum proficit nobis, & ob hoc præcipue ipſa dei ſapientia incarnata, in prædicatione ſua eam decreuit aſſumere. Duo quippe ſunt, quæ nos omnino deo ſubiectos efficiunt, timor ſcilicet atq; amor. Potentia ſiquidem & ſapientia maxime timorem incutiunt, cum deum iudicem eſſe ſentimus, & quæ uoluerit omnia poſſe punire ſcimus, & nihil eum latere cognoſcimus. Benignitas uero ad amorẽ pertinet, ut quem benigniſſimum habemus, potiſſimum diligamus. Ex quo etiam animaduerti poteſt, eum ulciſci impietatem uelle: quia quo plus placet ei æquitas, eo magis diſplicet iniquitas, iuxta illud: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. Pſal. 44.

¶ Rurſum, hæc trinitatis diſtinctio ad uniuerſorum dei operum commendationem plurimum ualet, ut quæcunq; agit, egregie fieri credantur: cum quæcunque uelit efficere poſſit, & in omnibus modum ſeruare ſciat, & optime cuncta fieri uel procedere uelit. Hinc totius trinitatis opera indiuiſa, id eſt, communia eſſe dicuntur: quia quicquid potentia geritur, idem ſapientia moderatur, & bonitate conditur. Vnde bene in

his quæ facimus, uel deum facere exoramus, commemorationem trinitatis facimus, di-
centes: In nomine patris & filij & ſpirituſſancti. uel, in nomine ſanctæ & indiuiduæ tri-
nitatis. ut ſicut trium perſonarum indiuiſa eſt operatio, ſic & earum inſeparabilis ſit in-
Gene.1. uocatio. Hinc eſt quod Moyſes, cum prius dixiſſet, In principio creauit deus cælum
& terram, adiecit: & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. In deo quidem creatore
patrem inſinuans, diuinam potentiam, per quam creare de nihilo omnia potuit, con-
grue commemorat, quia hoc nomen deus interpretatur timor, & poteſtati reueren-
tia timoris maxime exhibetur. Nomine uero principij, filium deſignat, id eſt, diui-
nam rationem ſeu ſapientiam, in qua per prouidentiam cuncta prius conſiſtere quo-
dammodo habuerunt, quàm in effectus operum peruenirent. Per ſpiritum uero domi
ni, aperte ſpiritumſanctum inſinuat, id eſt, diuinæ gratiæ bonitatem. In creatione quo-
Gene.1. que hominis non dixit, faciam hominem: ſed, Faciamus hominem, ut trinitatis plurali
tatem deſignaret. Cum autem totius trinitatis una ſit potentia, una ſapientia, una bo-
nitas, una eademq́; operatio: quæ tamen ad potentiam aſſignantur, patri ſpecialiter at-
tribuuntur: quæ ad ſapientiam ſpectant, filio: quæ ad bonitatem pertinent, ſpirituiſan-
Act.1. cto: ut à ſubiectis declaratur exemplis. Ait filius: Quæ pater poſuit in ſua poteſtate.
Luc.22. Et alibi: Sicut diſpoſuit mihi pater. Quoties autem ipſa humanitas filij, opem unitæ ſi-
bi diuinitatis implorat, aut aliquas preces ei fundit, ſolo patris utitur uocabulo, ipſam
ſcilicet commemorando potentiam, qua potens eſt deus efficere quod rogatur, uelut
Johan.17. cum dicitur: Pater ſancte, ſerua eos. Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum,
Luc.23. & ſimilia quæ ad orationem pertinent. Hinc uſus eccleſiæ ad ſolum patrem locutio-
nem dirigit in ſpecialibus orationibus, quæ in celebrationibus miſſarum fiunt. Apo-
ſtolus quoque cum ait patrem ſuſcitaſſe Ieſum à mortuis, uel uiuificaturum eſſe corpo
ra noſtra, uel filium aut ſpiritumſanctum miſiſſe, uel ei filium obediſſe: cum inquam
talia dicit, quaſi proprie & ſpecialiter proprietati patris aſſcribit, quæ ad poteſtatem at
tinere uidentur. Sic quoque perſonæ filij quæ ad rationem uel ſapientiam pertinent,
Johan.5. ſpecialiter aſſignantur, iuxta illud: Pater omne iudicium dedit filio. Potentia ſiquidem
ſapientiæ in diſcretione iudicij cedit, ubi æquitas magis eſt examinãda, quàm uis & po
tia exercenda. Quod autem ſupponitur, quia filius eſt hominis, inde maxime iudicium
pendere declarat, quod impij inter cætera mala miſſum etiam à patre filium reſpuerſit.
Vnde filius ait: Si non ueniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent.
Joh. 15. Nunc autem excuſationem non habent de peccato. Ad hoc etiam illa inſcriptio Pſalmi
Pſalm.9. Pſalm.35. pertinet, quæ ait pro occultis filij, id eſt, iudicijs, de quibus dictum eſt: Iudicia tua abyſ-
ſus multa. Quia ſicut dictum eſt, ſapientiæ eſt iudicare, id eſt, quid ex iuſtitia cuiq; debea
1.Cor.1. tur agnoſcere. Chriſtum dei uirtutem & dei ſapientiam Apoſtolus nominat. Sapienti-
am quippe, per quam omnia ad integrum nouit: uirtutem uero, per quam bonorum
Johan 1. omnium efficaciam complet. Vnde illud: Omnia per ipſum facta ſunt. Et alibi: Omnia
Pſal.103. in ſapientia feciſti. Inde dextra ſiue manus patris appellatur, per quem pater omnia ope
ratur. Qui etiam bene mens patris ſiue ratio, ſiue angelus cõſilij dictus eſt, quia in hac ſa
pientia rationabiliter pater omnia diſponit, ſiue mundũ creando, ſiue eundem lapſum
reparando. Et in hoc pater uerum conſilium noſtræ ignorantiæ dedit, cum ſapien-
tiæ incarnatio nos uiſitauit. Diuinæ autem gratiæ operatio & omnia quæ ad diui-
næ charitatis bonitatem manifeſtius ſpectant, ſpirituiſancto aſſcribuntur: ſicut eſt re-
miſſio peccatorum, diſtributio quorumcunq; bonorum ex ſua bonitate, nõ ex meritis
Johan.3. noſtris proueniens. Hinc eſt quod aqua & ſpiritu, non aqua & patre uel filio regene-
rari dicimur, cum tamen totius trinitatis operatio in ſingulis eadem ſit. Omnia deniq;
ſacramenta, quæ in eccleſia conficiuntur ex bonitate dei, ſpiritui ſunt attribuenda: ut
ex hoc patenter liqueat, affectum paternæ maieſtatis, id eſt, dulcedinem diuinæ bo-
nitatis, ſpirituſſancti uocabulo exprimi. Spiritu nanq; oris noſtri, id eſt, anhelitu, affe-
ctus animi maxime pateſiunt; cum ſcilicet aut præ amore ſuſpiramus, aut præ doloris

uel laboris anguſtia gemimus. unde hoc loco ſpiritus pro bono affectu ponitur, iuxta illud ſapientiæ: Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. Et in Pſalmo: Spiritus tuus bonus deducet me. Et Apoſtolus: Deus charitas eſt. quia teſte Gregorio, ſpiritus ipſe amor eſt, quo amore ſecundum Iohannem pater diligit filiū. & inde quædam patris & filij communio eſt ſpiritusſanctus, qui & amborum dicitur æternum donum, id eſt, donabile: donatum uero, ex tempore. Sap. 1. Pſal. 142. 1. Ioh. 4.

¶Huius autem trinitatis necnō genituræ filij à patre, ac proceſſionis ſpiritus ab utroq;, huiuſmodi ueſtigia proponit doctorum uigilantia.

¶Auguſtinus libro XI. de ciuitate dei: In unaquaq; creatura hæc tria requirunt: quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit. Pater itaq; eſt, qui omnia fecit per filiū, propter bonitatem ſuam. Quæ bonitas quia ſpiritusſanctus intelligitur, trinitas nobis intimatur. In creando quippe immenſitatem rerum, potentia maxime declaratur: ſapientia quoq;, in gubernando creata: & in eadem ad optimum euentum deducendo, benignitas ex ipſis creaturis manifeſtatur. Auguſt.

¶Item: Ex mente noſtra naſcitur ſapientia, quæ eſt in ipſa, & à mente & ſapientia procedit amor, quo ipſa mens diligit ſapientiam à ſe genitam: & ſunt hæc tria ſimul in una indiuiſibili ſubſtantia animæ.

¶Item: Vt in ſole apparet, à ſubſtantia ignis uis ignei feruoris naſcitur, & inde prouenit ſplendor in eadem ſubſtantia.

¶Item: Imago de ære ad ſigillandum facta, quod eſt imago, id eſt, ſic formatum æs, ex ære tanquam ex materia contrahit: & quod eſt ſigillabile ſeu ſigillans, ab utroque procedit. Sunt igitur in una eademq; eſſentia tria proprietate diuerſa: quia aliud eſt eſſe hoc æs: aliud, eſſe hanc imaginem: & aliud, eſſe hoc ſigillabile. Scientia quoque ſiue ſapientia cum ſit potentia diſcernendi, neceſſario exigit ad eſſe ſuum potentiam: ſed potentia non exigit ſapientiam, quod ſimilitudine materiæ ad materiatum, facile uideri poteſt. Etenim quia ſtatua conſtat ex ære & forma, æs non exigit ſtatuam ad eſſe ſuum: ſtatua uero exigit æs, & quodammodo improprie ac figurate poſſet dici, ſtatuam ex ære genitam ſeu procreatam eſſe, & omne materiatum ex materia. A potentia uero & ſapientia procedit bonæ uoluntatis affectus: quia his exigentibus conſequenter facere uolumus, niſi uitiū præpediat, quæ poſſumus & ſcimus facere, ſi cognoſcamus ea fieri oportere. Sed quo ſpectant propoſitæ ſimilitudines? Nunquid præſumet aſſignare quiſquam generationem filij à patre, proceſſionem ſpiritus ab utroq;? Dicit enim Hieronymus in Quicunq; uult, & Ambroſius in libro de Trinitate: Quomodo genuit pater filium, etiam angeli neſciunt. Sed forte ſenties hoc ideo dictum eſſe, quia potentia cui omnia ſunt poſſibilia, incomprehenſibilis eſt: & ſapientia uidens uniuerſa atq; diſcernens ſingula, incomprehēſibilis eſt, ſimul etiam generatio eius in hoc quod eſt æterna, ſupra intellectum eſt. Senties autem fortaſſe iuxta præmiſſas ſimilitudines facile intelligi poſſe, ut dicas: Cum ſapientia, quia eſt potentia diſcernendi, ſit id ipſum quod eſt ex potentia: tranſlatiue ſapientia dei nata ſeu genita dicitur à potentia diuina, & appellatur filius, iuxta quod filij de patribus ſunt uelut eorum expreſſæ imagines, & mutuam dilectionem habentes. Potentia quoq; diuina in eo quod ex ipſa eſt ſapientia, nimirum per tranſlationem nuncupata, eſt pater. Per multa nanq; nomina de creaturis ad creatorem traſlata ſunt. Illud autem firmiter ſciendum, quia unus deus una potentia eſt, ex qua omnia. nec dicitur omnipotentia ſeu omnipotens, quaſi per collectionem potentiarum, ſed quia poteſt omnia quæ uult. Filius ergo per quem omnia, æque eſt omnipotentia ut pater, cum ſit potentia diuina in eo quod eſt potētia diſcernendi & gubernandi uniuerſa. Ne mireris deum una potentia poſſe omnia, uno intuitu mentis uidere & ordinare omnia, uno affectu benignitatis amplecti omnia, cum etiam tu uideas uno ictu oculi lunam & ſtellas, & alia tam diuerſa. Spiritusſanctus à patre & filio procedit, quoniam idcirco uult deus omnia quæ facit, quia poteſt & quia ſcit. Hæc autem Hieronym. Ambroſ.

proceſſio inde eſt, quia benignus diuinitatis affectus, ex potentia & ſapientia ad creationem & gubernationem rerum, ad diſtributionem gratiarum extenditur. Aeternaliter enim uult deus, ut uniuerſa fiant quæ facit temporibus ſuis: & uoluntas ſua omnium bonorum cauſa eſt. Hic igitur diuinitatis affectus erga creaturas habitus, procedit à patre, procedit & à filio: non ut natus, ſed ut datus per collatam creaturis gratiam. Filius uero procedit à patre ut natus. Cum ergo bonitas dei ſit cauſa totius diuinæ creationis, & cooperetur potentiæ ac ſapientiæ in omni operatione diuina, patet ex ſupradictis autoritatibus, quia unius eſſentiæ ſunt tres ſubſiſtentiæ ſiue perſonæ, id eſt, pater & filius & ſpirituſſanctus, unius maieſtatis, unius indiuiduæ naturæ, æternæ deitatis. Licet igitur aliud ſit eſſe potentem, aliud eſſe ſapientem, & aliud eſſe benignum, cum hæc tria proprietatibus diuerſa, ſint unius ſubſtantiæ diuinitatis in deo, conſtat quia tota trinitas eſt ſumma potentia, tota ſumma eſt ſapientia, tota ſumma bonitas. Non enim aliud eſt dicere, deum eſſe potentiam, ſapientiam, bonitatem: & dicere, deum eſſe potentem, ſapientem, benignum. Eſt enim potens, ſapiens, bonus, ſed participatione, ſed natura. Vere itaq; ſecundũ ſubſtantiam dr̃ quod pater eſt, filius eſt, & ſpirituſſanctus, & econuerſo. At uero relatio prohibet ne dicamus, qui pr̃ eſt, filius eſt, uel ſpirituſſanctus, neq; qui filius eſt, pater eſt uel ſpũſſanctus. Non eñ una perſona eſt altera, licet ſit hoc ipſum quod altera. Alia eſt enim proprietas potẽtiæ, alia proprietas ſapientiæ, alia proprietas bonitatis: & ita eſt alia perſona patris, alia filij, alia ſpirituſſancti. Nota in hoc aliam eſſe proprietatem patris, aliam filij, aliã ſpirituſſancti: quod alia uera ſunt de ſolo patre, alia de ſolo filio, alia de ſolo ſpirituſancto. Cum enim dicamus, proprietas eſt ſpirituſſancti, quod neque eſt genitus, neque ingenitus: nec ſubſtantiam, nec accidens dicimus eſſe proprietatem eius. Similiter eſt proprietas patris, id eſt, proprie de ſolo patre dicitur, quod neque natus eſt, neque procedens. Vnde ergo falſum eſt, patrem eſſe filium, uel filium eſſe patrem: inde falſum eſt, quod deus genuerit ſeipſum. Sed quia una perſona genuit alteram, pater ſcilicet filium, deus genuit deum, & eſt deus de deo, lumen de lumine. Similiter cũ ſpirituſſanctus à patre & filio procedat, deus à deo procedit: ſed neque à ſeipſo, neque ab alio. Ab alio non, quia non eſt niſi unus deus. Neque à ſeipſo, quoniam perſona procedens non eſt ille à quo procedit. Refertur autem pater ad filium, filius ad patrem, ſpiritus ad utrunq; communiter.

Aug. ¶ Auguſtinus libro quinto de Trinitate, capite decimoquarto: Sicut pater & filius ſunt unus deus, & ad creaturam relatiue unus creator: ſic relatiue ad ſpiritumſanctum, unum principium. Ad creaturam uero, pater & filius & ſpirituſſanctus unum principium ſicut unus creator. Sciendum igitur, ſi nummus ſine ſui mutatione incipit eſſe precium illius rei quæ emitur, multo magis deus ſine ſui mutatione cœpit eſſe creator, cum primo fierent creaturæ: cœpit eſſe dominus, cum cœpit ei ſeruire creatura: cœpit eſſe miſerator, cum primo fuit cuius miſereretur. Aeternaliter fuit immenſus, iuſtus & miſericors, ſed reſpectu creaturarum dicitur creator, dominus & miſerator.

¶ Item Auguſtinus de Trinitate: Secundum hoc quod pater eſt ingenitus, filius genitus, ſpiritus procedens, nec æqualitas, nec inæqualitas conſideratur. ſed in eo quod perſonæ ſunt unus deus, una natura, una ſubſtantia, ſunt ſibi coæquales & conſubſtantiales. Quamuis ergo filius ſit de patre, non tamen eſt poſterior patre uel inferior, ſed coæternus, coomnipotens. Sic & ſpirituſſanctus, cum ſit à patre & filio, nequaquam minor eſt uel poſterior, ſed conſubſtantialis, coæternus, & coomnipotens.

¶ Notandum quia perſona multipliciter dicitur. Eſt enim perſona ſubſtantia rationabilis indiuidua, ut quilibet homo. In rhetorica uero dicitur perſona, quicũq; propter certum dictum uel factum in cõtrouerſiam ducitur. In grammatica autem ſic perſona deſcribitur: Perſona eſt qui loquitur ad alium, uel ad quem loquitur alius, uel de quo

rationalis

aliqui loquuntur. Cum igitur euenit quod idem homo loquitur ad alium, & in eum dirigitur locutio, & de eo fit locutio, tunc una & eadem res eſt prima & ſecunda & tertia perſona, nec tamen prima eſt ſecunda uel tertia, & econuerſo. In deo autem perſona eſt uel ingenitum uel genitum, uel nec ingenitum nec genitum. Eſt ergo una & eadem diuina ſubſtãtia tres perſonæ, id eſt, pater & filius & ſpiritusſanctus, ita quod pater non eſt filius nec ſpiritusſanctus, & econuerſo.

¶Et ſciendum, quia perſonæ in deitate dicſitur perſonæ, non in reſpectu, ſed ſecundum ſe. ¶Auguſtinus libro ſeptimo de Trinitate cap. ſexto: Non eſt aliud deum eſſe, aliud perſonam eſſe, ſed omnino idem. Neq; in hac trinitate cum dicimus perſonã patris, aliud dicimus quàm ſubſtãtiam patris. Quocirca ut ſubſtantia patris ipſe pater eſt, non quo pater eſt, ſed quo eſt: ita & perſona patris non eſt aliud quàm ipſe pater eſt. Ad ſe quippe dicitur perſona, non ad filium uel ſpiritumſanctum. Cur ergo non hæc tria ſimul unam perſonam dicimus, ſicut unam eſſentiam & unum deũ, niſi quia uolumus uel unum aliquod uocabulum ſeruire huic ſignificationi, qua intelligitur trinitas, ne omnino taceremus interrogati, quid tres, cum tres eſſe fateremur? Auguſtin.

¶Hucuſq; de unitate diuinæ eſſentiæ, ac de perſonarum proprietatibus iuxta magiſtrorum exiſtimationem & ſanctorum aſſertiones.

EPILOGVS BREVIS.

EST ſummi natura boni ſuper omnia ſimplex.
Hæc eadem pater eſt, genitus, bonitas utriuſq;.
Lux & origo pater, non nata potentia ſumma.
Splendor, imago patris, uerbum, ſapientia nata.
Eſt patris & nati donum bonitas utriuſq;.
Eſt tantus pater aut natus donum'ue duorum,
Quantus cum patre filius eſt & ſpiritus horum.
Sicq; triplex minime deus eſt, ſed trinus & unus.
Perſonis trinus, natura, æternus & unus.
Tres igitur faciunt perſonæ, quod deus, omne.



EIVSDEM ZACHARIAE in opus idem præfatio II. quatuor euangeliſtarum uitas breuiſſime perſtringens.

MATTHAEVS cognomento Leui, cuius uocatio ad deum ex publicanis actibus fuit, euangelium Hebræo ſermone in Iudæa primus ſcripſit, duorũ in generatione Chriſti principia præſumens; unius, cuius prima circuncíſio in carne: alterius, cuius ſecundum cor electio fuit. Sicq; quaterdenario numero triformiter poſito, principium à credendi fide in electionis tempus porrigens, & ex electione uſque in tranſmigrationis diẽ dirigens, atq; à tranſmigrationis die in Chrm uſq; definiens, decurſam aduẽtus domini oſtendit generationem.



DEinde MARCVS Euangeliſta dei, Petri in baptiſmate filius, & in diuino ſermone diſcipulus, genere leuiticus, euangelium Græco ſermone in Italia ſcripſit: oſtendens in eo, quid & generi ſuo deberet & Chriſto. Nã in uoce propheticæ exclamationis inſtituẽs initium euangelicæ prædicationis, ordinem leuiticæ electionis oſtendit, prædicens emiſſum Iohannem filium Zachariæ in uoce angeli, annunciantis uerbum carnem factũ, & corpus domini per uerbum diuinæ uocis animatum: ut in ſe caro uerbum, quod in conſonantibus perdiderat, inueniret. A baptiſmo domini prædicare deum inchoans, deſerti ieiuniũ, tentationem diaboli, congregationem beſtiarum, & miniſterium angelorũ, cæteraq; ſic in breui compingẽs, protulit, ut nec autoritatem facti demeret, & perficiendi operis plenitudinem nõ negaret. Deniq; poſt fidem amputaſſe ſibi pollicem dicitur, ut ſacerdotio reprobus haberetur. Sed tantum conſentiens fidei prædeſtinata potuit electio, ut nec ſic in opere uerbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nam primus Alexandriæ epiſcopus fuit, cum per ſingula opera ſciret & euangelij in ſe dicta diſponere, & diſciplinam legis agnoſcere, & diuinã in carne domini naturam intelligere. Ibiq; octauo Neronis anno mortuus & ſepultus eſt



LVCAS autem Syrus Antiochenſis arte medicus, diſcipulus apoſtolorum, & poſtea Paulum ſecutus uſq; ad paſſionem eius, ſeruiens domino ſine crimine, poſt Matthæum & Marcum ſancto inſtigante ſpiritu, in Achaia ſcripſit euangeliũ. Cui extra ea quæ ordo euangelicæ diſpoſitionis expoſcit, ea maxime neceſſitas laboris fuit, ut primum Græcis fidelibus, ne Iudaicis attenti fabulis, in ſolo legis deſiderio tenerentur, ne uel hæreticis fabulis ſeducti, exciderent à ueritate, elaboraret: deinde, ut in principio euangelij natiuitate Iohannis præſumpta, cui ſcriberet, indicaret: conteſtans in ſe completa eſſe, quæ eſſent à pleriſq; præſumptuoſe inchoata. Huic Lucæ non immerito etiam ſcribendorum Actuum apoſtolorum gratia data eſt, utpote illi, cuius omnia uerba languentis animæ ſunt medicina. Hic neque uxorem unquam habens neque filios, octoginta & quatuor annorum obijt in Bithynia, plenus ſpirituſancto.



IOHANNES uero Apoſtolus & Euan
geliſta, uirgo electus à deo, quem de nu-
ptijs uolẽtem nubere uocauit, poſt om̃es
euãgelium ſcripſit in Aſia, poſtquam ſcripſe-
rat Apocalypſin in Patmos inſula. Cuius uir Apoc.1.
ginitatis duplex teſtimonium in Euangelio
datur, quia & præ cæteris dilectus à deo di-
citur, & huic matrem ſuam de cruce cõmen Iohã.19.
dauit, ut uirginem uirgo ſeruaret. Denique
manifeſtans in euãgelio quod erat ipſe, opus
incorruptibilis uerbi ſolus inchoãs, uerbum Iohan.1.
carnem factum eſſe, nec lumẽ à tenebris com
prehenſum fuiſſe teſtatur, primũ ſignum po
nens quod in nuptijs fecit deus, ut ueteribus Iohan.2.
immutatis, noua om̃ia quæ à Chriſto inſtitu-
untur, appareant. Itaq; cui in principio cano
nis incorruptibile principium erat in Gene-
ſi, etiã incorruptibilis finis redditur per uir-
ginẽ in Apocalypſi, dicẽte Chriſto: Ego ſum Apocal 22.
alpha & ω. Hic eſt Iohannes, qui ſciens ſuperueniſſe diem receſſus ſui, conuocatis diſci-
pulis ſuis in Epheſo, deſcendit in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione, & po
ſitus eſt ad patres ſuos, ſexageſimo octauo anno à paſſione domini: tam extraneus à do-
lore mortis, quàm alienus à corruptione carnis. Igitur in euangelio perutile eſt deſide-
rantibus deum, ſic prima uel media uel perfecta cognoſcere, ut & opus euangelij, & di
lectionem dei in carne naſcentis per uniuerſa legentes intelligant, atq; in eo id, in quo
apprehenſi ſunt & apprehendere expetunt, recognoſcant.

ZACHARIAE EPISCOPI CHRYSOPOLITANI, IN VNVM EX QVATVOR PRAEFATIO .III.

VNVM ex quatuor euangeliſtarum dictis euangelium, claro ſtudio compoſuit Ammonius Alexandrinus, qui canonum quoq; euangelij fertur inuentor. Hoc Euſebius Cæſarienſis in epiſtola præſcripta editioni qua memoratos euangelij canones edidit, præfati uiri imitatus ſtudium, Carpiano ſcripſit. Tacianus etiam uir eruditiſſimus & eleganti eloquentia præditus, cuius commendationem beatus Hieronymus in libro de illuſtribus uiris nõ tacuit, & unũ ex quatuor (ut eccleſiaſtica narrat hiſtoria) compaginauit euangelium, & magnificos contra gentes libros edidit. Hic beati Iuſtini philoſophi & martyris, dum adhuc uiueret, diſcipulus fuit. Deiñ uero doctrinæ ſupercilio elatus, ad hæreſes conuolauit. Sane huius hæreſiarchæ ſi ſupereſſet opus euangelicum, quod ſancti Iuſtini lateri adhærens fortaſſis explicuit, in eo domini Ieſu uerba diligenter amplecti, ſecure legere, ouibus eius uocem cognoſcentibus nil prohiberet. Nam ſicut ſacramenta ſine ſui corruptione participantur & à malis, ſic ueritatis uerba ſiue dicta, ſiue ſcripta, ab hæreticis ſuo proprio tenore minime priuari poſſunt. Quo fit quod Origenis errorum peruerſitas, eius ſtudium in qua parte claruit, nequaquam decolorauit. Vitæ quoq; Salomonis enormitas, eius imò dei in eo ſapientiam nullatenus obnubilauit. Exemplis quidem quàm plurimis, non repudiatum iri uera pro falſis, probatio manifeſta eſt.

¶ Ad hæc pater Hieronymus in homilia de uillico iniquitatis introducens Theophili expoſitiones, hanc eius laudem adiecit: Theophilus Antiochenæ eccleſiæ ſeptimus

poſt Petrum apoſtolum epiſcopus, quatuor euangeliſtarum in unum opus dicta com-
pingens, ingenij ſui nobis monimenta dimiſit.

Auguſtin. ¶Beatus quoq; Auguſtinus in ſecundo de concordia euangeliſtarum, quoad ei ui-
ſum eſt, ex diuerſorum dictis unam narrationem faciens, inquit: Hoc exemplo ſiue ut à
me factum eſt, ſiue alio modo cōmodius fieri poſſit, uideat unuſquiſq; & in cæteris lo-
cis fieri poſſe. Eius igitur exemplo ac perſuaſu nonnulli fortaſſe unam ex quatuor nar
rationem perſtrinxere. At uero huius operis quis autor, imò ordinator extiterit, ni-
hil intereſt ignorare. Etenim tam uerba quàm ſententiæ non niſi euangeliſtarum ſunt.
Matthæi nanque dictis, reliquorum trium excerpta (quod cuilibet perquirenti facile
eſt cognitu) arte mira magis'que breuitate miranda iunguntur. Hoc autem præ-
nominatum Ammonium feciſſe, ſcribit Euſebius Carpiano. Suſcipe ergo Chriſtico-
Roman. 9. la in hoc manuali opere, uel ſi commodius poſſis in alio uerbum breuiatum, quod do
Iſaie. 10. minus fecit ſuper terram. Collige ergo compendioſe uerbi incarnati hiſtoriam, man-
data, promiſſa. In his itaq; habeto uiam, ueritatem & uitam. Chriſti igitur exemplo no
ſce, quia bene uiuere poſſis præceptis & promiſſis: bene uiuere ſcias & uelis, ad ſignan-
dum ſuper te magis magisq; lumen uultus domini. His utiq; tribus tria propulſari ne-
Pſalm. 4. ceſſe eſt, impotentiam ſcilicet, ignorantiam, negligentiam. Ignorans enim ignorabitur,
1 Cor. 14. negligens uero neſcietur, nequam ſimulator impotētiæ nihilominus eijcietur. Vide er
Ezech. 1. go cum propheta quatuor animalia, per totum corpus oculata. Quod uni ſint quatu-
or facies, uelut ignis ſit horum ſpecies, hoc explicat hæc noua ſeries arte mira. Hic iun-
guntur pennæ æqualiter, rotæ ſeſe capiunt pariter, & uoluuntur non aliter arte mira.
Quo ſpiritus datur directio, illuc pergunt, nec ſit reuerſio. nunc deſcenſus, nunc eleua-
tio eſt in eis. Dant ſcintillæ micātes radios, & coruſcat fulgur in impios, terror ad hos,
ſplendor ad filios, eſt in eis.

¶Vt ergo abſq; ſcrupulo ſtudioſi mens ſecura, poſſit hoc uti uolumine: ſententias,
euangeliſtarum perſonas, numeris per loca congrua curaui diligēter diſtinguere. Ho-
rum alter ſignis quibuſdam (quas uulgo cifras appellant) expreſſus indicat numeros
ipſos in canonibus Euſebianis. Alter ſub hoc pinguiuſculis literis effigiatus, & uſq; ad
decem tm̄modo procedens, in quoto canone ſuperpoſitus numerus inueniatur, oſten-
dit. Numeris ſiquidem luce clarius aperitur, quid proprie, quid communiter, quæue
ſimilia, dixerint euangeliſtæ. Literis quoq; eoſdem, breuitatis nec non differentiæ cau-
ſa iudico debere diſcerni, uidelicet per R literam Marcum, per M Matthæum, per A
aquilam ſummum euangeliſtam, per L uero Lucam. Præterea nemo culpet, hiſtoriæ
naturalem ordinem non hic uſquequaq; ſeruatum eſſe. Singuli nanq; euangeliſtarum
nihilominus Iuuencus, Sedulius, egregij uerſificatores, circa eandem materiam uerſan
tes, præpoſtero ordine plurima narrauere. Cautum ſit itaq; præoccupationis & reca-
pitulationis regulas, nec non quàm pluresalias, de quibus doctor Auguſtinus in con-
cordia euangeliſtarum docet, huic operi ſæpe applicare oportere.

ADMONITIO LECTORIS.

Sicut ex creaturis creator cognoſcitur, & per earum infinitam uarietatem incōpre-
henſibilis eſſe non dubitatur: ita ſacræ ſcripturæ in idipſum directa uia ſunt, & ideo
multipliciter, quia ducunt ad immenſum. Sunt autem ex Hebræo in Græcum tranſla-
tiones ſeptem, plurimum diſtantes ab inuicem, & de Græco in Latinū multo plures, ac
nihilominus inter ſe differentes, atq; inſuper ex Hebræo in Latinū una Hieronymi de
uerbo in uerbum. Cū igitur tam perplexa ſcripturæ uarietas in libris diuinis manife-
ſta ſit, nuſquam nimirum ex induſtria ſecūdum diuerſa exemplaria aliā & aliam poſui-
mus literam, dum euangelij concordiam tractaremus. Continet itaq; textus expoſitio-
ni interpoſitus, maxime literam ſecundum uſum modernorum: in textu uero ſiue ex-
poſitione pleræq; raræ poſitiones habētur ex ueteri bibliotheca, uel de expoſitionibus
ſumptæ. Hæc autem idcirco notare curauimus, ne forte qui & textum & expoſitionem
legerint, alterum per alterum corrigere uelint.

IN principio erat uerbum deus apud deum, per quem facta ſunt omnia. 1.
De ſacerdotio Zachariæ. 2.
Vbi angelus Gabriel ad Mariam loquitur. 3.
De natiuitate Iohannis baptiſtæ. 4.
De generatione uel natiuitate Chriſti. 5.
Vbi angelus apparuit paſtoribus. 6.
Vbi Ieſus ductus ē à parētib^9^ ut circūcideret. 7
De magis qui uenerunt ab oriente. 8.
Vbi ē fugatus Ieſus & parētes ei^9^ in Aegyptū. 9.
Vbi Herodes interfecit pueros. 10.
Vbi Ieſus reuocatur ab Aegypto. 11.
Vbi Ieſus remanſit in templo Hieroſolymis. 12.
Vbi Iohānes baptiſta apparuit in Iſrael. 13.
Vbi Ieſus baptizabatur à Iohanne. 14.
Vbi Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu. 15.
Vbi duo diſcipuli Iohānis ſecuti ſunt Ieſum. 16.
De Philippo & Nathanael. 17.
Vbi Ieſus in ſynagoga legit librum Iſaiæ. 18.
Vbi Ieſus uocauit Petrum & Andream, Iacobum & Iohannem. 19.
Vbi Ieſus uocauit Matthæum publicanum. 20.
Vbi Ieſus audiens quod Iohannes traditus eſſet, ſeceſſit in fines Zabulō & Nephthali. 21.
Vbi Ieſus circuibat omnes regiones, & ſedens in monte, elegit duodecim apoſtolos, & docuit eos de beatitudine regni cælorum, & quæ ſequuntur. 22.
Increpatio diuitum. 23.
Vbi dicit, Vos eſtis ſal terræ. 24.
Vos eſtis lux mundi, & iterū comparatiōes de præceptis legis. 25.
Iracundiæ prohibitio. 26.
De relinquendo munus ad altare. 27.
De adulterio concupiſcentiæ. 28.
De repudio. 29.
De iuramento. 30.
De oculum pro oculo. 31.
De diligendo proximum. 32.
De occulta eleemoſyna. 33.
De ſecreta oratione. 34.
De occulto ieiunio. 35.
De non theſaurizando ſuper terram. 36.
Quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 37.
Non debere ſolicitum eſſe de eſca uel indumento. 38.
Nō debere quenq̄ iudicare uel cōdemnare. 39.
Parabola de amico, uel de tribus panib^9^ petendum, quærendum, pulſandum. 40.
De cauendo à falſis prophetis. 41.
Non hi intrabunt in regnum cælorum, qui tm̄ dicunt, domine domine. 42.
Comparatio in his omnibus de ſapiente & inſipiente ædificatoribus. 43.

CAPITVLA LIBRI II.

Vbi Ieſus miſit duodecim diſcipulos ſuos docere & curare omnes infirmos. 44.
Vbi Ieſus in Chana Galilææ aquā uinū fecit. 45.
Vbi Ieſus mundat leproſum. 46.
Vbi Ieſus puerum centurionis paralyticum curauit. 47.
Vbi ſocrum Petri à febribus ſanauit Ieſus. 48.
Vbi Ieſus in ciuitate Naim mortuum reſuſcitauit. 49.
Vbi omnes infirmitates curat, ut adimplerentur ſcripturæ prophetarum. 50.
Vbi uolenti eum ſequi dixit, Vulpes foueas habent. 51.
Vbi nauigās imperauit tēpeſtati, & ceſſauit. 52
Vbi curauit trans fretum dæmoniacum, qui in monumentis manebat. 53.
Vbi curauit paralyticum, quem depoſuerunt per tectum. 54.
Vbi filium reguli abſentem curauit. 55.
Vbi Leui publicanus cōuiuium ei fecit, & dicentes ſcribæ & phariſæi diſcipulis, quare cū publicanis & peccatoribus manducat magiſter ueſter. 56.
Vbi ſcribæ ſignum petiūt ab eo, & eis multa dicit. 57.
Vbi quædam mulier de turba clamauit ad Ieſum, beatus uenter qui te portauit. 58.
Vbi nūciatur Ieſu quia mater tua & fratres tui uolunt te uidere. 59.
Vbi Ieſus mulierem quæ fluxum ſanguinis patiebatur, & filiam Iairi principis ſynagogæ mortuam ſuſcitauit. 60.
Vbi duos cæcos curauit, & dæmonium ſurdum & mutum eiecit. 61.
Vbi phariſæi dicunt de Ieſu, in Beelzebub eijcit dæmonia. 62.
Vbi Martha ſuſcepit Ieſum in domo ſua. 63.
Vbi Iohannes de carcere miſit ad Ieſum interrogare eum. 64.
Vbi exprobrat ciuitatib^9^, in quibus factæ ſunt plurimæ uirtutes. 65.
Vbi apl̄i reuertunt ad Ieſum de p̄dicatione. 66.
Vbi Ieſus elegit alios ſeptuagintaduos diſcipulos, adiungens parabolam turrem ædificantis, & regis ad prælium properantis. 67.
Vbi accuſabant diſcipulos eius. 68.
Vbi die ſabbato in ſynagoga curauit manum aridam. 69.
Vbi Ieſus in monte orat, & iuxta mare turbis & diſcipulis ſuis plurima in parabolis locutus eſt. 70.
Exijt qui ſeminat ſeminare. 71.
De eo qui ſeminauit bonum ſemē in agro ſuo, & de zizanijs. 72.
De grano ſinapis. 73.
De fermento q̄d abſcondit mulier, & alia multa diſcipulis. 74.
Vbi diſcipulis diſſerit parabolā ſeminātis. 75.
Qui ſeminat ſemē, & uadit dormitum uel ſurgit, & diſcipulis parabolam diſſerit agri zizaniorum. 76.

De theſauro abſcondito in agro & negociatione margaritarum, de ſagena miſſa in mare, & de patrefamilias qui profert de theſauro ſuo noua & uetera. 77.
Vbi ait, contra Ieſum ciues eius indignati ſunt, dicentes: unde huic tanta ſapientia? 78.
Vbi de Herodis cõuiuio, & de Iohannis interfectione exponit. 79.
Vbi Ieſus in deſerto de quinq; panibus quinq; millia hominum ſaturauit. 80.
Vbi Ieſus ſupra mare pedibus ambulauit, & Petrum mergentem liberat. 81.
Vbi transfretantes uenerunt in terram Geneſar, & turbæ ſecutæ ſunt trans mare. de manna in deſerto, de murmuratione Iudæorum, eo quod dicit Ieſus, Ego ſum panis uiuus. 82.
Vbi quidam phariſæus rogauit Ieſum ad prandium, & cogitabat quare non fuerit baptizatus. 83.
De apoſtolis quare non lotis manibus manducarunt. 84.
De muliere Syrophœniſſa, quæ pro filia ſua petebat. 85.
Vbi Ieſus ſurdum & mutum ſanat. 86.
Vbi Ieſus ſuper puteum Iacob mulieri Samaritanæ locutus eſt. 87.
Vbi Hieroſolymis infirmũ curauit, qui triginta octo annis iacuit in infirmitate, & multa cũ Iudæis eius occaſione diſputauit. 88.
Vbi Ieſus de ſeptem panibus & paucis piſcib⁹, quatuor millia hominum ſaturauit, & præcepit apoſtolis cauere à fermento phariſæorum. 89.

CAPITVLA LIBRI III.

Vbi Ieſus interrogat apoſtolos, quẽ me dicunt homines eſſe, & quæ ſequuntur. & dicit Petro, ſcandalum mihi es. 90.
Vbi Ieſus dicit, Sunt quidam de hic ſtantibus q non guſtabunt mortem, & in monte transfiguratur. 91.
Vbi phariſæi dicũt ad Ieſum, Diſcede hinc, qa Herodes uult te occidere, & curauit lunaticum. 92.
Vbi Ieſus de paſſione ſua diſcipulis patefecit, et Capharnaũ pro ſe & Petro didrachma exactoribus reddit. 93.
Vbi Ieſus interrogatus à diſcipulis ſuis, quis maior erit in regno cælorũ, inſtruit eos his exẽplis, ut humilient ſe ſicut paruulus. 94.
Non debere prohiberi eos, qui faciunt ſigna in nomine Ieſu. 95.
Non debere contemni unum de puſillis, adiungens ſimilitudinem de oue perdita & de drachma. 96.
De filio qui ſubſtantiam patris deuorauit. 97.
De remittendo fratribus ex corde. 98.
Similitudo de rege qui poſuit rationẽ cum ſeruis ſuis. 99.
Vbi Ieſus interrogatũ à Phariſæis, ſi liceat uxorem dimittere quacunq; ex cauſa. 100.
Vbi Ieſus impoſuit manum infantibus, & phariſæi murmurant de Ieſu quod ſic recipit peccatores. 101.
Vbi Ieſus inſtruit eos qui annunciauerunt ei de Galilæis, quos interfecit Pilatus, adiungens ſimilitudinem arboris fici in uinea. 102.
Vbi Ieſus ſanat in ſynagoga mulierem aridam & curuatam. 103.
Vbi Ieſus aſcendit Hieroſolymam in die feſto ſcœnopegiæ. 104.
De diuite cuius uberes fructus ager attulit. 105.
De eo qui multas poſſeſſiones habens, triſtis abijt, audiens uerbum: Vade, uende omnia quæ habes. 106.
De diuite & Lazaro. 107.
De uillico infideli. 108.
De patrefamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam ſuam. 109.
Vbi in domo phariſæi ſanat Ieſus hydropicũ, & inſtruit eos qui primos accubitus in conuiuijs eligebant. 110.
Vbi Ieſus decem leproſos mundauit. 111.
Vbi Ieſus de paſſione ſua diſcipulis ſuis iterum indicauit, & mater filiorum Zebedæi rogat pro filijs ſuis. 112.
Vbi Ieſus reſponſum dat dicenti ſibi, domine, pauci ſunt qui ſalui fiant? 113.
De Zachæo publicano. 114.
Vbi Ieſus iterum duos cæcos curauit. 115.
Vbi Ieſus ſuper aſinum ſedens, Hieroſolymam ingreditur. 116.
Vbi Ieſus eijcit de templo ementes & uendentes, & dat reſponſum phariſæis. 117.
Vbi Ieſus prætulit cæteris uiduam ꝓpter duo æra minuta, adiungens parabolam de phariſæo & publicano, contra eos qui ſe extollunt. 118.
De Nicodemo, qui uenit ad Ieſum nocte. 119.
De muliere à Iudæis in adulterio deprehenſa. 120.
Vbi Ieſus maledixit ficulneam, & aruit. 121.
Vbi Ieſus dicit parabolam ad diſcipulos propter orandi inſtantiam de iudice duro & uidua. 122.
Vbi Ieſus interrogatũ à principibus ſacerdotũ,

In qua poteſtate hæc facis, adiūgēs parabolā de duobus filijs in uineam miſſis. 123.
Parabola de patrefamilias, qui uineam ſuam locauit agricolis. 124.
Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. 125
Vbi phariſæi mittunt ad Ieſum dolo interrogātes, ſi licet tributum reddere Cæſari. 126.
De Saducæis qui dicunt non eſſe reſurrectionē, & interrogant de ſeptem fratribus qui unā uxorem habuerunt. 127.
Vbi ſcriba interrogat Ieſum, quod mandatum maximum eſt in lege. 128
Vbi docente Ieſu in templo, miſerunt phariſæi eum comprehendere. 129
Vbi Ieſus interrogat phariſæos, cuius filius eſt Chriſtus. 130.
Vbi Ieſus docet, Ego ſum lux mundi 131.
Vbi Ieſus faciens lutum deſputo, ponēs ſuper oculos cæci nati, curauit eum. 132.
Vbi Ieſus agnitus eſt eidem cæco, & contendit multa cum Iudæis. 133.
Vbi interrogatur Ieſus à Iudæis, ſi tu es Chriſtus, dic nobis manifeſte. 134.
Vbi Ieſus reſuſcitat Lazarū à mortuis, & principes conſilium faciūt ut interficerēt eū. 135.
Vbi non receptꝰ Ieſus in ciuitate Samaritana, Iohannes & Iacobus dicūt ad eum: Si uis, dicimus ut ignis deſcendat de cælo. 136.
Vbi Ieſus uenit in Bethaniam, & multi Iudæorū euntes ꝑpter Lazarum, crediderūt in eū. 137.
Vbi Maria fudit alabaſtrum unguēti in capite Ieſu, & increpat phariſæum. 138.
Vbi Hieroſolymis græci uidere uoluerunt Ieſum. 139.
Vbi phariſæi interrogant Ieſum, quando uenit regnum dei. 140.
Vbi Ieſus loquitur ad turbas & diſcipulos de ſcribis & phariſæis. 141.
Vbi Ieſus lamentatur ſuper Ieruſalem. 142.
Vbi multi ex principibus crediderunt in eum, & non confitebant, ne de ſynagoga eijcerentur. 143
Vbi oñdūt diſcipuli Ieſu ſtructurā tēpli. 144.
Vbi ſedente Ieſu in monte oliueti, interrogant eum diſcipuli, quod ſignum erit aduētus tui, uel eorū quæ dixiſti. & prædicat eis de euerſione Ieruſalem & ſignis & ꝓdigijs. 145.
De parabola ficulneæ. 146.
Vbi Ieſus diem iudicij aduerſus tempora Noæ & Lot aſſimilauit, & de fideli & prudente diſpenſatore. 147.
De decem uirginibus. 148.
De eo qui peregre ꝓficiſcens, talenta ſeruis ſuis diſtribuit. 149.
Vt lumbi ſemper præcincti ſint, & lucernæ ardentes. 150
De eo qui peregre accipere ſibi regnum proficiſcens, decem mnas ſeruis ſuis dedit. 151
Cum uenerit filiꝰ hominis in maieſtate ſua. 152.

CAPITVLA LIBRI IIII.

Vbi iterum conſilium faciunt principes, & uadit Iudas ad eos. 153.
Vbi Ieſus lauat pedes diſcipulorum. 154.
Vbi Ieſus mittit diſcipulos ꝑparare ſibi paſcha & dicit eis ꝙ unus ex uobis me tradet. 155.
Vbi Ieſus tradit ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, & ubi Ieſus dicit ad Petrum, Expetiuit ſathanas ut uos uentilet. &, Omnes hodie in me ſcandalizabimini. 156.
Vbi Ieſus hortatur diſcipulos ſuos, ut non paueat cor eorum. 157.
Vbi Ieſus dicit diſcipulis ſuis, q quod habet baiulet. 158.
Vbi Ieſus dicit, ego ſum uitis & uos palmites. 159.
Vbi Ieſus uenit in Gethſemani, & orat ut transferat calicem iſtum. 160.
Vbi Iudas uenit cum turbis comprehendere Ieſum. 161.
Vbi adoleſcens quidā indutus ſindone, ſequebatur Ieſum. 162.
Vbi interrogat princeps ſacerdotum Ieſum de diſcipulis ſuis & de doctrina eius. 163.
Vbi falſi teſtes aduerſus Ieſum q̄rebantur. 164.
Vbi princeps ſacerdotum adiurat Ieſum, ſi tu es Chriſtus, dic nobis. 165.
Vbi traditur Pilato Ieſus & pœnitet Iudas. 166.
Vbi Pilatus audit inter Iudæos & dominum, mittit eum ad Herodem. 167.
Vbi uxor Pilati miſit ad eum, dicens: Nihil tibi ſit & iuſto illi. 168.
Vbi Pilatus dimiſit Barabbā, & tradidit Chriſtum ad crucifigendum. 169.
Vbi duo latrones cum Chriſto crucifigi dicunt, & ubi Ieſus de cruce de matre ſua dixit ad diſcipulū, quem diligebat: Ecce mater tua. 170.
Vbi Ioſeph petit corpus Ieſu à Pilato, & ſepelit una cum Nicodemo. 171.
Vbi Iudæi ſignant monumentum. 172.
Vbi prima die ſabbati ſuſcitatur Ieſus à mortuis. 173.
Vbi cuſtodes monumenti annunciauerunt ſacerdotibus de reſurrectione Chriſti. 174.
Vbi Ieſus apparuit mulieribus poſt reſurrectionem. 175.
Vbi Ieſus duobus euntibus in caſtellum apparuit. 176.
Vbi Ieſus apparuit diſcipulis ſuis. 177.
Vbi Ieſus iterum apparuit Thomæ. 178.
Vbi iterum apparuit Ieſus diſcipulis ſuper mare Tiberiadis. 179.
Vbi Ieſus ter dicit Petro, diligis me? 180.
Vbi diſcipuli euntes in Galilæam, uiderunt & adorauerunt dominum, & aſſumptus eſt in cælis coram eis. 181.

NOtum facimus lectori, quod expoſitiõis lucem ſumpſimus ab Hieronymo, Hilario, Rabano, ſuper Matthæũ, ab Hieronymo & Beda, ſuper Marcum: in Lucã uero, ab Ambroſio & Beda: in Iohannẽ, ab Auguſtino & eius abbreuiatore Albino. Inſuper etiã opus illuminant Auguſtinus de concordia euangeliſtarum, Auguſtinus de uerbis domini, Auguſtinus de quæſtionibus euãgeliĳ, homiliæ Origenis, Gregoriĳ, Iohannis Chryſoſtomi, & aliorum plurimorum. Vbi ergo ſententiarum inciſiones aliquantulum prolixæ ſunt, expoſitorum nomina uel primas ſyllabas ſiue literas affiximus in margine, aut ſuper ſentẽtiarum principia: ut uel ſic diſcernatur, quæ cuius autoris ſit ſententia. Hoc equidem Rabanus, hoc & Beda fecere, potiora ſanctorum dicta ſuaui eloquio colligentes, uelut apes ad mellificandum dulciſſimos flores. Igitur H litera, lectori deſignet Hieronymum ſuper Matthæum, A litera, Auguſtinum ſuper Iohannem, & ſuper ſermonem domini in mõte habitum, B uero, Bedam ſuper Lucam, in quo Ambroſiĳ expoſitio claro ſermone explicatur. Hos ſiquidem maxime ſecuti ſumus. M uero litera ſignificat, quod de prædictis ſeu aliĳs expoſitionibus particulatim colligitur, uel cuiuſlibet magiſtri ſententiam. Cum eñ ſcriptum ſit, Spiri
1. Theſſ. 5. tum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere: bene à quolibet dicta, tanquam ipſius ſpirituſſancti uerba, ſtudui apponere. Clara itaq; ſententiarum poſitio, incompoſitionem uerborum merito excuſabit. Quid eñ prodeſt, ut beatus ait Auguſtinus, clauem
Auguſtin. eſſe auream, ſi aperire non ualeat? & quid obeſt eam eſſe ligneam, ſi bene aperiat? Interpretationes quidem paucas interſerimus, quia in fine operis ordine alphabeti locabimus omnes ad euangelium pertinentes, ut inde lector prout opportunitas dabit, argumenta eliciat. Ait enim Arator:

A nomine ſæpe uidemus
Argumenta trahi documentaq; maxima gigni.

¶ Hic quoq; notandum cenſuimus quod ait Hieronymus in præfatione ad papam Damaſum: Canones quos Euſebius Cæſarienſis epiſcopus Alexandrinum ſecutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, ſicut in Græco habẽtur expreſſimus. Quos cum legeris, ſimilitudines euangeliſtarum & ſingularitates ſcire ualebis. In canone primo concordant omnes. In ſecundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Iohannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Iohannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In ſexto duo, Matthæus, Marcus. In ſeptimo duo, Matthæus, Iohannes. In octauo duo, Marcus, Lucas. In nono duo, Lucas, Iohãnes. In decimo propria ſunt uniuſcuiuſq;. Singulis uero libris euangeliĳ, ab uno incipiens uſq; ad finem librorum, diſpar numerus increſcit. Hic cifris expreſſus, ſub ſe habet alium numerum literis notatum, qui uſq; ad decem procedens, indicat, prior numerus in quo ſit canone requirendus. Cum igitur aperto codice capitulum ſcire uolueris, cuius canonis ſit, ex ſubiecto numero doceberis: & recurrens ad uolumina ſingulorum, reperies in quibus uel eadem, uel uicina dixerunt. Hucuſq; Hieronymus.

Prologus Lucæ euangeliſtæ.

QVoniã quidẽ multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis cõpletæ ſunt, rerum: ſicut tradiderũt nobis qui ab initio ipſi uiderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: uiſum eſt & mihi aſſecuto a principio omnia, diligẽter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile, ut cognoſcas eorum uerborũ de quibus eruditus es, ueritatẽ.

MVlti non tam numeroſitate quàm hæreſum diuerſitate, ut Baſilides & Apelles, temeraria præſumptione conati ſunt ſcribere de rebus noſtræ ſalutis, quæ in nobis à deo cõpletæ ſunt & redundant. Quod redũdat, nulli deficit: & de completo nemo dubitat, cum fidem effectus aſtruat. Itaq; completum euangelium redundat per uniuerſum mundum, mentes fidelium rigans & confirmans. Conatur autem, qui incipit nec perficit, qui ſuis uiribus, nõ gratiæ dei, quæ irrigat, confidit. Non conatur, qui diuino ſpiritu res & dicta miniſtrante cœpta complet. Qui ab initio tam corporeo quàm mentis intuitu uiderũt res factas à domino, & miniſtri fuerũt ſermonis uerbo & exemplo, docendo tradiderunt nobis. Non ſolum Marcus & Lucas auditu didicerunt quæ ſcriberent, ſed etiam Iohannes & Matthæus multa de infantia, pueritia, genealogia ſaluatoris alijs narrantibus didicerunt. Viſum eſt & mihi ſcribere ſpiritu ſancto inſtigante, cuius gratia geritur, ut id quod bonum eſt, nobis etiam bonum uideatur. Aſſecutum quidem ſe nõ pauca dicit, ſed omĩa, id eſt, multa, de quibus, quæ ad fidem legentium confirmandam crederet, idoneã ſcripſit. Theophilus interpretatur amãs deum, uel amatus à deo. Quiſquis ergo amat deũ, ſiue à deo ſe deſiderat amari, obediat euangelio tanquam ſibi ſcripto. Hæretici noua promittunt, ſed Theophilo uerborum, de quibus eruditus eſt, ueritas exprimenda promittitur.

Caput .I.

IN principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ. Hoc erat in principio apud deũ.

VErbum, Id eſt, ſapientia nata, diſponens omnia, erat in principio, rerum ſcilicet creandarum, antequam aliquid fieret. In hoc uidelicet æternaliter erat uerbum, ut eſſet principiũ, id eſt, origo & cauſa futurorum. quod quidẽ ipſum de ſemetipſo ait: Ego principium, qui & loquor uobis. Ac ſi dicat: Ego ſum illa ſuperna ſapiẽtia, in cuius diſpoſitione omnia prius conduntur mente, quàm compleantur opere. Ioh.8. Vnde & ſcriptum eſt: Qui fecit quæ futura ſunt. Et alibi: Omnia in ſapiẽtia feciſti. Pſal.130. Hoc autem uerbum à quo natum ſit, id eſt, cuius ſapientia ſit, determinat euãgeliſta, dicens: Et uerbum erat apud deum, tanq̃ ſapientia in ipſo cuius eſt. At ne ſapiẽtia iſta dei aliud, quàm deus putaret, ſicut hominis uel angeli ſapientia aliud eſt quàm homo ipſe uel angelus, cui per accidens ineſt, addit: Et ipſum uerbũ erat deus. Tria disiunctim dixerat, illa coniũctim recapitulat, ut ad ſequentia tranſeat. Hoc, ſcilicet uerbum exiſtẽs deus, erat in principio apud deum. Quarum autem rerum ipſum uerbũ eſſet principium, oſtẽdit, ſcilicet omnium naturarum poſtea factarum. Et hoc eſt:

Omnia per ipſum facta ſunt.

Omnis creatura & corporea & incorporea, omne quod naturaliter ineſt ſubſtantijs, ueluti quantitas, qualitas, motus & cætera, per dei uerbum cœperunt eſſe. Malum uero non eſt factum per ipſum, quia nulla ſpecie cõtinetur, nulla natura ſua ſubſiſtit, ſed ſolum priuatio boni eſt. Sicut enĩ naturalis luminis abſentia cæcitas dicitur oculi, & ſicut tenebræ lucis abſentia ſunt, & inedia comeſtionis excluſio: ita malum dicimus abſentiã boni, quod ſi adeſſet, creaturæ rationali naturaliter cõpeteret. Etenim cum uoluntas in mente naſcitur, motus quidẽ naturalis eſt: & ſi gratia præſens fuerit, quæ libero arbitrio cooperetur, uoluntatis motum dirigendo & ordinãdo in his quæ iuſtitiæ ſunt, uoluntas bona eſt, & remuneratiõe digna eſt. Si uero motus uo-

luntatis appetat retinere uel cōſequi quod iuſtitia uetat, utiq; abſentia gratiæ, cuius eſt motum uoluntatis dirigere & ordinare, inordinatio uoluntatis eſt, malum eſt, peccatum eſt, nihil tamen de ſubſiſtentibus eſt. [Pſal. 58.] De hac quippe gratia ait Pſalmiſta: Miſericordia eius præueniet & ſubſequetur me. Et ne quis forte putaret aliqua ſeu omnia, quę per dei uerbum cœperūt, extra ipſum eſſe, quaſi per ſemetipſa ſubſiſterent, adiecit:

Et ſine ipſo factum eſt nihil.

Tale eſt igit, ſine ipſo factū eſt nihil, ac ſi di[Sapi. 8.]cat, extra ipſum nihil factū ſubſiſtit. Sapiētia eñ attingit à fine uſq; ad finē fortiter. i. [Iere. 23.] à minima creatura uſq; ad maximā. Vnde dominus per prophetam: Cælum & terrā ego impleo. Hieronymus de eſſentia dei: Qui cælum & terram implet, proculdubio nullus ē locus ab eius præſentia abſens. Super omnem quippe creaturam præſidet, regendo atq; imperando. Subtus omnia eſt, ſubſiſtendo atq; portando omnia, non pōdere laboris, ſed infatigabili uirtute: quoniam nulla creatura per ſe ſubſiſtere ualet, niſi ab ipſo ſuſtentetur qui illam creauit. Extra omnia eſt, ſed non excluſus. Græcus liber non habet ſine ipſo: ſed, extra ipſum. [Ioh. 15.] Similiter ibi: Extra me nihil poteſtis facere. Vt autem intelligas ortū & mutationem creaturarū, fieri abſq; omni mutatione mētis diuinæ, quæ immutabilis & primæua rerum ratio eſt, ſupponit:

Quod factum eſt, in ipſo uita erat.

Sciēdū q̄ a improprie & figurate dicunt effectus fuiſſe, ubi eorū cauſę originales præceſſerūt. Sic eñ dici ſolet. Oīs fuimus in lūbis Adæ. i. à cauſa ibi præcedēte ꝓpagati ſumus. Ita etiam dicitur arca fuiſſe in mente artificis, quia eius diſpoſitio & ordo ibi præceſſit. Similiter quoq; dicitur. Quod factū eſt, erat in ipſo uita. hoc eſt, à uita in uerbo habitā, contraxit quod factum eſt, & fieri & ſubſiſtere. Vitam uero in uerbo nominat rerum rationes & cauſas, immutabiles atq; æternas. Vnde Auguſtinus libro quę- [Aug.] ſtionum octogintatrium: Omnia ratione condita ſunt, & non eadem ratione homo qua equus. Hoc enim abſurdum eſt exiſtimare. Singula igit proprijs ſunt creata rationibus. Has autem rationes arbitrandū eſt eſſe in ipſa mente creatoris. Non enim extra ſe quicquam poſitum intuebatur, ut ſecundum id conſtitueret quod conſtituebat. Quod ſi hæ rerum omnium creandarum uariæ rationes diuina mente cōtinentur, neq; in diuina mente quicquam non æternum atq; incommutabile poteſt eſſe: hæ rationes rerum principales, æternę atq; incommutabiles manent: quarum participatione fit, ut ſit quicquid eſt, quoquomodo eſt. Has quidem rationes ſiue ideas, ſiue formas, ſiue ſpecies, *ſiue rationes*, licet uocare, & multis concedit appellare, ſed pauciſſimis uidere quod uerū eſt.

Et uita erat lux hominum.

Id eſt, unā rōales creaturę, ut beatę fierent, illuminādæ erāt. In futura etenī uita, quæ uere uita dicēda eſt, cognitio ſapientię dei & rationū eius, ꝑ quas optime cūcta ſunt cōdita & diſpoſita, tāto beatiorē quēq; efficiet, q̄nto amplius cuiq; & innotuerit, & participatiōe ſui magis illuminauerit eū. Nā ſapore quodam ſpiritualis guſtus id tūc experiendo cognoſcet in ipſa rei ſpecie, qđ nunc tenetur in fide. De qua cognitione ipſa ueritas ad patrem: Hæc eſt autē uita [Ioh. 17.] æterna, ut cognoſcāt te uerum deū, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum. Quod etiam domīi ſpiritus ſapientiæ dici ſolet.

Et lux in tenebris lucet.

Hoc eſt, ubi etiā ipſa nō uidet nec aduertit ab his, qui q̄ſi cæci ſub ſole manent. Quis [Rom. 11.] eñ nouit ſenſum dñi? Hoc eſt, ex ſe ꝑcipere ſufficit ratiōes, q̄s deus habet in omibus condēdis ſeu diſponēdis. Vñ & ſubditur:

Et tenebræ eā non cōprehenderūt.

Illi uidelicet, q nondū per eam ſunt illuminati, eā percipere nullatenus ualent. Tenebras etiam uitam totam præſentem extra futuram dei uiſionem comparatione illius futuræ claritatis intelligere poſſumus. Lucet itaq; ſapientia dei etiam in hac uita, ſed lux eius tenebris ignorātiæ noſtræ non apparet: quia tam ſapienter à deo omnia condita ſunt ſeu diſpoſita, ut in ſeipſis iam habeant, unde hanc de ſe cognitionem præbere queant, quæ futuræ beatitudini reſeruanda eſt. At uero ut tenebræ illuminarentur à luce, miſſus eſt Iohānes teſtimonium perhibere ueritati. Iohannis igit nobilitas, [Amb.] non ſolum à parentibus, ſed etiā à progenitoribus monſtratur; non ſeculari poteſtate ſublimis, ſed religione, ut quaſi hæreditario iure infuſam ſibi fidem aduentus Chriſti prædicaret.

Caput II.

FVit in diebus Herodis regis Iudeę ſacerdos quidam nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illi de filiabus Aaron, & nomē ei9 Eliſabeth.

Beda. NOta eſt dignitas Aaron primi pon-
tificis in lege: de Abia uero paucis
Par. 24. dicamus. Abia familiã de qua Zacharias or
tus eſt, ſors octaua cõtigit, cum Dauid cul
tum domus dei ampliaret, miniſteria ſacer
dotum in uigintiquatuor ſortibus diuidẽs.
Apte itaq; præco noui teſtamentini uice
ſortis octauæ naſcitur, quia per octonari-
um, nouum teſtamentum propter ſacramẽ
tum reſurectionis, ſicut per ſeptenarium
uetus propter ſabbatum ſæpe intelligitur.

Erant autem iuſti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus dñi ſine querela.

M. Ante deum qui uidet in corde & non falli-
tur, iuſti erant, ſed apud homines oppro-
briũ ſuſtinebant, quia lex ſteriles maledi-
xit. Prius eſt mãdatum, deinde iuſtificatio.
In mandatis domini incedimus, cũ eis obe-
dimus. Cum uero congrue iudicamus, iu-
ſtificatiões eius tenemus. Plena eſt hæc lau
datio, quæ genus in maioribus, mores in-
æquitate, officium in ſacerdotio: factum in
mandato, iudicium in iuſtificatione cõpre-
hendit. De hoc quod addit, ſine querela ait
Apoſtolus: Prouidentes bona nõ tantum
Rom. 12. coram deo, ſed etiam corã hominibus. Et
Eccle. 1. Eccleſiaſtes: Ne ſis (inquit) multũ iuſtus.
quia plerunq; iuſtitia durior, hominũ que-
relam prouocat: quæ uero temperata eſt,
etiam inuidiæ querimoniam uitat.

Et nõ erat illis filius, eo quod eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.

Beda Diuinitus eſt procuratũ, ut de prouectis,
diuq; fructu coniugij priuatis, Iohãnes na-
ſceret, quatenus & donũ dei gratius eſſet
eis, & cæteris miraculi ſtupor, futurũ pro-
phetam deſignaret.

Factũ eſt aũt cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis ſuæ, ante deũ ſecũdũ cõſuetudinẽ ſacerdotij, ſorte exijt ut incenſum poneret, ingreſſus in templum domini. & omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi.

Cum ex præcepto Moyſi uno ſacerdote, decedente, unus ſuccedere iubeatur: tempore Dauid ſtatutum eſt, ut uiciſſim miniſtrãtes per octonos dies, à ſabbato uſq; ad ſabbatũ tempore uicis ſuæ, ſinguli caſtimoniæ ſtuderent, nec interea domum ſuã tangerent, Zacharias ſorte exijt, nõ noua, ſed priſca illa uidelicet, q̃ ſuceſſit in uice Abia, cum primo ad pontificatũ accederet. Hæc ſolennitas decima die ſeptimi menſis à paſchali mẽſe, quã diem expiationis ſiue propiciationis uocant, celebratur, quando ſolus pontifex introibat in ſecundum tabernaculum cum ſanguine. In quo ſignificat Ieſus ſacerdos, qui impleta diſpenſatione carnis, cæli ſecreta ſubijt, ut propicium nobis faceret patrẽ, & interpellaret pro peccatis eorum, qui adhuc pro foribus orãtes expectant, & diligunt aduentum eius. Pul-
chrè igitur ea die deſcẽſio eius per angelũ — M.
nunciatur, qua eius per legem aſcenſio figu
rabatur: quia qui deſcendit, ipſe eſt & qui
aſcendit. Beda in tractatu de electione Mat — Ephe. 4.
thiæ apoſtoli: Sũmus ſacerdos ſorte quæ-
ri iubebatur, ut uerum quærendum fuiſſe
ſacerdotem figuraretur, donec ueniret qui — Heb. 9.
per proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in
ſancta, æterna redemptione inuenta. Cuius
hoſtia tempore paſchæ immolata: ſed die
pentecoſtes ſpiritu ſancto igne apparente,
conſummata eſt. Veteris em̃ erat conſuetu
dinis, acceptas deo uictimas, cæleſti igne
conſumi. Donec ergo ueritas impleretur,
figurã licuit exerceri. Vnde eſt quod Mat
thias, qui ante pẽtecoſten ordinatur, ſorte — Act. 1.
quæritur: ſeptem uero diaconi, qui poſtea
non ſorte, ſed diſcipulorum tantũ electi- — Act. 6.
one, apoſtolorum uero oratione & manus
impoſitione.

Apparuit autem illi angelus domini, ſtans a dextris altaris incenſi.

Angeli dei dicuntur apparere, quia nõ poſ-
ſunt præuideri, ſed in poteſtate illorũ eſt, — Amb.
& uideri quando nolunt, & non uideri qñ
noliũt. Bene à dextris altaris apparuit, quia — Beda
& aduentũ ueri ſacerdotis, & myſterium
ſacrificij uniuerſalis & cæleſtis doni gaudi
um annunciabat. Sicut em̃ per ſiniſtrã præ-
ſentia, ſic per dextram ſæpe bona pronun-
ciantur æterna, iuxta illud in laude ſapien-
tiæ: Longitudo dierum in dextra eius, in — Pro. 3.
ſiniſtra illius diuitiæ.

Et Zacharias turbatus eſt uidens, & timor irruit ſuper eum. Ait autẽ ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, qm̃ exaudita eſt deprecatio tua.

Sicut humani defectus eſt terreri, ita benignitatis eſt angelicæ, pauentẽ de ſuo aſpectu, blandiendo eſt ſolari. Contra, dæmones ſi quos ſua præſentia territos ſenſerint, ampliori horrore concutiunt. Exaudita eſt

deprecatio facta pro populi redemptione,
non pro ſobole, quam deſperabat ſe poſſe
habere. Sed quoniam populi ſalus per Chri
ſtum futura erat, nunciatur Zachariæ filius
naſciturus, qui prædicando pœnitentiã &
fidem, præpararet ſaluatori plebem.

Et uxor tua Eliſabeth pariet tibi fi-
liũ, & uocabis nomẽ eius Iohãnem.

Singularis meriti indicium datur, quoties
hominibus à deo nomẽ uel imponitur uel
mutatur. Sic Abram, quòd pater multarũ
Gene.17. gentium erat futurus, Abraã eſt uocatus:
ſic Iacob quia deum uidit, Iſrael appellari
meruit. Iohãnes interpretaꝛ, in quo eſt gra
tia, uel dñi gratia, in quo declaratur & pa-
rentibus eius gratiam eſſe donatam, & ipſi
Iohanni, qui ex utero matris ſanctoſpiritu
erat replendus.

Et erit gaudium tibi & exultatio, &
multi in natiuitate eius gaudebunt.

Gaudium ad mentem, exultatio ad corpo-
ris hilaritatem ſpectat. Nato præcurſore,
M. multi gaudent: nato domino, magnũ gau-
Luc.2. dium nunciatur qđ erit omni populo: quia
hic ſalutem multis prædicat, ille omnibus
Ambro. dat. Notandum quod Iacob in generatiõe
duodecim filiorum gaudet, Abrææ pariter
& Zachariæ filĳ dantur. Diuinũ igiꝛ mu-
nus eſt fœcunditas parentis. Agãt igiꝛ pa
tres gratias, quia genuerũt: filĳ, quia geniti
ſunt: matres, qa honorãtur ꝑ mĳs coniugĳ.

Erit enim magnus coram domino,
& uinum & ſiceram non bibet, &
ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex
utero matris ſuæ.

Beda. Magnæ coram domino uirtutis eſt, prædi
care in deſerto cæleſtia gaudia, terrenas de
licias ſpernere, pro ueritate capite trunca-
ri. Siceram uocant hebræi omne poculum
quod inebriare poteſt, ſiue de pomis, ſiue
de frugibus, ſeu de qualibet alia materia cõ
fectum. In lege nazaręorum erat, uino & ſi
Iudic.13. cera tempore conſecrationis abſtinere. Io
hãnes uero & Samſon & Ieremias ut ſemꝑ
nazarǽi, id eſt, ſancti manerent, ſemper his
abſtinebãt. Decet eñ eũ qui muſto ſancti-
ſpiritus deſiderat impleri, nullo poculo de
M. briari. Siceră nõ bibet, & adhuc idẽ præter
illam uirtutẽ ſpiritu ſctõ replebiꝛ ex utero.

Et multos filiorum Iſrael conuertet
ad dominum deum ipſorum. & ipſe
præcedet ante illũ in ſpiritu & uir-
tute Eliæ, ut cõuertat corda patrũ
in filios, & incredulos ad prudẽti-
am iuſtorũ, parare domino plebem
perfectam.

Illos conuertit ad dominum, quibus in fi-
de uenturi dedit baptiſmum. In ſpiritu E- Beda.
liæ dicitur præcedere: quia ſicut ille præ-
co uenturus eſt iudicis, ita hic pręco factus
eſt redemptoris. Virtus quoque ſimilima
fuit ambobus: quia ambo in deſerto, ambo
uictu parci, ueſtitu inculti, ambo regum in
ſaniam tolerant. Ille Iordanem, cælum pe-
titurus diuiſit: hic ad lauacrum, quo cæ-
lum petitur, multos conuertit. Corda pa-
trum in filios conuertere, eſt ſpiritualem
ſanctorum antiquorum ſcientiam populis
prædicando infundere: prudentia uero iu-
ſtorum eſt, non de legis operibus iuſtitiam
præſumere, ſed ex fide ſalutem quærere: ut
quãuis in lege poſiti legis iuſſa perficiant,
gratia ſe tamen per Chriſtum ſaluãdos in-
telligant. Iuſtus enim ex fide uiuit. Hinc Pe Haba.2.
trus ait: Per gratiam domini credimus ſal- Rom.1.
uari: quemadmodũ & patres noſtri. Quia Heb.10.
uero hac ſententia per Iohannem imbuti, Actu.15.
& per Eliam imbuendi ſunt Iudæi, utpote
diutius increduli: fere eadem uerba quæ an
gelus de Iohanne, Malachias pręd ixit de E- Mal.4.
lia. Literam ſic iunge: præcedet, parare do- M.
mino plebem perfectam.

Et dixit Zacharias ad angelũ: Vn
de hoc ſciam? Ego eñ ſum ſenex, &
uxor mea proceſſit in diebus ſuis.

Ob altitudinem promiſſorum hæſitans, ſi- Beda.
gnum quærit, cui allocutio angelica ſuffi-
cere debuerat. Vnde merito pœnã luit in
taciturnitate quam meruit, ut qui diſcredẽ-
do locutus eſt, iam tacendo credere diſcat.

Et reſpondẽs angelus, dixit ei: Ego
ſum Gabriel qui aſto ante deum, &
miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi
euangelizare. Et ecce eris tacens,
& non poteris loqui uſq; in diem
quo hæc fiant, pro eo quod nõ cre
didiſti uerbis meis, quæ implebun-
tur in tempore ſuo.

Angeli cum ad nos ueniũt, ſic exterius im-
plent miniſterium, ut tamẽ nunquã deſint
interius per contemplationem. Miſſi, ante
deum ſunt: quia quocunq; ueniunt, intra
ipſum currunt qui ubiq; eſt.

Et erat plebs expectans Zachariã.
& mirabantur quod tardaret ipſe

in templo. Egreſſus autem non po-
terat loqui ad illos. Et cognouerũt
quod uiſionem uidiſſet in templo.
& ipſe erat innuens eis, & permã-
ſit mutus. Et factũ eſt, ut ipleti ſunt
dies officij eius, abijt in domũ ſuã.

Ambro. Muto Zacharię ſimilis ẽ populus Iudęorũ,
actuum ſuorum nõ potens reddere ratio
Beda. nem. Pontifices autem uicis ſuæ tempore
continentiam ſeruantes, impleto templi of
ficio, ad domos uxoréſque ſuas *neceſſario*
redibant: quia tunc ſacerdotalis ſucceſſio
ex ſtirpe Aaron quærebatur. Nunc autem
quia ſacerdotibus nõ carnalis ſucceſſio, ſed
ſpiritualis inquiritur perfectio, ut ſemper
altari queãt aſſiſtere, ſemper caſtitas obſer
uanda præcipitur.

Poſt hos autem dies concepit Eli-
ſabeth uxor eius.

Poſt dies uidelicet officij Zachariæ com-
pletos. Geſta ſunt hæc, inqt Iohãnes Chry
ſoſtomus, menſe ſeptembri, viij. calendas
octobris, luna xi. quãdo celebrabat ieiuni-
um ſcœnopegiæ in æquinoctio, quando in
cipit dies minui. quia ille cõcipiebatur, qui
dixit: Me oportet minui, illum autem cre-
Ioh. 3. ſcere. Minorata etenim fuerat lux à tene-
bris, cum ſecundum legem deo ſacrificia of
ferrẽtur, quæ iã ceſſare oportebat, cum ba-
ptiſta conciperetur. Et ideo pater eius ſa-
cerdos Iudęorum emutuit, quia iam ceſſa-
re oportebat ſacrificia ſacerdotalia, uenien
te ſacerdote qui ꝓ pctis omniũ ſe offerret.
In die ieiuniorũ conceptio Iohannis prędi
citur, quia per ipſum afflictio pœnitentiæ
erat prædicanda.

Et occultabat ſe menſibus quinq;,
dicẽs: quia ſic fecit mihi dominus
in diebus quibus reſpexit auferre
opprobriũ meum inter homines.

Amb. Quanta ſctĩs cura ſit, ne quid turpe de quo
Beda. erubeſcere debeant, admittant: oſtẽdit Eli
ſabeth, quæ de dono dei erubeſcit, & uere-
cundatur concepiſſe in anili ætate, ne in ſe-
Nota. nectute libidini uacaſſe uideatur, quæ eti-
am in iuuentute nullatenus exercenda eſt,
niſi cauſa ſobolis uel uitandæ fornicatiõis.
Beda. Allegorice per Zachariam, ſacerdotium Iu
dęorum: per Eliſabeth, lex ſignatur: quæ ſa
cerdotum doctrinis exercitata, quaſi uirili
auxilio, ſpirituales deo filios gignere debe-
Heb. 7. at. Sed quaſi ſterilis erat, quia neminem ad
perfectum ducebat, nec ianuam cæli ape-
riebat. Ambo erant iuſti, quia & bona fuit
lex, & bonum ſacerdotium tempore ſuo.
Ambo ꝓceſſerũt in diebus ſuis, quia legalis
deuotio tempore Moÿſi, q̃ſi in adoleſcẽtia
cum ſacerdotio floruit. ſed aduenięte Chri-
ſto; lex & ſacerdotium in ſenecta fuerunt:
cum & ſacerdotij ordo per ambitiones &
contentiones pontificum confuſus, & lex
per phariſæorum traditiones præuaricata
fuit. Zacharias ingreditur templum: quia
ſacerdotum eſt intelligere dei ſanctuariũ,
& intrare in illud per intellectũ. Foris orat
multitudo: quia dum myſtica penetrare ne
quit, neceſſe eſt ut doctorũ monitis humili
ter intendat. Dum altari thymiama impo-
nit, naſciturum Iohannem cognoſcit: quia
dum doctores diuina lectione inflãmãtur,
gratiam dei uenturam per Chriſtum de in
teriori medulla literarũ, quaſi de uulua Eli-
ſabeth prodituram, reperiunt. Et hoc per Gal. 3.
angelum, quia lex eſt ordinata per angelos
in manu mediatoris. Non credens, mutus
fit: quia mutus eſt, qui ſpiritualẽ ſenſum in
litera non intelligit. Nec quaſi magiſter, ta
lis ualet docere populum, ſed quaſi nutibus
innuit: quia nec rationem attendit ſacrifici
orum, nec curat ſcire dicta prophetarum.
Muto Zacharia, concipit Eliſabeth Iohan-
nem: quia licet põtifices & phariſæi nec in-
trent interiora legis, nec auditores intrare
permittant, interiora tamen legis ſacra-
mentis Chriſti abundãt. Quinq; menſibus
Eliſabeth occultat conceptũ, ſiue quia Mo-
yſes legifer v. libris myſteria Chriſti para-
bolatim deſignat: ſeu quia ipſa lex *Chriſti *ſibi
diſpenſatione in v. mundi ætatibus per ſan
ctorum facta uel dicta figurat. Et quia in-
carnatio Chriſti ſexta ſeculi ætate ad legis
impletionem futura erat, recte ſexto men-
ſe à conceptione Iohannis naſciturum ſal-
uatorem angelus Mariæ nunciat.

Caput III.

IN menſe aũt ſexto miſſus
eſt angelus Gabriel a deo
in ciuitatem Galilęæ, cui
nomẽ Nazareth, ad uirginem de-
ſponſatã uiro, cui nomẽ erat Ioſeph
de domo Dauid, & nomen uirgi-
nis Maria.

MEnſem ſextum, Martium intellige:
cuius xxv. die ſaluator traditur con
ceptus & paſſus. Idcirco angeli priuatis no Grego.

minibus cenſent, ut per uocabula quid miniſtraturi ueniant oſtendatur. Gabriel ergo dei fortitudo dicitur: quia illum nunciat, qui aërias poteſtates debellaturus erat. Ob multas quippe cauſas uirgo deſponſata fuit. Primo, quia cognata erat Ioſeph, ut per eũ origo uirginis cognoſceretur, quia ambo erãt de domo Dauid & moris ẽ ſcripturæ, fœminarum genealogiam nõ texere. Deinde, ne uelut adultera lapidaretur à Iudęis. Tertio, ut in Aegyptũ fugiẽs, ſolatiũ uiri & integritatis haberet cuſtodiã. Quarto, ne partus eius pateret diabolo.

Amb. Itaq; quia lubrica fama pudoris eſt, noluit dñs ortus ſui fidẽ matris iniurijs aſtruere: ſed potius aliq̃s de ſuo ortu, q̃ de matris pudore, dubitare pmiſit. In q̃ & impudicis uirginibus occaſio tollitur, ne dicãt matrẽ domini fuiſſe infamatam.

Beda. Interpretatur aũt Maria, ſtella maris hebraice: domina, ſyriace: quia & lucem ſalutis & dominũ mundo edidit, edocta per angelum: cum econtra

Gene.3 ſuaſu diaboli fœmina ſeducta, peccati tenebras & ſeruitutẽ intulerit.

Amb. Myſtice, Maria deſpõſata, ſed uirgo, typus eccleſiæ eſt, quę ẽ immaculata, ſed nupta. Cõcipit nos uirgo, ſed ſpũ: parit nos uirgo ſine gemitu.

Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena. dominus tecũ. benedicta tu in mulieribus.

M. Gratia plena erat in uitiorum excluſione, ueritatis cognitione, uirtutis amore: quæ prima inter fœminas uirginitatis glorioſum munus obtulit deo. Dominus tecum in mente, dominus tecum in utero, dominus tecum in auxilio, cuius templum ſanctũ es. Super omnes fœminas benedicta eſt, quã pariter angeli & homines uenerantur tanquam dei matrem & uirginem.

Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermõe eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.

Beda. Virgo uiri ſalutationis ignara, uerborum nouitate terretur. Virginum quippe eſt, ad omnes uiri ingreſſus pauere, omneſq; uiri affatus uereri. Maria ergo nouã bñdictionis formulã miraba, q̃ nuſquã añ lecta fuerat.

Et ait angelus ei, ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud deũ.

Familiarius q̃ſi notã uocat eã ex nomine, ſuadẽs ei nõ timere. Inueniſti gratiã, totius gratiæ autorẽ conceptura. Vnde ſequitur:

Ecce concipies in utero & paries filiũ, & uocabis nomẽ eius Ieſum.

Concipies, & incorrupta manebis: paries, & uirginitatis non patieris detrimentum. Ieſus ſaluator ſiue ſalutaris interpretatur, quia ſaluũ facturus erat populũ ſuũ à pctis.

Hic erit magnus & filius altiſſimi uocabitur, & dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius.

Iohannes erit magnus coram domino, ut homo: hic uero magnus, ut deus dei filius. Ieſus accepit ſedem Dauid, ut gentem cui Dauid temporaliter gubernacula præbuerat, ipſe perpetuum uocaret ad regnũ. Q̃d autem filius altiſſimi, & Dauid patrem habere dicitur: in duabus naturis, dei uidelicet & hois, una Chriſti pſona demõſtrat.

Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

In pſenti uita corda inhabitãs regnabit, in futuro de exilio ad gloriã uocãs. Hinc Iſaias, Et pacis nõ erit finis. Isa.9. Domũ Iacob, totam eccleſiam dicit, quæ per fidem & confeſſionẽ Chriſti ad patriarcharũ ptinet ſortẽ, & in his qui de bona radice patriarcharũ nati ſunt, Rom.11. & in illis q de oleaſtro gentiũ exciſi, in oliuã bonã Iudæorũ ſunt inſerti.

Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco?

Non ait, unde hoc ſciam? ſed, quomodo fiet? quia non dubitabat de uerbis angeli. Legerat, Ecce uirgo cõcipiet & pariet filium. Isa.7 ſed quomodo fieret, nõ legerat nec ab angelo audierat.

Et reſpondẽs angelus, dixit ei. Spiritusſanctus superueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.

M. Spiritusſancti dona uocat ſpiritũſanctum. Et ita nomen cauſæ attribuitur effectui, ut ſæpe fieri ſolet. Eũdem quoq; nominat uirtutẽ altiſſimi, iuxta hoc quod dominus diſcipulis promittens aduentũ eiuſdem ſpiritus, ait: Vos autẽ ſedete in ciuitate, quoaduſq; induamini uirtute ex alto. Luc.24. Vmbra uero fit à lumine & à corpore, cum quodlibet obumbraculi genus inter nos & ſolem opponimus, quo lucem eius nobis tolerabiliorem reddamus. Itaq; lux incorporea diuinitatis, in natura ſua inuiſibilis, ut quoquomodo poſſet in noſtra uideri ſubſtantia, infirmitatis noſtræ uelamen (id eſt, humanam naturam) aſſumpſit in uirgine. Et hoc eſt quod dicit, Spiritusſanctus ſuperueniet in te, id eſt, donum ſanctiſpiritus inæſtimabile, noua ſcilicet gratia & ſingula-

ris, conferet tibi. & ita ipſe ſpiritusſanctus, cuius eſt omnia bona diſtribuere & conſeruare, atq; optimo fine cōfirmare, unde uirtus altiſsimi dicitur: obumbrabit, quaſi umbraculum uidelicet corpus humanū de carne tua formabit ſplēdori lucis æternæ, hoc eſt, dei ſapiētiæ. Et hoc fiet tibi, id eſt, ad immenſam gloriam tui, quæ præ cæteris illuminaberis.

Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctū, uocabitur filius dei.

Beda. Nos etſi ſancti efficimur, nō tamen ſancti
Pſa. 50. naſcimur, dicente propheta: In iniquitatibus conceptus ſum. Ieſus uero ſingulariter natus eſt ſanctus, quia ex commixtione carnalis copulæ cōceptus non eſt.

Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filiū in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi, quæ uocatur ſterilis, quia non erit impoſſibile apud deum omne uerbum.

M. Ordo eſt, Et ecce & (pro etiā) ipſa Eliſabeth
Beda. cognata tua concepit filium. Ne uirgo ſe pariturā diffidat, accipit exēplū anus ſterilis parituræ, ut diſcat oīa deo poſsibilia, etiam in eis quæ naturæ ordini uidentur con-
M. traria, Vel aliter, Nō q̄ſi incredulā exēplis hortatur angelus ad fidē, ſed credenti quæ audierat ampliora replicat miracula, ut quę deū uirgo erat paritura, præcurſorē quoq; de anu ſterili naſciturum cognoſceret. Sciendum quod Aaron qui de Leui, uxorē accepit de tribu Iuda Eliſabeth ſororem Naaſon: & Ioiada pontifex uxorem habuit de tribu regali Ioſabeth filiam Ioram. Per hos itaq; necnon per alios, utræq; tribus, regalis & ſacerdotalis, coniunctæ fuerūt. Hinc Maria & Eliſabeth cognatæ erāt. & cōgruit ut de utraq; tribu mediator naſcatur, qui
Pſal. 109 regnat in æternū, & eſt ſacerdos ſecundū ordinem Melchiſedec.

Dixit autē Maria, Ecce ancilla dn̄i. fiat mihi ſecundum uerbū tuū. & diſceſsit angelus ab illa.

Quæ mater dn̄i eligitur, ancillam ſe nuncupat, ſuæ conditionis & diuinæ dignationis per omnia memor. & cum magna deuoti-
Augu. one promiſſum angeli optat impleri. Auguſtinus in ſermone qui ſic incipit, Legi-
M. mus & fideliter retinemus: Accepto uirginis conſenſu, mox cæleſtis regionis accolas repetiuit angelus. & ecce ſubito ſecretū uirginis ineffabilis potētia penetrauit, quia æternus ſol de ſumma altitudine claritatis paternæ deſcēdens, uuluæ uirginalis aditū reſerauit, & totius mundi caliginem fulgida coruſcatiōe repreſsit. Intrat mundi artifex anguſtias uentris humani, efficitur grauida mater intacta. Circundat Maria uirū, angelo fidem dando: quia Eua perdidit uirum, ſerpēti conſentiēdo. Gregorius in Grego.
epiſtola illa, q̄ a charitati nil lōge eſt: Non prius in utero uirginis caro concepta eſt, & poſtmodum diuinitas uenit in carnem, ſed mox uerbum uenit in utero, mox uerbum ſeruata uirtute propriæ naturæ, factū eſt caro & perfectus homo: id eſt, in ueritate carnis & animæ ratiōalis. Vnde unctus præ participibus dicit, dono uidelicet ſpiritusſancti. Nam hoc ipſum de ſpirituſan- Pſal. 44
cto & carne uirginis concipi, à ſanctoſpū ungi fuit. Origenes: Si hoc uerbū humanū Orig.
& corporale, immiſſum auribus plurimorum, nō diuiditur per ſingulos, ut pars in alio, & pars ſit in alio, ſed in omnibus integrum & plenum habet, ut in unoquoq;
*totum ſit: quāto magis uerbū dei unigenitum ubiq; totum eſt, in cælo & in terra, & *plenū
apud patrem & in uirgine?

Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatē Iuda.

Feſtinat inuiſere grauidā Eliſabeth de ex- Beda
emplo lęta. Q̄d abijt in montana in ciuitatē Iuda, tribus menſibus ibidē māſura: docet, quia om̄is anima quæ uerbū dei concipit, uirtutum ſtatim cacumina conſcendere debet, & ciuitatem Iuda, id eſt, confeſsiōis & laudis arcem penetrare, ut ualeat uſq; ad perfectionē fidei, ſpei & charitatis, quaſi tribus menſibus in ea commorari.

Et intrauit in domum Zacharię, & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt ut audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in utero eius: & repleta eſt ſpūſancto Eliſabeth.

Maria ſalutat Eliſabeth, ut humilitatem ſuam commendet. Vocem ſalutationis Eliſabeth prior audiuit, ſed Iohannes prior in utero gratiam ſenſit. Illa naturæ ordine audiuit iſte, in utero exaltauit. Illa Mariæ ſenſit aduentum, Iohannes domini conceptum. Mater repleta eſt ſpirituſancto, ſed filius prius fuit repletus.

Et exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uētris tui.

Quia magna dei dona cognouit, non tam
clamoſa quàm deuota exclamauit, quæ ſpi
rituſancto plena flagrabat. Intuendum q̃d
Maria eadem uoce benedicitur ab Eliſa-
beth, qua à Gabriele: ut angelis & homi-
nibus ueneranda, & cunctis fœminis præ-
ferenda monſtretur. Fructus uentris eius
Rom. 9. benedictus eſt, ſicut ait Apoſtolus: Qui eſt,
inquit, ſup om̃ia deus benedictus in ſecula.

Et unde hoc mihi, ut ueniat mater
domini mei ad me?

Eliſabet non perquirit hæc quaſi neſcia, ſed
miraculi nouitate perculſa.

Ecce enim ut facta eſt uox ſaluta-
tionis tuæ in auribus meis, exulta
uit in gaudio infans in utero meo.

Intelligit per ſpiritũ quo repleta erat, quia
exultatio infantis ſignificet illius ueniſſe
matrem, cuius p̃curſor erat futurus: & ideo
quæ añ erubeſcebat & ſe occultabat q̃a cõ-
ceperat filiũ, iactat ſe quia genuit ꝓphetã.

Et beata quæ credidit, quoniã per
ficiẽtur ea quæ dicta ſunt ei a dño.

Aperte indicat, quia uerba angeli ad Mari
M. am per ſpiritum agnouit. Credidit uirgo,
& inde fructũ cõſecuta eſt. Audita reſpon
ſione Eliſabeth, qua beatã prædicauit, ma-
trẽ domini appellauit, fidẽ fortẽ laudauit,
iam congruo tẽpore patefecit dona perce-
pta, quæ uirginalis pudor ſilentio tegebat.

Et ait Maria: Magnificat anima
mea dominũ, & exultauit ſpiritus
meus in deo ſalutari meo.

Ioh. 19 Spiritus ipſe eſt anima, unde in paſſione di
citur: Et inclinato capite emiſit ſpiritũ. In-
terdum tamen accipitur pro rationalitate
Dan. 3. & excellentia animæ, ut ibi: Benedicite ſpi
ritus & animæ iuſtorum domino. Anima
namq; uiuimus, ſpiritu diſcernimus & intel
ligimus. Maria ergo anima & ſpiritu deuo
ta deo, totũ quod uiuit & ſentit, totũ quod
intelligit & diſcernit, in dei magnitudine
contẽplanda, in eius p̃ceptis obſeruãdis, in
agẽdis gratiarũ laudibus, impẽdit. Hoc au
Pſal. 150 tẽ eſt in cithara & pſalterio iuxta pſalmiſtã
pſallere deo. Mariæ aĩa magnificat, id eſt,
magnum cogitat & laudat dominum, uide
licet deum patrem ex quo omnia. Et exulta
uit ſpiritus eius in deo ſalutari, id ẽ, in filio
per quem omnia, per quẽ ſalus in ea mun-
Pſal. 34. do reparatur. Dicit ergo cũ pſalmiſta: Ani
ma mea exultabit in domino, & delectabi-
tur ſuper ſalutari ſuo.

Quia reſpexit humilitatem ancillę
ſuæ, ecce enim ex hoc beatã me di
cent omnes generationes.

Reſpexit dñs intuitu ſanctiſpiritus humi-
lem Mariam, cum ipſe ſpiritus obumbra-
uit in ea. Dei enim reſpicere, gratiam tribu Beda.
ere eſt. Recte igitur beata ab omnibus co-
gnominanda gratulatur. Decebat ut ſicut
per ſuperbiã Euæ mors intrauit, ita per hu Gene. 3.
militatẽ Mariæ panderetur introitus uitæ.

Quia fecit mihi magna qui potens
eſt, & ſanctum nomen eius.

Ideo magnificat anima mea dominũ, quia
mihi magna facere dignatus eſt, qui ex ſe,
non ab alio potens eſt: id eſt, deus pater, &
ſanctum nomẽ eius, id eſt, filius qui nomen
eſt patris: nam per illum mundo innotuit.
Ergo magnificate dominum mecum, & ex Pſal. 33.
altemus nomẽ eius. Sanctum eſt nomẽ do
mini, quia ſingulari potentia & ſanctitate
trãſcendit omnem creaturam.

Et miſericordia eius in progeni-
es & progenies timentibus eum.

A ſpeciali dono ſe uertit ad generalia, ſta-
tũ humani generis deſcribens: quid ſuper-
bi quid humiles mereant: quid filij Adæ
per libertatẽ arbitrij, quid filij dei ſint per
gratiam. Non mihi ſoli fecit magna, ſed in Actu. 10.
omni progenie qui timet deum & opera-
tur iuſtitiam, acceptus eſt illi. & miſericor
dia eius, id eſt, ſpirituſſanctus miſericordi-
arum diſtributor, habitat in eo.

Fecit potentiam in brachio ſuo, di
ſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

In brachio ſignificatur filius, nõ quod tanq̃
membrũ corpori hæreat, ſed quia per uer-
bũ (id eſt per filiũ) operatur pater. Super- M.
bus eſt, qui uult efferri ſuper id q̃d eſt, ut di
abolus. Pater ergo qui dicit in pſalmo, Eru Pſal. 44
ctauit cor meum uerbum bonum: in bra-
chio ſuo, id eſt, in mente cordis ſui, in qua
& operatur, & omnia cum trãquillitate iu-
dicat, potẽter diſperſit ſuperbos. Quia eñ Eccl. 10.
diuinæ mentis uerbum bonum eſt, abijcit
& damnat ſuperbiã, quæ initium omnium
malorum eſt. Hieronymus de eſſentia dei: Hiero.
Cor dei patris, arcanũ ſapientiæ eius my-
ſtice innuit, ex quo uerbũ eius (id eſt, filium
ſuum) impaſſibiliter ſine initio genuit, ipſo
dicente per prophetã: Eructauit cor meum
uerbum bonũ. Vel ita: In brachio diſperſit M.
ſuperbos tam latentes quàm manifeſtos,
quia cordis ſui mente, id eſt, intellectu quo
deũ uidere deberẽt, cõtra eũ elati ſunt.

Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.

Beda. Quod p̃miſit in ꝓgenies & ꝓgenies, annectit, q̃a per oẽs ſeculi generationes deponit potentes ſupbos de ſede ſuperbiæ, & exaltat humiles pia diſpenſatione. Qui enim le- M. exaltat, humiliabitur: & q̃ ſe humiliat, exal- Luce. 14 tabitur. Eſurientes dicit gentiles, qui nec le- 18. gem habuerant nec prophetas: diuites ue- Mat. 23. ro Iudæos, in lege & prophetis & pſalmis. Hos dimiſit inanes dominus, quãdo exterminati ſunt: illos autem impleuit bonis, q̃ñ prædicatores receperunt. Impleuit & dimiſit, prophetico ſpiritu dixit, præteritum uidelicet pro futuro.

Suſcepit Iſrael puerũ ſuum memorari miſericordiæ ſuæ,

Beda. Pulchre puerum appellat Iſrael, obedientem uidelicet & humilẽ, ut Oſee dicit: Pu- Oſeæ. 11. er Iſrael, & dilexi eum. Qui enim contẽnit humiliari, non poteſt ſaluari: nec dicere cum propheta, Ecce deus adiuuat me, & do- Pſal. 53. minus ſuſceptor eſt animæ meæ. Suſcipiet M. dominus Iſrael in aduentu Eliæ, memorari, id eſt, ut memor appareat miſericordiæ ſuæ, non quod memoria miſericordiæ recedat à deo, ſed quaſi memorari dicitur, quãdo poſt tempus longũ uelut prius oblitus miſeretur alicuius.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraam & ſemini eius in ſecula.

Locutus eſt dominus ad Abraam & ſemini eius in ſecula, id eſt, per longa tempora, de miſericordia noſtræ ſalutis, quæ omnibus gentibus in Chriſto collata eſt. Semen Abrææ ſpirituale, ſignificat ſiue in circuncíſione ſiue in præputio fidem Abrææ ſecutos. Huic Apoſtolus ait: Si autem uos Chri- Gal. 3. ſti, ergo ſemen Abrææ eſtis, ſecundũ promiſſionem hæredes. Quod ergo deus ſanctis ſuis, tam de gentibus quàm de Iudæis, poſt Abraam de fide incarnationis dignatus eſt reuelare, ſemini Abrææ locutus eſt.

Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam.

Beda. Tam diu mãſit, donec uideret præcurſoris natiuitatẽ propter quam maxime uenerat, & ut tanto tempore Eliſabeth & Iohannis creſceret profectus. Nam ſi in primo aduentu Mariæ ſpũſancto ſunt repleti, multũ eſt illis ſuperadditum tãta mora manſiõis.

Caput IIII.

ELiſabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit, filium.

Verbum impletionis tantum ſolet accipi in bonis: ut, impleti ſunt dies Ma- Luce. 2. riæ ut pareret, impleuit Salomon ædificare 3. Re. 9. domũ, defunctus eſt Abraã plenus dierũ, 2. Par. 8. cum uenit plenitudo temporis, miſit deus Gene. 25. filium ſuum. At contra dies impiorum in- Gala. 4. anes ſunt, ſicut legitur: Viri ſanguinum & Pſa. 54. doloſi non dimidiabunt dies ſuos.

Et audierũt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabantur ei.

In ortu iuſti gratia ſecuturæ uirtutis, exultatione uicinorum præfigurãte, ſignatur.

Et factum eſt in die octauo uenerunt circuncidere puerum, & uocabant eũ nomine patris ſui Zachariã. Et reſpõdẽs mater eius, dixit: Nequaq̃, ſed uocabitur Iohãnes.

Non ignorabat mater filij uocabulũ, quæ iam prophetauerat conceptum eſſe Chriſtum. Sciuit enim ſpiritu prophetiæ de nomine imponẽdo, quod non didicerat à marito, utpote muto, cui ab angelo prænunciatum fuerat.

Et dixerunt ad illã: Quia nemo eſt in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem uellet uocari eũ. & poſtulans pugillarẽ, ſcripſit dicẽs: Iohãnes eſt nomẽ eius. & mirati ſunt uniuerſi.

Iohãnes eſt nomen eius. Ac ſi diceret, Non nos hoc ei nomẽ imponimus, ſed à deo iam eſt impoſitũ. Hoc eñ nomẽ nõ generis eſt, ſed uatis. Et mirati ſunt de cõueniẽtia inter patrem, & matrẽ. Qui puerum noĩe patris Beda in magis quã Iohannẽ uocãdũ decernebant, homilia. eos figurant, qui dño nouæ gratiæ munera declarãte, cupierũt eũ potius cõſueta ueteris ſacerdotij edicta prædicare. Vnde bene Zacharias memoria dñi interpretat̃, quia memoriam antiquæ obſeruationis à dño datæ figurat. Pugillaris appellat̃ uel gra- M. phius uel tabella, q̃ pugno poteſt includi.

Apertũ eſt aũt ilico os eius & lin

gua eius, & loquebatur benedicens deum. Et factus eſt timor ſuper omnes uicinos eorum.

Beda. Soluit fides linguã, quã incredulitas ligauerat. Allegorice Iohãnis celebrata natiuitas gratiæ ẽ noui teſtamẽti inchoata ſublimitas. Vocabulum Iohannis (hoc eſt, gratiæ dei) mater uerbis, pater literis intimant: quia lex & ꝓpheta cũ pſalmis gratiã Chriſti prædicant. Pulchre Zacharias octaua die prolis editæ loquitur, qa per domini reſurrectionem octaua die factam, ſacerdotij legalis arcana patuerunt.

Et ſuper omnia mõtana Iudeæ diuulgabantur omnia uerba hæc. & poſuerunt omnis qui audierant in corde ſuo, dicẽtes: Quiſputas puer iſte erit? Etenim manus domini erat cum illo.

Præcurẽtia ſigna, præcurſori ueritatis præbẽr iter. Vñ qui audierãt, excitati miraculo
Hieronymus de eſsentia dei. & timore ſtupefacti, tacite euentũ rei præſtolantes, dicũt: Quiſputas puer iſte erit? Manus domini filius eius intelligitur, ut in
Iſa.66. Iſaia: Omnia hæc manus mea fecit. Aliter uero manus domini flagellum eius accipit,
Sophi.1. ut in Sophonia: Extendam manum meam
Iob.19 ſuper Iudã. Inde & Iob, Manus domini tetigit me. Hic autẽ manus domini, poteſtas
Iere.18 eius intelligitur, de qua in Ieremia: Sicut lutum in manu figuli, ita uos in manu mea domus Iſrael.

Et Zacharias pater eius impletus eſt ſpũſctõ, & prophetauit dicens, Bñdictus dñs deus Iſrael, quia uiſitauit & fecit redẽptionẽ plebis ſuę.

Quod Zacharias proxime faciendum co-
M. gnouerat, prophetico more quaſi iã factũ narrat. Nam quæ prophetantur, ſecũdum tempus futura ſunt: ſed ſecundum ſcientiã
Beda. prophetantis, pro factis habenda. Viſitauit, inquit, plebem ſuam quaſi longa infirmitate tabeſcentem, & redemit eam filij ſui ſanguine ſub peccato uenditam. Sua dicit, non quod ueniens ſuã inuenerit, ſed quia uiſitando ſuam fecit. Cui ſimile eſt illud in
Pro.31. fine ꝓuerbiorũ: Mulierẽ fortẽ quis inuenit? nõ inuenit mulierẽ (id eſt, eccleſiam) fortẽ, ſed ſibi eam deſpõſando fecit fortẽ.

Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui.

Cornu dicit firmam celſitudinẽ, quia cornu eſt firmum & excedit carnẽ cũ omnia oſſa carne tegantur. Vocatur itaque cornu ſalutis regnum ſaluatoris, quo mundus & gaudia carnis ſuperantur. In cuius figuram Dauid & Salomon cornu olei ſunt in regni gloriam conſecrati.

Sicut locutus eſt per os ſanctorũ, qui a ſeculo ſunt, prophetarũ eius.

A ſeculo, id eſt, ab initio ſeculi, quia tota ueteris teſtamenti ſcriptura prophetia de Chriſto præceſſit, & à tempore Adæ ſancti patres ſuis quiq; factis eius diſpenſationi teſtimonium reddunt.

Salutem ex inimicis noſtris, & de omnium qui oderunt nos.

Explanat quod dixerat, erexit cornu ſaluris nobis. id eſt, erexit nobis ſalutem ex inimicis noſtris. id eſt, de poteſtate omniũ qui oderũt nos, ſiue ſint immundi ſpiritus, ſiue
peruerſi homines. Interim ſpe ſalui facti ſu Rom.8.
mus, in futuro re ipſa ſaluabimur.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandũ quod iurauit ad Abraam patrẽ noſtrũ, daturum ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi.

Erexit ſalutem in domo Dauid, ad facien- M.
dam miſericordiã nobis cum patribus noſtris, qui in tenebris aduentum redemptoris expectant. Et ita erexit ſalutem memorari, id eſt, ut memor cognoſceretur teſtamenti ſui, ad explendũ ſcilicet iuſiurãdum quod iurauit ad Abraã, ſe daturũ nobis hoc eſt, cõpleturũ in nobis. Sic dico cõpleturũ, ut ſine timore mortis æternæ ſeruiamus illi. Dei qppe teſtamẽtũ, id eſt, teſtatio mentis, & iuſiurandũ, hoc eſt, firmũ ꝓmiſſum
illud fuit, ꝙ dixit Abraæ: In ſemine tuo, q̃d Gene.22.
eſt Chriſtus, benedicentur omnes gentes.
Dei ſiquidem promittere, iurare eſt. Dixe- Beda &
rat dominũ, iuxta eloquia prophetarum in Ambro.
domo Dauid naſciturum: dicit nunc eun- libro 3.
dem ad explendũ teſtamentũ quod Abraę diſpoſuit, nos eſſe liberaturũ: quia his duobus præcipue patriarchis de ſuo ſemine & benedictio gentium & Chriſti eſt incarnatio promiſſa. Quod Matthæus quoq; breuiter intimauit, dicens: Liber generatiõis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraam. Vbi notandum quod apud utrũq; euãgeliſtam Dauid præfertur Abraæ, quia & ſi tempore poſterior, promiſſione tamen eſt maior.

Abrææ nanq;, qui adhuc in præputio poſi-
tus, propria dereliquit, deum cognouit,
fidei teſtimonium meruit, fides gentium, &
ſacer eccleſiæ cœtus, ſpecialiter eſt promiſ
Gene. 22. ſus, dicente ad eum domino: In te benedi-
centur uniuerſæ cognatiões terræ. Dauid
autem oraculo ſublimiore, q̃d ex ipſo Chri
Pſal. 131. ſtus ſcd̃m carnẽ naſceretur, audiuit. Cum
1. Par. 17 impleueris (inquit) dies tuos, ſuſcitabo ſe-
men tuum, & firmabo ſolium eius uſq; in
æternum: ego ero ei in patrem, & ipſe erit
mihi in filium. Accepit itaq; Abraam prin-
cipaliter promiſſum de eccleſia, Dauid ue-
ro de Chriſto, per quẽ eſt ipſa eccleſia. De-
fertur ergo Abrææ principatus ſecundum
fidem populorum, Dauid autem proprie-
tas generationis Chriſti ſecundum carnẽ.

In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.

H. Sanctitas pertinet ad cultum religionis,
iuſtitia ad moderationẽ iudicij uel uindi-
ctæ. Iſta coram domino ſunt, quando non
quæritur alia quàm dei retributio.

Et tu puer, propheta altiſſimi uocaberis, pręibis enim ante faciẽ domini parare uias eius.

Beda. Repẽte cum de domino loqueretur, ad ꝓ-
phetam uerba cõuertit, ut hoc beneficium
quod propheta futurus erat, domini eſſe de
ſignaret. Non mirum ſi alloquitur infantẽ
octo dierum, quia bene potuit audire uocẽ
patris iam natus, qui ſalutationem Mariæ
audiuit adhuc in utero clauſus. Putãdus eſt
quoq; Zacharias propter eos qui aderant
inſtruẽdos, futura filij munera quæ per an-
gelum didicerat, prædicare mox ut loqui
potuit. Altiſſimum uocat, quem Iohannes
Pſa. 86. præibat, iuxt a quod Pſalmiſta ait: Mater
Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea,
& ipſe fundauit eam altiſſimus.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionẽ pctõrum eorũ.

Deſiderans commendare nomen ſaluato-
ris, frequentat mentionem ſalutis. Et ne car
nalem promitti putares ſalutem, inquit, in
remiſſionem peccatorum.

Per uiſcera miſericordię dei noſtri, in quibꝰ uiſitauit nos oriẽs ex alto.

Præibis ante faciem domini ad dandã ſci-
entiam ſalutis, non meritis hominum, ſed
per uiſcera miſericordię, in q̃bus, id eſt, per
quæ uiſcera uiſitauit nos in aſſumpta car-
ne oriens ex alto, id eſt, uerbum patris, or-
tum ueræ lucis aperiens: de filijs tenebra-
rum & noctis, filios lucis faciens, Vnde ſe-
quitur:

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis.

Viſitauit, ut illuminaret, oriens illuminare H.
his, qui in tenebris peccatorũ, & in umbra
mortis, id eſt, in cæcitate ignorantiæ depſſi
ſunt: quia excludens errorum tenebras, in
fudit ueram cognitionis ſuæ lucem, & cer
tum iter patriæ cæleſtis aperuit. Pedes no- Beda.
ſtri, affectiones mentis ſunt, quæ ſi gratiæ
illuminatoris noſtri concordent, dirigun-
tur in uiam pacis, id eſt, in opera quæ ſunt
nobis uia ad pacem cæli perpetuam. Con-
grue prius illuminantur corda, & poſtea
diriguntur in opera pacis, dicente Pſalmi- Pſal. 33.
ſta: Inquire pacem & perſequere eam.

Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpũ, & erat in deſertis uſq; in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.

Prædicator pœnitentiæ futurus, quanto-
cius potuit, ſolitudinis aſpera petijt, ut & ſe
& auditores ſuos ab illecebris mundi ſuſ-
penderet. Aſſignata præcurſoris natiuita- H.
te, qui prius naſcitur, prius prædicat, prius
moritur, apte ſubiungitur ſaluatoris gene- Hiero.
ratio & natiuitas ſecundum carnem. De di
uinitatis aũt generatione dicit Iſaias: Ge- Iſa. 53.
nerationem eius quis enarrabit?

Caput V.

Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraam.

MAtthei liber dictus eſt liber genera Raba.
tiõis, ſcd̃m cõſuetudinẽ Hebræorũ,
qui uoluminibus ex principijs eorum noĩa
impoſuunt. Ieſus hebraice, ſoter græce, ſal- Albinus
uator latine, uocatus eſt proprio nomine in homil.
redẽptor noſter. Chriſtus uero unctus in
latino, meſſias in Hebræo dicitur eloquio,
& eſt nomen dignitatis, quia antiquis tem-
poribus reges, prophetæ, ſacerdotes, unge Pſal. 44.
bantur oleo ſanctificationis. Ipſe aũt Chri Colo. 1.
ſtus à deo præ participibus ſuis unctus eſt
in regem & ſacerdotem, quia in eo diuinita
tis plenitudinem habitare complacuit. Me H.
rito autem Dauid electione diuina rex &
propheta, præfertur Abrææ, tum quia mul
to ampliores & manifeſtiores factæ ſunt ei
promiſſiones de Chriſto, tum quia maxi-
me in ore populi habebantur Dauid atq;
promiſſiões quas ſuſceperat, quod in euan-

gelio declaratur, ubi Ieſum filiũ Dauid uocant, qui ab ipſo curari poſtulant. Vel aliter. Cum dicitur, filij Dauid, filij Abraam, ordo eſt præpoſterus, ſed neceſſario commutatus. quia ſi prius poſuiſſet Abraam, & poſtea Dauid, ut generatio texeretur, repetendus eſſet Abraã, hoc mõ: Ieſu Chriſti filij Abraam, filij Dauid, filij Abraam. Hiero.

Abraam genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

Abraam principium narrationis eſt, ad quẽ fuit principium promiſſionis. Iſmael quidẽ & Eſau fratres Iſaac & Iacob, ſilentio præterit euangeliſta, qa nõ remanſerunt in cultu unius dei. Fratres uero Iudæ digne cõmemorantur, quoniam patriarchæ fuerũt.

Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.

In genealogia ſaluatoris nõ iuſtæ, ſed peccatrices fœminæ nominantur, ad inſinuandum uidelicet, quoniã qui de fœmina formam uiri uoluit aſſumere, ut uiros & fœminas ſaluaret: de peccatricibus dignatus eſt naſci, ut peccata deleret. Naſcitur autẽ dominus de iuſtis & peccatoribus, iuxta quod Moyſes præceperat agnum immolãdum ſumi de grege ouium & caprarum.

Phares autem genuit Eſrom. Eſrom aũt genuit Arã. Arã aũt genuit Aminadab. Aminadab aũt genuit Naaſon. Naaſon aũt genuit Salmon, Salmõ aũt genuit Booz de Rahab. Booz aũt genuit Obed ex Ruth.

Quia dominus naſcitur de Ruth Moabitide, impleta eſt prophetia quæ dicit: Emitte agnum domine dominatorem terræ de petra deſerti, id eſt, de gentibus, quæ dicuntur petra, quia idola colunt: & deſertũ, quia ſine lege uiuunt. Iſa.16.

Obed autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid regem.

Maluit euangeliſta patrem Dauid uocare Ieſſe quàm Iſai, cum utriuſq; nominis eſſet, ut indicaret in Chriſto & in Maria illud impleri propheticum: Egredietur uirga de radice Ieſſę, & flos de radice eius aſcendet. Iſa.11. Dauid regẽ dicit, qa primus rex fuit de tribu Iuda, per quã ordo gñationis decurrit.

Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.

Hoc eſt, ex Berſabee, quæ non nominatur hic, quia plus peccauit cæteris hic nominatis. Cũ enim eſſet uxor Vriæ, miſcuit ſe Dauid in adulterio.

Salomon autem genuit Roboam. Roboã aũt genuit Abiã. Abia aũt genuit Aſa. Aſa aũt genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Iorã. Ioram autem genuit Oziam.

In quarto regum uolumine legitur, Ioram fuiſſe patrem Ochoziæ, & Ochoziam patrem Ioæ, & Ioam patrem Amaſiæ, & Amaſiam patrem fuiſſe Azariæ, qui appellatus eſt etiã Ozias. Verũ qa Ioram ſe miſcuit generi impijſſimæ Iezabel, ducens filiã eius, tolluntur tres reges è medio: uel, quia ꝓpoſitũ erat euangeliſtæ ponere tres teſſeradecades, id eſt, tres quaterdenarios numeros, qui ſunt quadraginta duo. Hieron.

Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Iezechiã. Iezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autẽ genuit Ioſiam. Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigrationem Babylonis.

Tranſmigrationem uero Babylonis dicit, quod filij Iſrael captiuati fuerunt in Babyloniam, & ante illam captiuitatem interfectus eſt iſte Ioſias à Pharaone Nechao rege Aegypti. 4.Reg.23. Cum ergo dicit, Ioſias genuit filios in tranſmigrationem, uel in pro ante ponitur, uel ut quidam uolunt, eos genuit, ſubaudis, ituros in tranſmigrationem. Require hiſtoriam prope finem libri regum.

Et poſt trãſmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel.

Si uoluerimus Iechoniam iſtum in fine ſecundæ teſſeradecadis ponere, in ſequenti non erunt quatuordecim. Sciamus ergó Iechoniam priorem ipſum eſſe, quem & Ioachim, ſecundum uero filium eius. Quorũ prior ꝑ K & M, ſequẽs per ch & N ſcribit; quod ſcriptorum uitio & longitudine temporum apud Græcos Latinoſq; confuſum eſt. Quod apud nos dicit K, eſt c apud Græcos: & quod apud nos ch, dicit chi apud illos. Expeditius explanat hoc Hieronymus in exordio Danielis cõtra Porphyriũ. Ioacim (inquit) filius Ioſiæ, alio nomine appellatus eſt Heliacim, cui ſucceſſit in regnũ filius eius Ioachin, cognomento Iecho- Hiero.

nias. Nemo igitur putet eũdem in Danielis principio eſſe Ioacim, qui in Iezechielis exordio Ioachin inſcribitur. Iſte enim extremam ſyllabã habet cim, ille chin. Et ob hoc in euangelio ſecundum Matthæum, una uidetur deeſſe generatio: quia ſecunda teſſeradecas in Ioacim deſinit filium Ioſiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioacim. Auguſtinus uero in libro de concordia euangeliſtarum, ut ſermonem ad allegoriam conuerteret, dixit eundem Iechoniã bis eſſe hic numeratũ.

Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autẽ genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autẽ genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioſeph uirum Mariæ, de qua natus eſt eſt Ieſus, qui uocatur Chriſtus.

Aphricanus de conſonantia euangeliſtarũ, Aphri. Mathan (inquit) & Mathat, diuerſis tẽporibus de una uxore Eſta nomine, ſingulos filios procrearũt, quia Mathan qui per Salomonem deſcẽdit, uxorem eam prius acceperat, & relicto filio Iacob, defunctus eſt. Poſt cuius obitũ Mathat, q per Nathan filiũ Dauid genus duxit, cũ eſſet ex eadem tribu, eandẽ Eſtam accepit uxorem, & ex ea genuit filiũ nomine Eli. Ergo Iacob & Eli fuerunt uterini fratres. Quorum Iacob ex mandato legis, accepit uxorem fratris ſui Eli ſine liberis defuncti, & ex ea genuit Ioſeph. Itaq; Ioſeph ſcd̃m legem dicitur filius Eli, ſecundũ naturam filius Iacob. Ergo conuenienter dicit Matthæus, Iacob autem genuit Ioſeph: Luc. 3 & Lucas, ut putabat filius Ioſeph, qui fuit Eli, qui fuit Mathat.

Abraam aũt filius Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Seruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphachſad.

Beda ſuper Lucam: Nomen & generatio Cainan, iuxta Hebraicam ueritatem, neq; in Geneſi, neque in uerbis dierum inuenitur, ſed Arphachſad Sela uel Sale filiũ, nullo interpoſito, genuiſſe perhibetur, Sic enim habes: Porro Arphachſad uixit trigita annos, & genuit Sale. Itẽq; in Paralipomenõ: Arphachſad autem genuit Sala, qui genuit Heber. Scito ergo beatum Lucam hanc generationem de ſeptuaginta interpretum editione ſumpſiſſe, ubi ſcriptũ eſt, q̃d Arphachſad centum & trigintaquinq; annorum genuerit Cainan, & ipſe Cainan, cum centum triginta fuerit annorum, genuerit Sela. Sed quid horum uerum ſit, aut ſi utrunq; uerum eſſe poſſit, deus nouit.

Qui fuit Sem, qui fuit Noæ, qui fuit Lamech, qui fuit Matuſale, qui fuit Enoch.

Iſte eſt Enoch, qui dilata morte trãslatus eſt in paradiſum. Gen. 5.

Qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainã, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adã, qui fuit dei.

M x

Omnes ergo generatiões ab Abraam uſq; ad Dauid, generationes q̃tuordecim, & a Dauid uſq; ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim, & a tranſmigratione Babylonis uſq; ad Chriſtũ, generationes quatuordecim.

Beda. In prima q̃terdena eſt Abraã primus, & Dauid ultimus. In ſcd̃a ẽ primus Salomõ, Iechonias ultimus. In tertia Iechonias filius Iechoniæ primus, & Ieſus ultimus, q uenit in mũdũ per electos patres & circunciſos. Nã electio in Dauid, & circunciſio in Abraam demonſtratur. Non mireris ſi Lucas à Chriſto uſq; ad Dauid plures ſucceſſiones, Matthæus pauciores poſuerũt: hoc eſt, unus quadraginta duas, alter uigiti ſeptẽ. Per alias enĩ perſonas narrauit unus quàm alter, & potuit fieri ut alij patres diutius uiuerẽt alijs, & tardius generarẽt. Matthæus deſcẽdẽdo exprimit Chriſtum ad hanc mortalitatem deſcendiſſe, ut nos regeret. Lucas aũt aſcẽdẽdo tãquam ſacerdotem aſſignãs, narrat generationes à baptiſmo Chriſti perueniens ad deum, cui mundati recõciliamur. Et merito adoptationis originem ſuſcepit, quia per adoptionem efficimur filij dei. per carnalem uero generationem filius dei propter nos filius hominis factus eſt. Quapropter in generationibus Matthæi, ſignificatur ſuſceptio noſtrorum peccatorum à Chriſto: in generationibus Lucæ abolitio. Et ideo ille aſcendẽs narrat, iſte deſcẽdẽs. Quod enĩ dicit Apoſtolus, miſit deus filiũ ſuũ in ſimilitudine carnis pc̃ti, pc̃torũ eſt ſuſceptio. Q̃d aũt addidit, ut Rom. 8.

de peccato damnaret peccatū in carne, peccatorū eſt expiatio. Proinde Matthæus per Salomonem deſcendit, in cuius matre Dauid peccauit. Lucas uero per Nathan aſcendit, per cuius nominis prophetam deus peccatum illud expiauit. Sciendū quia prænomi
Rabā. nati patres actu & nomine incarnationem
Chriſti ſignificant, & omnia (ut ait Apoſto-
1.Co.10. lus) in figura contingebāt illis. Albinus itaq;
diaconus eorum nomina ſic adaptat allegoriæ: Chriſtus patriarcharum in ſe gerēs officium, in eorum interpretatione nominum, noſtram uoluit deſignare ſalutem. In Abraam, ille eſt pater omniū credentiū, & omni-
Rom.8. bus clamare libet & dicere, Abba pater. In
Iſaac, gaudium omnium fidelium, de quo cecinit angelus: Ecce anuncio uobis gaudium
Luce.2. magnum, quod erit omni populo. In Iacob
ſupplantator, quia ipſe ſubneruauit & contriuit diabolum uaſtatorē humani generis, & uaſa eius diſtribuit. In Iuda cōfeſſio, ſicut
Mat.11. ipſe dixit: Confiteor tibi domine, pater cæli
& terræ. In Phares diuiſio, quia ipſe ſegregat
Mat.25. oues ab hœdis. In Zara oriēs ad noſtrā ſalu
tē, ſicut dictū eſt: Timētibus nomē dñi, orietur
Mal.4. ſol iuſtitiæ. In Thamar palma uictoriæ, ſicut
ipſe dicit: Cōfidite, quia ego uici mundum.
Ioh.16. In Eſrom, ſagittas ſalutis dirigēs, ſicut dictū
eſt: Sagittæ potētis acutæ. In Aram electus,
Pſal.119. de quo loquitur pater, Ecce puer meus ele-
Iſa.42. ctus, quem elegi, poſui ſuper eum ſpiritū me
um. In Aminadab populus ſpontaneus, qa
ſponte poſuit animam pro ſalute noſtra, ut
Ioh.10. nos efficeret populum dñi laudabilem. In
Naaſon augur, id eſt, propheta fortis; qui dicit: Cum uenerit filius hominis in maieſtate
Mat.25. ſua, tunc ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ, ut iu
dicet orbem in æquitate. In Salmon ſenſibilis, id eſt, intellectualis, q dixit Iudæis: Quid
Luc.5. cogitatis in cordibus ueſtris? Qui præterita,
præſētia & futura cognoſcit. In Booz robur
uirtutis exprimitur, ſicut ait: Omnia traham
Ioh.12. ad me ipſum. In Rahab latitudo eccleſiæ de-
ſignatur. In Obed, ſeruiens, quia nō uenit mi
Mat.20. niſtrari, ſed miniſtrare, ſicut Apoſtolus di-
Phil.2. cit, formam ſerui accipiens. In Ruth, feſtinās
ad ſalutem noſtram. In Ieſſe, incendium, q̄d
ait, Ignem ueni mittere in terram. & quid uo
Luc.12. lo niſi ut ardeat? Et Iohannes dicit: Ipſe uos
Mat.3. baptizabit in ſpirituſancto & igne. In Dauid
Pſal.44 deſiderabilis, quia dictum eſt: Speciosus for
ma præ filiis hominum. Item bellator fortis, dum diabolū deuicit & humiliauit calumniatorem noſtrū. In Salomone pacificus, ſicut ipſe dixit: Pacem meā do uobis, pacē relinq
Ioh.14. uobis. Item Apoſtolus: Ipſe eſt pax noſtra,
Ephe.2. qui fecit utraq; unum. In Vria, lux mea dei.

In Berſabee filius iuramēti, de quo dictū eſt: Pſal.109
Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. In Roboam, latitudo fidelis populi. Vnde ait:
Multi ab oriente & occidente uenient, & re- Mat.8.
cumbēt cum Abraam & Iſaac & Iacob in re
gno cælorū. In Abia, pater *domin*, qui ait: *meus
Nolite uobis patrem uocare ſuper terram. Mat.23.
Vnus eſt enim pater ueſter, qui in cælis eſt.
In Aſa attollēs, de quo Iohānes: Ecce agnus Ioh.1.
dei, qui tollit peccata mundi. In Ioſaphat iu-
dex, quia ipſe iudicabit orbem terræ in æqui Pſal.95.
tate. Et itē, Pater non iudicat quēquam, ſed
omne iudiciū dedit filio. In Ioram, excelſus, Ioh.5.
quia ipſe aſcendit in cælum. In Ozia robu- Act.1.
ſtus domini, quia captiuam humani generis Pſal.76.
captiuitatem liberauit, & in alta cælorū de- Ephe.4.
duxit. In Ioathan perfectus, ſicut in euange
lio dicit: Nos enim decet implere omnem Mat.3.
iuſtitiam. In Achaz, apprehendens: quia cælum palmo ponderauit, terram pugillo conclusit. In Iezechia, fortitudo domini, quia ait: Iſa.40.
Confidite, quia ego uici mundū. In Manaſſe Ioh.16.
obliuioſus iniquitatis noſtræ, ſicut in Ieze-
chiele legitur, In qua die cōuerſus fuerit pec Ieze.18.
cator ab iniquitate ſua, omnes iniquitates eius obliuioni tradentur. In Amon fidelis,
quia ait: Petite, & dabitur uobis. Itē Paulus, Mat.7.
ut miſericors fieret, & fidelis pontifex ad de Heb.2.
um. In Ioſia, ſalus domini: quia quicunque Ioel.2.
inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. In Iechonia, præparatio domini qui ait: Si abiero, Ioh.14.
& præparauero uobis locum. In Salathiel, pe
titio mea deus, ſicut ipſe ait: Pater ſancte, ſer Ioh.17.
ua eos quos dediſti mihi in nomine tuo. In Zorobabel magiſter peccatorum & publicanorum, ut eos ab errore uiæ ſuæ reuocaret.
In Abiud pater meus, qui dixit: Ego & pater Ioh.10.
unum ſumus. & qui eſt pater omnium credētium & caput. In Eliachim, domini, reſur-
rectio, qui ait: Qui credit in me, nō morietur Ioh.11.
in æternū. Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo Ioh.6.
die. In Azor adiutus, qui ait: Non ſolus ſum, Ioh.8.
quia pater mecum eſt. & ipſe adiutor omnium ſperantium in ſe. In Sadoch, iuſtus: ſicut
ſcriptum eſt, ut ſit ipſe iuſtus, iuſtificans eos Rom.3.
qui in fide Abrahæ ſunt. In Achim, frater me-
us, q ait: Si quis fecerit uolūtatem patris mei Mat.12.
qui in cælis eſt, ipſe meus frater & ſoror & Mar.3.
mater eſt. In Eliud, deus meus: hoc ex noſtra
infirmitate dixit ad patrem: Deus deus me- Pſal.62.
us, ad te de luce uigilo: id eſt, ad te reſurgo. In Pſal.17.
Eleazar, deus meus adiutor, & omnium in ſe
credētiū protector q dixit: Qui me miſit pater, Ioh.8.
mecū eſt. In Mathan, donū: q a p ipſum pater Rom.8.
oia donauit. Et ipſe aſcēdēs in altū, dedit bo- Pſal.67.
na hominibus. In Iacob, ſupplātator antiqui

Luc. 10 hoſtis: qui fidelibus dedit poteſtatem calcā-
di ſerpentes & ſcorpiones & ſupra omnem
Ioh. 10. uirtutē inimici. In Ioſeph, auctus & augmen
tum uitæ æternæ: ut ipſe dicit, Ego ueni ut
uitam habeant, & abundantius habeant. In
Ioh. 8. ſancta autem & perpetua uirgine Maria, de
Ioh. 1. qua natus eſt, ſtella maris. i. lux huius mūdi,
quę illuminat oēm hoīem uenientē in hūc mū
dū. Per iſtas em̄ māſiōes ipſe uenit in mūdū,
ut nos per iſtas ueniens in terrā ęternæ pro-
miſſionis introduceret. Moraliter quoq; in-
terpretationes nominum patriarcharū, no-
Gene. 17 ſtrū deſignāt pfectū. In Abraā, ut patres ſi-
mus multarū uirtutū, & hęreditatis iure mul
Gene. 18. tiplicationē bonorū operum poſſideamus.
Phil. 4. In Iſaac, gaudiū habeamus. ut Apoſtolus ait:
Gaudete in domino ſemper, iterū dico, gau-
dete. In Iacob, ut ſupplantatores uitiorum
noſtrorum, & carnalia deſideria ac diaboli
Gene. 29. poteſtatem uiuaci pede calcemus. In Iuda, ut
Pſal. 94. præueniamus faciem domini in cōfeſſione,
& cōfiteamur nomini eius, & laudemus eum
Gene. 38. in ſecula ſeculorū. In Phares, ut diuidamur
ab impijs, actusq; noſtros ab eorum ſocie-
Gene. 38. tate ſecernamus. In Zara, ut lucifer oriatur
Mal. 4. in cordibus noſtris, & ſol iuſtitiæ ubique
Gene. 38 ſplendeat in mentibus noſtris. In Thamar,
ut cum palma uictoriæ, pōpas diaboli & cō
cupiſcentias mundi ſuperemus. In Eſrom, ſa
Pſal. 119. gittæ ſimus ſalutis domini, ut de nobis poſ-
ſit dici: Sagittæ potentis acutæ, cū carboni-
bus deſolatorijs. In Aram, ut electi domini
1. Pet. 2 ſimus & genus electum, regale ſacerdotium
Chriſti excelſo merito ſimus. In Aminadab,
ut ſpontaneus ſimus domini populus, in æ-
dificatione corporis ſui. In Naaſon, ut mū-
danis augurijs gentiū derelictis, promiſſis
diuinis fidē adhibeamus. In Salmon, ut ſen-
ſibiles, id eſt, intellectuales ueritatis dei & fa
ctores inueniamur in eo. In Booz, ut confi-
Colo. 2. teamur domino, & uiriliter agamus, in Chri
ſto triūphantes aërias poteſtates. In Rahab,
Pſal. 118. ut latum mandatū domini obſeruemus, di-
ligēdo deum & proximū. In Obed, ut ſerui-
Heb. 4. amus domino in lætitia, per ſpiritū amoris
Gala. 6. & dilectionem ſanctam. In Ruth, ut feſtine-
mus ingredi ad deum, dum tēpus habemus.
In Ieſſe, ut incenſum orationum noſtrarum
Pſal. 140 in ara crucis offeramus domino, dicēte pro-
pheta: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum
in cōſpectu tuo. In Dauid, ut deſiderabiles
1. Re. 17. inueniamur deo noſtro, fortes contra Goliā
ſpiritualē. In Salomone, ut quantum in no-
Rom. 12. bis eſt, cum omnibus pacē habeamus: quia
Mat. 5. beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur.
Gene. 21. In Vria, ut lux noſtra deus ſit. In Bethſabee,
ut iuramentum ſeruemus. In Roboam, ut lo

cum charitatis implētes, in latitudine ſpiri-
tualium bonorū gaudeamus. In Abia, ut fra
tres ſimus habentes deū patrē, & hæredes
ſimus dei, cohæredes autem Chriſti. In Aſa, Rom. 8.
ut dirigamus meditationē noſtrā à uitijs ad
uirtutes, à terrenis ad cæleſtia. In Ioſaphat,
ut recte iudicemus omni perſonæ. In Io-
rā, ut quæ ſurſum ſunt quæramus: ut ſuper- Col. 3.
num ſapiamus effectum in dn̄o ſublimes, &
noſtram in cælis cōuerſationem. In Ozia, ut
cōſortemur in domino, & in potētia uirtutis
eius. In Ioathan, ut perfecta opera faciamus,
iuxta euāgelium: Eſtote perfecti, ſicut & pa
ter ueſter perfectus eſt. In Achaz, ut appre- Mat. 5.
hendamus diſciplinam, nequando iraſcatur Pſal. 2.
dominus: & amemus uiā ſalutis noſtræ, quæ
eſt Chriſtus, qui dicit. Ego ſum uia & ueri- Ioh. 14.
tas. In Iezechia, ut laudemus fortitudinē dei
pugnantē pro nobis: & ut ille cōfortet nos,
ſemper flagitemus. In Manaſſe, ut obliuioſi
ſimus iniuriarū noſtrarū: & præterita obli- Phil. 3.
uiſcentes, anteriora ſemper attendamus. In
Amō, ut ſtemus in fide, in qua poſſimus tela Ephe. 6.
ignea diabolicæ fraudis extinguere. In Ioſia,
ut ſalutē domini, quā ille præſtare nobis di-
gnatus eſt, tota uirtute & fortitudine conſe-
quamur. In Iechonia, ut in aduentu domini
parati ſimus, uigilantes & orantes ne inci- Luc. 12.
damus in tentationes. In Salathiel, ut unam Mat. 26.
petitionem petamus à domino, ut inhabi- Pſa. 26.
temus in domo domini omnibus diebus ui-
tæ noſtræ. In Zorobabel, ut ſimus magiſtri
ueritatis, prohibentes magiſterium hæreti-
corum confuſionis. In Abiud, ut nobis deus
ſit in patre, & nos illi in filijs. In Eliachim,
ut reſurgamus à morte peccati, ut uiua-
mus deo in ſpirituſancto. In Azor, ut adiu-
uāte deo, inimicos noſtræ ſalutis uincamus.
In Sadoch, ut iuſtificari mereamur ab eo qui
iuſtificat impium. In Achim, ut fratres Chri
ſti, matres & ſorores ſimus in eo, ut facia-
mus eius uoluntatem. In Eliud, ut nullū ha- Mat. 12.
beamus deum, niſi dominum noſtrū Ieſum
Chriſtum. In Eleazar, ut confiteamur ſalu-
tem noſtram in domino Ieſu tantummodo
conſtrare, dicētes: Adiutorium noſtrum in Pſal. 123.
nomine domini, qui fecit cælum & terram.
In Mathan, ut donum ſanctiſpiritus accipi-
entes, non ſimus concupiſcētes malorum ſic
ut gentes. In Iacob, ut rectores tenebrarum
harum noſtra fortitudine ſupplantemus. In
Ioſeph, ut deficiente exteriori homine, inte-
rior augmentetur de die in diem, donec ſpi-
ritualiter formet Chriſtus in nobis: & per
Mariam (id eſt, lumen fidei) diuina gratia du
camur ad ineffabilē dei om̄ipotētis uiſiōem.
Huc uſq; Albinus. In Tharā, explorat Chri-

2.Tim.2 ſtus & paſcit,quia nouit dñs qui ſunt eius,&
Pſal. 22. eos in loco paſcuæ collocabit.In Nachor,re-
quieuit in ſepulchro in ſpe lucis immortali-
tatis.In Seruch,fuit corrigia perfecte noda-
ta,quia nemo ſciuit ad plenum myſterium in
Ioh. 10. carnationis.In Ragau,paſtor bonus qui dat
animã ꝓ ouibus ſuis . In Phaleg, diuidit ſpũ
ales à carnalibus.In Heber,tranſiit de morte
ad uitam.In Sale, ſoluit inimicitias inter deũ
& homines.In Cainan, poſſidet cælũ & ter-
rã, & omnia quæ in eis ſunt.In Arphacſad,
ſanauit nos de plagis diaboli populãtis nos.
In Sem,nomẽ bonũ, ꝗa creator & recreator
pius & miſericors.In Noe, requies æterna
tam angelis quã hoibus.In Lamech,humilis
uſq; ad infernũ:unde illud,Morſus tuus ero
Oſee, 13. inferne. In Mathuſalem, emiſſus eſt domi-
nus à morte reſurgẽdo.In Enoch,dedicauit
1.Cor. 3. templum quod ſumus nos . In Iareth, deſcẽ
dit de cælis,& roborauit eccleſiam.In Mala
lehel, laudauit dominum. unde illud, & hy-
Mat. 26. mno dicto, exierunt in montem oliuarũ. In
Enos deſperatus,ad quem duo diſcipuli eun
tes in caſtellum Emaus,dixerunt:Nos autẽ
Luc.24. ſperabamus,quia ipſe eſſet redempturus Iſ-
rael.In Seth poſitio,ut Simeon ait: Ecce po-
Luce. 2. ſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionẽ mul
torum.In Adam,fuit terrenus,quia de uirgi
ne uerũ corpus aſſumpſit. M iiii. v. L ii.

Augu. CHriſti autem generatio ſic erat.
in ſermo. Prima hoĩs cõditio eſt, quod Adã de
tera plaſmatus eſt. Secũda eſt,qua fœmina
de latere uiri creata eſt.Tertia uero,qua na-
tus eſt homo ex uiro & fœmina. Chriſti au
tem generatio ſic erat, ut ſine uiro naſce-
retur de fœmina, conceptus per ſpiritũſan
ctũ. Prima & ſecunda generatio ruerũt,ter
tiã de ruina generauerunt, in quarta ſalutem
inuenerunt.

Cum eſſet deſpõſata mater eius Ma-
ria Ioſeph, antequam conuenirent,
inuenta eſt in utero habens de ſpiri-
tuſancto.

Raban. Antequam conuenirent,id eſt,nuptia-
rum ſolennia celebrarent, inuenta eſt in
utero habens,primo ab angelis cuſtodienti
Orige. bus eam, dehinc à Ioſeph , ſicut à uiro curio
M. ſo circa ſponſam ſuam. Euangeliſta de præ-
teritis ſcribens, bene ſecundũ tempus ſuum
uocat,Ioſeph uirum Mariæ,& Mariã matrẽ
Ieſu. Conſtat enim quia tempore deſponſa-
tionis nondum mater illa, nondum maritus
ille erat. M. iii. x.

IOſeph autẽ uir eius,cum eſſet iu-
ſtus,& nollet eam traducere,uo-
luit occulte dimittere eam.

Si ſuſpicionẽ in ea habebat,quomodo iu- Orige.
ſtus erat?Si non eſt ſuſpicatus,cur eã dimit-
tere uolebat?Iniuſtum enim erat,ut immacu
latam dimittere uellet. Ideo ergo eam dimit
tere uolebat, quoniam magnum ſacramen-
tũ in ea eſſe cognoſcebat.Cui approximare
ſeſe indignum æſtimabat, ſicut & beatus Pe
trus ſe domino humilians, ait: Recede à me Luc. 5.
domine,quoniã homo peccator ſum.& cen
turio:Non ſum dignus ut intres ſub tectum Mat. 9
meum.Et Eliſabet ad Mariã: Vnde hoc mi-
hi, ut ueniat mater domini mei ad me?uel ali
ter: Si ſolus noſti aliquẽ peccaſſe, & eum uis Aug. de
corã hominibus arguere, non es corrector, uerbis
ſed proditor.Noluit ergo Ioſeph diuulgare domini
Mariam,quamuis certa eſſet ſuſpicio adulte
rij: ſed uoluit prodeſſe peccanti,quod iuſti-
tiæ deputatum eſt ei.

Hęc autem eo cogitante, ecce ange
lus domini in ſomnis apparuit ei, di
cens: Ioſeph fili Dauid,noli timere
accipere Mariam coniugem tuam.

Tale eſt hoc,ac ſi dicat:Accipe tibi in cõ M.
iugem Mariam ſponſam tuam. Apparet an-
gelus uigilanti, aſſumendo uiſibile corpus:
dormiẽti uero, imprimendo imaginationẽ.
Ideo aũt Ioſeph filius dicitur Dauid,ut Ma- Raba.
ria quoq; de tribu Dauid monſtretur, ſicut
ſcriptum eſt : Nemo copuletur uxori niſi Num 36
de tribu ſua.

Quod enim in ea natum eſt, de ſpi-
rituſancto eſt.

Hoc eſt,quod in ea conceptum eſt,ex ſan M.
ctiſpiritus operatione eſt. Naſci in ea , con
cipi eſt: naſci uero ab ea,prodire in lucem.

Pariet autẽ filium,& uocabis nomẽ
eius Ieſum.Ipſe enim ſaluum faciet
populum ſuum a peccatis eorum.

Etymologiam nominis exponit.Ideo eñ
Ieſus(id eſt, ſaluator)dicitur, quia ſaluat.

Hoc autem totum factum eſt, ut ad
impleretur quod dictum eſt a domi
no per prophetã dicentem: Ecce uir
go in utero habebit, & pariet filiũ: Iſa. 7
& uocabunt nomen eius Emanuel,
q̃d eſt interpretatũ,nobiſcũ deus.

Quaſi diceret,In natura noſtra deus eſt,
quia iſte filius uirginis deus & hõ eſt. Hoc
ipſum quod propheta dicit,ecce,admirantis
eſt tanti myſterij magnitudinẽ. Hoc aũt totũ
q̃d uirgo ꝓpinquo ſuo deſponſaretur,quod

Ioſeph per angelum doceretur,& cætera. ita
facta ſunt, ut tam per iſta quã per illa quæ ſe-
quuntur, prophetia impleretur.

**Exurgens autem Ioſeph a ſomno, fe-
cit ſicut præcepit ei angelus domini.**

Quiſquis à deo monet, ſoluat moras, ſur-
gat à ſomno, faciat quod iubetur.

**Et accepit coniugem ſuam, & nõ co-
gnoſcebat illam, donec peperit filiũ
ſuum primogenitum. & uocauit no-
men eius Ieſum.**

Ioſeph prius Mariã uolens abijcere, cum
iuſtus eſſet, noluit eam propalare ac lege de-
cerni. Nunc aũt ne qua de partu eius ambi-
guitas exiſteret, ipſe cõcepti Chriſti ex ſpiri
tuſancto teſtis aſſumitur, cum deſponſatam
in coniugem recipiat. Accepit igitur eam ad
Raban. nomen coniugis propter cauſas quas præ-
diximus: & non cognoſcebat eam ad opus
coniugale, ob arcana quæ didicerat. Nõ co-
gnoſcebat eam donec peperit, non quod po-
ſtea cognouerit. ſed ponitur donec pro &,
uel illud tẽpus remouet de quo maior ſuſpi
cio habetur. ſicut Dauid qui dicit; donec po
Pſal.109 nã inimicos tuos &c. Primogeniti ſunt oẽs
qui primi uuluam aperiunt, ſiue fratres eos
aliqui, ſeu nulli ſequantur.

L. ✠.

**FActum eſt aũt, in diebus illis exi
it edictum a Cæſare Auguſto, ut
deſcriberetur uniuerſus orbis.**

Iuxta fidem hiſtoriarũ, tãta pace regnauit
Beda Auguſtus annis duodecim circa tempus do
minicæ natiuitatis, ut tam forinſecis quàm
ciuilibus bellis toto orbe ſopitis, etiam ad li-
teram completum uideatur illud propheti-
cum: Conflabũt gladios ſuos in uomeres, &
Iſa.2. lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens con
tra gentem gladium. Pacatiſſimo autem tẽ-
M. pore congrue naſcitur Chriſtus, qa deus e-
2.Co.5. rat in Chriſto mundũ recõcilians ſibi. Hæc
itaque pax quam fecit Auguſtus, ſignifica-
bat pacem quam mediator noſter facturus
erat & ꝑ ſe, & per diſcipulos inter deum &
homines. Opportunum quoq; fuit, ut tre-
menda Romani nominis umbra protegerẽ-
tur diſcipuli, quocunque ad prædicandum
tranſirent. Nam ſicut à Cæſare exigebatur
Beda. profeſſio cenſus ab uniuerſo orbe, ſic à Chri
ſto exigenda erat fidei profeſſio in toto mun
do. Vnde illud: Euntes in mundum uniuer-
Mar.16. ſum, prædicate euangelium omni creaturæ.

**Hæc deſcriptio prima facta ẽ a præ-
ſide Syriæ Cyrino. & ibant oẽs ut
profiterẽtur, ſinguli in ſuã ciuitatẽ.**

Hæc deſcriptio prima dicitur, quãtũ ad tẽ
pus Cyrini. Nam antea ſæpe deſcriptæ fue-
runt pleræq; partes terrarum. Cyrinus à Cę
ſare miſſus ius dare gẽtibus & cenſor patri-
moniorum futurus, Syriam uenit. Et quia Iu M.
dæa q̃ſi umbilicus totius terræ eſt, cenſus pri
mo in medio terræ exigitur, ut inde poſtea
uſque ad fines orbis perquiratur. Hic pri-
mum facta eſt Iudæa ſtipendiaria Roma-
nis. Imperãte Auguſto & præſidente Cyri
no, ibant omnes ad deſcriptiõem: ut ſinguli Beda
in ſuam ciuitatem reuerſi, profiterentur de-
bitum cenſus. Si ergo nũc imperante Chri-
ſto & præmia pollicente per doctores eccle-
ſiæ præſides, cenſum iuſtitię profiteamur, iu
gũ eius quod leue eſt ſubeamus, & inuenie- Mat. 11
mus requiem animabus noſtris. Cæſari ſol-
uebatur denarius, qui decem nummos habe
bat, qui etiam nomine Cæſaris titulabatur:
& nos offeramus regi noſtro decalogum le
gis, in quo uultum regis noſtri, id eſt, agniti-
onem uoluntatis eius inueniemus.

**Aſcendit autem & Ioſeph a Galilęa
de ciuitate Nazareth, in Iudæam ci-
uitatem Dauid, quæ uocatur Beth
leem, eo quod eſſet de domo & fami
lia Dauid: ut profiteretur cum Ma
ria deſpõſata ſibi uxore, pręgnante.**

Alibi cõcipi, alibi naſci uoluit dñs, ut inſi-
diãtis Herodis furorẽ faciliꝰ euaderet. Na-
ſcituro dño deſcribit mundus: qa ille appare Greg.
bat in carne, qui electos aſſcriberet in æterni
tate. Econtra de reprobis: Deleãtur de libro Pſal. 68.
uiuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.

**Factum eſt autem cum eſſent ibi, im
pleti ſunt dies ut pareret, & peperit
filium ſuum primogenitum.**

Bene tum ꝑpter iudicium ſtẽmatis regis,
tum ꝑpter nois ſacramẽtũ, dñs in Bethleem Beda.
naſcit. Bethleẽ nanq; domus panis interpre
tatur: & ibi panis uiuus qui de cælo deſcen- Ioh.6.
dit, apparet in carne, electorũ mentes inter-
na reficiens ſatietate. Quotidie dñs in Naza
reth cõcipitur, in Bethleem naſcitur, cũ quili
bet fidelis uerbi flore ſuſcepto, domũ ſe æter
ni panis efficit. Quotidie in aĩo credentium
quaſi in utero uirginali ꝑ fidẽ cõcipitur, per
baptiſma gignitur. Quotidie eccleſia q̃ſi dei
genitrix, comitatur ſuũ doctorẽ ut Maria Io
ſeph: de ruina mũdanæ cõuerſatiõis, q̃d Ga-
lilæa ſonat, aſcendẽs in ciuitatẽ Iuda, id ẽ, cõ
feſſionis & laudis, æternoq; regi ꝑſoluit cen
ſum deuotiõis. Quæ eccleſia in exemplũ be-

atæ Mariæ, aliꝗ̃ ẽ quaſi deſpõſata, ſed ab alio fœcũdata: dũ iungitur põtifici præpoſito ſibi, ſed cumulatur uirtute ſpiritusſanctĩ. Vnde bene Ioſeph auctus interpretatur, indicãs nil ualere inſtantiã loquẽtis magiſtri, ſine augmento iuuaminis ſuperni.

Et pãnis eum inuoluit, & reclinauit eũ in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.

Qui mundum uario ueſtit ornatu, uilibus induitur, ut ſtolam immortalitatis recipere Grego. Beda. mus. Manus pedesq́ꝫ cunis aſtringuntur, ut manus noſtræ ad bene operandũ, pedes noſtri in uiam pacis dirigantur. In præſepio reclinatur: ut fideles omes, ſancta uicꝫ aĩalia, carnis ſuæ frumẽto reficeret, qui panis eſt angelorũ. In anguſto præſepi cõtinetur, ut nos per cœleſtis regni gaudia dilatet. Non in domo parentũ natus eſt dominus: ut oſtenderet qa per humanitatẽ aſſumptã quaſi in alieno naſcebatur, nõ ſecũdũ poteſtatẽ, ſed ſecũdum naturã humanitatis. Nã de poteſtate eius ſcriptum eſt, In propria uenit. Et quia Ioh. i. Iſa. 40. õmis caro fœnũ, factus hõ deus, fœnũ noſtrũ uertit in frumentũ, de ſe ipſo dicẽs: Niſi granũ frumenti cadens in terrã, mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet. Vnde & natus, in Chryſo. in homi. prẹſepi reclinatur. Iohãnes Chryſoſtomus: Reclinauit puerũ mater. Ioſeph aũt nõ audiebat attingere, quẽ ſciebat de ſe non eſſe generatũ. Quicũqꝫ es pauper, accipe cõſolationem. Ioſeph & Maria mater domini nõ habent ſeruulũ, non ancillã, non iumentũ: ipſi ſunt dñi & famuli. Non audet paupertas timida inter diuites accedere, in diuerſoriũ uadunt: Pſal. 112. naſcitur in ſtabulo, qui de ſtercore in-Iob. 2. opẽ leuat. In ſtercore Iob ſedebat, & poſtea coronatus eſt.

L. ✠ Caput VI.

ET paſtores erãt in regiõe eadẽ, uigilãtes & cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregẽ ſuũ. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos, & claritas dei circunfulſit illos.

Beda. NAto dño, paſtores uigilãt, gregẽq́ꝫ ſuum cuſtodiunt: ut oſtendatur adeſſe tempus quod ipſe olim promiſerat, dicẽs: Ecce ego ipſe regrã oues meas, & uiſitabo eas Ieze. 34 ſicut uiſitat paſtor gregẽ ſuũ. Per gregẽ populus, per noctẽ ſeculũ, per paſtores ſignificantur ſacerdotes, animabus peruigili cura prouiſuri. Angelus cũ tãto lumine apparẽs, quod in tota teſtamẽti ueteris ſerie nõ inuenitur, myſtice pmonuit, quod Apoſtolus aperte poſtea dixit: Nox præceſſit, dies au- Rom. 13. tem appropinquauit.

Et timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudiũ magnum quod erit omni populo, quia natus eſt uobis hodie ſaluator, qui ẽ Chriſtus dñs in ciuitate Dauid.

Omni populo fidelium de cũctis diuerſitatibus gentiũ cõgregando, æternũ gaudiũ nunciatur. Cũ nox eſſet, nõ ait angelus, hac nocte: ſed, hodie: qa gaudiũ magnũ nũciabat. Vbi aũt triſtia geruntur, noctis mẽtio ſolet fieri: ut ibi, Scãdalũ hac nocte patiemini. Mat. 26.

Et hoc uobis ſignũ, Inuenietis infãtẽ pãnis inuolutũ, & poſitũ ĩ pſepio.

Signũ ſalutis eſt fidelibus, humilitas ſaluatoris, q̃ eſt oppoſita ſuperbię, p quã mors.

Et ſubito facta ẽ cũ angelo multitudo militiæ cœleſtis, laudantiũ deũ & dicẽtiũ: Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax hoĩbus bonæ uolũtatis.

Vno euangelizante angelo, multitudo in cõſonã laudẽ prũpit, & officiũ ſuũ deo impẽdẽs & nos inſtituẽs, ut q̃ties ſacrã eruditionẽ ex fratris ore audimus, deo laudes corde, ore, ope reddamus. Bñ militiæ cœleſtis dictum eſt: qa illi militabãt, qui contra malignos ſpũs ad tutelam noſtrã angelorũ ordinabat exercitus. Quia uero deus & homo natus eſt, hoĩbus pax & deo gloria canitur, qui ab angelis p noſtra redẽptiõe glorificatur. Et qa neqꝫ Iudæi neqꝫ gẽtiles pacẽ habent, non eſt em̃ pax impĳs, dicit dñs: ideo determinate dicit, hõibus bonæ uolũtatis, q ſcili- Iſa. 48. cet natũ Chriſtũ ſuſcipiũt. Quoniã peccãdo extranei eram⁹ à deo, extraneos nos angeli Gre. deputabãt. Sed qa recognouimus regẽ nr̃m, angeli recognouerunt nos ciues ſuos: & Apo. 19. timet angelus adorari ab humana natura, quã in ſuo rege cõſiderat. Hic Lot & Ioſue Gene. 19. nõ phibiti ſũt adorare ãgelos, Iohãnes uero Ioſ. 15. phibitus eſt in Apocalypſi: Vide, inqt, ne fe- Apo. 22. ceris, cõſeruus em̃ tuus ſum & fratrũ tuorũ.

Et factũ ẽ, ut diſceſſerũt ab eis angeli in cęlũ, paſtores loquebãtur ad inuicẽ: Trãſeamus uſqꝫ Bethleẽ, & uideamus hoc uerbum quod factũ eſt, quod fecit dñs & oſtendit nobis.

Non dixerũt, uideamus puerum, ſed uerbum. ac ſi dicerent, Verbum erat in princi- Beda. pio, & factũ eſt caro: quod dominus (id eſt pater & ipſum uerbum & ſpiritusſanctus) fe

cit,id eſt, incarnari conſtituit, & ſic factum
oſtendit, quod in deitate uideri nõ poterat.
Et uenerũt feſtinãtes,& iuenerũt Ma
riã & Ioſeph, & infantẽ poſitũ in pſe
pio. Vidẽtes aũt cognouerũt de uer.
bo, q̃d dictũ erat illis de puero hoc.
Nonnulli quærentes Chriſtum, non inueniũt, quia deſidioſe quærũt. Paſtores autem
inuenerũt, q̃a fide nõ ficta cucurterũt. Sic ec
cleſiæ paſtores, imò q̃libet fideles, cæleſti do
ctrina crecti q̃ſi portas Bethleẽ ſubeũtes, re
periũt catholicã eccleſiam quaſi Mariam,
& cœtũ doctorum quaſi Ioſeph, atq; humi
lem mediatoris aduentum, ſcripturæ pagi-
nis inſertũ q̃ſi in præſepio. Videntes aũt pu
erum, cognouerunt de uerbo quod dictum
erat. & nos per fidem incarnationis, uenie-
M. musad gloriam uerbi contuendam. Notan
dum quia ipſæ res dignæ relatu atq; dictu,
interdum uerba nominãtur. Vnde in Iſaia:
Iſa.39. Non fuit uerbum, id eſt, res nomine digna,
quod non oſtẽderet Iezechias Chaldæis. Si-
militer dicunt hic paſtores: Videamus hoc
uerbum quod factum eſt, id eſt, iſtam rem
uerbo narrationis dignam, quam fecit ipſe
dñs excellentiſſimã, & ſignificauit nobis
ꝑ angelos. Vbi ergo dicit, cognouerũt de
ꝟbo qđ dictũ erat, accipe uerbũ ꝓ locutiõe.
Et omnes qui audierant, mirati ſunt,
& de his quæ dicta erant a paſtori-
bus ad ipſos.
Beda Mirantur & de myſterio incarnationis, &
de paſtorum atteſtatiõe tanta, qui fucare au-
dita neſcirent, ſed ſimplici facũdia uera p̃di-
carẽt. Sic dñs nõ rhetores, ſed piſcatores ad
euãgelizãdũ deſtinauit. Sic & in ueteri teſta
mẽto ſuæ diſpẽſatiõis nũcios, paſtores ordi-
nauit: ideo nõ ẽ ꝑuipẽdẽda paſtoꝝ atteſtatio.
Maria autem cõſeruabat omnia uer
ca hæc, conferens in corde ſuo.
Maria non minus ore pudica quàm corpo-
re, tacita confert ea quæ uiderat circa ſe a-
Iſa.7. cta, & quæ legerat in ſcripturis agenda. Le-
Iſa.1. gerat in Iſaia: Ecce uirgo concipiet & pariet
filium. Legerat, Bos cognouit poſſeſſorem
ſuum, & aſinus præſepe domini ſui. Vide-
bat in præſepi dei filium, ſuum filium unũ,
filium uagientem. Videbat ſe de ſtirpe Da-
uid ortam, in Nazareth de ſpiritu concepiſ-
ſe, in Bethleem peperiſſe: quorum omnium
teſtimonia in ꝓphetis legerat. Comparat er
go uerba prophetarum factis, & in omni-
bus habet argumenta fidei. Si Maria à paſto
ribus didicit, diſcamus & nos à ſacerdotibus.
Et reuerſi ſunt paſtores, glorifican-
tes & laudãtes deũ in oibus q̃ audie
rãt & uiderãt, ſicut dictũ ẽ ad illos.
De his quæ audierãt ab angelis, laudabãt
deũ: & de his q̃ uiderãt in Bethleẽ, glorifica
bant eũ. Sed & magiſter ſpũaliũ gregũ mõ
fideliũ caſtra luſtrant, ꝓbitatis exẽpla quærẽ
do, mõ ad paſtorale officiũ redeũt docendo.

Caput VII.

ET poſtq̃ cõſummati ſũt
dies octo, ut circũcidere
tur puer, uocatũ eſt nomẽ
eius Ieſus. Quod uoca-
tum eſt ab angelo, priuſq̃ in utero
conciperetur.

Ritus circũciſionis ab Abraã ſumpſit ex
ordiũ, q̃n & nominis amplificationem acce-
pit. Ad cuius imitationẽ, nomen imponebãt
pueris in die circũciſionis eorũ. Sic etiam fa
ctum eſt ipſi Ieſu. Bene aũt octaua die circũ-
ciditur, ut & eius reſurrectio octaua die cele
branda, & noſtra figuraretur octaua ætate
futura. Sex etenim ſunt ætates, in quibus pro
domino laboratur: ſeptima eſt animarũ uſq;
ad tempus reſurrectionis: octaua eſt reſur-
rectio, q̃n gloria perfectæ circũciſiõis coru-
ſcabit, & totus homo uiſioni conditoris inhæ
rebit. Nunc aũt uidens mulierẽ ad concupi- Mat. 5.
ſcẽdã eam, incircũciſum uiſum habet. Incir Beda.
cunciſi ſunt auribus, q̃bus ueritas dicit: Qui Ioh. 8.
ex deo ẽ, uerba dei audit. Propterea uos nõ
auditis, quia ex deo nõ eſtis. Incircũciſi ſunt
lingua & manibus, quorũ os locutũ eſt uani Pſal. 143
tatẽ, & dextera eorũ dextera iniq̃tatis. Incir
cũciſi ſunt guſtu, q̃s ꝓpheta redarguit, dicẽs:
Væ qui potẽtes eſtis ad bibendũ uinũ, & ui- Iſa. 5.
ri fortes ad miſcẽdã ebrietatẽ. Incircũciſi ſũt
olfactu & tactu, qui uariis odoribus delibu-
ti, ſequũtur amplexus meretricis, cinamomo
cubile ſuũ aſpergentes. Incircũciſi ſunt greſ
ſibus, de quibus pſalmiſta cõmemorat: Cõ- Pſa. 13.
tritio & infelicitas in uiis eorũ, & uiam pacis
nõ cognouerũt. Porro q̃ in ſimilitudine car-
nis pcti uenerat, remedium quo caro peccati
mundabatur, nõ reſpuit: ſed circuncíſus eſt,
factus ſub lege, ut eam iuſtã eſſe probaret, & Gal. 4.
eos qui ſub lege erãt redimeret. Nota quod
idem auxiliũ curationis in lege circũciſio cõ
tra peccati originalis uulnus præſtitit, quod
nunc baptiſmus tẽpore gratiæ confert: niſi
quod introitus in regnũ, nondũ patebat cir
cũciſis, ut mõ baptizatis. At uero nõ ſolũ ba
ptiſmus hoc facit, ſed etiã paſſiõis adiũctio:
q̃ ſi circũciſiõi addita eſſet, & ſimiliter ibi fi
eret. Qđ aũt in tali mẽbro fiebat, cauſa eſt, ne
aliud membrũ aut debile fieret aut turpe, qđ

publice uideretur, & ut Chriſtus per caſtitatem ſignificaretur uenturus. Ideo quoq; in carne præputij fiebat circũciſio, quia in parte illa magis dominatur concupiſcentia, per quã originale peccatũ propagatur. Vbi ergo uia peccati eſt, ibi apte ſignabatur peccati remediũ: & ſignificatur per circunciſionem carnis circunciſio mentis, qua mũdatur anima à uitijs. Tres itaq; cõſtat eſſe circunciſiones. Vna eſt ſacramentum, duę uero ſunt res illius ſacramenti: uidelicet circunciſio à peccato, quę quotidie eſt in anima, & circũciſio à pctõ & ab omni pœna peccati, quæ in reſurrectiõe erit in anima & in corpore. Petrinis autem cultris circuncidit Ioſue in-
Ioſ. 5. traturos terrã promiſſionis: quia petra erat
1. Cor. 10 Chriſtus, qui tollit peccata mundi.
Ioh. 1. Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Ieruſalem, ut ſiſterent eum domino.

Dixit Moyſes: Mulier ſi ſuſcepto ſemine
Leu. 12. peperit maſculũ, inmũda erit ſeptẽ diebus, & die octaua circũcidet infantulus: ipſa uero triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſue. Nõ dixit, oĩs mulier pariens: ſed, quę ſuſcepto ſemine peperit: ad diſtinctionem illius, quæ uirgo concepit & peperit. Non ergo mater, ſicut nec filius indigebat purgari hoſtijs: ſed ut nos ſolueremur à timore legis, facti ſunt ſub legẽ. Decretum quoque legis erat, paruulum à triceſimotertio die circunciſionis, ad tẽplum deferri, dariq; hoſtiam pro eo: primogenitum autem maſculum, ſauctũ domino fieri. In quo inſinuatur, neminẽ niſi uitijs circunciſum, dominicis dignũ eſſe conſpectibus, ut ait Pſalmiſta: Nõ habitat iuxta te malignus,
Pſal. 5. neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Vt ſiſterent eum domino, id eſt, offerrẽt & conſecrarent.

Sicut ſcriptũ eſt in lege domini, quia oĩe maſculinum adaperiens uuluã, ſanctum domino uocabitur.

Præcepit lex & hominis & pecoris omne primogenitũ maſculini ſexus, dño ſauctificari & ſacerdotis eſſe: ita ut ſacerdos pro hominis primogenito precium acciperet, & ani-
M. mal immũdum redimi faceret, munda uero deo offerret. Siclis argẽti quinq; redimebatur primogenitum: & ſiclus uiginti obolos habet. Notandum tamen quia paruuli de
Beda. tribu Leui, nõ redimebantur, ſed in miniſterium domus perpetuo tenebãtur. Illa omnia primogenita ſignificabaut Chriſtum, qui unigenitus dei, dignatus eſt fieri primogenitus omnis creaturæ, qui ſingulariter ſanctus eſt domino. quia peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius. Moraliter etiã primogenita ſignificant bona initia noſtræ actiõis, quaſi in corde genita & domini gratiæ deputanda. Male autem geſta redimere fructibus pœnitẽtiæ iubemur. Adaperiens uuluam, conſueta locutio eſt, non quod dominus ſacri uentris hoſpitiũ egreſſus, deuirginaſſe credẽdus ſit, iuxta hæreticos. Myſtice deſignat, quia dominus aperuit uirginis eccleſiæ ſecretum genitale, ad generandos ſibi populos per aquã ſcilicet & ſpiritũſanctũ.

Et ut darent hoſtiam, ſecundũ quod dictum eſt in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum.

Dictũ eſt in lege, ut pro infante maſculo die quadrageſimo natiuitatis, pro fœmina octogeſimo agnus anniculus immaculatus in holocauſtum offerretur, & turtur ſiue pullus columbinus pro peccato. Qui autem non
poſſet offerre agnũ *præ paupertate, offerret *præ
duos turtures, uel duos colũbæ pullos, unũ in holocauſtum & alterũ pro peccato. Hanc hoſtiam pauperum uoluit dominus dari pro ſe, pauper factus pro nobis, ut nos diuites faceret hic in fide, hæredes regni in cælo. Moraliter aũt ſiue quos fortia opera quæ maſculi nomine, ſiue infirma quæ fœminæ uocabulo diſtinguũt, creauerit: ut hæc domino ualeãt conſecrari, ouem innocentiæ offerat, & turturem ſiue columbam, deſignantes gemitũ compũctiõis & lachyrmas humilium, ſicut hæ uolucres pro cantu habent gemitum. Lachrymis quippe etiã in bonis indigemus: quia quo fine coſummandi ſimus, neſcimus. Sunt autem duo genera compunctionis, dum malorum recolẽtes ſupplicia, timemus: & dum deſiderio cæleſtium ardentes, de dilatiõe gemimus. Vñ duo pulli offerri iubent. Vnus in holocauſtũ, quia amore cæleſtiũ inflãmamur: alter pro pctõ, dum de malis perpetratis gemimus. Columba quæ in grege cõuerſatur, actiuã, turtur ſoliuagus cõtẽplatiuã uitam ſignificat: quæ paucorũ eſt. Et quia utraq; hoſtia accepta eſt deo, conſulte utraq; auis eſt oblata pro domino. Qui clauſo oſtio patrẽ orat in abſcondito, turturem offert: qui com
pares operis quærit, columbam ad altare por Beda. in
tat. Ieſus primo circunciditur, & poſt inter- homili.
poſitis diebus cum hoſtijs Ieruſalem defertur: quia prius carnis corruptionem reſurgẽdo calcauit, & interpoſitis diebus eum carne quam hoſtiam fecerat, ſupernam ciuitatem aſcendit. Nos etiam prius in baptiſmo circũ

cidimur à peccatis, & ꝓficiente gratia ad altare ingredimur, cõſecrãdi hoſtia corporis & ſanguinis dñi. Omĩs etiam eccleſia in fine mundi primo in reſurrectione labẽ terrenę corruptiõis exuet, ac deinceps in cæleſtẽ Ieruſalẽ transferetur, uictimis bonorum operum domino commendata.

Et ecce homo erat in Ieruſalẽ cui nomẽ Simeon: & homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael. & ſpiritus ſctũs erat in eo.

Beda. Iuſtus erat & timoratus, qa difficile iuſtitia ſine timore cuſtodit. Nõ dico timorẽ ſeruilẽ, quẽ charitas foras mitti ſed timorẽ dñi ſanctũ qui permanet in ſeculũ ſeculi: quo iuſtus quanto plus deum diligit, tanto ſolertius offendere cauet.

Et reſpõſũ acceperat a ſpũ ſctõ nõ uiſurũ ſe mortẽ, niſi pri⁹ uideret Chr̃m domini. & uenit in ſpiritu in tẽplũ.

Videre mortẽ, experiri & ſentire eã ſignificat. Felix mortẽ uidebit, qui Chriſtũ domini oculis cordis prius uidere ſatagit cõuerſando in cæleſti Ieruſalem, & ſuſpirãdo cum pſalmiſta dicente: Vnã petij à dño, hanc re-
Pſal. 26. quiram, ut inhabitẽ in domo domini.

Et cũ inducerẽt puerũ Ieſũ parentes ei⁹ ut facerẽt ſcd̃m cõſuetudinẽ legis ꝓ eo, & ipſe accepit eũ in ulnas ſuas.

Eadẽ gratia qua uenturũ prænouerat, uenientẽ cognouit. Qui cælo terráq; nõ capit, grãdæui hominis ulnis geſtatur. Tropice accepit ueteranus infantẽ, ut doceret nos exuẽre ueterẽ hominẽ cum actibus ſuis, & induere nouũ in iuſtitia & ſanctitate operũ quæ per ulnas ſignificantur. Accepit ſenior mundus innocentiam Chriſtianæ infantiæ, ut renouetur ſicut aquila.

Et benedixit deum, & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecũdum uerbum tuum in pace.

Sciebat quã beati oculi q Chriſtũ eſſent uiſuri: & ideo donec illum uideret, nolebat morte diſſolui. Mox aũt ut uidit, optabat ſolui à corpore & in ſinu Abrahæ pacẽ habere.

Quia uiderũt oculi mei ſalutare tuũ. Qđ paraſti añ faciẽ oĩm populorũ.

Quẽ poſtmodũ oĩbus populis quærẽdũ dilectione, & cõſpiciẽdũ fide præparaſti, iã carnis & mẽtis oculis ſaluatorem contemplor. Beati qui uident quod Simeon uidit:
Ioh. 20. beati qui non uiderunt & crediderunt.

Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriam plebis tuę Iſrael.

Salutare dico lumẽ ad reuelationẽ, id eſt, ut reuelet cæcis oculis gentiliũ nulla ſpe dominici aduentus erectorũ, & ut Iſrael glorietur excipiẽs ſuum ꝓmiſſum & deſideratũ. Bñ reuelatio gentiũ Iſraelis gloriæ præfert: quia cũ plenitudo gentiũ introierit, tũc Iſrael ſaluus fiet. Vñ in pſalmo. In cõſpectu gen Pſal. 97
tiũ reuelauit iuſtitiã, recordatus miſericordię domui Iſrael. Qui uult dimitti in pace, ueniat in Ieruſalẽ, conuerſationem habẽs in cæle- Ambro.
ſtibus: ueniat in templũ, id eſt, aptet exẽplo illorũ in quibus deus habitat. Expectet dñm, accipiat in manibus uerbũ dei, brachijs fidei, ſpei & charitatis amplectatur: tũc dimittetur ut non uideat mortem, quia uiderit uitam.

Et erat pater eius & mater mirantes ſuper his quæ dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeon.

Ioſeph quia nutrici⁹ erat, & Mariæ famã Beda.
conſeruabat, ſecundum opinionem uulgi pater ſaluatoris appellatur.

Et dixit ad Mariam matrem eius, Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur.

In ruinã multorũ poſitus eſt dñs: qa ipſe eſt lapis offenſionis & petra ſcandali, id eſt, ruinæ his qui offendunt uerbo nec credunt. De qbus ipſe dicit: Si nõ ueniſſem, & locutus Ioh. 15.
eis non fuiſſem, peccatum non haberent. In reſurrectionẽ aũt eorũ poſitus eſt: q credentes in eũ, reſurrexerũt à peccatis per eũ. In ſuis quoq; prædicatoribus poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem, ut ait Apoſto- 2. Co. 2.
lus: Chriſti bonus odor ſumus deo, his qui ſalui fiunt, & in his qui pereũt. Bono enim odore alij ſaluantur, alij pereunt. Signũ cui contradicetur, fidem dominicæ crucis accipe: de q Iudæi ad Paulum dixerũt, De ſecta hac notũ eſt nobis, quod ubiq; ei cõtradicit.

Et tuã ipſius aĩam ptrãſibit gladius.

Id eſt, dolor dominicæ paſſionis, quia nõ potuit uidere filiũ crucifigi ſine affectu materni doloris, & ſi ſperaret reſurrecturum, uſq; ad finẽ ſeculi aĩam eccleſiæ gladius tribulatiõis ptrãſit, cũ ſigno fidei ab improbis cõtradicitur, cũ multos ruere uidet. Aliter: Poſitus eſt dñs in ruinã uitiorum, & in re-
ſurrectionẽ uirtutũ: nec fit reſurrectio, niſi Origẽ.
ruina p̃cedat. Omnia quæ de Chriſto narrantur, quod natus de uirgine, qđ reſurgit, quod clauſis ianuis intrat, oĩa inquã ſignũ ſunt cui
cõtradicitur ab infidelibus. Tuã ipſius ani- Amb.
mã ptrãſibit gladius, qui eſt uerbũ dei, reuelans tibi myſteria. Poſitus eſt dñs in ruinam

& in reſurrectionem. unde ſequitur:

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Beda. Ante erat incertũ, qui Iudæorũ Chriſtum reciperent, q reſpuerẽt, ſed audita natiuitate, reuelanẽ cogitationes, cũ Herodes & ſui turbantur. Poſtea uero doctrina eius & uirtute diffamata, alij eum q̃ſi magiſtrũ ueritatis habuerũt, alij ab eo q̃ſi à ſeductore receſſerunt.

Et erat Anna propheteſſa filia Phanuel de tribu Aſer. Hæc ꝓceſſerat in diebus multis, & uixerat cum uiro ſuo annis ſeptẽ a uirginitate ſua. Et hæc uidua uſque ad annos octogintaquatuor, quæ non diſcedebat de templo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die.

Iuxta hiſtoriam, Anna & deuotæ cõuerſationis & uenerãdę ætatis, digna deſcribitur quæ domino teſtimonium perhibeat. Myſtice autem ſignificat eccleſiam, quæ in præſenti quaſi ſponſi dñiq; ſui morte uiduata eſt. Septies duodecim, octogintaquatuor faciunt: & ſeptem pertinẽt ad curſum ſeculi, quod diebus ſeptem uoluiẽ, duodecim uero ad perfectionẽ apoſtolicæ doctrinæ. Quiſquis ergo totũ uitæ tempus apoſtolicis mancipat inſtitutis, quaſi octogintaquatuor annis, cæleſtis templi limina ſeruaret domini prſtolari aduentũ laudatur, dum à domino peregrinatur. Septem anni quibus Anna cũ uiro ſuo uixit, ſignificant perfectionem illius temporis, quo à domino in carne conuerſante docetur eccleſia. Qui anni poſtea ꝑ duodecim multiplicantur propter apoſtolicam doctrinam deinde regentem eccleſiam.

Et hęc ipſa hora ſuperueniens, confitebatur dño, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Ieruſalem.

Ipſa hora qua Simeõ accepit puerũ, ſuperueniens Anna cõfitebatur, id eſt, laudabat deum: & omibus fidelibus, q iugo Herodis alienigenæ grauati liberationẽ expectabãt, ꝓmittebat ꝑ aduẽtũ Chriſti in ꝓximo redẽptionẽ fieri. Nõ ſolũ angeli, ſed & omis ſexus & ætas teſtimoniũ nato reddit puero: & ſicut ab omniũ ſeculorũ fidelibus præſagiebatur, ita ueniẽs omniũ ſanctorũ laude prædicaẽ.

Beda in hom. Quod Simeon & Anna ꝓuecti, Ieſum exceperũt & laudãt, ſignificat fidelem ſynagogam, quæ poſt longã expectationẽ ꝓmiſſionũ, nõ ficta fide eũ receperũt qui prænunciabatur.

Et ut perfecerunt omnia ſecũdum legem domini, reuerſi ſunt in Galilęã in ciuitatem ſuam Nazareth.

Caput VIII. M

CVm ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente uenerũt Hieroſolymam, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudęorum?

TEmpus q̃q; Herodis, dñico atteſtaẽ aduẽtui. Prædictũ nãq; fuerat, q nõ deficiet princeps ex Iuda neq; dux de femoribus eius, donec ueniat q mittẽdus eſt. Ex quo patres de Aegypto exierunt, ſuæ gẽtis ducibus uſq; ad Samuelẽ ꝓphetã regebanẽ, deinde regibus uſq; ad tranſmigrationẽ Babyloniæ. Poſt reditũ uero de Bablyonia, per põtifices rerũ ſumma gerebaẽ uſq; ad Hyrcanũ regẽ ſimul & pontificẽ: quo interẽpto fraude ab Herode, cuius patrẽ ipẽ de ignobili aduena (hoc eſt, gẽtis Idumææ) ſublimauerat, Iudęæ regnũ ipſi Herodi iuſſu Cæſaris Auguſti traditur gubernandũ: cuius trigeſimo primo anno, qui mittendus erat, aduenit. In Bethleẽ Iudæ diciẽ, q a ẽ alia Bethleẽ in Galilæa. Magi ab oriẽte uenerũt. i. à ꝑtibus q̃ ſunt uerſus oriẽtẽ. Erãt eñ de terra Perſarũ & Chaldæorũ, ubi eſt Saba fluuius. unũ Sabea regio uocaẽ.

Beda in Luc.
Gen. 49
Hieroni. M.

Vidimus enim ſtellã eius in oriente, & uenimus adorare eum.

Ad confuſionem Iudæorũ dictum eſt, uidimus enim ſtellã eius, ut natiuitatem Chriſti à gentibus diſcerent. Succeſſores Balaam fuerunt magi, qui ſtellam nouerũt uaticinio eius. Ille ſtellã uidit in ſpũ, iſti uiderũt oculis & crediderũt. Vtiq; nõ adoraſſent, ſi paruulũ tãtũmodo credidiſſent. Angelus apparuit paſtoribus nato dño, magis ſtella: quia Iudæis tãq̃ ratione utentibus creatura rationalis prædicare debuit, & gentibus q̃ſi ratiõe carentibus ſigna danda erant. Et dignũ fuit ut iam loquẽte dño apoſtoli gẽtibus p̃dicarẽt, & nec dũ eo loquẽte elementa ꝑdicarẽt. Magi appellati ſunt reges orientales, uel q a de ſtirpe Baalã fuerunt, qui multũ ſciũt de incantationibus: uel q a fefellerũt Herodẽ, ꝑ aliam uiã reuerſi in patriã. Magi etiã dicunẽ, q uel per ſtellas, uel per aues, ſeu per quælibet alia ſigna putant aliqua cognoſcere.

Amb. ſuper Lu.
Grego.
M.

Audiens aũt Herodes rex, turbatus eſt, & omis Hieroſolyma cum illo.

Gre. Rege cæli nato, rex terræ turbatur: quia terrena altitudo cõfundiť, cum cæleſtis altitudo aperiť. Turbatur Hieroſolyma fauẽs Herodi
Pro. 29. quẽ timebat, iuxta illud Salomonis: Rex iniuſtus omnes miniſtros habet impios.

Et congregans omnes principes ſacerdotum, & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis ubi Chriſtus naſceretˀ.

M vi. A ii

" AT illi dixerũt ei, In Bethleẽ Iudæ. Sic
Mich. 5 " enĩ ſcriptũ eſt per prophetã: Et tu Be-
" thleẽ terra Iuda, nequaq̃ minima es in prin-
" cipibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat
" populum meum Iſrael.

Bethleẽ uicus quidem minimus eſt, ſed nequaq̃ minima eſt in principibus, id eſt, in excellẽtia dignitatis principũ Iuda. In ea enim ſaluator naſciť. Hoc teſtimoniũ Micheæ ꝓphetæ eſt, ſed euangeliſta more ſuo ſentẽtiã ꝓphetę aſſumẽs, uerba mutat. M x

" TVnc Herodes clam uocatis magis, di-
" ligenter didicit ab eis tẽpus ſtellæ quę
" apparuit eis. Et mittẽs illos in Bethleẽ, dixit:
" Ite & interrogate diligenter de puero. & cũ
" inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueni-
" ens adorem eum.

Cognito loco & tẽpore, ꝑſonã pueri nõ uult ignorare. Herodes ſignificat hypocritas aliud dicẽtes, & aliud cogitãtes: qui dũ ficte deum quærunt, nunq̃ inuenire merentur.

" Qui cum audiſſent regem, abierunt. Et ecce
" ſtella quam uiderãt in oriente, antecedebat
" eos, uſq; dũ ueniẽs ſtaret ſupra ubi erat puer.

Magis appropinquãtibus Hieroſolymã, diſparuit ſtella: quia ꝗcũq; appropinquat ad hypocritas & hæreticos, dei lucem amittit. Sed poſtq̃ recedit ab eis, diuinã lucẽ recuꝑat, ut Chriſtũ credat de uirgine natũ. Stella domũ diſcernens, non tenuit ſidereas uias: ſed domui uicina ſtetit ſupra, ſubaudis locũ ubi erat puer. Hæc ſtella, ut ait Fulgẽtius, nũq̃ antea apparuit, q̃ magis ꝓuia deputraeť: ſed tũc creata eſt, & pacto officio mox eẽ ſſdeſijt.

" Vidẽtes autẽ ſtellã, gauiſi ſunt gaudio ma-
" gno ualde. Et intrãtes domũ, inuenerũt pu-
" erum cum Maria matre eius. Et procidẽtes,
" adorauerunt eum.

Intrãtes domũ, id eſt, in diuerſoriũ quod Lucas cõmemorat, inuenerũt puerũ & matrem. Ioſeph aũt idcirco taceť, q̃a nullũ de officijs ad nutritiũ ꝑtinentibus cõmemoratur, uel fortaſſis nõ aderat, ne malę ſuſpiciõis occaſio eſſet. Et ꝓcidẽtes tã mẽte quã corpore, humiliter adorant in carne uerbum.

" Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei mune
" ra, aurum, thus, & myrrham.

In auro regẽ, in thure deũ, in myrrha mortalẽ intellige. Aurũ nãq; ad tributũ, thus ad ſacrificiũ, myrrha ad ſepulturã pertinet mortuorũ, q̃a ſolent myrrha cõdiri ne putreſcãt. Habes itaq; in his nõ modicã ſacramẽtorũ cognitionẽ: in hoĩe mortis, in deo reſurrectionis, in rege iudicij. In auro ꝗq; ſapientiã intellige, ut ait Salomõ: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapiẽtis. In thure uirtutẽ orationis, ut illud: Dirigať orõ mea ſicut incẽſum in cõſpectu tuo. In myrrha, intellige noſtræ carnis mortificationẽ. Vñ illud: Manus tuę diſtillauerũt myrrhã. Myſtice, ſtellæ ortꝰ primũ à magis intellectus, indicat mox gentes in Chriſtũ credituras. Stella enĩ ꝓpheticũ ſermonẽ Chriſti ortũ cõtinentẽ ſignificat. Herodes uero diabolũ, q̃ cognita Chriſti natiuitate, ꝑſequiť eũ in mẽbris ſuis. A quo magi ꝑgũt, dũ ab idololatria gentes recedũt: & ad domũ in q̃ Chriſtus eſt, id eſt, ad catholicã eccleſiã ꝑueniũt. In quã ꝑ fidẽ intrãtes, inueniũt Chr̃m cũ Maria matre eius. Chr̃i mater intelligiť fideliũ ſocietas, in q̃ Chr̃s per fidẽ habitat. Aptis theſauris, id eſt, lr̃arũ peritia, obtulerũt ei terrena munera, ſc; phyſicã, logicã, ethicã, uel hiſtoriã, allegoriã, tropologiã, uel ſanctæ trinitatis fidẽ. Nõia triũ magorũ Hebraice, Apellius, Amerꝰ, Damaſcꝰ. Apellius interpretať fidelis, Amerus humilis, Damaſcus miſericors. Græca lingua uocati ſũt, Magalath, Galgalath, Saracin. Magalath interp̃tať nũciꝰ, Galgalath deuotꝰ, Saracin gr̃a.

Raban. (In auro regẽ…); Hila. (Habes itaq;…); Grego. (…In auro ꝗq;…); Pro. 21 (Theſaurus…); Psal. 140 (Dirigať…); Hila. Can. 5 (Myſtice…); Rabe (Herodes uero…); M.

" Et r̃nſo accepto in ſomnis, ne redirẽt ad He-
" rodẽ, ꝑ aliã uiã reuerſi ſunt in regionẽ ſuã.

Hiero. Pio affectu deſiderãtes q̃d diuina luberet uoluntas, accipiũt r̃nſum nõ ꝑ angelũ, ſed à dño diuinitus edoceñť ne redeãt ad Herodem. Hila. In quo admonemur oẽm ſalutẽ & ſpẽ in Chr̃o locare, & ab itinere prioris uitæ abſtinere. Greg. Per aliã uiam ad regionẽ nr̃am regredimur obediẽdo, à qua diſceſſimus inobediendo.

Caput IX.

QVi cũ receſſiſſent, ecce angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge & accipe puerum & matrẽ eius, & fuge in Aegyptum, & eſto ibi uſq; dũ dicã tibi. Futurũ eſt enĩ, ut Herodes quęrat puerũ ad perdendũ eũ.

Nota q̃ꝰ angelus cũ Marię deſpõſatæ uirginitatẽ cõmendaret, dixit ad Ioſeph: Noli timere accipere Mariã cõiugẽ tuã. Poſtq̃ uero in cõiugẽ recognita ẽ, ut etiã iuſti Ioſeph uenerabilis caſtitas cõmendaretur, nõ uxor eius, ſed mater pueri dicta eſt, ut hic: Accipe puerum & matrem eius. Et iterum, Re-

uertere cũ puero & matre eius. Et rurſum in Luca: Et erat Ioſeph, & mater eius. Et quoniſcunq; poſt partũ de ut, oq; fit ſermo, mater Chriſti, non uxor Ioſeph nuncupata eſt.

Qui conſurgens, accepit puerum & matrẽ eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptum, & erat ibi uſq; ad obitum Herodis, ut impleretur quod dictũ eſt a domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto uocaui filium meum.

M. Hoc teſtimonium eſt in Oſee propheta. Poſt magorũ receſſum impletum eſt purgationis tempus. & deinde Ioſeph admonitus ab angelo, fugit in Aegyptũ cum matre & puero. Quod dñs, ne occideretur, ſublatus eſt in Aegyptũ: ſignificat, electos ſæpius malorum improbitate ſuis effugandos ſedibus, uel exilio damnãdos. Vbi ſimul exemplum datur fidelibus, ne dubitent rabiẽ perſequẽtium quãdo opportunũ fuerit declinare fugiendo. Vnde illud: Cum uos perſecuti fuerint in ciuitate una, fugite in aliã. Aegyptus interpretatur tenebræ, & figurat gentilitatem peccatis tenebroſam. Ioſeph uero typice apoſtolorum habet ſpeciẽ, quibus Chriſtus creditus eſt circumferendus. Eſt ergo puerum Ieſum & matrem eius per Ioſeph in Aegyptũ transferri, fidem dominicæ incarnationis & eccleſiæ ſocietatem per doctores ſanctos gentibus committi. Quod erant in Aegypto uſq; ad obitũ regis, ſignificat fidem Chriſti in gentibus manſuram, donec plenitudo earũ introeat, & ſic Iſrael fiat ſaluus. Obitus quippe Herodis, terminũ intentionis malitioſæ, qua nũc contra eccleſiam Iudæa ſæuit, inſinuat. Nocte puer tollitur, incredulis à quibus recedit, ignorantiæ noctẽ relinquens. Cum uero reuertitur, nulla noctis mentio fit, quia in fine mundi Iudæi lucem fidei Enoch & Elia prædicantibus, ſuſcipientes, illuminabuntur.

Beda. M. Hiero. Beda.

Capue X.


Vnc Herodes uidens quia illuſus eſſet a magis, iratus eſt ualde.


Aſſiodorus pſalmo quadrageſimoſeptimo, Dicum tunc ſpiritũ uehemẽtẽ fuiſſe, quando Herodes non redeuntibus ad ſe magis iratus, fecit conteri naues de Tharſo Ciliciæ, quibus magi credebant occulte rediſſe.

Et mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethleẽ & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, ſecundũ tẽpus quod exquiſierat a magis.

Veriſimile eſt, cum magi nihil Herodi renũciaſſent quod crediderit illos uiſione ſtellæ deceptos, & ideo erubuiſſe redire ad ſe: & ita quieuit à pueri inquiſitiõe. Sed iterum cũ audiret quæ geſta ſunt in templo, quid Simeon dixerit, & quid Anna prophetauerit, ſenſit ſe illuſum à magis: & in mortem Chriſti properãs, occidit omnes pueros in omnibus finibus Bethleem, à filio unius noctis uſq; ad filios duorũ annorum. Bimatus quippe ſpatium eſt duorum annorũ. *Imatos enĩ græce, annus dicitur latine. Occiſio paruulorum, paſſionem figurat omniũ martyrũ, qui paruuli. i. humiles & innocẽtes occiſi ſunt ab impijs, quos ſignificat Herodes. Quod paruuli occiſi ſunt, ſed Chriſtus euaſit, inſinuat corpora poſſe perimi: ſed Chriſtũ pro quo perſecutio ſæuit, nullatenus poſſe fidelib⁹ auferri. Siue enĩ uiuimus ſiue morimur, dñi ſumus.

Aug. de concordia euangeliſtarũ. M. Beda.

Tunc adimpletũ eſt quod dictũ eſt per Ieremiã prophetã, dicentẽ: Vox in rhama audita ẽ, ploratus & ululatus multus. Rachel plorãs filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt. Iere. 31.

Quæritur quomõ Rachel ploraſſe dicitur filios ſuos, cũ tribus Iuda quæ Bethleẽ tenebat, non de ea, ſed de ſorore ſua Lia fuerit orta. Solutio. Nõ tñ in Bethleẽ, uerũ etiã in omnibus finibus eius pueri ſunt trucidati. Tribus aũt Beniamin q̃ de Rachel orta eſt, proxima fuit tribui Iudæ. Vñ merito credi debet multos de Bẽniamin ſtirpe fuiſſe occiſos, quos progenies Rachel plorauit. Vel quia Rachel iuxta Bethleẽ ſepulta ẽ, dicitur prophetico locutiõis mõ egiſſe ea q̃ in loco eodẽ agebantur. Rhama nõ eſt hic nomẽ loci, qui eſt iuxta Gabaa: ſed quia rhama interpretatur excelſum, tali ſẽ ſenſus: Vox in excelſo audita eſt, id, eſt longe lateq; diſperſa. Plorauit aũt filios progenies Rachel, & noluit cõſolari, quia nõ erãt, id eſt, ſup hoc quod mortui erãt. Rachel in Geneſi eccleſiæ typũ protulit, cuius uox & ploratus auditur. Eccleſia aũt plorat filios, nõ idcirco quia peremptos doleret, ſed quia ab his perimebãtur, quos primũ genitos retinere uoluit. Sed deniq; ſe cõſolari noluit q̃ dolebat. Nõ enĩ *erant hi quia mortui putabantur, In æternitatis enĩ profectũ per martyrij gloriã efferebantur. Conſolatio aũt rei amiſſæ erat preſtãda, nõ auctæ. Noluit ergo nec potuit cõſolari quia nõ ſunt. i. ſuper id quod nõ ſunt, ſed gaudet quia feliciter ſunt. Vel aliter: Eccleſia quotidie plorat ſctõrum ablationẽ de hoc ſeculo, ſed tñ nõ uult cõſolari de hoc quia nõ ſunt, id ẽ, quia mortui ſunt: ita ut qui ſeculũ morte uicerunt, rurſus ad ſeculi contamina ſecum toleranda redeant.

M. Hieron. *non erant Bede

Caput XI.

DEfuncto autem Herode, ecce apparuit angelus domini in ſomnis Ioſeph in Aegypto, dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & uade in terram Iſrael. defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri.

Ex hoc loco intelligimus, ſcribas & ſacerdotes cũ Herode necem dñi fuiſſe meditatos.

Qui conſurgẽs, accepit puerũ & matrẽ eius, & uenit in terrã Iſrael. Audiẽs autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illuc ire. & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ.

Rabanus Audiens ab angelo Ioſeph, uade in terram Iſrael: intellexit Iudæam uocari terram Iſrael, præſertim cum uideretur ei, talem puerũ non alicubi debere habitare niſi in Ieruſalẽ, ubi erat templum & celebratio prophetarũ. Porro autem poſtquã comperit illic regnare Archelaum, noluit obijcere ſe illi periculo, cum poſſet terra Iſrael etiã ſic intelligi, ut & Galilæa illic deputaret, quia & ipſam populus Iſrael incolebat. Duæ autem ſunt Galilææ. una uicina Tyrijs, de qua ſcriptum ẽ,
Iſaie. 9. Galilææ gentium: altera circa Tiberiadem & ſtagnum Geneſareth.

Et ueniens habitauit in ciuitate quę uocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictũ eſt per prophetas, quoniam Nazaręus uocabitur.

Hierony. Non diceret pluraliter, per prophetas, ſi fixum de ſcripturis poſuiſſet exemplum. Ergo ſenſum accepit de ſcripturis, non uerba. Nazaræus eñ ſanctus interpretatur, & dominum omnes ſcripturæ ſanctum dicũt. uel
Iſaie. 11. ſecundum Iſaiam dici poteſt, dicentẽ: Exiet uirga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice eius conſcendet. Pars Iudææ in qua regnabat Archelaus, Antichriſti ſequaces oſtendit. Porro Nazareth Galilææ, quo dominus transfertur: gentem, quę tunc temporis per fidem Chriſtum eſt ſuſceptura, deſignat. Sci
Beda. endũ eſt, quod anno Octauiani Cæſaris Augusti quadrageſimoſecundo, qui ſecundus Romanorum rex regnauit annis quinquagintaſex & ſemis, Ieſus Chriſtus (ut in priſcorum chronicis reperitur) ſextam mundi ætatem ſuo conſecrauit aduentu, aſſumendo carnem. & regni eius quadrageſimoquinto Herodes occidit pueros à bimatu & infra: ſecũdum tempus quod exquiſierat à magis. Tradunt etiam hiſtoriæ, ipſum Herodem morbo intercutis aquæ & ſcatentibus toto corpore uermibus, obijſſe miſerabiliter, anno imperij Auguſti quadrageſimoſeptimo, id eſt, anno ſecundo poſt innocentium occiſionem. Pro quo ſubſtitutus ab Auguſto filius eius Archelaus, regnauit annis nouem, id eſt, uſq; ad ipſius Auguſti finem. Tunc Iudæis accuſantibus illius ferocitatẽ apud Romanos, paſſus eſt exiliũ in Vienna urbe Galliæ. Deinde Romani, ut regni Iudaici minuerent potentiam, diuiſa in quatuor partes ꝓuincia, quatuor fratres Archelai eidẽ regendæ præfecerunt. Qui ſinguli à principatu quartæ partis, græco ſermõe ſunt tetrarchæ uocati. E quibus unus fuit Herodes qui Iohãnem decollauit, & in paſſione domini Pilato aſſenſum præbuit: ſecundus Antipater, tertius Lyſanias, quartus Philippus, ut ſcriptores temporum produnt. Notandum tamen, quorundam eſſe opinionem, quod Herodes euoluto anno poſt Chriſti natiuitatẽ, occiderit infantes à bimatu & infra. Timebat enim, ut aiunt, ne puer cui ſidera famulabantur, paulo ſupra ætatem uel infra, ſpeciem ſibi transformaret. Auguſtinus quoque uidetur ſentire, quod ipſo dominicæ natiuitatis anno, non longe poſt ipſam natiuitatẽ, fuerit puerorum occiſio. In ſermõe enim de epiphania, qui ſic incipit, domini & ſaluatoris noſtri aduentus in carne: dicit magos uidiſſe ignotiſſimam ſtellam, non ante paucos dies, ſed ante ferme biennium, ſicut inquirẽti Herodi patefecerſit. Vnde à bimatu & infra, ſecũdum tempus quod inquiſierat à magis, occidit pueros. L ✠

Caput XII.

PVer autem creſcebat & cõfortabatur, plenus ſapientia. & gratia dei erat in illo.

Creſcere corpore, & confortari ætate huma Beda.
na, intellige. Sapientia, eſt ipſa diuinitas qua plenus erat: gratia, eſt coniunctio diuinitatis & humanitatis in unam perſonam. Simile ſcripſit Iohannes, plenũ ſcilicet gratia &
ueritate, idem dicens ueritatem, quod Lu- Iohan. 1.
cas ſapientiam.

Et ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalẽ in die ſolẽni paſchę.

Quæritur, cum timerent Archelaum, quomodo illuc ire audebant. Solutio. fieri pote-

rat, ut per diem feſtum inter ingentem turbam latenter aſcenderet, mox reuerſuri. Sic etiam illo die quo aſcenderunt in templum, completis diebus purgationis, creduntur latuiſſe Herodem, quid ſibi magi renunciarẽt expectantem. Vel tot & tantis occupationibus regia cura diſtẽdi poterat, ut à pueri inquiſitione uel auerteretur uel impediret Herodes. Regnante uero Archelao, de perſecutione pueri omnes tacuerũt. Quod ergo Lucas dicit, per omnes annos ibant in Ieruſalẽ, tunc accipiamus factitatum, cum iam non timeretur Archelaus.

Et cum factus fuiſſet annorũ duodecim, aſcendentibus illis Hieroſolymã ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatisq́; diebus cum redirẽt, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem.

Beda. Vbi ad ætatem duodennem uenit, cœpit aperire quid patri cæleſti deberet, quid terrenæ matri. Aetas autem duodennis, typus erat duodecim apoſtolorum, per quos diuinitas & humanitas eius erat per orbem nuncianda. Recte ergo in duodenario numero iubar perfectionis eius incipit declarari Remanſit in Ieruſalẽ ſine parentibus, ut nos inſtrueret ſe deum habuiſſe patrem, antequã mundus fieret.

Et non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, uenerunt iter diei. & requirebãt eum inter cognatos & notos. & non inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, requirentes eum.

Si quis quærat, quõ parentes reliquerunt eum tanta cura nutritum: reſpondemus, quia filiis Iſrael mos fuit, ut temporibus feſtis uel Hieroſolymam euntibus, uel inde redeuntibus, ſeorſum uiri, ſeorſum incederent fœminæ, & pueri cũ quolibet parẽte irent. ideoq́ Mariam & Ioſeph uiciſſim putaſſe, Ieſum cũ altero parente eſſe in reuerſione.

Et factum eſt, poſt triduum inuenerunt illum in templo, ſedentẽ in medio doctorum, audientem illos & interrogantem.

Quaſi fons ſapientiæ, doctorũ medius ſedebat. ſed quaſi exemplar humilitatis, prius interrogat & audit, q̃ inſtruat, ne paruuli à ſenioribus doceri erubeſcant, & ne infirmus

Ambr. docere audeat. Poſt triduum reperitur in tẽplo, dãs iudiciũ, quia poſt triduũ triũphalis paſſionis reſurgeret, q mortuus credebatur.

L. 4/11. M. 62. R. 83.

STupebãt autem omnes qui eum audiebant, ſuper prudẽtia & reſpõſis eius, & uidẽtes admirati ſunt.

Eo amplius ſuper prudẽtia reſponſionũ, quo paucitatem uidebant annorum Diuinã lingua ſapientiam prodebat, ſed infirmitatẽ humanam ætas prętendebat. L. 2/2.

ET dixit mater eius ad eum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quęrebamus te. Et ait ad illos: Quid ẽ q̃d me quęrebatis? Neſciebatis quia in his q̃ patris mei ſunt, oportet me eſſe?

Non quod eum quaſi filium quærunt uituperat, ſed cogit eos attollere mentis oculos ad quærendũ quid debeat æterno patri, oſtẽdens & templum & omnia quæ patris ſunt, non minus ad ſe quàm ad patrem pertinere, quorum una eſt maieſtas.

Et ipſi non intellexerunt uerbum quod locutus eſt ad illos. Et deſcendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat ſubditus illis.

Quod de ſua diuinitate loquitur, non intelligunt parentes: & tamen ipſe condeſcendit & ſubditur illis, ut impleat officium pietatis. Quantum ergo debemus obedire deo, quãdoquidem ipſe deus obedit hominibus.

Et mater eius cõſeruabat omnia uerba hæc in corde ſuo.

Omnia quæ de domino uel à domino dicta uel facta cognouit, ſiue intellecta, ſiue nõ intellecta, in memoriam recondebat: ut tempore ſuo uniuerſa, prout geſta erant, intelligeret, & quærentibus explicaret.

Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud deum & homines.

Sapientia pertinet ad animã, ætas ad corpus, gratia ad utriuſq; ſalutem. Aetate itaq; proficiebat, ſicut carnis eſt, ætatis incremẽta ſuſcipere. Porro iuxta quod ætate proficiebat, dona gratiæ quæ ſibi inerãt, & ſapientiæ magis ac magis patefaciebat hominibus, quod erat ſapientia & gratia proficere, non in ſe, ſed in aliis. apud deum & hominès. i. ad honorem dei & ſalutem hoim. In ſe aũt nequaquã per interualla tẽporũ ꝓficiebat ſapientia uel gratia, q ab hora cõceptionis plenus fuit M.

gratiæ & ueritatis. Nota, doctores communiter affirmare, animam Christi ubi uerbo dei unita eſt, tantum ſapientiæ & bonitatis ſuſcepiſſe, quantum poſſibile fuit creaturam
Col. 2. ſuſcipere. In ea enim (ut Apoſtolus ait) ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, in ea omnis plenitudo diuinitatis inhabitat. Alijs
Iohan. 3. ſpiritus ad menſuram datur, ſed Chriſto, ut ait Iohannes euangeliſta, datus eſt non ad menſuram. Multi ergo aſſerũt, ut Alcuinus in libro de Trinitate ad Carolum, animam Christi tantam ſcientiam de omnibus habere, quantam diuinitas ipſa habet: ita ſcilicet, quod diuinitas à ſe, non ab alio ſapiens eſt per naturam, anima uero Christi à diuinitate per gratiam. Alijs uero non uidetur, quod aliq creatura capax poſſit eſſe totius diuinæ cognitionis uel totius diuinæ bonitatis, ſicut nec omnipotentię. Ducunt nanq; pro inconuenienti, creaturam etiam hoc modo parificari creatori, ut ab ipſo tantã ſcientiã habeat, quantam & ipſe creator. L iii 6. M 7. A 2.

Caput XIII.

ANno XV. imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha aũt Galilææ Herode, Philippo aũt fratre eius tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lyſaniæ Abilinę tetrarcha: ſub principibus ſacerdotũ Anna & Caipha, factum eſt uerbũ dñi ſuper Iohannem Zachariæ filiũ in deſerto.

Pilatus duodecimo anno Tiberij Cæſaris in Iudęam miſſus, procuratione gentis ſuſcepit: & ibi per decem continuos annos præſes perdurauit. Annas & Caiphas, incipiente prędicatione Iohannis, principes fuere ſacerdotum. Sed Annas illum annum adminiſtrabat, Caiphas uero cum quo dominus crucem aſcendit. Nulli tũc pontificatus dabatur merito uitæ uel generis, ſed Romana poteſtas præſtabat ſacerdotium cui uolebat. Inter Annam & Caipham tres alij ſunt põtificatu perfuncti, ut refert Ioſephus. Ac per hoc omne tempus quo dominus noſter in terris docuiſſe deſcribitur, intra quadriennij ſpatium coartatur: in quo ſucceſſiones põtificum quas Ioſephus memorat, uix per annos ſingulos ſunt miniſtratę. Quia er-
Greg. go Iohannes illum prædicabat, qui & quoſdam de Iudæa, & multos è gentibus redempturus erat: per regem gentium & principes Iudæorum, prædicationis eius tempora deſignantur. Quia autem gentilitas colligẽda erat & Iudæa diſpergenda, deſcriptio terreni principatus oſtendit: quoniã & in Romana republica unus præfuiſſe deſcribitur, & in Iudææ regno per quartam partem plurimi principabãtur. Apte quoq; ſacerdotes memorantur, quia Iohannes illum prædicabat, qui rex & ſacerdos erat.

Factum ẽ uerbum domini ſuper Iohannem.

Raptus fuit Paulus ſupra ſe, uſq; ad tertium M.
cælũ, audiens arcana uerba. Iohannes quoq; 2. Cor. 12.
mente aſcendit ad contemplandam ſuper ſe gratiam quam prædicabat. Audiuit Iohãnes auditu mentis uerbum domini, ſola gratia deſuper ei loquentis. Operatur uerbum pri- Ambr.
us in Iohanne, declarans ei quid uelit ab ipſo proferri: deinde per Iohannem fit uerbum domini in deſerto, derelictæ & deſtitutæ Iudææ ſolatium redemptionis annũcians. Cõgregaturus itaq; dei filius eccleſiam, primũ operatur in ſeruulo, ut eccleſia non ab homine cœperit, ſed à uerbo. Ipſa quidẽ prius deſerta, modo plures habet filios.

L i 7. M 3. R 2. A 10.

ET uenit in oẽm regionẽ Iordanis, prędicãs baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorũ, dicens:

M iii 7. L 4. A 4.

Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.

Iohannes pœnitentiam prædicauit & baptiſmum pœnitẽtiæ, in quo peccatorum remiſſio fit, id eſt, baptiſmum Christi, ſed peccatorum remiſſionem Iohannes dare nõ potuit. Vnde figura legis eſt, quæ peccatũ nunciat, non condonat. Iohannes Christi prænuncius eſt. ita lex prænunciat eccleſiæ gra-
tiam. Pœnitere autem eſt, de præteritis ma- M.
lis dolere, & plangenda uelle uitare. quod facit amor dei & odium peccati. Agere uero pœnitentiã, eſt pro peccatis ſatisfacere. Appropinquat regnum cælorum, id ẽ, regnare in cæleſtibus per Christi ſcilicet humilitatẽ & obedientiam, ſicut per ſuperbiam atque trãſgreſſionem Adæ, appropinquauit mors & infernus. M i 8. R 2. L 7. A 10.

HIc eſt enim qui dictus eſt per Iſaiam prophetã, dicentẽ: Vox clamantis in deſerto, parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius.

Sic nimirum Iohannes prædicabat: hic ē enim, dicente Iſaia, uox clamantis &c. Sicut prius ſonat uox, & poſtea intellectus concipitur, ſic Iohannis prędicatio anteibat aduentum Chriſti nunciando. Ideoq; Iohãnes uocatur uox Chriſti, id eſt, uerbi quod erat

Hieron. in principio apud deū, quod in Iohanne clamat ad Iudęos ſurdos, per peccata longe poſitos, indignationis clamore dignos. Ad Iudæos obturantes aures, fit uox & clamor in deſerto. quia ſine ſpiritu dei ſunt, ſine ꝓpheta, rege, ſacerdote. Quid clamat Chriſtus ꝑ Iohannem? Parate uiam domini. Via domini per quam deus ad nos deſcēdit, & nos ad illum aſcendimus, eſt fides, pœnitentia, dilectio. Semitæ, id eſt, intentiones rectæ ſunt, ſi pure leuantur ad deum. Curuantur autem, ſi pro terrenis facimus quæ propter deum facienda ſunt. *Phiris græce, latine dicitur uiſio Iude propheta, id eſt, procul uidens.

OMnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. & erūt praua in directa, & aſpera in uias planas. Et uidebit omnis caro ſalutare dei.

Grego. Vallis humiles deſignat: mons & collis, ſuperbos. Corda humilium eloquio ſacræ doctrinæ & gratia uirtutū replebuntur, iuxta illud: Qui emittit fontes in cōuallibus.

Pſal. 103.

Pſal. 64. & rurſum, & ualles abundabunt frumento. A montibus namq; aqua dilabitur: quia ſuperbas mentes ueritas doctrinæ deſerit. Praua directa fiunt, cum corda per iniuſtitiam diſtorta, ad iuſtitiā diriguntur: & aſpera in uias planas immutātur, cum immites & iracundę mentes, per infuſionem gratiæ ad māſuetudinem redeunt: ut ibi prædicator planam uiam inueniat, ubi prius per aſperitatē greſſum ponere non poterat. Omnis caro, id eſt, omnis homo ſalutare dei uidebit in iudicio, id eſt, Chriſtum in ſede maieſtatis, ut iuſti remunerentur, & mali in æternum gemant. A. M. L. 6.

HIc uenit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.

M. Lux in ſe dicitur uerbū dei, ſcilicet quod illuminabile eſt. Lumē uero, quaſi iam in teſta noſtræ mortalitatis poſitum & humanatum. Iohannes itaq; non de luce tantum, uerumetiam de lumine teſtimonium dedit: qa quem deum prædicauit, humanatum uiſibiliter demonſtrauit, dicens: Ecce agnus dei. Vnde & pluſquam propheta dictus eſt.

Non erat ille lux, ſed ut teſtimoniū perhiberet de lumine.

Non erat Iohannes lux, id eſt, ex ſe illuminabilis & ad illuminandos alios per ſe ſufficiens, ſicut illa lux uera quam diximus: ſed ad hoc uenit, ut teſtimonium perhiberet de illa luce, iam (ut diximus) facta lumine. Quæ quidem lux, antequam fieret lumen noſtrū, erat ab æterno lux uera, cuius eſt illuminare quemlibet uere illuminandum. & hoc eſt:

A. M. L. 4.

ERat lux uera quæ illūinat oēm hominem uenientem in hūc mūdum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum nō cognouit.

Lux illa, id eſt, ſapientia dei, per quam factus eſt mundus, in mundo erat, ab ipſo ſcilicet mūdi exordio, hoc eſt, in uniuerſis creaturis lucebat ratione creandi & gubernandi eas. & mundus. i. homo mundum inhabitans, eam nō cognouit. Vt autem cognoſceret, humiliauit ſe, formam ſerui accipiēs. Vnde ſequitur: A. 2.

In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatē filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

Ab initio mundi ſemper aliqui fuerūt receptores diuini uerbi, credentes in nomine eius. i. confidentes per eius notitiam ſe ſaluari. Nomine quippe ſuo res cognoſcitur, & ideo nomen pro notitia ponitur.

Qui nō ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt.

Qui ſcilicet in hoc quod facti ſunt filij dei, non ſunt ex ſanguinibus. i. ex materia ſanguinis patris & matris. quod expoſuit, dicens: Neq; ex concupiſcentia carnis, id eſt, fœminæ neq; uiri. Quia caro ab oſſibus ſuſtentatur, & minus fortitudinis habet, ideo per eā ſexus infirmior deſignatur.

A. M. L. 14.

ET uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Qualiter uerbum in propria uenerit, uidelicet non locali aduentu, ſed humiliando, ſe per noſtrę infirmitatis aſſumptionem, de-

terminat, dicens uerbum carnem factum eſſe, id eſt, hominem aſſumptum in unam pſonam ſibi copulaſſe. Et ſic habitauit in nobis, id eſt, mãſionem perpetuam cum noſtra natura iniīt, ut amplius nullatenus à noſtra penitus natura per diuiſionem perſonæ diſiungeretur. Nam etſi carnem ad horam depoſuit, animæ tamen & uerbi unio non defuit. Vel habitabit in nobis per gratiam, ſicut ipſe

Matt. 28. promiſit, dicens: Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad cõſummationem ſeculi.

Et uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritatis.

Cum ita uerbum carnis ſe uelamine obumbraret, quaſi collyrio nobis oculos tergens, nos humiles in ipſo ſic humanato, gloriam eius, id eſt, excellentiam diuinitatis intelleximus. quoniam pro infirmitate carnis ſuperbi credere nolebant. Eius dico quaſi unigeniti, id eſt, reuera unigeniti per naturam, non per adoptionem à deo patre. Eſt

Beda. ergo dei filius iuxta diuinitatis excellentiam unigenitus à patre, iuxta fraternam uero ſocietatẽ primogenitus omnis creaturæ. Vnigenitus in ſubſtantia deitatis, primogenitus in ſuſceptione humanitatis. Vnigenitus in

10 natura, primogenitus in gratia. Inde ẽ quod frater nuncupatur & dominus. Frater, quia primogenitus: dominus, quia unigenitus. Vnde euangeliſta plenum gratiæ & ueritatis dicit ipſum uerbum humanatum .i. Chriſtum. Secundum humanitatem plenum gratiæ, id eſt, donis ſanctiſpiritus. ſecundum diuinitatem plenum ueritatis, id eſt, incommutabilitatis, licet mutabilem naturam ſibi iunxerit. Sic quippe aſſumpſit noſtram, ut non dereferet ſuã. A. 8. M. 4a. R. 4. L. 1o.

IOhannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicẽs: Hic erat quem dixi, qui poſt me uenturus ẽ, ante me factus ẽ, quia prior me erat.

Qui poſt me ad prædicandum uenturus eſt, factus eſt ante me. non dico, factus eſt antequam eſſem ego, ſed antepoſitus eſt mihi, & antecellit me in humanitate, q̃a prior me erat in æternitate deitatis. A. 2.

ET de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

Redit euangeliſta ad teſtimonium ſuæ aſſertiõis. Vidimus plenum gratiæ. & de hac plenitudine donorum quam habuit, omnes nos electi, quaſi per partes riuulos quoſdã accepimus, ſ. gratiã per gratia, hoc ẽ, ꝓpter illam ſingularem donorum gratiam illi homini collatam, etiam nobis tanquam huius capitis mẽbris, gratia qua ſaluati ſumus, collata eſt. i. dona ſanctiſpiritus ſupra merita noſtra impetrauit nobis illa tanta aduocati noſtri gratia, qui in omnibus pro ſua reuerentia exaudiri meruit à patre. Vel gratiã accepimus ab eo pro gratia. i. fidem, dilectionẽ, ſacramenta, pro uita æterna promerenda. August.

Quia lex per Moyſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Sicut dici ſolet, quia promiſeram dedi: ita intelligimus hoc, quia per Moyſen famulũ fidelem data eſt à deo lex, in qua cognitio boni & mali, in q̃ promiſſio & umbra futurorũ bonorũ, proculdubio per Ieſum qui dñs & filius dei eſt, facta eſt gratia, qua declinamus à malo, & facimus bonum. facta eſt rerũ ueritas, in lege promiſſa & figurata. Vel intelligẽ ueritatem ſupernæ beatitudinis incõmutabilitatem, in qua deo ſimiles erimus.

A. 3. M. 3. L. 11.

DEum nemo uidit unquã. Vnigenitus filius qui ẽ in ſinu patris, ipſe narrauit.

Supra hominẽ eſt uidere deum. Ideo Paulus ſupra hominem raptus eſt, ut uideret arcana quæ non licet homini loqui. Vidit Moyſes nubem & angelum & ignem, non ipſius domini præſentiam. Quare poſt omnia uiſa dixit: Oſtende mihi teipſum. Sinum, dicit ſecretum patris. Inde filius uenit per aſſumptionem carnis, & narrauit quod ibi uidit. i. reuelauit ſuis quod in præſenti oculata fide uident de trinitate deitatis, & quia introducet eos ad manifeſtam uiſionem quæ beatos faciet. Dicit enim alibi: Nemo uenit ad patrem niſi per me. Item, Nemo nouit patrem niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Sic ergo per Ieſum gratia & ueritas facta eſt.

2. Cor. 12.
August.
Exod. 33.
11. Iohã. 14.
Matt. 11.

M. 6. R. 2.

IPſe autem Iohannes habebat ueſtimentum de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſyluestre.

Iohanni ſolitudo locus ẽ, & meditari operatio. Pœnitentiam pronunciat, per quã reditus ẽ ab errore, receſſus a crimine, & poſt uitiorum pudorem profeſſio deſinendi. Pi- Hilarius

lis, non lana erat ueſtitus: quod eſt indicium auſteritatis, non luxuriæ. 4.Reg.1. Zona autem pellicea, qua accinctus fuit etiam Elias, cingulũ eſt de pellibus ſiccis animalium. Vnde Iohãnes cingebatur circa lũbos, ad luxuriã mortificandam. Locuſtas & mel ſylueſtre edebat, quia ſolitudinis habitatori congruum ẽ non ſequi diuitias, ſed neceſſitatem. Vilis & aſpera ueſtis de pilis camelorum uel de quibuslibet exuuijs animalium, cor contritum Hilarius & humiliatum pœnitentis deſignat. Zonæ autem præcinctio monet, ut ad omne miniſterium uoluntatis Chriſti ſimus accincti. Locuſtę fugaces in eſum electę, figurãt nos, qui prius quaſi quibuſdam corporum ſaltibus efferebamur uolũtate uagi, operibus inutiles, uerbis queruli, ſede peregrini. Nunc autem ſumus ſanctorum alimonia, & ſatietas prophetarum, electi ſimul cũ melle ſylueſtri: quia dulciſſimum cibum prębituri ſumus non ex alueartjs legis, ſed ex nobis ueluti ex truncis ſylueſtrium arborum gentilitatis.

Tunc exiebat ad eum omnis Hieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur in Iordane ab eo, cõfitentes peccata ſua.

Baptizabat Iohannes, non ut ſuum baptiBeda. ſmum in remiſſionẽ peccatorum daret, ſed ut baptiſmum Chriſti remiſſurum peccata, præcurreret. Baptizabantur in Iordane, qui Rabanus deſcenſio interpretatur, de ſuperbia ueteris hominis ad humilitatem confeſſionis & emẽdationis deſcendentes. M. 3. L. 3.

VIdens autem multos phariſæorum & ſaducæorum uenientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies uiperarum, quis demonſtrauit uobis fugere a uentura ira?

Phariſæi ſunt diuiſi uel diuidentes, id eſt, ſacerdotes Iudæorum, qui ſe diuidebãt à populo per hypocriſin. Saducæi, ſunt iuſtificati uel iuſtificantes ſe. Hi quinq; libros Moyſi recipiunt, prophetas reſpuunt, reſurrectionem non credunt. Vtriq; ergo genimina uiBeda & Gregor. perarum uocantur: quia malorum parentũ acta imitantes, bonis inuident, eosq; perſequuntur: & ita uenenati filij de uenenatis parẽtibus nati ſunt. Cum igitur pœnitentia & correctione maxime indigerent, increpãtur quia non prius depoñũt uenena, ut ſic ad baptiſmum ueniant. Ventura ira, eſt extrema dei uindicta: quam tunc fugere peccator nõ ualet, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit.

Facite ergo fructum dignum pœnitẽtiæ. Et ne uelitis dicere intra uos, Patrem habemus Abraã. Dico enim uobis, quoniam poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrææ.

Fructum dicit non qualemcunq;, ſed dignum pœnitentiæ, ut quanto quis grauius peccauit, tanto amplius pro qualitate culpæ pœniteat, & bona opera maiori lucro faciat. Sed Iudæi de generis nobilitate gloriantes, idcirco ſe peccatores nõ agnoſcebant, quia de Abraã deſcenderant. Per lapides intelligũtur corda gẽtilium, ad intellectum dei inſenſibilia. Vnde etiam dicitur quibuſdam Iudæis: Auferam cor lapideũ de carne ueſtra. Ieze. 11.
Merito lapidibus gentes cõparantur, quæ lapides coluerunt, in natura lapidum non uſu corporis, ſed mentis habitu conuerſæ. Vnde Pſal. 113.
illud: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. De quibus lapidibus filij Abrææ ſuſcitati ſunt, quia ſeminĩ eius, ſ. Chriſto, uniti ſunt gentiles per fidem. Vnde eiſdem gentibus Paulus dicit: Si autẽ G. de. 3.
uos Chriſti, ergo Abrææ ſemen eſtis. Increpat Hilarius
ergo Iohannes phariſæos, ut qui diabolum patrem per infidelitatem habere cœperant, cum eis qui de lapidibus excitarentur, rurſum Abrę filij per fidem fiant.

Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt.

Arbor intelligitur hõ: radix, uolũtas ex q̃ M.
fructus operum procedit. ſecuris uero, prædicatio euãgelij, quæ dicitur ad radicem poni, quia mũditiam uoluntatis perquirit. Docet enim præmium in bona uoluntate conſiſtere, pœnã uero in mala. Opera autẽ quæ lex Moyſi damnabat uel remunerabat, teſtimonia quædam ſunt uoluntatis.

Omnis ergo arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

Senſus eſt, Quicunq; cõtemnit hic bene fa Beda ex
cere, excidetur à cœtu fideliũ uel à præſenti Grego.
uita, in qua plantatus eſt, & cremabitur in gehẽna. Vel aliter: Arbores ſunt genus humanum. Securis uero eſt redemptor noſter, qui uelut ex manubrio & ferro tenetur ex hũanitate, ſed incidit ex diuinitate. Quæ ſecuris iam ad radicem poſita eſt: quia etſi per patientiam expectat, ſcit tamen quid tandem fa-

ſtura ſit. Non ad ramos, ſed ad radicem po-
ſitam dicit ſecurim. Cum enim filij malorũ
tolluntur, quid aliud quàm rami infructuo-
ſæ arboris abciduntur? Cum tota progeni-
es cũ parẽtibus tollitur, arbor radicitus ab-
ciditur, ne quid remaneat unde iterum ali-
Rabanus quid germinis oriatur. Rami quidem digni
incendio alij ſunt aridi, ut pagani: alij ſunt ui
rides, ſed ſine fructu, ut hypocritæ: alij fru-
ctum, ſed amarũ faciunt, ut hæretici. L. §

ET interrogabant eum turbæ, di
cẽtes: Quid ergo faciemus? Re
ſpondens autem Iohannes, dicebat
illis: Qui habet duas tunicas, det nõ
habenti. & qui habet eſcas, ſimiliter
faciat.

Beda ex Quia tunica plus eſt neceſſaria uſui no-
Greg. ſtro quàm pallium, ad fructum dignũ pœ-
nitentiæ pertinet, ut non ſolum exteriora &
minus neceſſaria, ſed ipſa ualde nobis neceſ
ſaria diuidamus cũ proximis, eſcam ſ. & tu-
Leuit. 19. nicam. Lex enim dicit: Diliges proximum
tuum tanquam teipſum. De una tunica non
dici potuit ut diuideretur, quia tũc inde ne-
Luce. 11. mo ueſtiretur. De eſca ueritas dicit: Date ele
emoſynam, & ecce omnia mũda ſunt uobis.

Venerunt autem & publicani ut ba
ptizarentur, & dixerunt ad illũ: Ma
giſter, quid faciemus? At ille dixit
ad illos: Nihil amplius quam conſti
tutum eſt uobis, faciatis.

Magna uis in ſermone Iohannis, qui etiã
publicanos & milites cogit conſilium ſuę ſa
lutis inquirere. Præcepit ergo ne ultra præ-
ſcriptum eis, quicquam exigant. Publicaui
ſunt, qui uel uectigalia publica exigunt, uel
cõductores ſunt uectigalium fiſci ſeu rerum
publicarum. Hi etiam qui ſeculi huius lucra
per negocia ſectantur, eodem uocabulo cen
ſentur.

Interrogabant aũt eũ & milites, dicẽ
tes: Quid faciemus & nos? Et ait il-
lis: Neminem concutiatis, neq; calu
mniam faciatis, & contenti eſtote ſti
pendiis ueſtris.

Auguſt. Nonnulli cum grauiter peccant, hac uoce
de uerbis ſe excuſant, quia militant, & malis actibus
domini. ſunt occupan: perinde quaſi militia, non uo
luntas, in culpa ſit. Sed militare non eſt deli-
ctum, niſi cum propter prędam militant: nec
gerere rem publicam eſt criminoſum, niſi
cum ideo gerunt, ut rem familiarem augeãt.

Quilibet quoq; rectores, quilibet clerici, ſi
amplius quàm decretum eſt eis, quęrunt, tã-
quam calumniatores & concuſſores, Iohan
nis ſententia condemnantur. Milites enim
Chriſti ſumus. Vnde Apoſtolus: Nemo mi 2. Tim. 2.
litans deo, implicat ſe negocijs ſecularibus.

Exiſtimante autem populo & cogi-
tãtibus omnibus in cordibus ſuis de
Iohãne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus,

A. §.

MIſerunt Iudæi ab Hieroſoly-
mis ſacerdotes & leuitas ad
eũ, ut interrogarẽt eum, Tu quis es?
Et confeſſus ẽ, & non negauit. Et cõ
feſſus ẽ quia non ſum ego Chriſtus.

Confeſſus eſt ſe non eſſe Chriſtum, & nõ M.
negauit quod erat, ſcilicet ſe eſſe præcurſo-
rem, ut ſequentia determinant. Hic humili- Grego.
tas Iohãnis commendatur, qui dum infirmi-
tatem ſuam ſtuduit humiliter agnoſcere, dei
celſitudinẽ meruit obtinere. Mira cæcitas Iu Beda.
dæorum, qui cum crederent Iohannem eſſe
Chriſtum, credere nolebant etiam ipſo Io-
hãne atteſtante, Chriſtum eſſe ſaluatorem,
tot ſignis ac uirtutibus approbatum.

Et interrogauerũt eũ. Quid ergo?
Elias es tu? & dixit, Non ſum. Pro-
pheta es tu? & reſpondit, Non.

Dominus dixit diſcipulis ſuis, Iohannes M.
ipſe eſt Elias: quia Iohannes in ſpiritu erat
Elias, non in perſona. ſecundum quam dicit
hic, ſe non eſſe Eliam. Ideo Iohannes nega-
uit ſe eẽ prophetam, quia plus erat quàm ꝓ-
pheta, quod alij ꝓnunciauerant, oſtendens:
uel quia nuncij quærere intendebant an eẽt
Eliſeus, in quo figura baptiſmi præceſſit, uel
alius ex prophetis antiquis.

Dixerũt ergo ei: Quis es, ut rñſum
demus his qui miſerunt nos?

A. 1. M. 1. R. 1. L. 3.

QVid dicis de teipſo? ait: Ego
uox clamãtis in deſerto, parate
uiã dñi, ſicut dixit Iſaias propheta. Iſai. 40.

Iohannes eſt uox, in qua uerbum ſonat,
id eſt, oſtenſio & prophetia & lucerna uerbi
dei præſentis in Iohanne, per quem clamat:
præſentis in carne aſſumpta, cui Iohãnes te-
ſtimonium perhibet, iuxta illud: Paraui lu- Pſal. 131.
cernam Chriſto meo. Viam domini dirigit,
qui ad præcepta eius uitam præparat. Vnde Iohã. 14.
illud: Si quis diligit me, ſermonem meũ ſer-
uabit. A. §.

ET qui miſſi fuerãt, erant ex phariſæis. & interrogauerunt eum, & dixerunt: Quid ergo baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus, neq; Elias, neque propheta?

Audierant phariſęi in prophetis, Chriſtũ uenturum & baptizaturũ. ſcientes etiam Iordanem figuram baptiſmi geſſiſſe, eumq; Eliam & Eliſeum in figura baptiſmi ſiccis pedibus tranſiſſe, putabant nunc eos ſurrexiſſe ad baptizandum. Quia ergo Iohannes nullum de his dicit ſe eſſe, interrogant qua audacia baptizet. A. 11/1. M. 4. R. 4. L. 10.

REſpondit eis Iohãnes, dicens: Ego quidem baptizo uos in aqua in pœnitentiam. M. R. L. A.

QVi autem poſt me uenturus ē, fortior me ē: cuius non ſum dignus calceamenta portare. Medius autem ueſtrum ſtetit, quem uos neſcitis. M. 12/v. L. 11.

IPſe uos baptizabit in ſpirituſancto & igni.

Ac ſi dicat: Non putet audaciæ quod ago. Baptizo in aqua in pœnitentiam, id eſt, in ſigni pœnitentiæ purgantis animas, lauo corpora, & uſum baptizandi inſtituo, parans uiam fortiori me, cuius calceamenta portare nõ ſum dignus. tanta eſt eius excellentia ſupra meam paruitatem. Inter uos autem medius eſt quem prędico, ſed neſcitis eum, quia eius humilitate abutimini. Ipſe baptizabit in ſpirituſancto & igni, hoc eſt, & purgatione ſanctificationis, & probatione tribulationis.
Beda. Vel in ſpirituſancto, id eſt, in igni quem uenit mittere ſuper terram.
Luce.12. Spirituſſanctus ꝑ ignem intelligitur, quia & corda incendit ꝑ amorem, & illuminat per ſapientiam. Sunt qui ita exponunt: In ſpirituſancto in pręſenti, in igni in futuro. Sicut enim nunc renaſcimur ex aqua & ſpirituſancto in remiſſionē peccatorum, ita tunc de leuibus peccatis cũ quibus morimur, per ignem purgatorium
1.Cor.3. quaſi per baptiſma mũdabimur. Vnde Apoſtolus: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis ꝓbabit. Euangeliſta Iohannes ſcripſit: Cuius non ſum dignus ut ſoluam eius corrigiam calceamenti. quod ad myſterium ſpectat.
Albinus. Mos apud ueteres fuit, ut ſi quis eam quæ ſibi competeret, accipere uxorem nollet: ille ei calceamentum ſolueret, qui iure propinquitatis eam ſibi deſponſaret. Chriſtus autē ſponſus eccleſię fuit, ut ait Iohannes: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Vnde Iohannes qa Chriſtus eſſe putabatur, recte ſe indignum eſſe denũciat ad ſoluendum corrigiam eius calceamenti. Quaſi dicat: Ego redemptoris ueſtigia denudare non ualeo, quia ſponſi nomen mihi non uſurpo. Vel ita: Calceamenta ex mortuis animalibus fiũt. Dominus uero quaſi calceatus apparuit, poſtquam carnem aſſumpſit. Huius incarnationis myſterium nemo unquam ad plenum inueſtigare potuit. Corrigia calceamenti, eſt ligatura tanti myſterij. Non ualet ergo Iohannes ad plenum corrigiam ſoluere, quia incarnationis myſterium non ſufficit inueſtigare.

Cuius uentilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum. paleas autem comburet igni inextinguibili.

Ventilabri opus eſt, ab infructuoſis fructuoſa diſcernere. Quod in manu domini ſitum, iudicat arbitrium poteſtatis, recondentis triticum (id eſt, perfectos fructus credentium) in horreis, & concremantis paleas (id eſt, infructuoſorum hominum inanitatem) igne iudicij. Per uentilabrum diſcretio iuſti examinis, per aream uero præſens eccleſia figuratur. Cuius areæ purgatio etiam nũc geritur, cum peruerſi ob manifeſta peccata de eccleſia eijciũtur, uel poſt mortem diuina diſtrictione damnantur. inter paleas & zizania diſtat. quia paleæ à ſemine puri tritici ꝓdeũt, zizania à diuerſa origine procreãtur. Ergo paleæ ſignificant illos qui fidei myſterijs imbuuntur, ſed leuitate perfidiæ ab electis diſſentiunt. Zizania illos, qui opere & profeſſione ab electis ſecernũtur. Hi uentilabro hoc non remouẽtur, quia iam iudicati ſunt, ſed paleæ uentilantur. L. — Hilarius

MVlta quidem & alia exhortãs euangelizabat populo. A. 1/x.
Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans.

Caput XIIII. M. 3/x.

TVnc uenit Ieſus a Galilęa in Iordanem ad Iohãnem, ut baptizaretur ab eo.

Multiplicem ob cauſam ſaluator à Iohanne baptizatus eſt, ut ſecundum hominem & iuſtitiam & legis humilitatem impleret, ut — Hierony.

Iohannis baptiſma comprobaret, ut in lauacro credentium aduentum ſanctiſpiritus monſtraret: ut tu nō dedignareris ſuſcipere baptiſmum domini, cum ipſe ſuſceperit baptiſmum ſerui.

L. iii. M. 3. A 1.

ET ipſe Ieſus erat incipiēs quaſi annorum triginta, ut putabatur filius Ioſeph.

Beda. Ieſus annorum triginta baptizatur, & incipit apertius ſigna facere & docere, legitimum tempus ætatis oſtendens his, qui oēm ætatem uel ad ſacerdotium uel ad docēdum putant opportunum. Quod non eſt, niſi aliquando miraculo dei contingat, ut Ieremiæ & Danieli, qui prophetiæ ſpiritum pueri perceperunt. Tricennalis baptizati ſaluatoris ætas nobis cōuenit propter myſterium trinitatis & operationem decalogi. Qui ergo baptizatur uel gaudet ſe eſſe baptizatum, tricennalis ſit in hunc modum, ut in fide ſanctæ trinitatis intelligat & compleat decalogum. M. 3.

IOhannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis me? Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Tunc dimiſit eum.

Beda. Venit dominus baptizari, ut nobis inſinuaret myſterium baptiſmi, & ſanctificaret aquas. Seruus autem expauit illum ad ſe ueniſſe ut baptizaretur, cum nulla in eo culpa eſſet. Vnde intelligitur quod hic dicit Iohannes, Ego à te debeo baptizari, hoc eſſe quod ipſe alibi ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Ab illo ergo debuit ipſe Iohānes baptizari, id eſt, à peccato originali mundari. Sine modo, inquit dominus, me à te baptizari in aqua, ut tu poſtmodum baptizeris à me in ſpiritu. Sic decet nos implere omnem iuſtitiam, id eſt, docere & exemplum dare omnis iuſtitiæ. Qui Christi baptiſmum ſuſcipit, miſeretur animæ ſuæ placens deo, ſalutis medelā ſuſcipiens. & humiliter ſubdit creatori ſuo, eius inſtitutiōi obediens: proximumq́ exemplo ædificat. Sic ergo omnē iuſtitiam implet, quia deo & ſibi et proximo facit quod debet. Cum igitur Iohannes cognouiſſet iuſtitiam ſic debere impleri, tunc dimiſit eum baptizari à ſe, & conſenſit. Quia uera humilitas eſt quam obedientia comes non deſerit, officium quod prius expauit, obediens impleuit.

M. Eccl. 30.

L. 3. M. 14. R. 1. A. 1.

FActum eſt autem, cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante, confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cœli, & uidit ſpiritum dei deſcendentē corporali ſpecie ut columbam uenientem ſuper ſe. Et ecce uox de cælis: L. Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi.

Beda. Ieſu baptizato & orante, aſcendit de aqs, quibus tactu mundę carnis uim abluendi cōtulerat: ut qui ad lauacrum Chriſti uenerit, peccata deponat, & poſt, uirtutum incrementis aſcendat. Hieron. Aperiuntur cæli non reſeratione elementorum, ſed ſpiritualibus oculis: Beda. quia dum undas ſubijt, diuinitatis ſuæ potentia cæli nobis ianuas pandit. Nec ei tunc cœpit cælum aperiri, cui cælorum interiora patebant. ſed his uerbis uirtus baptiſmi oſtēditur, quia baptizatis cæleſtis ianua declaratur. Orauit Chriſtus nō pro ſe, ſed ut nos informaret ad orandum. poſt baptiſma uicturos. Nam quaſi tranſito mari rubro necatos gratulamur Aegyptios, ſed in deſerto huius mundi alij hoſtes occurrunt, qui ſunt uincendi donec ad patriam ueniamus æternam. Vnde poſt collatam ſanctiſpiritus gratiam in baptiſmo, regeneratis amplior eiuſdem ſpiritus gratia per impoſitiōem manus epiſcopi datur. Columba apparuit ſuper Ieſum, ut doceretur eis ſolis qui in ſimplicitate baptizati ſunt, unctionem ſanctiſpiritus affuturam. Corporali ſpecie deſcendit ut columba: ut monſtraretur, quod baptizati in corpore eius quod eſt eccleſia, accipiunt ſpiritumſanctum. Et notandum quod nō coruus, ſed columba attulit ramum oliuæ in arca Noæ: quia baptizatorum alij deſerunt eccleſiam, alij pacifice remanent in eccleſia. Ramus oliuæ uirentibus folijs in ore columbę, ſignificat gratiam ſpirituſſancti, abundantē uerbis uitæ. Quod Lucas dicit, in te complacuit mihi: tale eſt ac ſi dicat, In te placitum meum conſtitui, hoc eſt, per te gerere quod mihi placet. Quod uero Matthæus dicit, In quo mihi complacui, ita exponitur: Qui pœnitendo corrigit quæ male fecit, in quo pœnitet, ſibi diſplicet quod fecit.

Gene.6. Et quia pater omnipotēs humano modo locutus ait, pœnitet me feciſſe hominem: uidetur ſibi diſplicuiſſe in peccatoribus. In ſolo autem Chriſto ſibi complacuit, quia non ſe eum creaſſe hominem pœnituit, quādoquidem nullum in eo peccatum fuit. Vnde Da-
Pſal.109. uid: Iurauit dominus & nō pœnitebit eum,
Auguſt. de cōcordia euangeliſtarū tu es ſacerdos in æternum. Intelligas euangeliſtas, cum non eādem locutionē retulerunt, eandem retuliſſe ſententiam. Quæ diuerſitas locutionū ad hoc utilis eſt, ne uno modo dictum, minus intelligatur, & aliter quàm ſe res habet, interpretetur. Myſteriū
Beda. trinitatis in baptiſmo Chriſti monſtratur. Filius baptizatur, ſpirituſſanctus deſcendit in ſpecie columbæ: uox patris teſtimonium filio præbentis auditur. Columba apparuit ſup caput Ieſu, ne uox patris putaret eſſe facta ad Iohannē, non ad dominū. Sed & hoc q̄d uox paterna intonuit, non docet filiū, ſed nobis quid credere debeamus oſtēditur, baptizatum ſcilicet à Iohanne, uerum eſſe dei filium, nos quoq; per aquam ablutionis & ſpiritum ſanctificationis, paternæ uocis adopti-
M. one dei poſſe filios effici. Literam ſic leges: Vidit Ieſus & qui cum eo erāt, ſpiritum dei, id eſt, rem ſignificantem ſpiritumſanctum: deſcendentem ut columbam, hoc eſt, ſicut rem quæ uere columba erat, adhoc ſignificādum aſſumpta. Vtrum columba nouiter creata fuerit, & poſt peractum officium ſoluta
Marc.1. in elementa nec ne, nihil noſtra intereſt. Sic quoq; legendum eſt quod Marcus ait: Vidit
Beda. cælos apertos, id eſt, ſignificari cælorū apertionem baptizatis. Naturam columbę uideamus, ut nobis inde uitæ inſtituta ſumamus. Nullum ore uel unguibus lædit, ne minimas quidem muſculas uel uermiculos. Videamus ne dētes noſtri ſint arma & ſagittæ, contineamus manus à rapinis. Qui fura-
Ephe.4. batur, iam nō furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis, ut habeat unde tribuat neceſſitatē patienti. Nam et colūba ſępe alienos quaſi ſuos fert alere pullos. Ipſa terræ fructibus & ſemine paſcitur. Audiamus
Rom.14. Apoſtolū: Bonū eſt non mādūcare carnē, & nō bibere uinū. Gemitum pro cantu habet,
Pſal.94. Ploremus coram deo qui fecit nos. Riſus no-
Iacob.4. ſter in luctum conuertatur, & gaudium in
Matt.5. mœrorem. Beati lugentes, quoniam ipſi cōſolabuntur. Super aquas ſedere conſueuit, ut uenturi raptum accipitris pręuiſa in aquis umbra declinet. Et nos ſuper fluenta ſcripturarum ſedeamus, quarum ſpeculis edocti, dignoſcere & pręcauere ualeamus inſidias ho-
Cant.5. ſtis antiqui. Hinc illud: Oculi eius columbæ quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Nidificare ſolent & in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Petra Chri- *1.Cor.10.*
ſtus eſt, cuius in cruce clauis manus, latus ē *Iohā.19.*
lancea perforatum. Maceria eius, eſt uirtus ſanctorum coadunata. Cauerna in ea, ſinus fraternæ dilectionis: in quo dum teneros in fide nutriunt, quaſi nidificantibus columbis in ſe locum pandunt. Hinc illud: Surge *Cant.2.*
amica mea, ſpecioſa mea & ueni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Hæc ſeptem uirtutis exempla recte cōmemorauimus: quia ſpirituſſancti, q̄ in columba deſcendit, ſeptiformis eſt gratia. *M.*

¶ Quæritur quare baptiſmus ſucceſſerit circuncisioni. Vt enim beatus Gregorius ait quarto libro in Iob: quod apud nos ualet aq̄ baptiſmi, hoc egit apud ueteres uel pro paruulis ſola fides, uel pro maioribus uirtus ſacrificiorum, uel pro his qui ex Abrahæ ſtirpe prodierunt, myſterium circunciſionis. Solutio: Decebat nouum regem nouam legē inſtituere, inimicitias inter Iudæos & gentiles ſoluere, ut duo populi in unum iungerentur, & fierent populus unus. Quare neceſſe fuit inimicitiarum cauſas, uidelicet Iudæorum ritus, quos gentiles abhorrebant euacuare: & alia ſacramenta quæ utriſq; communia forent, ſubſtituere. Propter hoc quoque baptiſmus circunciſionis loco ſubijt, quia circunciſio imperfectum erat ſacramētum, utpote maribus ſolis attinens. Baptiſmus uero perfectum eſt ſacramentum, quia utriq; ſexui ſine dolore cōmodat. In aqua uero ideo uniformiter conſecratur baptiſma, quia de Chriſti latere manauit aqua. & quia nullus liquor adeo ualet ad abluendum ſicut aqua, & apud omnes facile acquiritur, ne ſe aliq̄s propter inopiam excuſaret. Nota quia multipliciter accipitur baptiſma. Baptiſmorum nanque unum tantum eſt aqua, ut Iohannis, quod remiſſionem peccatorum non dedit. Aliud in igne uel ſpiritu, quo baptizati ſunt apoſtoli in die pētecoſtes. Vnde illud: Vos *Act.1.*
autē baptizabimini ſpū ſctō. Tertiū in aqua & ſpiritu, quo baptizauerūt apoſtoli. Quartum in ſanguinis effuſiōe. Tria uiſibilia .i. ſacerdos, baptizandus, aq̄, ſunt in baptiſmate: & tria inuiſibilia .i. fides, anima, ſpūſſanctus. Verū dñs, ut ait Ambroſius in primo libro de ſacramentis, ideo prior deſcendit in baptiſmum quàm ſpirituſſanctus: cum mō econuerſo fiat, quia dominus nō indigebat mundari. Nobis autem uirtus & præſentia trinitatis, quæ in baptiſmate Chriſti manifeſtata eſt, inuiſibiliter operatur in baptiſmatis uiſibili ſacramento. Sacramentum uero eſt uiſibile ſignum inuiſibilis gratiæ. Veluti cum

quis baptizatur, ipſa exterior corporis ablu
tio quam uidemus, ſignum eſt interioris ab-
lutionis animæ, quæ cōſiſtit in peccatorum
remiſſione. Aqua etiam purgans exterius à
ſordibus corporalibus, ſignum eſt fidei mū
dantis interius à peccatis. Sacerdos quoque
lauans in aqua, deſignat ſpiritum in fide re-
mittentem peccata. Videndum tamē eſt de
hoc ſacramento ſicut de alijs, quia nihil re-
fert a quocunque detur miniſtro. Miniſter
enim miniſtrat, Chriſtus baptizat. Vnde il-
lud: Hic eſt qui baptizat, Quapropter ſiue à
clericis, ſiue à laicis ſeu etiam à mulieribus
neceſſitate imminente detur, non tamen rei-
teratur. Hoc ſacramentum ſicut ſacramentū
altaris, alij ad uitam, alij ad mortem accipi-
unt. Qui enim uere accedunt, & rem & ſacra
mentum accipiunt: qui ficte, ſacramentum
tantū. Vnde ſi poſtmodum reſipuerint, non
rebaptizabunt. Forma autem baptiſmi ſunt
iſta uerba: In nomine patris & filij & ſpiri-
tuſſancti, uel æquipollentia. Dominus enim
generaliter inſtituens baptiſmum præcepit,
Matt. 28. dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizātes
eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti,
A morte Chriſti & ſanguinis effuſione ha-
bet baptiſmus uirtutē & efficaciam ſicut alia
ſacramenta, ſiue ante legem, ſiue in lege. Per
hunc enim Chriſtus, quæ facta ſunt, dimittit:
adiuuat, ne amplius fiant: perducit, ubi omi-
no fieri non poſſunt: facit ut lex impleatur, ut
natura liberetur, ne peccatum dominetur.

A. M. R. L.

ET teſtimonium perhibuit Iohā
nes, dicens: Quia uidi ſpiritum
deſcendētem quaſi columbam de cæ
lo, & manſit ſuper eum. Et ego neſci
ebam eum.

Neſciebat eum, ſubaudis tam alte, tam
ſubtiliter, quàm ſpiritu in eū deſcendente co
Auguſt. gnouit. Tunc enim didicit, quod dominus
retenturus ſibi eſſet ſicut & aliorum ſacramē
torum, baptiſmi ſui poteſtatem, ſiue præſens
in terra, ſiue abſens corpore in cælo: & nulli
eam ſeruo daturus eēt. Non inuenies aliquē
apoſtolorum dixiſſe, meum baptiſmum: in-
2. Tim. 2. uenies autem dixiſſe, meum euangelium. Et
hoc eſt quod dicit:

Sed qui miſit me baptizare in aqua,
ille mihi dixit: Super quem uideris
ſpiritum deſcendentem & manen-
tem ſuper eum, hic eſt qui baptizat
in ſpirituſancto. Et ego uidi & te-
ſtimonium perhibui, quia hic eſt fi-
lius dei.

Pulchre addidit, manentem ſuper eum. Beda in
Propriū eſt enim mediatoris noſtri, ut nun Marcū.
quā ſpirituſſanctus recedat ab eo. Fidelibus
autem eius aliquando confertur, aliquando
tollitur. Quibuſdam tamē ad amorem dei &
proximi conſeruandum nunquam abeſt. un
de ipſe ait illis: Vos autem cognoſcetis eum,
quia apud nos manebit. & in uobis erit. Io- M.
hannes autem iuxta auditorū capacitatē ali-
bi Ieſum prædicat uirum fortiorem ſe, hic
uero filium dei. Hinc eſt quod Paulus ait:
Quaſi paruulis in Chriſto, lac potū dedi uo 1. Cor. 3.
bis, non eſcam. Inter ſapientes autem ſapien
tiam loquimur. M. 15 R. 6 L. 15

Caput XV.

TVnc Ieſus ductus ē in de-
ſertum a ſpiritu, ut tenta-
retur a diabolo.

Conſulte Lucas primo poſuit: Ieſus autē
plenus ſpirituſancto, regreſſus eſt à Iorda-
ne: ne dubitaret, à quo ſpū ductus fuit in de-
ſertum ſecundum Matthæum, uel expulſus
ſecundum Marcum. Proculdubio non uirtu
te mali ſpiritus Ieſus agitur in deſertum, ſed
uoluntate ſui ſpiritus, ut ſternat aduerſariū.
Vbi nobis præmonſtrat, ut poſt baptiſmum
accingamur fortiter contra diabolum, reli-
ctis mundi illecebris & ſocietate prauorum.

M. 16 v. L. 16.

ET cum ieiunaſſet quadraginta
diebus & quadraginta nocti-
bus, poſtea eſuriit.

Obtulit ſe tentatori quadraginta diebus
& quadraginta noctibus, ut indicet quia ſiue
hic proſpera blandiunt, quod ad dies perti-
net: ſiue aduerſa feriant, quod noctis figuræ
cōgruit, ſemper fidelibus adeſt aduerſarius,
non ceſſans eos impedire tentando. Eſurijt Hieron.
corpore, ut diabolo tribueretur tentandi oc
caſio, & uinceretur ab homine, cuius morte
& calamitatibus gloriabatur. Mouebatur di Hilarius
abolus quadraginta dierum ieiunio, ſciebat
totidem diebus aquas abyſſi effuſas, explo-
ratā repromiſſionis terrā, Moyſi legē à deo
datā, filios Iſrael totidem annis in eremo pa-
ne angelorū uixiſſe. Cū uero ſenſit poſt ieiu M.
niū eſurire dn̄m, q̄d nō de Moyſe uel Elia le
gitur ut poſt ieiunia eſurierint: acceſſit ten-
tādo, lōge remotus malitiæ uoto. Decē ſunt Beda.
præcepta legis, & quadripartitus eſt mūdus,
q̄d ſignificat iā gratiā Chriſti diffuſam p mū
dum, qui ieiunauit ſpatio q̄draginta dierum.

In quo ieiunio q̄ſi clamabat: Abſtinete uos
à deſiderijs huius ſeculi. In comeſtione & bi
bitione poſt reſurrectionem uelut clama-
Matt.18. bat: Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad cōſum
mationem ſeculi. Vnde quamuis non glori-
emur, tamen ſperando iam paſcimur. Con-
grue ieiunium quadrageſimę ſtatutū eſt eſſe
confine dominicæ paſſioni: quia ſignificat
nos debere à mundi amicitia continere, ut
Greg. deum ſequi ualeamus. In abſtinentia autem
quadragenarius numerus cuſtoditur, quia
uirtus decalogi per quatuor libros euāgelij
impletur, cum euangelium cuſtoditur. Vel
quia per decalogum deum & proximum di
ligere præcipimur, & motu corporis, quod
ex quatuor ſubſiſtit elementis, charitas dei
& proximi uiolatur: apte ad diluenda pecca
ta, in quadragenarium numerū tempus pœ-
nitentiæ ſurgit.

Et accedens tentator, dixit ei: Si fili
us dei es, dic ut lapides iſti panes fi
ant. Qui reſpondens, dixit: Non in
ſolo pane uiuit homo, ſed in omni
uerbo quod procedit de ore dei.

Beda. Credidit aliquando diabolus, debellato-
rem ſuum ueniſſe in mundum: ſicut per ob-
ſeſſum hominem dixit, Quid nobis & tibi fi
Matt.8. li dei? Veniſti ante tēpus torquere nos. Deū
tamen illum eſſe dubitauit, mortalia patien-
Hierony. do. Scriptum eſt, dixit dominus. quia humi-
litate, non potentia propoſuerat uincere di-
Hilarius. abolum. Intendebat dæmonum princeps,
ex mutatiōe lapidum in panes, uirtutem po-
teſtatis in deo agnoſcere: & in homine, oble
ctamēto cibi patientiam eſuritionis illude-
Deute.8. re. Verum dominus de Deuteronomio teſti
monium ſumens, oſtendit non in pane hoc
ſolitario, ſed in omni uerbo dei, alimoniam
Gregor. æternitatis eſſe ſperandā. Tribus modis ten
tatio fit: ſuggeſtione, delectatione, conſenſu.
Chriſtus autē ſuggeſtione ſola tentatus eſt,
quia delectatio peccati mentem eius nō mo
mordit. Non indignum tentari fuit illi, qui
occidi uenerat: ut ſua tentatione noſtras uin
ceret, ſicut ſua morte noſtra tulit peccata.

Tunc aſſumpſit eū diabolus in ſan
ctam ciuitatem: & ſtatuit eum ſupra
pinnaculum templi.

Non mirum ſi ſe permiſit ab illo aſſumi et
duci & ſtatui, qui ſe pertulit à membris illi-
H. us crucifigi. Poteſt autē ſic intelligi: Aſſum-
pſit eum diabolus, id eſt, tentando inuaſit. &
ſtatuit eum ſupra pinnam templi, id ē, occa-
ſio fuit quare dominus à ſuo ſpiritu ſit du-
ctus & ſtatutus illic. Pinna uel pinnaculum
eſt faſtigium, id eſt, ſummitas. Solebant eñ
antiqui ſicut adhuc fit in pluribus locis, ſupe
riora domorum uel templorū facere plano
ſchemate, ut ibi poſſent ſtare & agere quod
nellent. Vnde dominus ad apoſtolos: Quod Matt.10.
in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Sancta
autem ciuitas Ieruſalem dicebatur, in qua tē
plū erat & cultus dei ſecūdū legem Moyſi.

Et dixit ei: Si filius dei es, mitte te
deorſum. Scriptum eſt enim, quia an Pſal.90.
gelis ſuis mandauit de te, & in ma-
nibus tollent te, ne forte offendas ad
lapidem pedem tuum.

In omnibus tentationibus hoc agit dia-
bolus, ut intelligat ſi filius dei ſit. Sed domi-
nus ſic reſponſionem temperat, ut eum re-
linquat ambiguū. Dicens, mitte te deorſum,
qui omnes p̄cipitare ſatagit, infirmus oſten-
ditur. nam perſuadere poteſt, præcipitare
non poteſt. Teſtimonium quod inducit non
de Chriſto tantum, ſed de omni uiro ſancto
prophetia eſt. Hieronymus pſalmo nonage
ſimo ſic exponit: Quicunq; duas naturas dei
& hominis perfectas crediderit in ſaluato-
re, hic angelicis manibus uallatus, ad lapidē
(id eſt, ad Chriſtum) non offendit pedem ſu
um, qui lapis eſt offenſionis & petra ſcanda Iſai.8.
li. Auguſtinus de eodem pſalmo: In mani-
bus angelorum ſublatus eſt dominus, quan
do aſſumptus eſt in cælum, non quia ſi non
portarent, ruiturus erat, ſed quia obſeque-
bantur regi. Quod ſi dicas, meliores ſunt q
portant quàm qui portatur, reſpondebo: Er
go iumenta meliora ſunt hominibus. Ta- Hierony.
cuit autem tergiuerſator de ſui conculcatio-
ne, nō ſubiungens filium dei ſuper aſpidem
& baſiliſcum ambulaturum & cōculcaturū
leonem & draconem.

Ait illi Ieſus: Rurſus ſcriptum eſt,
Non tentabis dominum deum tuū. Deute.6.

Veris ſcripturarum frangit clypeis falſas
diaboli ſagittas de ſcripturis. qui uel falſa p-
ponit, uel ueris falſa p̄ſuadere conatur. Te-
ſtimonia Deuteronomij p̄tulit dominus, ut
ſecundæ legis ſacramenta monſtraret. Sug- Beda.
gerebatur ei quaſi homini, ut ſigno aliquo
exploraret quātum apud deum ualeret. Sed
ſcriptum eſt homini, ne deum tentare aude-
at, quando habet quid faciat, ut quod cauere
oportet euadat. Inde eſt illud: Si uos perſe- Matt.10.
cuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.
Poſtquam uero deficit humana prouidētia,
ſi homo ſe totum diuinæ committit poten-

tiæ,non eſt dicenda tentatio. Nunc aı̃t Chriſtus poterat aliter de templo deſcendere, q̃ per iactantiam ſe præcipitare.

Iterũ aſſumpſit eũ diabolus in montem excelſum ualde, & oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum,&dixit illi: Hæc omnia tibi da
M. bo,ſi cadens adoraueris me.

In montem,id eſt,ſupra montem oſtendit regna. nõ quod uiſum eius qui omnia uidet,amplificauerit: ſed quãtum in ſe fuit,uerbo &promiſſione oſtendit uanitatem humanæ pompæ, quam amabat quaſi ſpecioſam, ſuadens domino ut uel ſic eum ſibi ſubijceret.Bene quod Lucas commemorat,in momento temporis temporalia monſtrantur, quia cito caduce humanæ poteſtates. Dicẽs, hæc omnia tibi dabo, ſuperbe loquitur, non quod omnia regna dare poſſet. Procidens adoraueris,dictum eſt,quia adoraturus dia-
Ambr. bolum,ante corruit. Nota quia omnis poteſtas & ordinatio poteſtatum à deo eſt, ſed à malo poteſtatis ambitio. Poteſtas itaque diabolo ad tempus permiſſa,non mala eſt: ſed is qui ambiendo male utitur poteſtate, malus eſt.

Tunc dicit ei Ieſus: Vade ſathanas. Scriptum eſt. Dominum deum tuũ adorabis,& illi ſoli ſeruies.

Hieron. Non ut quidam putãt,ſathanas & Petrus eadem ſententia damnantur. Petro enim di-
Matt.16. citur,uade retro ſathanas,id ẽ,ſequere me,q contrarius es uoluntati meæ. Hic nõ dicitur retro,ut ſubaudiatur,uade in ignem æternũ.
M. Omni homini ſcriptum eſt, deum adorare
Beda. eiq; ſoli ſeruire. Græce latria dicitur ſeruitus illa,quæ ſoli deo cõuenit,non creaturæ. Vnde idololatræ nuncupantur hi, qui ſacrificia quæ uni deo debent, idolis impendunt. Dulia autem eſt ſeruitus communis ſiue deo ſiue homini. Vnde etiam ſeruus dicitur latine, quod dulos dicitur græce. Iubemur ergo p charitatem ſeruire inuicem, quod græce eſt duliſi:& deo ſoli,qđ græce eſt latrium. L.

Et conſummata omni tentatione, Tunc reliquit eum diabolus uſq; ad tempus. M. L.

Eratq; cum beſtiis. R. M.
Et ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.

Conſummatam omnem tentationem dicit,quia his tribus tentationibus continẽtur origines omnium uitiorum, Iohanne atteſtante, qui ait:Omne quod in mundo eſt,cõ 1.Io.2
cupiſcentia carnis eſt,&concupiſcentia oculorum,& ſuperbia uitæ. Et in euangelica parabola tribus reprobi negocijs ab æternæ uitæ dapibus excluduntur. Primus dixit, Villam emi,& cætera. Alter dixit,Iuga boũ emi Luc.14.
quinq;. Alius dixit, Vxorem duxi. Vxoris appetitus ad concupiſcentiam pertinet,ſicut gula. Villæ emptio,ad auaritiam &ſuperbiam. Probatio quinq; iugorum, refertur ad concupiſcentiam oculorum, ubi curioſitas eſt & uana gloria. Triplici telo hoſtis totidem arma defenſionis oppone,ut concupiſcentia carnis pellatur ieiunio, auaritia eleemoſynis, iactantia precibus. Antiquum ho Grego.
minem ſuperauit diabolus gula in uetito po Gen.3.
mo.uana gloria ſuperauit eum,dicẽs: Eritis ſicut dŋ. Auaritia enim ſuperauit eum, quando dixit,ſcientes bonum & malum. Auaritia enim recte dicitur ſublimitas ambitiõis. Sic etiam tẽtauit dominum,ſed uictus receſ-
ſit.Dauid Goliath tribus lapidibus de torrẽ M.
te proſtrauit, Chriſtus diabolũ tribus teſti- 1.Reg.17.
monijs de lege. Quæ aũt tẽtationũ prima fuerit,quæ media,quæve ultima,&in q̃ forma tẽtator acceſſerit,an in ſua propria, an in ſpecie hominis aſſumpta, non multum refert ignorare. Reliquit eum diabolus uſq; ad tẽpus, poſtea per Iudæos aperte eum impugnaturus. Sic etiam quando nõ præualet in tentatione,à nobis recedit,uſq; ad aliud tempus. Inter beſtias dominus commoratur,ut
homo: miniſterio utitur angelico, ut deus. Beda in
Et nos cum in eremo ſanctæ conuerſationis Marcum
beſtiales hominum mores toleramus,miniſterium angelorum meremur,à quibus corpore ſoluti,ad æterna gaudia transferamur.

A. Caput XVI.

Altera die iterũ ſtabat Iohãnes, & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciẽs Ieſum ambulantem dixit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

Typice Iohannes, id eſt,populus gratiæ, Beda in
altera die,id eſt,poſt legem,cognoſcit agnũ homilia.
quo redimitur. Ambulatio Ieſu,diſpenſationem incarnationis qua nobis exempla uiuẽdi dedit,inſinuat:ſicut manſio eius, æternitatem diuinitatis. Statio uero Iohannis & diſcipulorum eius oſtendit,quia ipſe illam uirtutum arcem conſcenderat,à qua nullis tentationibus poterat deijci,& diſcipuli magiſterium eius corde ſequebantur. Vel aliter:

Stabat Iohannes, id eſt, ceſſabat lex, tamen
teſtimonium perhibens Chriſto. Deambu-
labat Ieſus, id eſt, gratia hinc & inde colli-
Beda in homilia. gens. Agnus innocens immolandus præfi-
guratur in agno paſchali. quomodo pecca-
ta tollat, apoſtolus Petrus oſtendit, dicens:
1. Petri. 1. Non corruptibili argento uel auro redem-
pti eſtis de uana ueſtra conuerſatione pater-
næ traditionis, ſed precioſo ſanguine q̃ſi agni
immaculati & incõtaminati Ieſu Chriſti. Et
Iohannes in Apocalypſi: Qui dilexit nos, &
Apoc. 1 lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Non ſolum autem lauit nos, quando ſangui
nem ſuum dedit pro nobis, uel quando ba-
ptizamur in myſterio paſſionis illius: uerũ
etiam quotidie lauat nos in ſanguine ſuo, cũ
eiuſdem beatæ paſſionis memoria ad altare
replicatur, cum panis & uini creatura in ſa-
cramentum carnis & ſanguinis eius ineffa-
bili ſpiritus ſanctificatiõe transfertur. Pecca
tum mundi dicitur originale peccatum, qđ
per primum hominem intrauit in uniuer-
ſum genus humanum.

Et audierunt eum duo diſcipuli lo-
quentem, & ſecuti ſunt Ieſum. Con-
uerſus autem Ieſus, & uidens eos
ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæ-
ritis?

Beda. Deſiderantibus percipere uerbum gratiæ
potius ab ipſo quàm à Iohanne, dat fiduciam
quæcunq; uellent interrogandi. Conuerſus
Albinus. quaſi faciem præbuit, dum de maieſtate de-
ſcendit, ut poſſet uideri, dum pro umbra le-
gis euangelij lucem exhibuit.

Qui dixerunt ei: Rabbi, quod dici-
tur interpretatum, magiſter. Vbi ha
bitas? Dicit eis: Venite & uidete.

Nolebant tranſitorie magiſtro ueritatis
perfrui, ſed manſionem quærebant, ut ple-
nius ab eo poſſent inſtrui. Admonent ergo
nos, ut quoties incarnationis domini tranſ-
itum ad mentem reducimus, ſolicito corde
eum rogemus, ut habitationem æternæ mã-
ſionis nobis dignetur oſtendere. Venite te-
ſtimonio Iohannis à lege recedentes. uenite
credendo, bonis operibus inſiſtendo, & in-
telligetis.

Venerunt & uiderunt ubi maneret,
& apud eum manſerunt die illo.

Hora autem erat quaſi decima. Manſerũt
die illo apud dominum, feliciter ueſperam
expectãtes: quia omnes electi poſt operum
bonorum perfectionem, cum illo ſunt a-
cturi diem illum, de quo propheta dicit: Me- Pſal. 83.
lior ẽ dies una in atrijs tuis ſuper millia. Me-
rito ſecuti ſunt eum hora decima, quia uene-
rat tempus ut impleretur per dilectionẽ lex
habens decem præcepta, quæ à Iudæis non
implebatur per timorem. Vnde dominus: Matt. 5.
Non ueni ſoluere legem, ſed implere.

Erat autem Andreas frater Simonis
Petri, unus ex duobus qui audie-
rant ab Iohãne, & ſecuti fuerant eũ.

In fide non quæritur annorum multitu- Albinus.
do nec paucitas. Andreas minor erat Simo-
ne ætate, & tamen Ieſum prior inuenit. ſta-
timq; inuentum nunciat fratri, ut ſicut ẽ ſan
guine, ſit germanus & fide. Et hoc eſt quod
dicit:

A. 17. M. 146. R. 82. L. 94.

INuenit hic primum fratrem ſuum
Simonem, & dicit ei: Inuenimus
meſſiam, quod eſt interpretatũ, Chri
ſtus. Et adduxit eum ad Ieſum. Intu-
itus autem eum Ieſus, dixit: Tu es
Simon filius Iohanna. tu uocaberis
Cephas: q̂d interpretatur Petrus. Auguſt.

Cephas hebræum eſt & Syrum, Petrus
græcum & latinum. & in utraq; lingua no-
men à petra deriuatum eſt. Vocatur autem
Petrus ob robur mentis, quia ſolidiſſimę pe
træ Chriſto adhęſit. Et notandum quod hic
Petrus nomen acceperit, non ubi ait illi Ie-
ſus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædi Matt. 16.
ficabo eccleſiam meam. Nec ubi Marcus du
odecim diſcipulos ſigillatim commemo-
rans, dixit quod impoſuerit ei nomẽ, ut uo-
caretur Petrus. Hoc nomẽ recolendo, ait:

A. 18. X.

Caput XVII.

IN craſtino uoluit exire
in Galilæam: & inuenit
Philippum, & dicit ei:
Sequere me. Erat autem
Philippus a Bethſaida ciuitate An-
dreæ & Petri.

Galilæa interpretatur tranſmigratio fa- M.
cta, uel reuelatio. Tranſmigrat homo de ui-
tijs ad uirtutes, & poſt de uirtute in uirtutẽ.
& ſic fit ei reuelatio, ut uideatur deus deorũ Pſal. 83.
in Sion. Vocaturus ergo dominus diſcipu-
los ad ſequendum, id eſt, imitandum ſe, exijt
à Iudæa ubi erat Iohannes baptizans, in Ga
lilæam, loci nomine innuens, ut ſicut ipſe ꝓ-
ficiebat ſapiẽtia, & ſicut per paſſiones intra-

uit in gloriam, ſic etiam imitatores ſui. Bethſaida interpretatur domus uenatorũ, in quo notatur animus & officium iſtorum. Venatores enim dei erant in capiendis animabus. Vnde Philippus antequam fiat apoſtolus, uocat Nathanaelem.

Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus: Veni & uide.

Quia Nathanael peritus erat in ſcripturis, quando audiuit à Nazareth: tum ex illius nominis interpretatione, tum quia ſcripturæ Ieſum Nazaræum uocant, ſtatim erectus in ſpem, dixit: A Nazareth poteſt aliqd
Auguſt. boni eſſe? Hoc bene poteſt pronunciari ſiue
Albinus. ſub interrogatione, ſiue nõ. Nazareth interpretatur munditiæ ſiue flos eius, ſiue ſepara-
Auguſt. ta. Propterea etiam Nathanael nõ fuit unus de duodecim, quia peritus erat in lege: & dominus idiotas elegit, unde confunderet mũdum. Vel fortaſſis miratus Nathanael quód de Galilæa, non à Iudæa ſurgeret propheta, ait: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?

Vidit Ieſus Nathanael uenientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael: Vnde me noſti? Reſpõdit Ieſus & dixit ei: Priuſquã te Philippus uocaret, cũ eẽs ſub ficu, uidi te. Rñdit ei Nathanael & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Iſrael.

Albinus. Quia cognouit Nathanael dominum corporaliter abſentem, uidiſſe quæ ipſe in alio loco geſſerat, id ẽ, quomodo & ubi ſub quadam arbore fici uocatus ſit à Philippo, quod eſt indicium deitatis, fatetur non ſolum rabbi, id eſt, magiſtrum, ſed & dei filium ac re-
M. gem Iſrael, id eſt, Chriſtum. In quo probatur eſſe Iſraelita, id eſt, uir uidens deum, qui ſine dolo erat, hoc ẽ, ſine ſimulatiõe. Si enim peccata habebat, confitebatur ea. Phariſæi uero doloſi ſunt, qui ſe bonos prædicant, cũ
Matt. 21. ſint mali. Inuenimus arborem fici maledi-
Marc. 11. ctam, quia fructum non habuit. Et cum Adam & Eua peccaſſent, de folijs ficulneis ſuc
Auguſt. cinctoria ſibi fecerunt. Folia ergo illa peccata intelliguntur. Erat autem Nathanael ſub arbore fici tanquã ſub umbra mortis, quando lumen ortum eſt ei. Nathanael, donũ dei Albinus.
interpretatur. Et niſi dono dei quiſq; uocetur, nunquam reatum primæ tranſgreſſionis euadet.

Reſpondit Ieſus & dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te ſub ficu, credis, maius his uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico uobis, uidebitis cælos apertos, & angelos dei aſcendentes & deſcẽdentes ſupra filium hominis.

Plus eſt quod dominus nos uocatos iuſti Auguſt.
ficauit, quàm quod nos uidit iacẽtes ſub umbra mortis. Quãdo Iacob uidit ſcalam & an Gene. 28.
gelos aſcendentes & deſcendentes, & lapidem ſuppoſitum capiti ſuo unxit, ſignificatio totum erat. Lapis ergo Chriſtus intelligitur. Angeli boni prædicatores ſunt in eccleſia: qui prædicando filium hominis, aſcẽdunt & deſcendunt, cum ſublimitatem diuinitatis eius & humanitatis infirma nunciant.
Aſcendunt, cum docent quia in principio Albinus
erat uerbum: deſcendunt, cum adiungunt quia uerbum caro factum eſt.

L. 7. M. 23. R. 27. A. 46.

ET regreſſus eſt Ieſus in uirtute ſpiritus in Galilæam. Et fama exiit per uniuerſam regionem de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorum. & magnificabatur ab omnibus.

Virtutem ſpiritus, ſigna miraculorum in- Beda.
tellige, ſicut alibi Iudæi inquiunt: Vnde huic Matt. 13.
ſapientia hæc & uirtus? Sapientiam uidelicet ad doctrinam, uirtutem uero ad opera referentes. L. 11. x.

Caput XVIII.

ET uenit Nazareth, ubi erat nutritus, & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuã die ſabbati in ſynagogam.

Ieſus intrauit cum alijs, ut adimpleret gra Beda &
tia cælesti ritum legis. Iudæorum proprie Auguſt.
ſynagoga dici ſolet, quamuis dicta ſit eccle- Pſal. 81.
ſia. Noſtram uero nunquam apoſtoli dixerunt ſynagogam, ſed ſemper eccleſiam: ſiue diſcernendi cauſa, ſiue quod inter congregationem unde ſynagoga, & conuocationem unde eccleſia nomen accepit, diſtet aliquid: quod ſcilicet congregari & pecora ſolent, conuocari autem magis eſt utentium ratione, ut ſunt homines. Ideoq; nouæ gratiæ populum uiſum eſt doctoribus debere uocari

ecclefiam,maiori dignitate conuocatum in
unitatem fidei.

Et ſurrexit legere,& traditus eſt il-
li liber Iſaiæ prophetæ.

Indicium fuit humilitatis, ſuſcipere lecto
ris officium. Verumetiam ſcriptura de ipſo
per ip̄m nobis erat aperienda & adimplēda.

Et ut reuoluit librum, inuenit locū
ubi ſcriptumerat: Spiritus domini ſu
Iſai. 61. per me, propter quod unxit me, eu-
angelizare pauperibus miſit me, prę
dicare captiuis remiſſionem, & cæ-
cis uiſum, dimittere confractos in re
miſſionem, prædicare annum domi-
ni acceptum & diem retributionis.

Librum prophetę clauſum accepit, ſed re-
uolutum legit: quia myſterium incarnatio-
nis ſuæ in prophetijs obſcurū, & prius ſuſce
pit implendum, & poſt mortalibus aperuit
intelligendum. Vnctus fuit in utero matris
ſanctoſpiritu præ conſortibus ſuis, cuius un
ctionis ſacramentum & manifeſtatio fuit,
quod in baptiſmo ſuper eum ſpirituſſanctus
in ſpecie columbæ apparuit. Pauperibus, id
eſt, gentilibus, euangelizauit reſurrectionē
per præcones ſuos: captiuis, id eſt, populo
Iudæorum captiuato in peccatis, prædica-
uit remiſſionem peccatorum. Cæcis, id eſt,
phariſæis non intelligentibus legem, prædi
cauit uiſum, hoc ē, intellectum ſcripturarū.
Confractos, dicit uel corde contritos, uel le
gis onere preſſos. annum domini, tēpus prę-
dicationis eius: diem retributiōis, ultimum
iudicium. Hinc ſcriptum eſt: Si uos filius li-
berauerit, uere liberi eritis. Et de confractis:
Iohā. 8. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor
Pſal. 50. contritum & humiliatum deus non deſpici-
es. Et illud: Qui ſanat contritos corde, & al-
ligat contritiones eorum. De anno domini
Pſal. 46. dicit etiam Dauid: Benedices coronæ anni
benignitatis tuæ. De die retributionis ſcri-
Pſal. 64. ptum eſt: Filius hominis uenturus eſt in glo
Matt. 16. ria ſua cum angelis ſuis, & tunc reddet uni-
cuiq; ſecundum opera ſua.

Et cum plicuiſſet librū, reddidit mi-
niſtro, & ſedit.

Cum eſſet in mundo dominus, locutus ē
docēs in ſynagoga: ſed ad cęleſtia regna re-
greſſurus, reliquit officium euangelizandi
miniſtris euangelij, & reſedit in dextera pa-
tris. Stans, legit: & libro reddito, ſedit: quia
ſtando in mundo, operatus eſt nobis uiam
proficiendi & ſenſum doctrinæ: reſidens ue
ro in dextera patris, docuit nos poſt laborē
habituros requiem. Stare enim operantis ē,
ſedere uero quieſcentis uel iudicantis. Qui-
cunq; eſt ergo prædicator uerbi, ſurgat, le-
gat & reſideat, hoc eſt, operetur, prædicet, et
ſic præmia quietis expectet. Reuoluto libro
legit, quia eccleſia miſſo ſpiritu omnem ue-
ritatem docuit. Librum plicatum miniſtro
reddidit, quia non omnia omnibus dicenda
ſunt, ſed pro captu audientium cōmittit do-
ctoribus diſpenſandum.

Et omnium in ſynagoga oculi erant
intendentes in eum. Cœpit autem di
cere ad illos, quod hodie impleta eſt
hæc ſcriptura in auribus ueſtris.

Impletam dicit eſſe ſcripturam, quia ſicut
illa prædixerat, ipſe faciebat.

M. $\frac{19}{VI.}$ R. 5

Exinde cœpit Ieſus prædicare
& dicere, R. Quoniam imple
tum eſt tempus. M. Pœnitentiam
agite. R. Et credite euangelio. M.
Appropinquabit enim regnum cæ-
lorum.

Impletum eſt illud nimirum tempus, de
quo dicit Apoſtolus: Poſtquam uenit pleni-
tudo temporis, miſit deus filium ſuum factū
ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub le Gala. 4.
ge erant, redimeret. Amaritudinem radicis,
dulcedo pomi compenſat: pericula maris,
ſpes delectat: dolorem medicinæ, ſpes ſalu-
tis mitigat. qui deſiderat nucleū, nucem frā-
gat. Similiter is pœnitentiam agat, qui uult
adeſſe bono. Præconia Chriſti narrare poſ-
ſunt, qui ad palmam indulgentię meruerunt
peruenire: unde poſt pœnitentiam prædica
tores eliguntur. Credite euāgelio. niſi enim
credideritis, non intelligitis. Non ſunt bona
opa, ut ſit fides: ſed fides p̄cedit ut ſequantur Iſa. 7. iu-
bona opa. Sine fide eñ impoſſibile ē placere xta. lxx.
deo. Regno terreno ſuccedit paupertas: pau Heb. 11.
pertati uero Chriſtianorum regnum ſempi
ternum. Vnde illud: Regnum meum non ē
de hoc mūdo. Omnis enim honor terrenus, Iohā. 18.
ſpuma, fumus, ſomnus eſt.

Caput XIX.

Ambulās aūt Ieſus iuxta ma
re Galilęæ, uidit duos fra-
tres, Simonē qui uocat Pe-
trus, & Andream fratrem eius, mittē
tes rete in mare. Erāt eñ piſcatores.

M. $\frac{8}{II.}$ R. 10 L. 12

ET ait illis: Venite poſt me, & faciam uos fieri piſcatores hominum. At illi cōtinuo relictis retibus, ſecuti ſunt eum.

Hilarius Ex eorum arte, futuri officij opus proditur. Vt enim piſces è mari, ita homines e ſeculo in locum ſuperiorem, id eſt, in lumen

Hierony. cæleſtis habitaculi protrahendi ſunt. Prius aūt mittuntur piſcatores & illiterati ad prædicandum, ut fides in uirtute dei credatur eſſe, nō in eloquentia.

M. Quia uero ſcriptura nō dicit, relictis omnibus: ſed ſolū, relictis retibus ſecuti ſunt eum: indicium eſt, quod adhuc uolebant redire ad ſua, & fortaſsis ad eadem retia rediere. M. 22. vi. R. II.

ET procedēs inde, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohānem fratrem eius, in naui cū Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua. & uocauit eos. Illi autē ſtatim relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. L. 21.

FActum eſt autem, cum turbæ irruerent in eum, ut audirent uerbum dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnū Geneſareth.

Beda. Stagnum Geneſareth idem dicunt eſſe quod mare Galilęę, uel mare Tiberiadis: ſed mare Galilææ, ab adiacente prouincia eſt dictum: mare Tiberiadis, à ciuitate proxima. Porro Geneſar græco uocabulo, quaſi generans ſibi auram dicitur, à proprietate lacus illius: quia criſpantibus aquis de ſe frequentes auras excitat. Aqua quidem dulcis ē, ſed hebrææ linguæ conſuetudine, omnis aquarum congregatio, ſiue dulcis, ſiue ſalſa, mare nūcupatur. Qui lacus interfluente Iordane, centum quadraginta ſtadijs in longitudinem, & quadraginta extenditur in latitudinem. Quia ergo ſtagnum ſiue mare, præſens ſeculum deſignat, dominus ſecus mare ſtat, poſtquam ſtabilitatem perpetuæ quietis adijt, deuicta mortalitate labentis uitæ. Turbarum conuentus, gentium in fide con-

Iſai. 2. currentiū typus eſt, de quibus Iſaias ait: Et fluēt ad eū oēs gentes, & ibunt populi multi, & dicēt: Venite, aſcendamus in mōtem dñi.

Et uidit duas naues ſecus ſtagnum.

Duæ naues, circumciſio ſunt & præputiū: quas Ieſus uidit, quia de utroq; populo qui ſunt eius, nouit: & miſericorditer ad futuræ uitæ tranquillitatem, quaſi ad littus, ꝑuehit.

Piſcatores autem deſcenderāt, & lauabant retia.

Piſcatores ſunt doctores, qui nos retibus fidei comprehenſos, & de profundo ad lumen elatos, terrę uiuentium quaſi littori aduehunt. Quaſi enim retia ſunt, complexæ dictiones prædicantium, retinentes eos in fide q̄s capiūt. Retia nanq; quaſi retinentia, ſunt uocata. Hæc retia modo laxātur in capturā, modo lota plicantur: quia nunc exercenda eſt doctoris lingua, nūc ſuimet cura gerēda.

Aſcendens autem in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere puſillum: & ſedens, docebat de nauicula turbas.

Nauis Simonis, eſt eccleſia primitiua, de qua Paulus ait: Qui operatus ē Petro in apo- Gala. 2.
ſtolatu circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gētes. una dicta, quia multitudinis cre- Actu. 4.
dentium erat cor unum & anima una. De q̄ docebat turbas, quia autoritate ipſius eccleſia docet uſq; hodie gentes.

L. 10. ix. A. 219. & 222.

VT ceſſauit autē loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia ueſtra in capturam.

Quod Simonē rogauit nauem à terra reducere puſillum, ſignificat uel tēperate utendum uerbo ad turbas, ne in profunda ſacramentorum tantum eatur, ut auditores non intelligāt: uel prius in proximis regionibus prædicandum, ut quod dicitur, duc in altū, ad remotiores gētes ꝑtineat, quibus poſtea prædicatum eſt. Iohannes Chryſoſtomus: M.
Habemus pro naue eccleſiam, pro gubernaculis crucem, pro gubernatore Chriſtum, pro reti patrem, pro uēto ſpiritumſanctum, pro uelo gratiam, pro nautis apoſtolos, pro nauigantibus prophetas, pro mari uetus teſtamētum & nouum. Committamus ergo nos pelagi huius profundo, ad perquirendā in diuinis ſcripturis margaritam latentem.

Et reſpondens Simon, dixit illi: Pręceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in uerbo autē tuo laxabo rete.

Niſi dominus cor illuſtrauerit auditorū, Beda.
doctor in nocte laborat. Niſi in ſuperna gratia laxatæ fuerint diſputationes, fruſtra prędicator iaculatur uoces: quia fides non uerbi ſapientia prouenit, ſed munere diuino.

Et cum hoc feciſſent, cōcluſerunt pi

ſcium multitudinem copioſam. Rūpebatur autem rete eorum.

Rete rumpebatur, quia nunc ad confeſſionē fidei tot cū electis etiam reprobi intrāt, ita ut hæreſibus eccleſiam ſcindant. Rumpitur rete, ſed non labitur piſcis: quia ſuos dominus etiam inter perſequentium ſcandala ſeruat.

Et annuerunt ſociis qui erāt in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos.

Alia nauis, eſt eccleſia de gētibus: quia de Iudæa non ſunt tot crediturі, quot ad uitam æternam ſunt prædeſtinati. Rete enim rumpitur in eccleſia circuncisionis, quoniam Iudas proditor & Simō magus, piſces nequiſſimi, & Ananias & Sapphira, & multi alii abierunt retro, antequam Barnabas & Paulus ad gentium apoſtolatum fuerint ſegregati.

Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut mergerentur.

Hæc impletio uſq; ad finem ſeculi creſcit. Merguntur, hoc eſt, in ſubmerſione premūtur: nō enim ſunt ſubmerſæ, ſed periclitatæ.
2.Tim.3. Vnde Apoſtolus: In nouiſſimis diebus erūt tēpora periculoſa, & homines ſeipſos amantes. Mergi ergo naues, eſt homines in ſeculum relabi, quos Petrus adhuc in infirmitate poſitus, demonſtrat his uerbis. L. 5/x.

QVod cum uideret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi a me, quia homo peccator ſum domine. Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant, in captura piſciū quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erāt ſocii Simonis.

Carnales in eccleſia, regimen ſpiritualiū in quibus maxime Chriſti perſona eminet, à ſe quodammodo repellunt, nō lingua, ſed moribus & actione, timētes nō poſſe pari regimen eorū: & tn̄ eos maxime honorāt, licet ab eis moribus & factis diſſentiāt. Honorificentiā ſignificauit Petrus, cadēs ad pedes domini: mores autē diſſimiles in eo quod ait, Exi à me, quia hō peccator ſum dn̄e. Dn̄s tn̄ non receſſit ab eo: qđ ſignificat, ſpirituales uiros non debere commoueri peccatis turbarum, ut deſerant munus eccleſiaſticum.

L. 5/ii. M. 21. R. 10.

ET ait ad Simonē Ieſus: Noli timere. Ex hoc iā hoīes eris capiens.

Carnales confortādi ſunt à ſpūalibus, ne de conſcientia culpæ ſuæ timentes, & aliorū innocentia ſtupentes, ſanctitatis iter formident aggredi. Qđ aūt ſequit, Ex hoc iā hoīes eris capiens: ad Petrū ſpecialiter ptinet, cui dn̄s exponit, q̄d captura piſciū ſignificabat capturam hominum per eum. A. 18/x.

ET crediderunt in eum diſcipuli eius. L. 5/ii. M. 21. R. 10.

Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus, ſecuti ſunt illum.

Multa reliquerunt, q in hoc ſeculo nihil amare ſtuderunt. In his docemur Chriſtum ſequi, & ſecularis uitæ ſolicitudine, ac paternæ domus cōſuetudine nō teneri. Nota q̄ uiſo miraculo de captura piſciū, tanquā firmius credētes, qui uocabātur, nō ſolū retibus, ſed & omnibus relictis, ſecuti ſunt Ieſum ad permanendū cū illo. Naues aūt idcirco ſubduxerunt ad terrā, licet non poſtea redituri ad ꝓpria: ut ſic cautius ſeruarentur ad uſum, q̄uſq; in alicuius poſſeſſionē trāſirent. Decebat enim apoſtolos, quos deus formā ueræ religionis toti mundo cōſtituebat, nō ſuperbe, nō minus caute mundū contēnere, qđ legimus philoſophos feciſſe. Crates enī Thebanus, ut ait Hieron. ad Iouinianū, proiecto in mare non paruo auri pondere: Abite, inquit, peſſum malæ cupiditatis, ego uos mergam, ne ipſe mergar à uobis.

Grego. Hilarius M.

Cratetis apophthegma, ſed non undē quaq; nobile.

M. 71/ii. R. 31. L. 28. Caput XX.

ET cum tranſiret inde Ieſus, uidit hominem ſedētem ad telonium, Matthęum nomine. & ait illi: Sequere me. & ſurgēs, relictis omnibus, ſecutus eſt eum.

Telos græce, latine uectigal noīatur. Ad teloniū. i. ad curā diſpenſationemq́; uectigaliū ſedebat, pertinaciter lucris inhians Matthęus, qui & Leui dictus eſt. Binomius enim fuit. Intelligēs Matthęus quid ſit, dn̄m ueraciter ſequi, i. imitari: ſequit eū nō tā greſſu, q̄ affectu. Religt enim ꝓpria, q rapere ſolebat aliena: & contēpſit periculum quod ei eueni re poterat à principibus, q̄ uectigaliū rōnes incōpoſitas reliquiſſet. Oſ̄ditur itaq; in Matthęo qui publicanus erat, nulliū de ſalute debere deſperare, ſi cōuertatur. Publicani nāq; uocantur, q uel publice* ſceleribus fœdātur, uel publicis implicantur negociis, quæ ſine peccato aut uix aut nullatenus poſſunt adminiſtrari. A. 24/x.

Beda in Marcum

Beda in Lucam.

Beda in homil.

* ſecularibus.

POſt hæc uenit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam terrā, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.

A. 25/iii. M. 7. L. 6.

ERat autẽ & Iohannes baptizans in Aenõ iuxta Salim, quia aquę multæ erant illic. Et adueniebant et baptizabantur. A. 24/iiii. M. 18. R. 5.

NOndum enim miſſus fuerat in carcerem Iohannes.

Auguſt. Aenon, locus eſt ubi aquæ abundant. Salim uero oppidum eſt iuxta Iordanem ſitũ,
Gene.14. ubi olim Melchiſedec regnauit. Si Iohãnes nullum baptizaſſet pręter dñm, diceretur q̃d melior fuiſſet eius baptiſmus baptiſmo dñi, qui multos baptizauit. A. 27/x.

FActa eſt ergo quæſtio ex diſcipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione.

Mittebat Iohannes ad Chriſtũ baptizari qui ueniebant ad eum, non mittebantur ad Iohannem, uenientes ad Chriſtum: & inde turbati ſunt diſcipuli Iohannis.

Et uenerunt ad Iohannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimoniũ perhibuiſti, ecce hic baptizat, & om̃es ueniunt ad eum. Reſpondit Iohãnes & dixit: Non poteſt hõ accipere quicquam, niſi ei fuerit datum de cælo. A. 28/i. M. 11. R. 4. L. 10.

IPſi uos mihi teſtimoniũ ꝑhibetis q̃d dixerim, ego nõ ſum Chriſtus, ſed quia miſſus ſum añ illũ. A. 29/x.

QVi habet ſponſam, ſponſus eſt. Amicus autem ſpõſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem ſponſi.

Stat, qui ſe humiliat. Vide Iohannẽ ſtantem. Non ſum, inquit, dignus corrigiam calceamenti eius ſoluere. Omnis eccleſia uirgo appellata eſt. Diuerſa enim dona dei ſunt, ut qui caſtitatem non habet corporis, caſtitatẽ habeat animæ. Quæ autem eſt mentis uirginitas? Integra fides, ſolida ſpes, ſyncera charitas. De caſtitate eccleſię ait Apoſtolus: De
2.Cor.11. ſponſaui enim uos uni uiro, uirginem caſtã exhibere Chriſto. Sponſa ergo eſt eccleſia, ſpõſus, Chriſtus: amicus ſpõſi, Iohannes ſtãs in fide Chriſti, & audiens (.i. intelligẽs) & eõ plens uocẽ (.i. præcepta) ſponſi. Vnde dicit:

Hoc ergo gaudiũ meũ impletũ ẽ. Illum oportet creſcere, me aũt minui.

Hoc eſt, illum oportet dare, me aũt accipere. Illũ oportet glorificari, me aũt cõfiteri. Fama em̃ Chriſti creuit, poſtq̃ à mortuis reſurrexit. Fama Iohannis minuta eſt, poſtq̃ creditus ẽ nõ fuiſſe Chriſtus ut putabatur. Cui rei atteſtaꝛ, q̃d Iohannes natus ẽ decreſcẽtibꝰ diebus, Chriſtus creſcẽtibus: & q̃d Iohãnes capite minuiꝛ, Chriſtus in cruce exaltatur. Albinus. M. Albinus.

Qui de ſurſum uenit, ſupra oẽs eſt. Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur. qui de cælo uenit, ſupra omnes eſt. & quod uidit & audiuit, hoc teſtatur. Et teſtimonium eius nemo accipit.

Probat quod nõ põt hõ accipere quicquã, niſi ei fuerit datũ de cælo. Qui eſt de terra.i. terrenus: de terra eſt, & de terra loq̃tur, hoc eſt, & terrenus eſt, & terrena ſapit ac dicit. Et nemo talis.i. terrenus perſiſtens, accipit teſtimoniũ filij dei. Animalis enim hõ non percipit ea quæ dei ſunt. Hinc ẽ q̃d Paulus ait: Primus hõ de terra terrenus. Qualis terrenus, tales & terreni.i. mortales à mortali, & pœnæ inobediẽtiæ dãnati, niſi gratia cæli remediũ ſit contra. Hãc quippe dãnationẽ paulopoſt uocat euangeliſta irã dei ſuper incredulos manentẽ. Quod dr̃, qui de cęlo uenit: exponit illud, q de ſurſum uenit: ut per ſurſum intelligatur cælum. Qui de cælo uenit in mũdum. Vnde Pſalmiſta: A ſummo cælo egreſſio eius. quod in hymno ſic explanaꝛ, Egreſſus eius à patre. ſuper oẽs ẽ, utpote cæleſtis, patri æq̃lis. Et quia cæleſtis ẽ, uera & cęleſtia docet. Et hoc eſt quod ſequiꝛ: Et quod uidit, cui oĩa nuda & aperta ſunt, hoc teſtatur. Sed quia uidere quodãmõ à nobis procedit, audimus aũt ab alijs: ut intelligas filiũ uidere à patre, à quo habet id ip̃m quod ẽ, ideo ſic determinat: Quod uidit.i. cognouit: & audiuit, hoc eſt, à patre intellexit, hoc teſtatur. M. 1.Cor.2. 1.Cor.15. Pſal.18.

Qui accipit eius teſtimoniũ, ſignauit quia deus uerax eſt.

Signauit, hoc eſt, ſignum poſuit ipſe Chriſtus in corde eius, quaſi ſingulare & ſpeciale aliquid, ſe eſſe deum uerum, qui miſſus eſt nobis à patre deo. Vnde ſequitur: Albinus

Quẽ em̃ miſit deꝰ, uerba dei loq̃tur. Nõ enim ad menſurã dat deus ſpm̃.

Hominibus ad mẽſuram dat deus ſpiritũ, ut ait Apoſt. Alij quidẽ daꝛ per ſpiritum ſermo ſapiẽtiæ, alij ſermo ſciẽtiæ ſecundũ eundem ſpiritũ, alij fides in eodẽ ſpiritu, &c. Vnico autẽ filio incarnato dat non ad mẽſuram, Auguſt. 1.Cor.12.

M. q̃re non niſi uerba dei loquitur. Qualis ergo
ipſe cæleſtis eſt, tales ab eo cæleſtes fiunt. i.
per obedientẽ obediẽtes, per immortalẽ im
mortales. Inde eſt quod ſequitur. A. 15/x.

QVi credit in filium, habet uitã
æternam. Qui autem incredu-
lus eſt filio, non uidebit uitam, ſed
ira dei manet ſuper eũ. Vt ergo co-
gnouit Ieſus quia audierunt phari-
ſæi, quia Ieſus plures diſcipulos fa-
cit & baptizat q̃ Iohãnes, quanq̃ Ie
ſus nõ baptizaret, ſed diſcipuli eius.

A. 8/vii. M. 26.

ET q̃d Iohãnes tradit⁹ eẽt, reliq̃t
Iudęam, & abiit iterũ in Galilęã.

Auguſt. Auguſtinus Seleucianæ famulæ dei in ea
epiſtola, Lectis literis tuis de ſalute ueſtra:
Vtrunq; de domino ſcriptum eſt, & quia ba
ptizabat plus quàm Iohãnes, & quia ipſe nõ
baptizabat, ſed diſcipuli eius: ut intelligere-
mus & ipſum quidem baptizaſſe præſentia
maieſtatis, non tamen manibus ſuis, ipſius
enim erat baptiſmi ſacramentum: & ad diſci
pulos pertinere miniſterium. Reliquit dñs
Iudæam, in qua phariſęi increduli, quorũ cõ
ſilio Iohãnes captus eſt, qui etiam cogitabãt
eum perſequi propter baptiſma ipſius quod
creſcebat, & quia per doctrinam eius, legem
intelligebant euacuari. Paucis itaq; de Iuda
ico populo electis, reliquit incredulos, legis
Heb. 7. literam ſequentes, quæ neminem ad perfe-
ctum duxit: & abijt in Galilæam, id eſt, ſpiri
tualem ipſius literæ intelligentiam.

M. 12/iiii. R. 1. A. 26.

Hic alij inchoant 21. caput.

CVm autem audiſſet quod Iohã
nes traditus eſſet, ſeceſſit in Ga
lilęam. M. 13/vii. A. 17. Cap. XXI.

ET relicta ciuitate Naza-
reth, uenit & habitauit in
Capharnaum maritima in
finibus Zabulon & Nephthali: ut
Iſaie. 9. impleretur, quod dictum eſt per Iſa
iam prophetam: Terra Zabulon &
terra Nephthali, uia maris trans Ior
danẽ Galilęę gentiũ. Populus qui
ſedebat in tenebris, uidit lucẽ ma-
gnã. Et ſedentibus in regione & in
umbra mortis, lux orta eſt eis.

Prædicauit in finibus Zabulon & Ne-
phthali, ubi prima captiuitas Iſrael fuerat ab
Aſſyrijs. & ex his duabus tribub⁹ nõnullos
uocauit apoſtolos: unde in pſalmo, Principes Pſal. 67.
Zabulon, & principes Nephthali. Terrã Za
bulon intellige Galilæã, quæ eſt circa Tibe-
riadem & ſtagnũ Genezareth, & hęc uia ma
ris eſt, cũ ſit iuxta ſtagnum. Terra uero in q̃
tribus Nephthali uicina Tyrijs, Galilæa gẽ
tiũ dicta eſt, poſt quã Salomõ in ea uiginti ci 3. Reg. 9.
uitates dedit Hirã regi Tyri de ſorte tribus
Nephthali. Sic ergo lege: Terra Nephthali
Galilææ gentiũ, hoc eſt, quæ eſt in Galilæa,
uel quæ eſt ipſa Galilæa gentiũ, & quæ ẽ uia
maris ultra Iordanẽ, uidit lucẽ. Populus q ſe
debat in tenebris pctõrũ, eſt gẽtilis populus,
de quo Iſaias prophetauit, quia uideret lucẽ Iſaie. 9.
magnã. i. crederet in Chriſtũ qui lux eſt mũ
di. Idolorũ cultus & qualibet peſſima opera Iohã. 8.
ſunt umbra mortis, quia ſignificant aiæ mor
tem, ſicut umbra ſignificat aliquod corpus.
M. 23/i. R. 27. L. 41. A. 46. Cap. XXII.

ET circuibat Ieſus totam
Galilæam, docens in ſy-
nagogis eorum, & præ-
dicans euangelium re-
gni, & ſanans omnem languorẽ &
omnem infirmitatem in populo.

Profert ſe factis Ieſus, ut quẽ in propheta Hilarius.
rũ uoluminibus ſoliti erãt legere, p̃ſentẽ ope
ribus cõtuerentur. Circuit, ut doceat, docto Rabanus
rem eſſe expeditũ & nõ acceptorẽ perſona-
rum. Languor eſt diuturnus morbus, infir- H.
mitas quælibet uel momentanea.

Et abiit opinio eius in totam Syriã,
& obtulerunt ei oẽs male habentes
uariis languoribus & tormentis cõ
prehenſos, & qui dęmonia habebãt,
& lunaticos, & paralyticos, & cura-
uit eos. & ſecutæ ſunt eũ turbę mul
tæ de Galilæa et decapoli, et Hiero
ſolymis et Iudæa, et de trãs Iordanẽ.

Abijt opinio eius. i. fama per totam Syriã.
Syria eſt oïs regio ab Euphrate uſq; ad mare
magnũ, à Cappadocia uſq; in Aegyptũ, cõti
nens inter alias prouincias Palæſtinã in qua
Iudæi habitãt. Tormenta dicit, acutas paſſio
nes, nõ diuturnas. Lunatici proprie ſunt, qui
non ſemper ſenſum amittũt, ſed aliqñ per lu
nationes unde dæmones lunaria tẽpora ob-
ſeruare facientes, creaturã infamare cupie-
bant. Paralytici ſunt cõtracti, uel mẽbris diſ
ſoluti. Decapolis, eſt quædam regio decẽ ur
bium. De trãs Iordanem. i. de loco qui eſt ul
tra Iordanem fluuium. L. 18/viii. R. 19.

ET detinebant illũ ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibꝰ oportet me euãgelizare regnũ dei, quia ideo miſſus ſum.

M. [illegible]

ET cum uidiſſet turbas, aſcendit in montem. Et cum ſediſſet, uocauit ad ſe quos uoluit ipſe. Et uenerunt ad eum, & fecit ut eſſent duodecim cum illo, quos & apoſtolos nominauit.

L. [illegible] M. [illegible] R. [illegible]

SImonem quẽ cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum Zebedęi & Iohannem fratrem Iacobi, quibus impoſuit nomina Boanerges. quod ẽ, filij tonitrui. Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomã, Iacobum Alphæi, & Simonem qui uocatur Zelotes, Iudam Iacobi & Iudam Scarioth, qui fuit proditor.

Ad montana conſcendit, ut turbas ad altiora traheret. Sed turbis aſcendere nõ ualentibus, ſequuntur diſcipuli. Quiqus ſedens loquitur: non enim intelligerent illum loquẽtem in maieſtate ſua. Veruntamen probabile eſt, turbas quodammõ à longe ſecutas fuiſſe & ſermonẽ quẽ Matthæus & Lucas diuerſe narrant, audiſſe cum diſcipulis in aliqua planitie lateris montis, poſtquam dominus in monte illos elegit. & forte tunc etiam multa eis dixit, quæ ſcripta non habemus. Quod ſi quis affirmare contendat, Matthæum & Lucam non unum, ſed duos retuliſſe ſermones, nil tamen prohibet, in hoc opere iuxta regulas præoccupandi ſeu recapitulandi colligi eos in unum. Mons iſte, eſt uel Thabor, uel alius mõs in Galilæa. Mons ſignificat maiora præcepta. ſedere, pertinet ad dignitatẽ magiſtri. Vocauit quos uoluit, quia non erat illorum ſtudij, ſed diuinæ gratiæ, ut in apoſtolatum uocarentur. Vnde illud: Nõ uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos. Fecit quod eſſent duodecim, ut quadratum orbem fide ſanctæ trinitatis inſigniret, & ſalutẽ quã p̃dicarẽt, ſuo quoq; numero cõmendarent. Sicut enim ſeptenario, ſic & duodenario numero ſignat̃ p̃fectio: ꝓpter partes ſeptenarij, quæ in ſe multiplicatæ, reddũt duodecim. Horũ figura fuere duodecim filij Iacob, duodecim principes plebis Iſrael, duodecim lapides in ueſte ſacerdotis, duodecim fontes repti in Helim, duodecim panes ꝓpoſitiõis, duodecim exploratores à Moyſe miſſi, duodecim lapides altaris, duodecim lapides de Iordane eleuati, duodecim boues ſub mari æneo, duodecim ſtellæ in corona ſponſæ, duodecim fundamenta, duodecim portæ ciuitatis. Multis quoq; alijs figuris prænotati ſunt apoſtoli ad diſpenſanda diuina myſteria. Notandum quod ſcriptura nõ ſolum duodecim appellat apoſtolos, ſed & omnes qui à deo miſſi ſunt prædicare. Apoſtoli enĩ græce, latine miſſi dicuntur. Vnde dominus alibi: Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Apoſtolorũ paria iuga non tam carne quàm ſpiritu conſociantur. Petrus eſt cognomentum, ad diſtinctionem Simonis Chananæi. Filij Zebedęi, in Marco boanerges, ex firmitate & magnitudine fidei nominati ſunt: q̃rum ſublime meritum, in monte meretur audire tonitruum patris, per nubem de filio tonantis: hic eſt filius meus dilectus. Iacobus Alphęi eſt, qui frater domini nominatur: q̃a Maria uxor Alphæi, ſoror fuit Mariæ matris domini. Simon Chananæus, à uico Galilææ qui dicitur Chana, In Luca ſcribitur Zelotes. Thaddæus à Luca Iudas Iacobi dicit̃: & alibi Lebbæus, quia trinomius fuit. Iſte Iudas fuit frater Iacobi fratris domini, & Ioſeph & Simonis. Vnde & ipſi fratres domini uocabantur. Iudas Schariothes, uel à uico in quo ortus eſt, uel à tribu Iſachar uocabulum ſumpſit, ut quodam uaticinio in condemnationem ſui natus ſit. Iſachar enim interpretatur merces, ut ſignificetur precium ꝓditionis. Hic prouide inter apoſtolos eligitur, quia magna eſt ueritas, quam nec aduerſarius miniſter infirmat. M. [illegible] L. [illegible]

Hierony. — M. Matt. 5. Luce. 6. — Auguſt. — Beda. — Iohã. 15. — Rabanus — Gen. 35. 42. — Ioſ. 3. — Exod. 23. — Exod. 15. — Num. 33. — Exo. 25. — Num. 13. — Exo. 24. — Ioſ. 4. — 3. Reg. 7. — Apo. 12. — Apo. 21. — Beda. — Iohã. 20. — Hieron. — Beda. — Mat. 17. — Marc. 9. — Luc. 6. — Matt. 10. — Gen. 30.

ET acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et eleuatis oculis in eos, aperiens os ſuũ, docebat eos, dicẽs:

M. [illegible] L. [illegible]

BEati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Diſcipuli à diſcendo ſunt uocati. In eos dominus oculos leuat, ut qui intenta cordis aure uerbum percipiũt, latius ſaporis intimi lumen accipiant, & audita patenter intelligãt. Hi enim ſunt montes in altitudine montis, ab illo q ſpecialiter eſt mons mõtiũ, & ſctũs ſanctorũ, ſuſcipiẽtes pacẽ populo in cordibus ſuis ſcriptã. Sic & Moyſes legẽ ſpũaliter intelligẽs, in uertice mõtis in q̃ deus loque- Exod. 19.

batur ei per angelum, ſuſcepit illam, ſed in la
pidibus ſcriptam. Illa enim ſeruis, iſta filijs
Hilarius dara eſt. Os ſuum dicitur aperire, qui in celſi
tudine paternæ maieſtatis poſitus, cæleſtis
uitæ pręcepta docebat. ut ad motum ſpiritus
eloquentis, oſtendatur officium oris huma-
ni obediſſe. Hic enim aperuit os proprium,
qui in lege ueteri aperiebat ora prophetarũ.
Apertio quoque oris, ſignificat ſermonem
August. domini prolixum eſſe. Pauperes ſunt, qui
Hieron. uoluntate ſunt pauperes pro deo, non coa-
August. ctione inopiæ. Pauperes ſunt humiles, quos
ſpiritus ſuperbiæ non inflat. Bene incipit, q̃a
initium ſapientiæ timor domini, ſicut initiũ
Pſal. 110. peccati eſt ſuperbia. Pauperes pro Chriſto
Pro. 1. 9. à peccatis abſtinent, ſeculum calcant, illece-
Eccl. 1. broſa non quærunt: & ita merito perhiben-
Eccl. 10. tur digni cæleſtis regni, quia delectationis
Beda. humanæ ſunt cupiditate nudati, ut prophe-
ta dicens: Ego uerò egenus & pauper ſum.
Pſal. 69. Et alibi, Mihi autem adhærere deo bonum
Pſal. 72. eſt, ponere in domino deo ſpem meam.

M. 27. x.

Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

Caßiod. Manſueti dicuntur, quaſi manu conſueti,
hoc eſt, tolerantes iniurias, non reddentes
malum pro malo. Mites uero ſunt, qui nulla
furoris accenſione turbantur, ſed in lenitate
Hilarius. animi iugiter perſeuerant. Mitibus pollicet
dominus hæreditatem terræ uiuentium, ubi
nullus moritur, id eſt, quale habitaculum cor-
poris ipſe reſurgens aſſumpſit: quia ſi per
manſuetudinem mentis noſtræ habitauerit
Chriſtus in nobis, nos quoq; clarificati glo-
ria corporis eius ueſtiemur.

M. 27. L. 48.

Beati qui lugent, quoniã ipſi conſolabuntur.

Beda. Lugentibus non temporalia damna, ſed
peccata ſua & uirtutum ſpiritualium detri-
menta, flentibus ſcilicet de præſenti miſeria
ac de dilatione bonorum, conſolatio præpa
ratur æterna. Non autem noſtra ſolum, ſed
& proximi iubemur commiſſa deflere. Sic
Luce. 19. enim dominus ſuper peccatricem ciuitatem
Johan. 11. fleuit ruituram, & ſuper Lazarum quẽ ſuſci
tauit, mœſtis ſororibus eius compaſſus.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi ſaturabuntur.

August. Eſurientes & ſitientes iuſtitiam, ſaturabũ
tur gloria dei, & aqua fontis ſalientis in uitã
Beda. æternam. Hic aperte inſtituimur, nunquam
nos ſatis iuſtos æſtimare debere: ſed quoti-
dianum iuſtitiæ profectum ſemper amare.
Eſt enim eſurire & ſitire iuſtitiam, uehemen Pſal. 16.
ter appetere eam. Hinc Pſalmiſta: Ego autẽ
cum iuſtitia apparebo in conſpectu tuo, ſati
abor, cũ apparuerit gloria tua. M. 27. x.

Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Miſericordes ſunt, q̃ in quibuſlibet ſub- Hilarius.
ueniunt miſeris, quorum beneuolo affectu
ad omnes intantum deus delectatur, ut miſe
ricordiam ſuam ſit eis præſtaturus.

Beati mundo corde, quoniã ipſi deum uidebunt.

Non exterioribus oculis, ſed corde uide- August.
bit deus, ſicut alibi ſcriptum eſt, In ſimplci- de uerbis
tate cordis quærite illum. Hoc eſt enim mũ- domini.
dum cor, quod ſimplex. Et quemadmodum Sapi. 1.
lumen hoc uideri non poteſt niſi oculis mũ
dis, ita nec deus niſi per munditiam cordis,
quod non arguit conſcientia peccati, ſed tẽ-
plum dei ſanctum eſt.

Beati pacifici, quoniam filii dei uocabuntur.

Vtiq; filij ſimilitudinem patris habere de-
bent. Vnde filij dei omnes animi ſui motus
ſubijcientes rationi, in ſemetipſis pacifici eẽ
debent ſicut deus. Et hæc eſt pax quæ datur Luce. 2.
in terra hominibus bonæ uoluntatis.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorũ eſt regnum cælorum.

Quicunq; propter deum prædictis ſeptẽ M.
uirtutibus pollent, beati erunt, ſi perſeuera-
uerint. Inuitat itaq; octaua ſententia ad per-
ſeuerantiam, quæcunq; tribulationes emer-
gant. Bene octaua ſententia mouet ad mar-
tyrium, in quo uera circuncisio eſt ab omni
peccato: quia octaua die Iudæi circuncide-
bantur, in ſignum ueræ circuncisionis. Aſſi-
gnatis ſeptẽ gradibus perfectionis congruit
ſpiritus ſancti ſeptiformis operatio. Nam ti- August.
mor cõgruit hominibus, pietas mitibus, ſci-
entia lugentibus, fortitudo eſurientibus &
ſitientibus, conſilium miſericordibus, intel-
lectus mundis corde, ſapientia pacificis. Pau August.
peres enim ſpiritu, id eſt, non inflati, non al- de uerbis
ta ſapientes, timent ne poſt hanc uitam per- domini.
gãt ad pœnas. Inde uenitur ad ſcientiam di-
uinæ ſcripturæ, ubi animam oportet ſe mitẽ
præbere pietate, ne efficiatur indocilis per ui
cacibus concertationibus. In tertio gradu in
quo ſciẽtia eſt, lugetur amiſſio ſummi boni.
In quarto gradu, in quo eſuritur iuſtitia, ne-
ceſſaria eſt fortitudo: quia non relinquitur
ſine dolore, quod retinetur cum delectatio-

ne.In quinto gradu datur laborantibus cua
dendi conſilium: quia niſi quiſq; adiuuetur
à ſuperiore, non eſt idoneus ut ſe à miſerijs
expediat.Iuſtum ergo conſilium eſt, ut qui
ſe a potentiore uult adiuuari, adiuuet infir-
miorem.In ſexto gradu eſt cordis munditia
de conſcientia bonorum operum, ualens cō
templari ſummū bonum intellectu ſereno.
In ſeptimo gradu eſt ipſa ſapientia,id eſt,cō
templatio ueritatis, ſuſcipiēs ſimilitudinem
dei in filiatione pacificationis. Septem igi-
tur gradus ſunt,qui perfectum faciunt,qua-
re unum præmium quod eſt regnum cælo-
rum, uarie nominatum eſt. Octauum uero,
id eſt,perſeuerantia, perfectum probat atq;
clarificat.Hæc autem differentia eſt inter ſe-
ptem dona ſpiritusſancti,& ſeptem præno-
minatas uirtutes.quæ dona ſunt primi motus
in corde originesq; uirtutum. uirtutes ue-
ro ſunt effectus donorum, & habitus animi
iam confirmati.Dona dicuntur etiam ſpiri-
Apoca.1. tus,ut in Apocalypſi uidit Iohannes ſeptem
ſpiritus diſcurrentes ante thronum dei.Spi-
ritus dicuntur,id eſt,inſpirationes quæ præ-
cedunt uirtutes, & ſunt dona ſolummodo,
non merita.uirtutes ſunt & dona & merita,
In illis eñ operatur deus ſine nobis, in iſtis
Pſal. 110. operatur nobiſcum. Ex timore igitur qui ē
initium ſapientiæ,naſcitur humilitas. Sic de
cæteris.

M. ℣. L. 49

BEati eſtis cum maledixerint uo
bis L. & oderint uos homines.
M. & perſecuti fuerint,& dixerint
omne malum aduerſum uos menti-
entes, L. & cum ſeparauerint uos
& exprobrauerint & eiecerint no-
men ueſtrum tanquam malum pro-
pter filium hominis.

Generales proponit ſententias, non ſolū
præſentibus,ſed abſentibus & futuris conue
nientes.Nec intereſt quod ſermonē conuer
tit,ſuperius dicens: Quoniam ipſorū eſt re-
gnum cælorū,& hic ſubiungens, Beati eſtis
& cætera. Maledicent uobis præſentialiter,
& dicent omne malum in abſentia ueſtri mē
tientes. Perſequi,eſt uim inferre uel inſidijs
appetere.Separabunt uos,excludendo à ſy-
Iohā.16. nagogis.Vnde alibi: Extra ſynagogas faci-
ent uos.Nomen ueſtrum dicit nomen Chri
ſtianorum,quod ſæpe eiectum fuit à genti-
bus & Iudæis,nulla alia cauſa niſi propter fi-
lium hominis.

Gaudete in illa die & exultate,quo-
niam merces ueſtra copioſa eſt in
cælis.

Hoc dicitur illis,qui ibant gaudentes à cō Actu.5.
ſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt
pro nomine Ieſu contumeliam pati. Multa
enim merces in cælis eſt multa patientibus
in terris propter iuſtitiam.

Sic enim perſecuti fuerunt prophe-
tas,qui fuerunt ante uos,patres eo-
rum.

Exemplo prophetarum confortat illos.
quia uera dicentes,ſolent perſecutionem pa
ti: nec tamen ideo prophetæ defecerunt à
prædicatione. L. ℣.

Caput XXIII.

VEruntamen uæ uobis di-
uitibus,quia habetis conſo
lationem ueſtram.

Cum ſupra regnum cælorum pauperum Beda.
eſſe dicatur, ex oppoſito apparet quod ab
hoc regno ſe alienat,qui conſolationē quæ-
rit in temporalibus. Non enim diuitiæ,ſed
amor diuitiarum in culpa eſt,ut Eccleſiaſtes
ait: Qui amat diuitias, fructus non capiet ex Eccēs.5
eis,hoc ē, qui neſcit erogare pauperi,carebit
in poſterum.Et alibi legimus: Beatus diues Ecci.31.
qui inuentus ē ſine macula, qui poſt aurū nō
abijt, nec ſperauit in pecunia & theſauris.

Væ uobis qui ſaturati eſtis, quia
eſurietis.

Saturatus erat diues purpuratus,epulans Luce.16.
quotidie ſplendide: ſed dirum uę ſuſtinebat,
quando de Lazari digito quem deſpexerat,
guttam aquæ quærebat. Vtiq; ſi beati ſunt
ſemper, eſurientes iuſtitiam: infelices ſunt,
nullam ueri boni patientes famem.

Væ uobis qui ridetis nunc,quia lu
gebitis & flebitis.

Hinc Salomon ait: Riſus dolore miſcebi- Prou.14
tur,& extrema gaudij luctus occupat.Et ite-
rum: Cor ſapientium ubi triſtitia eſt, & cor Eccēs.7.
ſtultorum ubi lætitia eſt. L. ℣.

VAe cū benedixerint uobis oēs
homines.

Hoc Pſalmiſta deplorat ita: Quoniam lau Pſalm.9.
datur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, &
iniquus benedicitur.Cui non minima pœ-
næ pars eſt, non modo ſua ſcelera nō argui,
ſed inſuper quaſi bene geſta laudari. Ipſa
enim peccati nutrix adulatio,ſic in culpa ar-

dentibus ſolet adminiſtrare fomentum, ſicut flammis oleum. Et quomodo pauperes eſurientes & flentes, malorum improbitate probantur, ita uacantes diuitiis & epulis & riſui, male obſequentium clientela maiorem ad pœnam fouentur.

Secundum hæc enim faciebāt prophetis patres eorum.

Pſeudoprophetas ſignificat, captātes uulgi fauorem, quaſi futura præloquentes. Vn-
Ieze.13. de Iezechiel: Væ prophetis inſipientibus, q
ſequũtur ſpiritum ſuum, & nihil uident.

Sed uobis dico qui auditis.

M. [illegible] R. 102. L. 81.

Caput XXIIII.

Vos eſtis ſal terræ.

Apoſtoli condientes genus humanum, merito ſal terræ ſunt nuncupati per uirtutem doctrinæ modo ſaliendi, reſeruantes corpora æternitati. Sal enim cibos condit, carnes ſiccat. & prædicatio, à uermibus & putredine uitiorum illæſam ſeruat ſuo creatori humanam naturam.

Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum ualet ultra, niſi ut proiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Quia homo conuerſioni ſubiacet, & ſolus
beatus eſt, qui uſq; in finem perſeuerauerit,
ideo apoſtoli monētur in uirtute traditæ ſi-
bi poteſtatis perſiſtere, ne accepti ſaporis
ſenſu amiſſo, uiuificare corrupta nō poſſint,
& de eccleſia proiecti, conculcentur ab ho-
M. minibus, id eſt, uiles habeantur ab homini-
Beda. bus, ſicut aliquid conculcatum. Si ſal euanu-
erit, id eſt, ſi doctor cōdimento ueritatis re-
fectus, ad apoſtaſiam redierit, quo alio cor-
rigetur? Hinc eſt illud cuiuſdam ſapientis.
Eccl.12. Quis medebitur incantatori ſerpente con-
cuſſo? Qua ſententia Iudæ ſocios, ipſumq;
Matt.26. deſignari non immerito credas, qui philar-
Luca.22. gyria uictus, dñm tradere nō dubitauit. Sic
ut ſal infatuatum cum ad condiendos cibos
ualere deſierit, nullo iam uſui aptum erit. ne-
Luca.14 que terræ, ut Lucas ait, quam germinare ꝓhibet: neq; ſterquilinio, quod agriculturam
fœcundare non ſinit: ſic qui recedit ab agni-
tione ueritatis, nec fructum boni operis fer-
re, nec alios excolere ualet: ſed ab eccleſia eiji-
citur, & in hæc uerba irridetur. Hic homo
Luc.14. cœpit ædificare, & non potuit conſumma-
Hierony. re. Legimus urbes quaſdam ira uictorum ſa
Iudi.9. le ſeminatas, ut nullum in ipſis germen ori-
retur. Itaq; ſal interdum obeſt. & niſi condi-
at, ad nihilum ualet. Sic ſal ſapientiæ ſine pa- Beda.
ce, non uirtutis eſt donum, ſed damnationis
augmentum. Inexcuſabiliter enim merebiť
ſupplicium, qui ſi uoluiſſet, potuiſſet uitare
pctm̄. Ideo Marcus ait: Habete in uobis ſalē Marc.9.
& pacem inter uos. M. [illegible] R. 19. L. 111.

Caput XXV.

Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montē poſita. Neq; accendunt lucernā, & ponunt eam ſub modio, neque ſub lecto: neq; in loco abſcōdito, neque ſub uaſe, ſed ſuper cādelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideāt ueſtra bona opera, & glorificēt patrem neſtrum qui eſt in cælis.

Fidutiam prædicandi docet, ne apoſtoli
abſcondant ob metū, & ſint ſimiles lucernæ
ſub modio, ſed tota libertate ſe prodant, ut
ſimiles ſint ciuitati ſupra montem poſitæ, et
lucernæ ardenti ſuper cādelabrū. Inde itaq; Rabanus
ſunt lux mundi, quia illuminati à Chriſto, lu
cem fidei & ſcientiæ patenter uerbo & exē-
plo miniſtrant, quocunq; inceſſerint, non ſu
am, ſed dei gloriā quærentes. Myſtice mons M.
intelligitur Chriſtus, ciuitas apoſtoli, leges Ephe.2.
cæli ſuſcipientes: unde & nos facti ſumus ci
ues apoſtolorum & domeſtici dei. Chriſtus
lucernam accendit, dum teſtā humanæ natu Beda.
ræ flamma ſuæ diuinitatis impleuit. Quā lu M.
cernã quotidie boni doctores accēdūt aliis
.i. accenſam liberè ꝑdicant. Lucernā ſuppo-
nere modio, eſt intra unius Iudææ gētis ter-
minos uerbū fidei cohiberi. Modiū neutri
generis, ē uas in quo mēſuratur. Modius ma
ſculini generis, eſt illud ꝗd menſurať, ſiue ſit
annona, ſiue uinum. Itaq; lex ſolis Iudæis cer
tum modum obſeruantiæ menſurās, digne
modio cōparatur. Vaſis noīe uel lecti, deſi- Beda.
gnať caro in qua aīa quieſcit. Qui ergo amo
re præſentis illecebræ occultat uerbum dei,
quaſi ſub lecto lucernam operit, quia ei con-
cupiſcentias carnis præponit. In loco abſcō
dito lucernam ponit, qui ueteris legis um-
bram (id eſt, obſeruantias) luci euangelicæ
miſcere laborat. Qui autem metu carnali oc
cultat uerbum, ipſam carnem præponit ma-
nifeſtationi ueritatis, & ita eam quaſi ſub ua
ſe tegit, dum prædicare trepidat. Supra can
delabrum ponit lucernam, qui corpus ſuum

miniſterio dei ſubijcit, ut ſuperior ſit prędi-
catio ueritatis, & inferior ſeruitus corporis.
1. Cor. 9. Vnde Paulus: Caſtigo corpus meum, & ſer-
M. uituti ſubijcio. Vel ſupra candelabrū (id eſt,
ſuper eccleſiam, in qua ſeptiformis gratia ſpi
ritus lucet) lucernā ponere, eſt, incarnatum
uerbum tanquam eccleſiæ caput prędicare:
ut luceat non ſolum Iudæis ſub modio legis,
ſed & omnibus q̃ ſunt in domo, id eſt, eccle
Beda. ſia uel in mundo. Ideoque credentium fron
tibus ſignū fidei ſolet affigi, ut qui eccleſiam
uoluerit ingredi, lumē ueritatis palam queat
intueri. M. ꝁ.

NOlite putare quoniā ueni ſolue
re legem aut prophetas. non ue
ni ſoluere, ſed adimplere.

Hiero. Prophetata de ſe cōpleuit: & quę ꝓpter in-
firmitatē audientiū antea imperfecta uel mi-
nus intellecta fuerāt, apuit. Ad hoc reſpōdet
q̃d ei poſſet dici: Nūquid dices q̃d cōtra legē
ſit? Non, inq̃t. Nō ueni ſoluere .i. deſtruere.
M. Nota quia impleri legē à Chriſto, fuit, eam
ceſſare & opera eius euacuari. Promiſſiones
ſiquidem prophetiæ Chriſtus ceſſare fecit,
cum promiſſa obtulit. Figuras quoque le-
gis nihilominus terminauit, quādo res figu-
Mat. 11. ratas ſuccedere inſtituit. Inde eſt illud: Vſq;
ad Iohannem lex & prophetæ: ſubaudis, fi-
gurant & promittunt, ſed extunc in antea fi
gurata & promiſſa ſuccedunt. Moralia etiā
pręcepta ceſſant ſecūdum imperfectionem
quam prius habebāt, cum additur quod per
fectum eſt. ut ibi. Ego autem dico uobis, Di
ligite inimicos ueſtros. Videns itaque Moy
ſes Chriſtum legis finem & conſummationē
futurum, ac melioris teſtamenti fore mini-
Deu. 18. ſtrū. pręcepit, nihil excipiens, audiri eū per
Iere. 31. omnia cum diceret: Prophetā ſuſcitabit uo-
Heb. 8. bis deus, ipſum audite. De eodem Ieremias:
Ecce dies uenięt, dicit dominus, & conſum-
mabo ſuper domū Iſrael & ſuper domū Iu-
da teſtamentū nouū, non ſecundum teſtamē
tum quod feci patribus eorum, cum educe-
rē eos de terra Aegypti. Et dabo leges meas
in mente eorum, & in corde eorum ſuperſcri
bam eas: & ero eis in deum, & ipſi erunt mihi
in populum. M. ꝟ. L ꝥ.

AMē quippe dico uobis, donec
tranſeat cælum & terra, iota u-
num aut unus apex nō præteribit ex
lege, donec omnia fiant.

Aug. Amen nec Græcum eſt, nec Latinum, ſed
Hebræum, & interpretatur uerum. ſed ideo
nec gręcus nec latinus auſus eſt interpretari,
ut pro, amen dico uobis: diceret, uerum dico
uobis, ne uileſceret nudatum. Ioth uel iota, M.
dicitur minima litera linguæ hebrææ & eti-
am gręcę, ſicut apud nos minima litera dicit
I. Vnus apex, eſt unus ductus literæ in ſum-
mum, ſicut in b uel d, uel titula una. Tale
eſt ergo quod dicit, Donec omnia fiant, ſub-
audis quę de me ſcripta ſunt, non ſuperfluet
aliqua literarum figura, nec pars figuræ in le
ge antequam tranſeat cælum & terra. Oſtē- Hiero.
ditur itaque quod etiam quę minima putan-
tur in lege, ſacramentis ſpiritualibus plena
ſunt, & omnia in euangelio recapitulantur.
Proteſtatur etiam dominus facilius maxima Beda.
mundi elementa tranſire, quàm minima le- Luc. 16.
gis dicta. De figura hui⁹ mundi eſt dictum,
quia trāſibit, non de materia. Vnde alibi: Cę 2. Pet. 3.
los nouos & terrā nouam & promiſſa ipſius
expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Myſti
ce, mādata minima ſignificantur per unum Amb.
iota & unum apicem M ꝁ.

QVi ergo ſoluerit unum de man
datis iſtis minimis, & docuerit
ſic homines, minimus uocabitur in
regno cęlorꝫ. Qui autem fecerit &
docuerit, hic magnus uocabitur in
regno cęlorum.

Quia de lege nihil præteribit ſuperuaca- M.
neum, ergo qui ſoluerit unum de mandatis
etiā minimis iſtis, id eſt, legis. & docuerit ſic,
id eſt, ſecundū id quod ſoluit, non ſecūdum
id quod ego doceo & ipſe legit: minimus uo
cabitur in regno cælorū, ubi niſi magni eſſe
non poſſunt, id eſt, ciues cæleſtes deſpectiſſi
mum reputabūt eum, licet hic elatus ſit. No- Hiero.
tat phariſæos qui contēptis mandatis dei, ꝓ-
prias traditiones ſtatuebant. Qui autem fe- Amb.
cerit & docuerit ſicut ego dicturus ſum, hic
magnus erit in cælis, licet hic ſit abiectus.
Magni quoque erunt, & ſi non adeo magni, M.
qui faciunt & non docent. factores enim
legis iuſtificabuntur apud deum. Qui uero
minima mandata ſoluunt, ſiue bene doceant,
ſiue nec bene nec male, parui iudicabuntur,
utpote damnatione digni, ſed non prorſus
minimi. Denique nil prodeſt docere iuſtiti-
am, quā minima culpa deſtruit. Vel ita: Re- Hiero.
gnū cælorū eſt eccleſia, in qua regnant cæ- M.
li, id eſt, iuſti qui enarrant gloriam dei. & in Pſal. 18.
ea minimus uocatur, mādatū ſoluēs, licet do
cuerit ſic hoies ſicut ego: quia cuius uita de-
ſpicitur, reſtat ut & prędicatio cōtemnatur.
Dico autem uobis, quia niſi abunda
uerit iuſtitia ueſtra pluſquā ſcriba-
rū & phariſęorum, non intrabitis in

ritualia refugere cogimur, ut quod dictum
eſt, uade prius reconciliari fratri tuo, ſine ab
ſurditate poſſit intelligi. Nos ſumus tem-
pliū, altare ē fides interior. Cum ergo in cor
de noſtro deo uolumus offerre orationē, ſi
in aliquo læſimus fratrem, pergendū eſt nō
pedibus corporis, ſed motibus animi ad re-
conciliationem. Si autem præſens ſit, reuocā
dus eſt in gratiam, poſtulando ueniam, ſi pri
us hoc coram deo feceris

ESto cōſentiens aduerſario tuo ci
to dum es in uia cum eo, ne forte
tradat te aduerſarius iudici, & iudex
tradat te miniſtro, & in carcerē mit-
taris. Amen dico tibi, nō exies inde
donec reddas nouiſſimū quadrātem.

Hiero. Loco conſentiens, habent græci, εὐνοῶν,
quod interpretatur beneuolus aut benign⁹
Dum currimus in uia huius ſeculi, quia licet
adhuc operari, admonemur habere pacē cū
omnibus hōibus quantum ex nobis eſt. Ne
Aug. tradat te aduerſarius iudici, id eſt, ne cauſa
ſit ut puniendus tradaris in manus Chriſti,
Ioh. 5. cui pater omne iudicium dedit. Angelicum
agmen dicit miniſtrum, uenturum cū eo ad
Hila. iudicium. Carcerem dicit tenebras exterio-
res. Quadrans genus nummi eſt, qui habet
Mar. 12. duo minuta. Vnde cū unus Euāgeliſta uiduā
Luc. 21. dicat miſiſſe q̄drantē in corbanā, & alius duo
minuta, non eſt contrarium. Senſus eſt, Do-
nec etiā minima peccata perſoluas, non egre
Aug. dieris de carcere. In nouiſſimo quadrāte in-
telligiť nihil remanere impunitū: ſicut ſole-
mus dicere, uſq; ad fecem, cum uolumus ex-
primere aliquid ita exactū, ut nihil relinqua-
tur. Vel per quadrantē poſſunt intelligi ter-
rena peccata: terra enim, quartū elementum
eſt à cælo. Donec quod hic ponitur, tale eſt
Pſal. 109. quale illud, Sede à dextris meis, donec ponā
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorū. Non
ergo hic finē pœnæ ſignificat, ſed ſemper ſol
uere nouiſſimum quadrantem. & nunq̄ per-
ſolues, quia non eſt ibi locus ueniæ. Vel ali-
Beda. ter: Aduerſarius in uia, eſt ſermo domini, cō
trarius noſtræ carnalitati in hac uita. A quo
ille liberatur, qui præceptis eius ſubditur. Iu
dex eſt Chriſtus, qui repugnantē ſermoni-
bus eius tradet exactori, id ē, diabolo. Diabo
lus uero mittet eum in carcerem, id eſt, in in-
fernum, qui in hoc eſt miniſter eius, ut cru-
ciet animas in inferno uſq; ad diem iudicij, &
deinde inferni ignis cruciabit pariter dæmo
M. nes atq; animas in corporibus. Ad literā, ita
bene poteſt intelligi hoc capitulum: Dum es
in uia, hoc eſt, dum uadis ad iudicium cū in-
iuria, conſenti aduerſario tuo qui iuſtam cau
ſam habet contra te, ne inde mittaris in carce
rem, & reddas ibi cruciatus quicquid abſtu-
liſti, uſq; ad nouiſſimum quadrantem.

Capvt XXVIII.

AVdiſtis quia dictū eſt an
tiquis, Non mœchaberis.
Ego autē dico uobis, quo
niam omnis qui uiderit mulierem ad
concupiſcendum eam, iam mœchatus
eſt eam in corde ſuo.

Præternmiſſis legis operibus prohibetur Hila.
animi motus ad concupiſcendum, ſic ſupe-
riora prohibent animi motum ad nocendū.
Aperte enim ueritas oſtendit, quia etiā ſolo
uiſu cum turpiter concupiſcimus, adulteriū
perpetratur. Quod uero lex præcipit, nō con M.
piſces uxorem proximi tui, putabant imple- Exo. 20
re Iudæi, dum alienam non raperent uxorē.
Inter paſſionem & propaſſionem hoc inter- Hieron.
eſt, quod paſſio reputatur in uitiū, propaſſio
in initio culpæ, non tamen in crimine. Ergo
titillatus in mulierē, propaſſione percuſſus
eſt. Si uero de cogitatione in affectum cordis
tranſierit, ut ait Dauid, tranſierunt in affectū Pſal. 72.
cordis, de ꝓpaſſione tranſiuit in paſſionē, q̄a
non deeſt ei uoluntas peccandi, ſed occaſio.
& ita in corde ſuo mœchatur. Non enim Aug.
dixit dominus, qui concupierit mulierē, ſed
qui uiderit mulierē ad cōcupiſcēdum eā: id
eſt, hoc fine ut eam cōcupiſcat, & ſi facultas
detur, in ea ſatietur. Suggeſtione, delectatio
ne, conſenſu, impletur peccatum. Suggeſtio
fit per memoriam, ſiue per ſenſus corporis.
A ſerpente fuit ſuggeſtio in appetitu carnali
tanquam in Eua delectatio, in ratione tan-
quam in uiro conſenſio. Delectatio ante cō-
ſenſionē uel nulla eſt, uel tam tenuis, ut pro-
pe nulla ſit ſine conſenſu. Qui ſi in factū pro-
ceſſerit, ſaturatur. ſed poſteā cū ſuggeſtio re
petitur, maior accēditur delectatio. Sicut tri
bus gradibus ad peccatū peruenitur, ita pec-
cati tres ſunt differentiæ: in corde, in facto, in
conſuetudine, tāquam tres mortes. Vna qua
ſi in domo, altera quaſi extra portam, tertia
quaſi in ſepulchro. Nomine mœchātis om̄is
carnalis concupiſcentia debet intelligi, quā-
do anima relicta ſuperiori lege, turpi uolupta
te inferiorum proſtituta corrumpitur. Qui Grego.
enim eo affectu concupiſcit innuptam, quod 21. lib. in
etiam ſi nupta eſſet, nihilominus ea uteretur, Iob.
ſi poſſet: iam adulter eſt, quod græco uerbo
mœchus dicitur.

Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eũ & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unũ mẽbrorum tuorum, quàm totũ corpus tuum mittatur in gehennã. Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abcide eã & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unũ mẽbrorum tuorũ, quã totũ corpus tuũ eat in gehennã.

Quia concupiſcentia efficientiæ comparatur, damnũ corporis ocioſum eſſet, relicto uoluntatis inſtructu. Igitur in oculo & dextera, monſtratur affectus quorumlibet amicorum: Quos à nobis truncare debemus, ſi nos à deo arcere uolũt: ne dũ eos lucrari uolumus, ipſi cum eis pereamus. Quicquid ergo diligis tantum quantum dexterum oculum, qui charior eſt tibi quã ſiniſter: ſi te impedit ad beatitudinem, proijce abs te, ne ſimul tres in gehennam. Vel conſiliarius tuus intelligitur oculus tuus dexter, qui in diuinis te docet. Illum etiam reſpue, ſi in aliquã hæreſim te conatur inducere. Dextra manus eſt, adiutor & miniſter in diuinis operibus. Totum corpus tuum, intellige te & amicos tibi famulantes, ſicut membra inuicem ſibi ſeruientia, unũ corpus ſunt in quouis homine.

Vel ita: Quia de cõcupiſcentia mulieris dixerat, cogitationem & ſenſum ad diuerſa uolitantem, oculum nuncupauit, per dexteram accipit initium uoluntatis ad effectum. Iſta quidem quaſi membra animæ, dicuntur dextera cõparatione corporis, cuius fragilitate procliuiores ſumus ad peccandũ. Sunt etiã qui per oculum dextrum, contemplationis ſtudium accipiunt: per dexterã manũ, & actiuæ uitæ occupationem. Cui ergo expedit, de altero tranſeat ad alterum.

Hila. — Augu. — M. — Hiero. — M.

Caput. XXIX.

Dictum eſt autẽ, quicunq; dimiſerit uxorem ſuã, det ei libellum repudij. Ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiſerit uxorẽ ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eã mœchari. Et q dimiſſã duxerit, adulterat.

Moyſes dari iuſſit libellum repudij propter duritiam maritorum, non cõcedens diſſidium, ſed auferens homicidium. Multo enim melius eſt, licet lugubrẽ, euenire diſcordiã, quàm per odiũ ſanguinem fundi. Vnde dominus alibi de hoc interrogatus, reſpondit: Hoc Moyſes propter duritiam ueſtram fecit. Quantumuis enim durus eſſet cui diſpliceret uxor, cum cogitaret libello repudij dato, iam ſine periculo eam poſſe alteri nubere, temeraria iracundiam facile temperaret, ut & uxorem nullatenus occideret, & uel abijcere uel penitus omitteret uel differret. Qui ergo dimittendi moram quæſiuit, ſignificauit ſe nolle diſſidium. Videtur quia libellus inter cætera, cauſas repudij & licentiam nubendi alteri continebat: cum dominus opera legis extendens, omnes moleſtias, excepta cauſa fornicatiõis, pro fide cõiugij ſuſtineri iubeat, & adulteræ ſecũdo uiro nubere prohibeat. Quod ſi quis talem duxerit, priore uiro uiuente, ſub adulterij crimine ſit. Propterea in cauſa fornicatiõis licet dimittere uxorẽ: quia illa primo eſſe uxor noluit, quæ fidem marito nõ ſeruauit. Et quia ſcriptura dicit, Qui adulteram tenet, ſtultus & impius eſt. Quiſquis tamen cauſa fornicationis uult abijcere uxorem, prior debet eſſe à fornicatione purgatus. Hieronymus Oceano in illa epiſtola, Plures anni ſunt: Præcepit dominus uxorem non debere dimitti, excepta cauſa fornicatiõis: & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam. Quicquid uiris iubetur, hoc conſequenter redundat ad fœminas. Neque enim adultera uxor dimittenda eſt, & uir mœchus tenẽdus. Aliæ ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti. Apud illos in uiris pudicitiæ frena laxant. apud nos quod non licet fœminis, æque non licet uiris: & eadem ſeruitus pari cõditione cẽſetur. Et cum ſcriptum ſit, perdidiſti omnem qui fornicatur abs te: non eſt fornicatio tantum ſtupri, ſed generaliter quæ à lege dei aberrare facit. Igitur ſi ſacrificare idolis aliquẽ cogat uxor, uel alijs ſceleribus communicare, cauſa huiuſmodi fornicationis utiq; dimittenda eſt, iuxta illud: Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum & proijce abs te. Si uero uxor non conatur uiri criminibus applicare, non eſt abijcienda ilhuiuſmodi fornicationis cauſa. Coniugium enim bonũ naturale eſt, quod diffunditur inter omnes, etiam inter infideles. Inde eſt illud Iohãnis ad Herodem: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Adulterium enim erat, ut ait Iohannes Chryſoſtomus ſuper illum locum. Philippus nanq; frater Herodis, maritus Herodiadis erat, & gener patris eius Aretæ regis, ut Hieronymus ibidem aſſerit. Quod etiam inter fidelem & infidelem coniugiũ ſit, docet Apoſtolus dicẽs: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Eſt autem coniugium uiri & fœminæ fœderatio legitima, per quã licet eis ad uſum car-

Mat. 19. — Aug. — Prouer. — Pſal. 72. — M — Mar. 6. — 1.Co. 7.

nis permiſceri, ſecundum diuinas & huma-
nas leges. Nota in coniugio ſanctæ trinitatis
ueſtigium. Eſt enim uir principiũ, unde mu
lier. utrunq; principiũ, unde procedit & ter-
tium. Coniugium inſtitutum eſt in paradi-
ſo ante peccatum ad officium procreandi,
poſt peccatum uero, etiam remedium eſt ad
euitandam fornicationem. Quod autẽ legis
tempore licebat uni multas habere uxores,
ut populus dei augeretur contigit: ſed nunc
minime licet, quia populus dei iam auct' eſt.
Num. 36. Tunc etiam præceptum erat, ut unuſquiſq; de
tribu ſua uxorem duceret, ne tribus permiſce
rentur, & ne tranſiret poſſeſſio unius in poſ-
ſeſſionem alterius, quia terra per tribus di-
uiſa erat. Nunc autem inſtitutum eſt ab eccle
ſia, ut non de ſua, ſed de aliena ꝓſapia uxorẽ
quis ducat, ut augeatur charitas: quia per uxo-
rẽ quam quis ducit, totã illius progeniẽ ma-
gis diligit. Coniugium uero facit manifeſtus
cõſenſus legitimarũ perſonarũ. Multa quip
pe ſunt quæ coniugium impediunt, ut cogna
tio, publicum uotum, ſacri ordines in eccle-
ſia latina, impotentia reddendi carnalis debi
ti. Hæc uero ꝓueniunt infirmitate, uel defectu
membrorum, ſeu frigiditate naturæ. Coniu-
gij bona ſunt, fides, ſpes prolis, ſacramentũ.
fides thori ẽ uinculũ pudicitiæ, id eſt, pactio
coniugalis, qua neutri licet ante mortem al-
terius alij cõmiſceri. In ſpe ꝓlis eſt, ut ſuſce-
ptus filius religioſe educetur. Sacramẽtũ eſt
Chriſti & eccleſiæ, quia ſicut uxor unius ui
ri, & uir unius uxoris eſt, ſic Chriſtus unius
ſponſæ (id eſt, eccleſiæ) ſponſus eſt, & eccle
ſia unius ſponſi (id eſt, Chriſti) ſponſa eſt.

Caput XXX.

AVdiſtis qa dictũ eſt anti-
quis, Non peierabis, red
des aũt dño iuramẽta tua.
Ego autem dico uobis, nõ
iurare omnino, neq; per cęlum, quia
thronus dei eſt: neque per terram,
quia ſcabellum eſt pedum eius: ne
que per Hieroſolymam quia ciuitas
eſt magni regis. Neque per caput tu
um iurabis, quia non potes unum ca
pillum album facere aut nigrum. Sit
autem ſermo ueſter, eſt eſt, non non.
Quod autem his abundantius eſt,
a malo eſt.

Hiero. In lege præceptum eſt, non iurari niſi
Deu. 6. per deum. non quod bonum ſit, ſed ne Iudæ
peſſima conſuetudine iurãtes per creaturas, Exo. 23.
crederent eas uenerandas. Euangelium autẽ
non recipit iuramentum, cum omnis fidelis
ſermo pro iureiurando ſit. Nõ eſt hoc con- Aug.
trariũ Apoſtolo, qui ſępe iurauit, dicens: Ec- Gal. 1. &
ce corã deo, qm non mentior, & qui eſt bñdi- 2. Cor. 11.
ctus in ſecula, ſcit qa non mẽtior, niſi quis di-
cat nõ eſſe iurationẽ, qa non dixit p deũ neq;
per aliqd. Quæ defenſio ridiculoſa eſt. Iura-
uit etiã dicẽs: Quotidie morior per gloriam 1. Cor. 15
uſam. Dñs ꝑcepit non iurare niſi neceſſitate, *uẽ ꝑpter
ut cũ uidens hoies pigri ad credendũ. Vide
non dixit, malũ eſt, ſed à malo, id eſt, ſi coge-
ris iurare, de neceſſitate infirmitatis eorũ qui
bus aliquid ſuades, uenit. Tu enim non peccas,
qui bñ uteris iuratiõe, quę quis bona non ſit,
tñ eſt neceſſaria: ſed ille peccat, cuius infir-
mitate tu iurare cogeris. Neq; per cælũ. Hoc Hila.
addidit, ſuperſtitionẽ ueteris cõtumaciæ con-
demnans. Erat enim Iudæis religio, iurare noi-
bus cæli & terræ, Ieruſalẽ & capitis ſui, qbus
in dei contumeliã ueneratione iurando de-
ferebãt. Quid enim momẽti erat, iurare p cælũ
ſedem dei, per terrã ſcabellũ pedũ eius, p Ie-
ruſalẽ urbẽ, ob inſolẽtiã & pctã inhabitãtiũ
in breui deſtruẽdã, cũ præſertim in præfor-
mationẽ eccleſię quæ magni regis ẽ ciuitas,
eſſet conſtituta? Vetat itaq; ne aliqua cauſa Raba.
nos inducat iurare p creaturas. Cælum thro-
nus dei dicitur, quia celſitudine nec non pul- Isa. 66.
chritudine ſua ſanctas aĩas ſignificat, in qui- 1. Cor. 2.
bus de' iudicat. Spũalis enim iudicat oia, & à ne
mine iudicatur. Terra uero ſcabellũ pedũ eius
nũcupatur, qa myſtice ſignificat pctores, qui p
iuſtitiã in infimis ordinantur, & ſub lege puni
untur. Sacramẽti cõſuetudinẽ remouens, uitæ
nřæ negocia in ueritate cõſtituit: & abiecto
fallẽdi affectu, ſimplicitatẽ loquẽdi ꝑſcribit:
ut qđ eſt, eſſe: quod nõ eſt, non eſſe dicamus.
Tunc eſt enim ſermo noſter, eſt eſt, non nõ, Hi.
cũ gemina ueritate cordis & oris affirmam'
uel negamus. Caput XXXI.

AVdiſtis quia dictum eſt,
oculum pro oculo, & dẽ
tem pro dente. Ego autẽ
dico uobis, non reſiſtere malo.

IN lege eſt retributio, in euãgelio gratia. Hiero.
Quia iudæi modũ excedebãt in uindicta, Exo. 21.
ideo conceſſũ eſt eis, ut ſi omnino cõdonare Leui. 24
nollent malefactoribus ſuis, ſaltẽ æqualitatẽ Deu. 19.
attẽderẽt ibi & non exceſſum, ſcilicet u. pro mẽ
bro ablato ſimile mẽbrũ acciperẽt de inimi-
co. In euangelio aũt non debemus reſiſtere
malo, id eſt, p malũ, ſed in bono uincere ma-
lum. Nec iſtud eſt cõtrariũ iudicibus præci- Ro. 12.

pientibus ſuſpendi latrones, ſi ſolam iuſtitiã ibi attendant, & non odium uel aliquod ſibi cõmodum. Aequũ eſt enim ut recipiat quiſq; quod fecerit, ſed quia ulciſcendi libido uitioſa eſt, hoc diſcernere & uindicare deo iudicibusq; ſuis reſeruandũ eſt.

M. ✠ L. ✠

SEd ſi quis te percuſſerit in dextrã maxillã tuã, pbe ei & alterã.

Beda. Medicus animarum quos ad curandos proximos inſtruit, omnia quæ ad ſalutem proximorum ualere poſſunt, tolerare præcipit. Et pertinet ad miſericordiam, ut tanq̃ filijs ægrotantibus & phreneticis, ſi ſalus illorũ id exigat, multa patiantur donec infirmitas tranſeat. M. Quid tam mirum, quàm percutiẽti maxillam præbere? Nõne omnis indignãtis impetus frangitur, ira ſedatur, & per patientiam ille inuitatur ad pœnitentiam? Hiero. Secũdum myſticos intellectus, iubemur præbere alteram dexteram: iuſtus enim ſiniſtram nõ habet. Si nos hæreticus in diſputatione percuſſerit, & dextrum dogma *uulnerare uoluerit, opponatur ei & aliud teſtimoniũ de ſcripturis. Aug. Nobilitas ſecundum deum, eſt dextera: nobilitas autem ſecularis, ſiniſtra. Ergo quicunq; contemnitur propter Chriſtianitatem, non curet contemni ſecundum honores ſeculi.

*uiolare

Et illi qui uult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte & pallium.

Per tunicam & ueſtimentum, accipe oĩa quæ temporaliter poſſidemus. Si enim de neceſſarijs hoc imperatum eſt, quanto magis de ſuperfluis? Magna quæſtio eſt, utrũ hoc etiam de ſeruis accipiendum ſit. Et ſi ab iſto domino accõmmodatius ad deum colendũ regantur, quã à cupienti auferre: neſcio utrũ quiſq̃ audeat dicere eos debere contemni ut ueſtimentum. In Græco eſt pallium, Lucas uero ponit ueſtimẽtum. M. ✠

ET quicũq; te angariauerit mille paſſus, uade cum illo & alia duo.

M. Non ſolum tua, ut deuites altercationem: ſed & te ipſum præbe angarianti, non tã pedibus, quàm animo compaſſionis affectu paratus multo plus ſeruire quàm præceperit. Per mille paſſus, quoniam iter ſabbati ſunt, in quo ſeruilia opera prohibentur, licitum opus intelligimus: quod & millenarius deſignat, qui perfectionem ſignificat. Idcirco dicit mille & duo millia, ut non ſolum corpore, ſed ſpũtu & anima perfecte deo ſeruiamus, manſuete tolerando quæ proximus ex infirmitate intulerit. Hic ea uindicta non phibetur, quæ ad correctionem ualet, ſed huic uindictæ niſi eſt idoneus, non qui odium dilectione ſuperat. Non enim odit pater filium caſtigando.

Qui petit a te, da ei: & uolenti mutuari a te, ne auertaris.

Duo genera beneficij complectit, uel cũ beneuole damus, uel cum redditurо commodamus. Omni autem petẽti te tribue, inquit Lucas. Non dicit om̃ia petenti, ſed illud q̃ iuſte potes tribuẽ. Quod ſi illicita petat, indicanda eſt ei iuſtitia, ne cum inanem dimittas. Itaq; non ſolum de eleemoſynis hoc intelligendum eſt, quia etiam diuites nõ ſemper dare poſſent: ſed de pecunia quæ nunq̃ deficit, id eſt, de ſapientia, quam tãto magis retines, quanto plus eam pro deo petẽtibus diſtribuis. Ergo uolenti mutuari a te ſapientiam ut alios doceat, ne auertaris; quia quod alios docebit per te, tibi reddetur à deo. Beda. Luc. 6. Hiero.

L. ✠ M. ✠

ET qui auferet quę tua ſunt, ne repetas.

De ueſte, fundo, iumento & generaliter omni pecunia, dixit. Docet enim humani iudicij uitanda eſſe arbitria cum damni uoluntate, ut per ſpem futurorum bonorum, ſecularem ſupellectilem contemnentes, inanẽ gentium cupiditatem arguamus. Beda. Hila.

L. ✠ M. ✠

ET prout uultis ut faciant uobis homines, facite illis ſimiliter.

Quia charitas patiens eſt, benigna eſt, nõ tantum inimici iniurias fortiter ſuſtinet, ſed amici quoq; gratiã benigne præuenit, ut beneficijs ad amorem alij trahãtur. Unde nec ait, prout faciunt facite: ſed prout uultis ut faciãt uobis, facite illis. M. ✠ L. ✠ 1. Co. 13.

Caput XXXII.

AUdiſtis quia dictum eſt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego aũt dico uobis, Diligite inimicos ueſtros.

Omnis homo proximus eſſe cenſendus eſt. Multi purãt ſufficere uirtutibus, nõ odiſſe inimicos: ſed eos diligere, humanam naturam non pati. Non uident quia Moyſes, Samuel & Stephanus pro inimicis orabant, & mortuos Dauid planxit inimicos. Nõ uidẽt M. Beda Exo. 32. Num. 21. 1. Re. 15. Act. 7. 2. Re. 1.

quia dominus impoſſibilia non iuſſis. Hoc
1. Cor. 4 Paulus teſtatur, dicens: Maledicimur, & be-
nedicimus: blaſphemamur, & obſecramus.
Benefacite his qui uos oderunt.
Inde Paulus: Si eſurierit inimicus tuus, ciba
Ro. 12. illũ: ſi ſitit, potũ da illi. Noli negare q̃d deus
Pro. 25. nulli negat, quis ſit blaſphemus & impius. Si
Hie. in ne diſcretione omnibus indigentibus ſim-
epiſtola plicitet tribuamus: nõ quærẽtes cui, ſed quia-
ad Ro. re demus. Quiſq; enĩ in quacũq; neceſſitate
moriturũ ſuccurrere põt, ſi nõ fecerit, ocidit.

ET orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui in cęlis eſt.

Aug. Hæc ſcriptura, fiant filij eius pupilli &
Pſal. 108 uxor eius uidua, & quod dominꝰ dicit alibi,
Mat. 11. Væ tibi Capharnaũ & Corozaim: nonſunt
Luc 10. contraria huic, quia non optando, ſed prędi-
cendo huiuſmodi ſcripturæ inueniũtur. Io-
1. Ioh. 5. hannes apoſtolus dicens, ſi quis ſcit peccare
fratrem ſuum peccatum non ad mortem,
poſtulabit & dabit ei deus uitam: aperte
oſtendit, non pro omni fratre orandũ. Ergo
cum dominus pro perſecutoribus orare iu-
beat, patet aliqua peccata fratrum eſſe graui
ora perſecutione inimicorum. Peccatum ad
mortem eſt, cũ Chriſtianus oppugnat Chri
ſtianum aduerſus gratiam dei, & nunquam
pœnitet. Qua propter dominus in cruce ait:
Luc. 23. Pater, ignoſce illis, quia neſciũt quid faciũt;
& beatus Stephanus orat pro eis qui eum la-
Act. 7. pidabant, quia nondum in Chriſtũ credide-
rant. Et propterea credo non orat Apoſto
2. Tim. 4 lus pro Alexãdro, quia iam frater nõ erat, ubi
dicit: Alexander ærarius multa mala mihi
oſtẽdit: reddat illi deus ſecundum opera illi-
us. Hæc differẽtia Iudam à Petro diſtinguit,
non quia pœnitenti nõ ſit ignoſcendum, ne
contra domini ſententiam, qua ſemper ignõ
ſcendum petenti fratri pręcepit, ueniamus;
ſed quia magnitudo peccati miſit eum in de-
ſperationem, cum dixiſſet: Peccaui, tradens
Mat. 27. ſanguinem iuſtum. Quod fortaſſe eſt pecca-
re in ſpiritumſanctum, ſcilicet oppugnare p
inuidiam fraternam charitatem. Quod pec
catum neq; hic, neq; in futuro remittetur.

Qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Probabilius accipiendum eſt hoc de ſole
cõmuni & de pluuia aquæ, quàm de ſole iu-
ſtitiæ & de pluuia doctrinæ ueritatis. Sol enĩ
ſpiritualis niſi oritur non bonis: quod plan
gũt iniq, in libro ſapientiæ Salomonis dicẽ-
Sapi. 5. tes: Sol nõ ortus eſt nobis. M. L.

SI enĩ diligatis eos q̃ uos diligũt, quã mercedẽ habebitis? Nõne & publicani hoc faciũt? L. Et ſi bene feceritis his q bñ uobis faciũt, q̃ uobis ẽ gr̃a? Siqdẽ & pctõres hoc faciũt. Et ſi mutuũ dederitis his a qbꝰ ſperatis recipe, quę gr̃a eſt uobis? Nam & pctõres pctõribꝰ fœnerant, ut recipiãt æqualia. Et ſi ſalutaueritis fratres nr̃os tãtũ, nõne & ethnici hoc faciũt?

Si tales inter ſe natura duce norunt eſſe be Beda.
nefici, quãtum nobis gradus profeſſionis ex
imior neceſſe ẽ, ut cura uirtutis ſit huberior;
quatenus etiam non amantes charitatis ſinu
amplectamur. Peccatores, ſunt ualde iniqui
& grauibus peccatorũ ſarcinis onerati. Ma
gna enim diſtantia eſt inter peccantes & pec
catores, ſicut inter ridentes & irriſores, inter
ſcribentes & ſcriptores: nam etiam iuſti pec
cãt. fœnerantur, hoc eſt, commodant. Salu-
taueritis, id eſt, ſalutem optaueritis. Ethnici
græce, latine dicuntur gentiles. L. M.

VEruntamẽ diligite inimicos ueſtros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes.

Sciendum eſt, quia multi non cauſa nequi Beda
tiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudari timue-
runt. Huic infirmitati diuina medetur auto-
ritas, dicens: Et mutuũ date, nihil inde ſperã
tes, id eſt, non in homine ſpem mercedis figa
tis, ſed in deo, qui uobis reddet quæ illo iube-
te feceritis. Hinc illud eſt: Mutuabit pctõr, & Pſal. 36.
non ſoluet: Iuſtus aũt miſeret, & retribuet.

Et erit merces ueſtra multa, & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.

Vnus filius dei eſt naturaliter, iuſti uero
ſunt eius filij per adoptionem, hæredes quia
dem dei, cohæredes autẽ Chriſti. Quanto er
go excelſius eſt præmiũ, tãto debet impen- Ro. 8.
ſius officiũ eſſe. Benignus eſt altiſſimus deus
ſuper ingratos & malos, uel bona tẽporalia
largiẽdo, uel eos ad cæleſtia inſpirando.

Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt.

Natura dei impaſſibilis eſt. Sicut autẽ ze-
lat ſine aliquo liuore, iraſcit ſine aliqua per- Aug. in
turbatione, pœnitet eum ſine alicuius ſuæ tractatu
prauitatis correptione, ita eſt patiens ſine ul- de patien
la paſſiõe, & miſeret ſine aliquo dolore. tia.

Eſtote ergo uos perfecti, ſicut pater ueſter cæleſtis perfectus eſt.

Sicut ſimilitudinis eſt, non quantitatis. Si illus ergo talis eſt, Prout poteſtis perfecti eſſe, ut quæratis prodeſſe etiam inimicis, quod deum facere manifeſtum eſt.

Caput XXXIII. M.

Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.

Aug. Hoc eſt, non hoc fine iuſtitiã faciatis corã hominibus, ut laudem humanam ab eis quæratis. Alioquin, id eſt, ſi aliter faciatis iuſtitiam, niſi ita ut deus ſingulariter ſit in cauſa, non inde habebitis mercedem apud ipſum. Laus hominum non debet appeti, ſed ſubſequi, ut exemplo inuitet alios ad iuſtitiam, intelligere ieiunium contra concupiſcentiam carnis, eleemoſynam contra concupiſcentiam oculorum, orationem contra ſuperbiam uitæ, de quib⁹ mox ſubdit, q̃ intẽtiõe fieri debẽt.

M. Cum ergo facies eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciũt in ſynagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amẽ dico uobis, receperũt mercedẽ ſuã.

Hiero. Non uirtus, ſed cauſa uirtutis apud deum mercedem habet.

M. At uero hypocritæ quando faciunt eleemoſynam, canunt ante ſe tuba, id eſt, faciunt eam in manifeſtatione, ſicut ille apertum ſignum dat qui tuba canit, ut honorificentur ab hominibus & non à deo.

Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito. Et pater tuus q̃ uidet in abſcõdito, reddet tibi.

Hiero. Merces hypocritarum, eſt laus hominũ.

Augu. Siniſtra ſignificat dilectionem laudis, dextera uero intentionem implendi præcepta dei. Cum ergo imples diuinum præceptum faciendo eleemoſynã uel quodlibet bonum, noli humanam laudem admiſcere. In abſcondito, id eſt, in conſcientia. Si interiora pertinẽt ad dexterã, exteriora ptinent ad ſiniſtrã.

Caput XXXIIII.

Et cũ oratis, nõ eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, ut uideãtur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam.

Raba. Dotet mundo corde eſſe orandũ, ſicut & eleemoſynandum. Hypocrita eſt, qui ſimulat quod non eſt, & repræſentator alterius perſonæ, dum ſub ſpecie boni laudem quærit.

Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuũ: & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito, & pater tuus q uidet in abſcondito, reddet tibi.

Hieron. Cum dicit, intra cubiculum, uanam gloriã iubet fugere. Sed uidet hoc magis eſſe p̃ceptũ, ut incluſa cogitatiõe labiiſq; cõpreſſis oremus, ut de Anna legit in libro Regũ: Labia, inquit, illius tñ mouebant, & uox illius non audiebat.

1.Re.3. Aug. Claudẽdũ eſt oſtiũ, id eſt, carnali ſenſui reſiſtẽdũ.

M. Cubiculũ, eſt ſecretũ cordis, ad quod tũc intramus in oratione, qñ omnia exteriora q̃ ad ſeculũ ptinẽt, per contemplationẽ diuinam q̃ſi nihil reputamus in cõparatiõe gloriæ cœleſtis. Oſtiũ mẽtis, eſt uirtus fortitudinis, q̃ claudẽdũ eſt cõtra ſeculi tumult⁹, & cõtra fauorẽ hũanũ: ne oratio ſecreta impediat, ſed in contemplatione diuina fundatur. Oratio autẽ eſt ſuauis animi eſt compunctione cordis deprecatio. Vel ita: Oratio eſt oris ratio, qua humiliter uota noſtra pandimus, & ab imo pectoris arcano profertur.

M. L.

Orantes autem nolite multũ loqui ſicut ethnici. putãt eñ quia in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit eñ pater ueſter quibus opus ſit uobis, antequàm petatis eum.

Raban. Admonemur orare ad deũ conſciẽtia, non multilogo ſicut ethnici, putantes quod ipſi ita uerbis deũ flectere queant, ſicut oratores iudicẽ. Hic obijcit: Si ſcit deus quibus indigemus, fruſtra ſcienti loquimur.

Hiero. Ad q̃d reſpondemus, nos nõ narratores eſſe, ſed rogatores. Ipſa orõnis intẽtio cor nr̃m ſerenat, capaciusq; efficit ad excipienda diuina munera.

L. Aug.

Tunc dixit unus ex diſcipulis eius ad eũ: Domine, doce nos orare, ſicut Iohãnes docuit diſcipulos ſuos.

M. Mat.2. Vbi Matthæus dicit, tũc Herodes uidens quoniã illuſus eſſet à magis, iratus eſt ualde,

nullum certum tempus definite determinat
ꝑ tunc, ſed tale eſt quod dicit: In illis diebus
contigit Herodem iraſci. Sic ergo prudens
lector exponat tunc, ubicunq; lectio poſtula
bit. M. L.

Et ait illis: Cum oratis, dicite:

PAter noſter qui es in cælis.

Aug. Qui dicit, pater noſter: magnopere
curet, ne tanto patre ſit indignus. Nō poſſunt
uere ac pie dicere nobiles ac diuites, pater no
ſter, niſi cognoſcant ſe eſſe fratres ignobili-
um & pauperum. In cælis, id eſt, in ſanctis &
iuſtis. Cum enim deus ſit ubiq; per diuinita-
tis præſentiam, in ſanctis ſpecialiter eſt per
inhabitantē grām. Cū ad orōnē ſtam⁹, ad orientē
nos cōuertimur: ut admoneat anim⁹ ad naturā
excellentiorē, id eſt, ad deum, ſe cōuertere.

Sanctificetur nomen tuum.

M. Quod ſemper ſanctum eſt, ut omnibus
innoteſcat & in nobis ſanctificetur, oramus.
Nomen dei, notitia de eo eſt manifeſta uiſiōe
in angelis: catholica uero fide in præſenti
eccleſia, dum peregrinat. Cū ergo in notitia
dei ſanctificamur, ut ipſe ſic pater, nos filij, nos
dij ſimiles illi, & ipſe deus deorum: tūc nomē
dei clarificat, & ſanctiſſimū eſſe manifeſtat.

Adueniat regnum tuum.

Hoc eſt, manifeſtetur. Quemadmodum
etiam lux præſens adeſt cæcis & oculos clau
dentibus, ita dei regnum quamuis nunq̄ diſ
cedat à terris, tamen ignorātibus abſens eſt.

Hiero. Vel ita: Adueniat regnum tuum, id eſt, non
Aug. ad regnet in nobis peccatum, ſed tu. Aliter: Cū
Probam dicimus, adueniat regnum tuum, deſiderium
de orādo noſtrum ad futurum regnum excitamus, ut
nobis ueniat, & in eo regnare mereamur.
Nam uelimus nolimus, utiq; adueniet.

Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

Fiat inquam, ut quomō inculpate tibi an-
geli ſeruiunt in cælo, ita & nos in terra tibi
ſeruiamus. Vel ita: Sicut iuſti qui per cælum
intelliguntur, faciunt uoluntatem tuam; ita
etiam peccatores qui per terram intelligun-
tur, faciant eam ad te conuerſi. Non abſurde
etiam accipitur per cælum ſpiritus, per ter-
ram corpus, ut ſicut deo ſpiritus bonus non
reſiſtit, ita corpus non reſiſtat ſpiritui; ne dū
obtendunt caro & ſpiritus, præcepta dei mi
nus implere poſſimus. Vel per cælum acci-
pe Chriſtum ſponſum, per terram, eccleſiā
eius ſponſam; ut ſicut in Chriſto fit patris uo
luntas, ita etiam fiat in eccleſia.

Panem noſtrum ſuperſubſtātialem
L. quotidianum M. da nobis hodie.

Hiero In græco habetur epiuſion, id eſt, ſuper-
ſtantialem, pro quo in hebræo habetur ſor
golla, quod interpretati ſunt, præcipuū uel
egregiū uel peculiarem. Superſubſtantialis
panis eſt ille qui dicit: Ego ſum panis uiuus, Ioh. 6.
qui de cælo deſcendi, qui uidelicet uniuerſas
ſuperat creaturas. Panis quotidianus dictus Aug.
eſt uel neceſſaria ſuſtentatio huius uitæ, uel
ſacramentum corporis Chriſti, aut pro ſpiri
tuali cibo, unde dominus dicit: Ego ſum pa- Ioh. 6.
nis uitæ, qui de cælo deſcendi. Quid horum
trium probabilius ſit, conſideretur. De tem-
poralibus ſuſtentationibus inquit dominus:
Nolite ſoliciti eſſe quid edatis, aut quid indu Luc. 12.
amini. Et cum ait, quærite primum regnum Mat. 6.
dei, & hæc omnia apponētur uobis. non ait, Luc. 18.
deinde iſta quærite, ſed ait, & hæc omnia ap
ponentur uobis, ſcilicet etiam non quærenti-
bus. Quomodo autem non quærat aliquis
qui precatur deum, non uideo. Nunc de ſa-
cramento corporis uideamus. Orientales nō
quotidie cœnæ dominicæ communicant, nec
tamen propterea damnant eos eccleſiarum re
ctores. Sine ſcādalo enī poſſunt hoc facere
uel nō facere, ſicut uel q̄tidie ſumere, uel nō q̄ti
die ſumere. Nō ergo hic panis in illis parti-
bus intelligit quotidian⁹: iā magni pctī cri
mine arguerent, q ex eo quotidie nō accipi-
ūt. Cū uero hæc ita ſint, qs eſt audeat dice-
re, hāc orationem dñi tantummodo dicendā
uſq; ad eam horam, qua corpori dominico cō-
municamus? Non enī iā dicere poterimus,
da nobis hodie quod iam accipimus, aut ite-
rum ultima parte diei ſacramentum illud ce
lebrandum eſt. Reſtat igitur ut panem quo-
tidianum intelligamus ſpūalē, præcepta ſci-
licet diuina, quæ quotidie nos oportet medi
tari & operari: ut illud; Operamini eſcam Ioh. 6.
quæ non corrumpitur. Quotidianus dicitur
iſte cibus, quandiu hæc uita durat. Nā poſt
hanc uitam non erit quotidianus, quia illi
illa uita non ſuccedit dies diei aliqua uolu Heb. 3.
bilitate temporis. Hodie, id eſt, quam diu di
citur hodie. ut illud, Hodie ſi uocē eius audieri
tis. Si quis etiam duo ſuperiora uelit accipe-
re, oportet in coniunctione omnia tria accipian Pſal. 94.
tur: ut ſcilicet quotidianum panem ſimul pe
tamus & neceſſarium corpori & ſacratum,
uiſibilem & inuiſibilem uerbi dei.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut
& nos dimittimus debitoribus nrīs.

Debita dicit peccata. Non ergo hic urge-
tur qs pecuniā dimittere debitoribus, niſi his
q in tātū reddere noliūt, ut inde uelint litigare
ut ſuperius dictū ē: Si qs tibi tunicā tollere Mat. 5.
uoluerit, & iudicio tecū cōtēdere, dimitte illi

cum in hac uita peregrinamur, quamuis conuerſationem habeamus in cælis. Ne igitur tẽtationibus cor duplex fiat, petimus non induci in tentationem per blanda uel aſpera, ut ſic uẽtris ingluuies penitus abijciatur. De uentris ingluuie propagatur inepia lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus. Quia uero ipſa ſapientia non niſi pacatus trãquillusq́; perfruitur, oramus ab omni malo liberari, & præſertim dum uiuimus, à malo luxuriæ. De luxuria generat cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor mali, odium dei, affectus præſentis ſeculi, horror autẽ & deſperatio futuri. Iuxta quod differunt odorare & guſtare, ſentias ſpiritũ intellectus & ſpiritum ſapiẽtie differre. Retrograde etiam adaptãt ſeptem petitiones, ſeptem donis & ſeptem beatitudinibus, ut in timore dei ultima petitio reſpiciat ad primam beatitudinem, in pietate penultima ad ſecundam, & ita de cæte-

August. ad Probã de orando. ris. Quæ libet alia uerba uel præcedẽdo formet affectus orantis ut clareat, uel conſequẽdo attendat ut creſcat: nihil aliud dicimus q̃ quod in dñica oȓone poſitũ eſt, ſi recte & cogruẽter oramus. M. 44/VI. R. 116.

SI enim dimiſeritis hominib9 peccata eorum, dimittet uobis pater ueſter cęleſtis debita ueſtra. Si aũt non dimiſeritis hominibus, nec pater ueſter dimittet uobis pctã uȓa.

Amb. Totius orationis nullus fructus eſt, niſi dimittamus debitoribus noſtris, id eſt, pec-
M. cantibus in nos. Hemo in ſcripturis modo
In ſymb. Athana naturam ſignificat, ut ibi: Anima rationalis & caro, ſunt unus homo. modo fragilitatẽ,
Rom. 9. ſiue culpam fragilitatem, ut ibi: homo, tu q̧s es qui reſpondeas deo? Culpa notatur, ut ibi:
Pſal. 81. Vos autẽ ſicut homines moriemini. Vnde hic dicitur: Si dimiſeritis hominibus, id eſt, peccatoribus, qui ex dijs homines peccando facti ſunt, dimittetur & uobis.

Caput XXXV. M 45.

CVm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritę teſtes. Exterminãt em̃ facies ſuas, ut pareãt hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, quia receperunt mercedem ſuã. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunãs, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito. Et pater tuus qui uidet in abſcõdito, reddet tibi.

Exterminant facies ſuas, id eſt, deformant & q̃ſi extra proprios terminos abducunt, ut pallidi uideantur & triſtes, id eſt, quaſi lugẽtes de peccatis ſuis & aliorum. Vnge caput tuum. Iuxta ritum prouinciæ Palęſtinæ lo- Hiero.
quitur, ubi feſtis diebus ſolebant ungere capita. præcepit ergo, ut ieiunantes lætos nos eſſe mõſtremus. In hoc capitulo animaduer Aug.
tendum eſt, non ſolum eſſe iactantiã in nitore corporum, ſed etiam in ipſis ſordibus. Et quia turpiſſimum eſt ungere caput, ad interiora hoc præceptũ pertinet. Caput ergo ungit, qui mente lætatur atq; ratione, quę recte caput animæ accipitur. Faciem lauat, qui cor mũdat, ut deum uidere poſſit. Qui autem in profeſſione Chriſtiana inuſitato ſqualore ac ſordibus intentos in ſe homines facit ſola uoluntate, nõ neceſſitate, cæteris eius operibus poteſt conijci, qualis fuerit. Vnde dominus præcepit lupos cauendos ſub ouina pelle. Ex fructibus eorũ (inquit) cognoſcetis eos. Mat. 7.
Recte caput animæ mentem accipimus, qua cogitationes reguntur. L 111/X

NOlite timere puſillus grex, q̧a cõplacuit patri ueſtro dare uobis regnum.

Ne diffidatis in eleemoſyna, in oratione, in ieiunio: quia pater complacita bonitate dabit uobis regnum. Gregem electorum nomi Beda
nat puſillum, uel ob comparationem maioris numeri reproborum, uel potius ob humilitatis deuotionem, qua peruenitur ad cæleſte regnum.

L. 112/II M. 194. R. 108.

VEndite quę poſſidetis, & date eleemoſynam.

Qui pro cælo mundana omnia ſpernit, M.
uendat quæ habet & diſtribuat, qui non eſt tantæ uirtutis, de his quæ habet, eleemoſynam det. Non enim præcipit ut nihil pecu- Beda.
niæ ad uſus neceſſarios à ſanctis reſeruetur, cum & ipſe dominus cui miniſtrabant ange Mat. 4.
li, ad informãdam eccleſiam, loculos habuiſſe legatur. L. 113/II M. 46. Ioh. 12. 13

FAcite uobis ſacculos qui nõ ueteraſcunt, theſaurum non deficientem in cęlis.

Senſus eſt, Eleemoſynas abſcondite uobis, id eſt, ad cõmodum ueſtrum in ſinu pauperis, quarum merces maneat in cælis, hoc eſt, in ſpiritualibus & æternis.

Caput XXXVI. M. V.

NOlite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur.

M. V. L. 53

THeſaurizate autem uobis theſauros in cælo, ubi neq; ærugo neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt neq; furantur.

Raba. Hoc non ſolum de pecunia, ſed etiam de cunctis poſſeſſionibus ſentiendum eſt, quia omne terrenum uel ærugine conſumitur, ut aurum, argentum: uel uermibus & putredine ſoluitur, ut ueſtes: uel quod ab his immune eſt, à furibus tollitur, ut lapides precioſi. In his ergo omne genus auaritiæ reprehenditur. Cælum dicit, non iſtud aërium, ſed firmamentum ſpirituale quod nunquam tranſiet.

Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.

Hoc etiam de paſſionibus eſt dictum.
Hieron. Guloſus cor habet in uētre, laſciuus in ludicris, amator in libidine, auarus in pecunia. Ergo
Aug. ſi in terra eſt cor, id eſt, ſi eo corde quiſq; operatur, ut terrenum commodum adipiſcatur, quomodo erit mundum quod in terra uolutatur? Sordeſcit aliquid, dum inferiori miſcetur naturæ: quia etiam de puro argento ſordidatur aurum, ſi miſceatur. Ita & animus noſter terrenorum cupiditate ſordeſcit, quamuis ipſa terra in ſuo genere munda ſit. Si er-
M. go theſaurus eſt in terra, cor eſt deorſum: ſi uero in cæleſtibus, cor eſt in Chriſto Ieſu fixū: quia neceſſe eſt ut quo præceſſerit dilectionis theſaurus, illuc & cogitatiōis ſequatur affectus. Data igitur ex Chriſti dilectione, æternum fructum conferunt in cæleſtibus, ubi futuræ diuitiæ ſanctorum incorruptibiles ſunt. Aerugo myſtice ſignificat ſuperbi-
Raba. am, quæ decorē uirtutū obfuſcat. Tinea quæ ueſtes rodit latenter, inuidiam, quæ ſtudiū bonum dilacerat, & compactionem unitatis diſſipat. Fures ſunt hæretici & dæmones, qui ad hoc intēti ſunt, ut in ſpiritualibus nos ſpoliēt. Demoliri, ē diſſoluere & cōſumere.
M. M. V. L. 54

LVcerna corporis eſt oculus. Si fuerit oculus tuus ſimplex, totū corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totū corpus tuum tenebroſum erit.

Hiero. Munditiam cordis proſequitur. Lippientes ſolent uidere numeroſas lucernas, ſimplex oculus ſimplicia intuetur. Quod totum transfertur ad ſenſum. Quomodo ergo totum corpus, ſi oculus non fuerit ſimplex, eſt in tenebris: ita ſi anima ſuum fulgorem perdat, totus ſenſus in caligine cōmoratur. Vñ alibi præcipitur: Omni cuſtodia ſerua cor Pro. 4.
tuum, quoniā ex ipſo uita procedit. Per ocu- Beda.
lum, accipe intētionem: per totum corpus, omnia opera: quia & Apoſtolus mēbra noſtra nuncupat opera quæ improbat, dicens: Mortificate ergo membra ueſtra quæ ſunt Col. 3.
ſuper terram, fornicationem, immunditiā, libidinē, & his ſimilia. Si ergo pura intētio- Augu.
ne opera dirigis ad deum, ad quem omnia referenda ſunt, ex debito fine intentionis ſunt opera lucis, etiam ſi non ita hominibus uideatur. Si uero peruerſa eſt intentio, prauū eſt quicquid agis, etiam ſi rectū uideatur. Ideo opera tenebræ dicuntur, quia incertum habent exitum.

Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſę tenebræ quātę erunt?

Id eſt, ſi intentio ſordidatur appetitu temporalium, tenebrę factorum ſordidæ & ualde tenebroſæ erunt, tum propter turpem & confuſum intētionis finem, tum quia operis M.
exitus in ſe dubi9 eſt. Quod Lucas ait, ſi cor- Luc. 11.
pus tuum totū lucidū fuerit, lucidū totū erit: ſic intellige, Si omnia opera tua tibi luceant per bonam intentionem, tunc etiam lucida erunt añ deū. & inde lucis gratia donaberis.

M. V. L. 55

NEmo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unū ſuſtinebit, & alterum cōtemnet. Nō poteſtis deo ſeruire & mammonæ.

Idem opus diuerſæ uolūtati dominorum Hila.
non conuenit. Mammona Syriace, diuitiæ Hiero.
nuncupantur. Audiat hoc auarus. Nō dixit, qui habet diuitias, ſed qui ſeruit, id eſt, q cuſtodit ut ſeruus, & nō diſtribuit ut dominus. Mammona apud Hebræos diuitię dicūtur. Aug.
Punice autem mãmon lucrum dicitur. Qui ſeruit mãmonę, diabolo ſeruit, qui princeps Iob. 12.
huius ſeculi à dño dicitur. Et alterum dili- 14. 15.
get, id eſt, deū. Quis enim diligit diabolum? Patitur tamē aliquis eum, ſicut qui in magna domo aliqua alienæ ancillæ cōiunctus, propter cupiditatem ſuam duram patitur ſeruitutem, etiam ſi dominū ancillæ non diligat. Et alterū contemnet. Quis deum poteſt odiſſe? Contemnit tamen aliquis eum, id eſt, non timet, cum nimis ſecurus de eius miſericor-

Eccl. 5. dia præſumit Vnde illud: Fili, ne adiicias peccatum ſuper peccatum: & dicas, miſeratio dei
M. magna eſt. Lucas habet, adhærebit, ubi Matthæus dicit, ſuſtinebit. Et utrunq; reſpicit ad diabolum, cui male acquirentes diuitias adhærendo, ſuſtinent illum.

Caput. XXXVII. M ꝟ L 116

IDeo dico uobis, ne ſoliciti ſitis animæ ueſtræ, quid manducetis, neq; corpori ueſtro, quid induamini.

Hiero. De carnali cibo & ueſtimento hoc accipiendum eſt, quia de ſpiritualibus ſemper debemus eſſe ſoliciti. Labor exercēdus eſt, ſed ſolicitudo tollenda eſt de carnalibus. Quidā addunt, neque quid bibatis.

Nonne anima plus eſt quam eſca, & corpus plusquam ueſtimentum?

Aug. Senſus eſt, Qui præſtitit maiora, præſtabit & minora. Pro hac uita poſuit animam,
Iob. 12. ut illud: Qui amat animā ſuam, perdet eam.

Reſpicite uolatilia cœli, quoniam non ſerunt neque metunt, neque cōgregant in horrea, & pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Nonne uos magis pluris eſtis illis?

Hila. Hoc ad literam intelligendū eſt: quia dominus manifeſte omnem curam rerum preſentium amouet, & attentos tantum eſſe in
Aug. ſpem futuri docet. Rationale animal cui æternitas promittitur, plus eſt quām irrationale.
M. Magis pluris, hoc eſt, multo pluris precij eſtis uos, quā uolatilia cœli aërei.

Quis autē ueſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum unū? Si ergo neque quod minimū ē poteſtis, q̄d de cęteris ſoliciti eſtis? & de ueſtimento quid ſoliciti eſtis?

Beda. Illi relinquite tegendi corporis curam, cuius cura factum eſt.

Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neq; nent.

Raba. Non eſt hic quęrenda allegoria, ſicut nec in auibus, ſed de minoribus perſuaſio fit ad maiora.

Dico autem uobis, quoniā nec Salomon in omi gloria coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis.

Hieron. Quæ purpura regum, quæ pictura textri
M. cum poteſt floribus comparari? Ipſe color diciur operimentū florum, ſicut dicitur, operit iſtum rubor.

Si autem fœnū agri quod hodie eſt, & cras in clibanū mittit, deus ſic ueſtit: quanto magis uos minimę fidei?

Veſtit, id eſt, adornat deus fœnū, hoc eſt, herbas & pulchro colore & bono odore: q̄d cum deſiccatum fuerit, mittetur in clibanū, id eſt, in aceruum habētem ſpeciem clibani. Modica fides eſt, quæ nec de minimis certa eſt, nedum æterna ſperet.

Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes, quid māducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc eñ oñia gentes inquirūt. Scit enim pater ueſter quia his oñib' indigetis. Quęrite aūt primū regnū dei & iuſtitiā eius, & hęc oñia adiiciēt uobis.

Gentibus nulla cura eſt de futuris, ſed præſentia quærunt: filiorū autem eſt quærere regnum. & hæc omnia paterna gratia adiicientur etiam non quærētibus, ut nec in pręſenti, nec in futuro deſit eis aliqua gratia. Veruntamen ſi præſentia ſubtrahantur, ad probationem eſt: ſi addantur, ad actionem gratiarum: quia omnia cooperātur in bonū. Augu.
Scit enim cæleſtis medicus, quid nobis daturus eſt ad conſolationem, quid uero ſubtracturus ad exercitationem, Non enim homo iumēto ſuo cibaria ſine cauſa detrahit. Cum dixit, primum quęrite regnum dei: ſignificauit tēporale poſterius quærendū, non tēpore, ſed dignitate. Illud tanquam bonum, hoc tanquam neceſſarium, ſed neceſſarium propter illud bonum. Aperte enim oſtēdit, non temporalia ſic eſſe appetēda, ut propter ipſa bene facere debeamus, licet ſint neceſſaria. Quæcūq; eñ facim', ꝓpter regnū dei facere inſtituimur. Non eñ euāgelizare debemus, ut manducemus: ſed manducare, ut euangelizemus: quia quicquid ꝓpter aliud aliquid quæritur, uilius eſt quā id propter quod quęritur. Non omnes propter ſalutem eccleſiæ miniſtrant, ſed propter temporalia aut propter utrunque. Sed ſupra dictum eſt, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Ergo tantūmodo propter regnum dei debemus operari bonum, & non in hac operatione uel ſolā uel cum regno dei mercedem temporalium cogitare. Quorum omnium temporaliū nomine, craſtinū poſuit, dicens: Nolite ſoliciti eſſe de craſtino. Non enim dicitur craſtinus dies niſi in tempore.

Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinũ. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi. Sufficit diei malitia ſua.

De præſentibus conceditur eſſe ſolicitos,
Hiero. nõ de futuris. Vnde Apoſtolus: Nocte & die
1.Theſ.2 manibus nr̃is laborãtes, neq̃ uẽ uẽſtrũ grauaremus.
2.Theſ.3 remus. Cras in ſcripturis, futurũ tẽpus intelligit,
ligit, dicẽte Iacob: Et exaudiet me cras iuſti-
Gen.30. tia mea. Per diẽ intelligunt hoĩes, q̃rum dies
eſt, ut ait Apoſtolus: Redimẽtes tempus, q̃m
M. dies mali ſunt. Sẽſus ergo eſt, Dies craſtinꝰ,
id eſt, futuri tẽporis hoĩes erunt ſoliciti ſibi.
Tu uero ſis ſolicitus de te impræſentiarum.
Solicitus in ſupradictis ſignificat anxietatẽ,
hic uero prouidentiam, quam futurum tempus
affert ſecum, ut cum neceſſe erit ſumere
Aug. aliquod temporale, aſſit: quia nouit deus quo
indigeamus. Curam autem præſentiũ, malitiam
uocat, quia pœnalis eſt, & pertinet ad
mortalitatem, quã peccando meruimus, quæ
in ſe ſatis oneroſa eſt, nedũ futurorum curã
ſuperaddamus. Hoc loco uehementer cauẽdum
eſt, ne cũ uiderimus aliquem ſeruum dei
ꝓuidere, ne iſta neceſſaria deſint, uel ſibi uel
ſibi cõmiſſis, forte iudicemus eũ contra præcepta
domini facere. Nam & ipſe dominus
Ioh.12.13 loculos habere dignatus eſt cũ pecunia, ne
quis in hoc ſcandalum pateretur. Paulus etiã
uidetur cogitaſſe de craſtino, cum dicit: De
collectis autem ſicut ordinaui, facite. Ad hãc
1.Cor.16 ergo regulam totum hoc præceptum redigitur,
ut etiam in iſtorum prouiſione regnũ
dei cogitemus: in militia uero regni dei, nõ
iſta cogitemus. Itaq; nõ labor & ꝓuidẽtia damnatur,
ſed mentẽ præfocans cura. M. 10. 11.
.R 41. L. 50.

Caput .XXXIX.

NOlite iudicare, ut non iudicemini. in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.

Beda. De dubijs iudicare & ſuſpectos quaſi reos
cõdemnare, penitus à nobis repellit. Dubia
ergo in melius interpretemur, quia de
manifeſtis, ut ſunt ſtupra, blaſphemiæ, furta,
ebrietas, & ſimilia, nobis tantũ iudicare permittitur.
De dubijs ſcriptum eſt: Nolite an-
1.Cor.4 te tempus iudicare, quo aduſque ueniat
dominus, & illuminet abſcondita tenebrarum.
Duo ſunt, in quibus temerarium iudicium
cauere debemus, cũ incertũ eſt quo animo
fiant, quæ bene & male fieri poſſunt, uel
cũ incertũ eſt qualis futurus ſit, qui nũc uel
bonꝰ uel malus apparet. Nũquid ſi temere iudicauerimꝰ,
temere deus de nobis iudicabit?
Abſit. Sed intelligendũ eſt quoniã temeritas
qua punis aliũ, te puniat neceſſe eſt. Hinc alibi
ait: Qui gladio percuſſerit, peribit in gla-
dio, uidelicet peccati, quod cum gladio fer- Mat.26.
reo committit. Apo.13.

Dimittite, & dimittemini: date, & dabitur uobis.

Dimittite iniurias & date bñficia, ut peccata ueſtra uobis dimittant, & uita detur æterna.

Menſurã bonã & cõfertã & coagitatã & ſupefluẽtẽ dabũt in ſinũ urm̃.

Huic ſimile eſt quod alibi dicit, ut & ipſi
recipiant uos in æterna tabernacula. Illi qui Luc.16.
bus eleemoſynas dabitis, dabũt id eſt, cauſa
erũt quare deus dabit: in ſinũ ueſtrũ, id eſt, in
magnã ſecuritatẽ: menſurã bonã, uitã ſcilicet
æternã: confertã, omnibus uidelicet ſanctis
collatã, & cũ angelis coagitatã, id eſt, cõiunctã:
& ſupereffluẽtẽ, hoc eſt, ſuper meritũ ueſtrũ
abũdantẽ. Sinus ideo accipitur pro ſecuritate,
quia ualde ſecuri ſumus de his quæ in
ſinu recõdimus. Vel per ſinũ intellige cõſciẽtiam
ſiue cœtum ſanctorũ. M. L. R.

Et in qua menſura menſi fueritis, remetietur uobis.

Generaliter de omnibus quæ mẽtẽ, ma- Beda.
nu, lingua gerimus, accipi poteſt: quia deus
reddet ſingulis ſecundum opera eorum.
M. 7. L. 6.

QVid aũt uides feſtucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo nõ uides? Aut quomodo dicis fratri tuo, frater, ſine eijciã feſtucã de oculo tuo, & ecce trabes ẽ in oculo tuo?

Si quis ira peccat, tu non debes odio reprehẽ- Aug.
dere. Tantũ enĩ diſtat inter irã & odiũ, quantũ
inter feſtucam & trabem. Odium enim eſt
ira inueterata.

Hypocrita, eijce primũ trabẽ de oculo tuo, & tunc uidebis eijcere feſtucam de oculo fratris tui.

Id eſt, primo abs te, ſcilicet ab intentione
tua & de corde tuo expelle odiũ, ut de lumine
nr̃is trabe mortalis criminis eiecta, exẽplo
potius quã dictis docere ualeas minora
excludi peccata, quæ in feſtuca ſignificantur.
Cũ neceſſitas nos cogit aliquẽ reprehẽdere, Aug.
primo cogitemus, utrũ tale uitiũ unquã habuimus:
& ſi nũquam habuimus, cogitemus
nos habere potuiſſe. Homines enim ſumus.
Hinc eſt illud Sapientis: Nihil humani à me Terent.
alienũ puto. Si uero habuimus, tãgat memo- Heau.

riam cõmunis infirmitas: ut reprehenſionẽ
illam non odiũ, ſed miſericordia præcedat.
Quod ſi nos idem uitiũ habemus, in quo eſt
ille quem reprehendere uolumus, nõ repre-
hẽdamus illũ, ſed cõgemiſcamus: & non illũ
ad obtẽperãdũ nobis, ſed ad pariter conãdũ
inuitemus. Multi uero criminibus præuenti,
Beda. odio uel liuore omnia accuſare ſuſcipiũt: &
uolunt uideri conſultores, ſine exemplo ſuæ
cõmendationis, leuiora peccata in fratribus
uituperãtes & dãnantes. M. $\frac{12}{x}$.

NOlite ſanctũ dare canibus, ne-
que mittatis margaritas ueſtras
ante porcos, ne forte conculcent eas
pedibus ſuis, & cõuerſi dirũpãt uos.

Porci ſunt, qui uitã ſuam cœnoſę libidini
Io. Chryſosto. & uoluptatibus huius ſeculi mãciparunt. Ca
nes uero oẽs hæretici, qui cõtra creatorẽ ſuũ
blaſphemiarũ extendunt eloquia. Quidã ca-
Hiero. nes intelligũt, poſt fidẽ ad uomitũ reuertẽtes:
porcos, q necdũ crediderũt, qbus nõ eſt citò
euãgeliũ pdicandũ. Nõnulli nanq; aperiẽdo
Aug. ea quæ auditores nõ poſſunt ſuſtinere, ãpli-
ùs nocent quã tacẽdo. Vnde dominus: Mul
Ioh. 16. ta habeo uobis dicere, ſed non poteſtis por-
tare modo. Et Apoſtolus: Tanquam paruu
1. Co. 3. lis in Chriſto, lac potũ dedi uobis, nõ eſcam.
Sanctũ eſt, quod uiolari nefas eſt, ut euange
liũ. Margaritæ ſunt allegoriæ, quæ tanquam
de profundo trahuntur. Idẽ igitur poteſt di
ci ſanctũ & margarita, ſed ſanctũ ex eo quod
nõ debet corrũpi, margarita ex eo quod nõ
debet contẽni. Conatur autẽ quiſq; corrum
pere, quod nõ uult eſſe integrum: contẽnere,
quod uile ducit. Canes, ſunt ueritatis oppu-
gnatores: porci, contẽptores. Cauẽdũ eſt er-
go, ne quid aperiatur non capienti. Melius
enĩ quærit quod clauſum eſt, quã id quod ap
tum eſt aut infeſtet aut negligat. Quod autẽ
dominus noſter quædam dixiſſe inuenitur,
quæ multi qui aderant, uel reſiſtẽdo uel con
tẽnendo non cõceperũt, non putãdum eſt eũ
ſanctũ dediſſe canibus. Nõ enĩ eis dedit q ca
pere non poterãt, ſed qui poterant. Cõculca-
M. re, pertinet ad contẽptores margaritarũ: di-
rumpere, ad oppugnatores ueritatis. Pedes,
dicit affectiones malas: cõuerſos uero, qui ſe
conuertũt de bono quod audiunt ad malũ,
ut in fide dirumpant uos. L. $\frac{74}{x}$.

Caput. XL.

QVis ueſtrum habet ami-
cum, & ibit ad illum me-
dia nocte, & dicet illi: A-
mice, cõmoda mihi tres pa
nes, quoniam amicus meus uenit de
uia ad me, & nõ habeo quod ponam
ante illũ. & ille deintus dicat, noli mi
hi moleſtus eſſe. iã oſtium clauſum
eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubi
li, non poſſum ſurgere & dare tibi.
& ille ſi perſeuerauerit pulſans, di-
co uobis, & ſi nõ dabit ille ſurgẽs eo
quod amicus eius ſit, propter impro
bitatem tñ eius ſurget, & dabit illi q̃t
quot habẽt neceſſarios.

Quidã ibi faciunt interrogationẽ, nõ poſ-
ſum ſurgere & dare tibi? Sed etiã totum capi
tulũ ſub uno uerſu ſic legi poteſt. Quis, hoc
eſt, ſi quis ueſtrũ habet amicũ & cætera. & ſi
ille deintus dicat, noli mihi moleſtus eſſe &
cætera. & ſi ille perſeuerauerit pulſans, & cę
tera. Saluator nõ modo formã orationis ſed
& inſtantiã frequentiãq; tradit orandi, uſq;
ad ſimilitudinẽ improbitatis. Vſus eſt exem Luc. 18.
plo à contrario, ſicut de illo iudice qui nec de
um timebat, nec homines reuerebat, & tamẽ
tædio uictus, uindicauit uiduã. Venit amicus August. in homil.
de uia. i. de uita huius ſeculi mala, nõ inueni-
ens ueritatẽ q̃ btũs fiat. Venit ad te Chriſtia
num, & dicit: redde mihi rationẽ, & fiã Chri
ſtianus. Interrogat te quod forſitã neſcis, &
non eſt tibi unde reficias eſurientẽ. ſed cum
uis docere, cogeris diſcere. Vbi diſces ueri-
tatẽ, niſi in dominicis libris? Sed fortaſſis in
libris obſcure poſitũ eſt, quod te interrogat,
et tu Paulum uel Petrum non ſineris interro
gare, quia iã requieſcit iſta familia cum domi
no ſuo. Media nox eſt ualida ignorãtia: Nõ
ideo deſerendus eſt amicus eſuriẽs qui te ur-
get, ſed pulſare debes ad ipſum dñm, cũ quo
ſapiẽs familia requieſcit. Qui ſi differt dare,
tamen uult dare. ſed uult ut amplius deſide-
res dilatum, ne uileſcat cito datum. Cũ autẽ
perueneris ad intelligentiã trinitatis, habes
tres panes unde paſcas amicum peregrinũ.
Nil melius quã ſe ipſum tibi dat deus. Vel Beda in Lucam.
ita: Amicus qui uenit de uia, noſter eſt ani-
mus: qui toties à nobis recedit, quoties ad ap
petenda terrena foris uagatur. Redit uero, cę
leſtiq; alimonia refici deſiderat, cum in ſe re-
uerſus, ſuperna ac ſpiritualia cœperit medi-
tari. De quo petens, pulchre adiungit non ſe
habere quod ponat ante illum, quoniam in-
tantum ſecutus eſt ſecularia, ut nec ſibi pabu
lum habeat diuini uerbi, nec alteri à ſe peten
ti. Et qa nec à ſe, nec ab alio ualet habere do-
ctrinam niſi per gratiã dei, à deo neceſſe eſt

eum flagitare in nocte tribulationis tres panes, id eſt, intelligentiam trinitatis, qua præſentis uitæ conſolentur labores. Otium ami ci, intelligentia eſt diuini ſermonis: quæ clauſa eſt omni non intelligenti, donec aperiatur ei. Vnde Apoſtolus orat aperiri ſibi ad (Colo. 4.) loquendum myſterium Chriſti. (M.) Noli mihi moleſtus eſſe. Quaſi deus dicat. Si uis recipere quod petis, noli mihi amplius moleſtiã (Mal. 3.) inferre, noli ut hactenus feciſti, me (Zach. 1.) ſecularibus poſtponere: reuertere ad me, & ego reuertar ad te. pete ut debes, & ego plus tibi dabo quã ſperes. Non poſſum ſurgere, hoc eſt, non poſſum te adiuuare per iuſtitiã, niſi petas per fidem rectã. Surgere dei, adiutoriũ eius eſt. Quamuis dominus nõ det petenti, adiuuans eum ilico, ideo quod amicus eius ſit ſecundum hoc quod creatura eius eſt: nõ tamen propterea intelligendus eſt negare miſericordiam, ſed differre ad gratiorẽ receptionem, & ad inculcandam petitionẽ. Vnde & ſequitur: Propter improbitatem tamẽ eius, hoc eſt, propter inſtantiã petitionis eius adiuuabit eũ, & dabit illi neceſſaria. Vult deus fideliter peti à ſe, quod diſpoſuit petentibus erogare. M. ♆ L. 115.

ET ego uobis dico: M. L. Petite, & dabitẽ uobis. quærite, & inuenietis. pulſate, & aperietẽ uobis.

(Augu.) Quaſi aliquis diceret: quod ſanctum uetas non dari canibus, cum adhuc nihil ſciamus? Ideo hortatur petere ſpiritualia, qui carnalia ſupra uetuerat poſtulari. Petitio pertinet ad impetrandam ſanitatem firmitatemq́; animi, ut ea quæ præcipiuntur, implere poſsimus. Inquiſitio, ad inueniendam ueritatem: pulſatio, ad poſſeſſionem. Ad hæc tria manifeſtãda ponamus aliquem infirmis pedibus ambulare non poſſe. Prius ergo ſanandus eſt, & ad hoc pertinet petere. Sed quid prodeſt iam poſſe ambulare, ſi uiam neſcit? Non perueniet quo uult. Ad hoc ptinet quærere. Si uero locum ubi uult habitare, clauſum inuenerit: non proderit ei ambulaſſe ac perueniſſe, niſi ſibi aperiatur. Ad hoc ptinet pulſare.

Omnis enim qui petit, accipit. & qui q̃rit, inuenit: & pulſanti aperietur.

(Beda.) Iuxta parabolam poſtulantis amici, perſeuerantia opus eſt: ut accipiamus quod in fide orando petimus, inueniamus quod ſpe recte uiuendo quærimus, aperiatur id ad quod charitate pulſamus. Cui autem nõ datur, apparet quod non bene petit. M.

Aut quis eſt ex uobis homo, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunq̃d lapidem porriget ei? Aut ſi piſcẽ petit, nunquid ſerpentem porriget ei? L. Aut ſi ouum petierit, nunquid porriget ei ſcorpionẽ?

Petendi confidentiam præbet, & quid petendum ſit explanat, à minoribus cõſurgẽs ad maiora, ſicut ſuperius de uolatilibus cæli & lilijs. (M.)

Si ergo uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quanto magis pater ueſter qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe?

Malos uocat, ſeculi amatores: quorũ do- (Aug.) na ſecundum ſenſum eorum dicenda ſunt bona, uel bona ſunt naturaliter omia quæ deus fecit. Si ergo nos cũ ſimus mali, dare nouimus quæ petimur: quanto magis deus? Apo- (Hiero.) ſtolos malos dixit, uel humanum genus ſub perſona apoſtolorũ, ad cõparationem diui- (Beda.) næ clementiæ. Quod Lucas ait, dabit ſpiritũ bonum, pro q Mattheus poſuit, dabit bona: oſtẽdit ſpiritumſanctum diſtributorem eſſe omnium bonorũ ſpiritualium Myſtice panis intelligitur charitas, propter appetitum tam neceſſariũ, ut ſine illa cætera nihil ſint, ſicut ſine pane inops eſt menſa. Cui contraria eſt cordis duritia, quam lapidi comparauit. Piſcis eſt fides inuiſibilium. Sicut em piſcis ſub tegumẽto aquarum naſcitur, uiuit & alitur: ita fides quæ in deum eſt, inuiſibiliter in corde gignitur, inuiſibili gratia ſpiritus p aquam baptiſmi conſecratur, inuiſibili auxilio diuinæ protectionis ne deficiat nutritur, inuiſibili præmiorũ intuitu operatur bene. Quod etiam fides huius mundi fluctibus cir- (Beda.) cumlatrata non frangitur, recte piſci comparatur. Cui contrarium poſuit ſerpentẽ, propter uenena infidelitatis, quæ etiam primo (Gene. 3.) homini male ſuadendo præſeminauit. Spes ouo comparatur. nõdum enim peruenit ad rem, ſicut ouum nondum eſt pullus, ſed fouendo ſperatur. Cui contrarium poſuit ſcorpionem, cuius aculeus uenenatus retro timẽdus eſt, ſicut ſpei contrarium eſt retro aſpicere, cum ſpes in anteriora bona extẽdatur. M. ♆ L. 54.

OMnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. Hæc eſt enim lex & prophetæ.

Firmitas in bonis moribus conſtituta eſt, (M.)

de qua ita concludit: Si uultis uobis dari petita, & inuenite quæſita, & aperiri uobis: ergo facite alıȷs quæ uobis fieri uultis ab illis. Hæc eſt enim lex, id eſt, impletio legis naturalis, legis Moſaicæ, & propheticæ prædicationis. Sententia eſt: Dilige proximum tuũ [Leui. 19] ſicut te ipſum, quod ex dei dilectiõe faciẽdũ eſt. M. ℣ L. 17.

INtrate per anguſtiam portã, quia lata porta & ſpatioſa uia eſt q̃ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quã anguſta porta & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam.

Superius dictum eſt, quærite regnum dei: ad quod ſi intrare uultis, intrate per anguſtã [Hieron.] portam. Lata uia eſt, ſeculi uoluptates: anguſta, labores ſancti & ieiunia. Multi inueniũt anguſtam uiam, ſed non ingrediuntur: quia [M.] capti ſeculi uoluptatibus, de itinere ueritatis reuertuntur. Lata uia nõ quæritur, quia ſponte ſe offert. Spatioſa uia, eſt ſubaudis. Quam anguſta eſt, id ẽ, ualde anguſta eſt. Via arcta eſt ille qui dixit: Ego ſum uia, ueritas & uita. Arcta eſt illis, quibus præcepta eius uidẽtur eſſe importabilia. tamen amantibus iugum domini ſuaue eſt. Hanc uiam pauci inueniũt ad commodum ſuũ, quia pauci ſunt qui ſaluant. Vnde Lucas: Cõtendite intrare per an- [Iob. 14.] guſtam portã. Porta poteſt intelligi uel ille [Iob. 10.] idem qui alibi dicit, Ego ſum oſtium: uel eccleſia iuſtorum, per quam intratur in paradi- [Beda.] ſum. Bene dixit, contendite: quia niſi mentis intentio ferueat, unda mundi non uincitur. Multi quærunt intrare, ſalutis amore prouocati: & non poterunt, itineris aſperitate (ut eis uidetur) deterriti. M. 16.

Caput XLI.

ATtẽdite a falſis prophetis qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

[Hila.] QVia paucorum eſt anguſtam uiam inuenire, fraudulentiã eorũ quia eã quærere mentiuntur, exponit. Attendite, id eſt, [Hiero.] cauete. De omnibus hypocritis hoc põt intelligi, ſed ſpecialiter de hęreticis fruct⁹ animarum rapientibus. Vnde & lupis compa- [Aug.] rantur. Præcipue cauendi ſunt hæretici, cognitionem ueritatis quam non habent, promittentes. Veſtimenta ouiũ, ſunt blanda uer- [M] ba nocentium, cæteraq́ꝫ religionis ſigna. Nõ [Beda.] autem ideo debent oues odiſſe ueſtimentum ſuum, quod plerunq; illo ſe occultant lupi, dum aliud oſtentant ad decipiendum, aliud exerunt ad deprædandum. Verum temporalis commodi tentatione, ſiue perſecutiõis tempore denudantur, & aperitur quid ſint. Fructus, ſunt mala opera eorũ. M. ℣ L. 61.

NVnq̄d colligũt de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus?

Sapientes non colligunt uuas de ſpinis, id [M] eſt, dulcia uerba de hæreticis, qui ideo dicuntur ſpinæ & tribuli, quia sauciant animas per uerborum blanditias. Tribuli ſunt genus herbæ ſpinoſæ. Lucas: Neq; de ſpinis colli- [Luc. 6.] gunt ficus, neq; de rubo uindemiant uuam. Spinę & rubi ſunt curæ ſeculi & punctiones [Beda.] uitiorum, de quibus peccatori dictũ eſt: Ter- [Gene. 3.] ra tua ſpinas & tribulos germinabit tibi. Ficus uero & uua, dulcedo nouæ conuerſationis ẽ, quã Chriſtus in nobis eſurit. & feruor dilectionis, qui lętificat cor hõis. Hinc ſcri- [Cant. 3.] ptum eſt Ficus protulit groſſos ſuos, uineæ florentes dederunt odorem. Nõ ficus de ſpinis, non uua de rubo colligitur, quia mens adhuc ueteris hominis conſuetudine depreſſa, ſimulare poteſt, ſed fructus noui hominis ferre non poteſt. Quod ſi aliquãdo facta uel dicta malorum proſunt bonis, non hoc faciunt mali. M ℣ L. 60.

SIc omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere.

Sicut uerum eſt quod de tribulis non col- [M.] liguntur ficus, ſic uerum eſt quod arbor bona fructus bonos facit. Arbor bona uel mala, eſt homo non ex natura quæ à deo in omnibus bona creata eſt, ſed ex uolũtate bona uel mala. Fructus ſunt opera, quæ nec bonæ malæ uolũtatis poſſunt eſſe, nec mala bo- [Hiero.] næ uoluntatis. Tam diu ergo bona arbor, id eſt; bonus homo fructus malos non facit, q̃diu bonus eſt, & tãdiu mala arbor, id eſt, malus homo manet in fructibus peccatorum, quãdiu ad pœnitentiam non conuertitur. Non poteſt nix eſſe calida: nam cum incipit [Augu.] eſſe calida, non iam niuem eam, ſed aquã uocamus, Poteſt ergo mutari, non calefieri, Sic poteſt fieri ut malus non ſit, qui malus fuit.

non tamẽ poteſt fieri, ut malus benefaciat.
Nametſi aliquãdo utilis eſt, non hoc ipſe fa-
cit, ſed diuina prouidentia fit. Non quod pha
riſæi utiliter audiebãtur, illorum erat, ſed dei,
de quibus dicit propheta: Seminatis triticũ,
Iere. 12. & ſpinas metetis. Non ergo auditores eorũ
de ſpinis legebant uuas, ſed per ſpinas de ui-
te: ut ſi quis per ſpineam ſepem ad ſe traheret
uuam, uua illa non eſſet ſpinarum, ſed uitis.
L. 62/V M. 125.

BOnus homo de bono theſauro cordis ꝓfert bona, & malus hom de malo profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Idem eſt theſaurus cordis quod radix eſt
Beda. arboris: & quod de corde profert, idem eſt
quo: arboris fructus. Qui ergo in corde the
ſaurum patientiæ perfectiq; habet amoris,
optimos fructus effundens: diligit inimicũ,
benefacit odienti, benedicit maledicẽti, omi
petenti tribuit ſua, errantem patienter cor-
rigit. At q nčq̃ theſaurũ in corde ſeruat, odit
amicũ, diligẽti malefecit, bñdicẽti maledicit.
Sic q̃q; nec diabol' bona, nec Chr̃s mala ope
ra pot facere. Peroris locutionẽ uniuerſa q̃
actu uel cogitatu de corde ꝓferunt dñs ſigni
ficat. Nã moris ſcripturarum eſt, uerba pro
rebus ponere, ut in Iſaia dicitur de Iezechia:
Iſa. 39. Non fuit uerbum quod non oſtenderet eis,
rerum utiq; nõ uerborum reuelauit arcana.
M. 18/V L. 60.

OMnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

Si ille qui non facit fructum bonum, ſepa
M. randus eſt à iuſtis ſicut hœdi ab agnis, & in
ignem mittendus eſt uoce illa: Ite maledicti
Mat. 25. in ignẽ æternũ, q̃d erit de illo, q facit quicq̃d
mali põt? quia arbor mala fructus bonos
facere non põt, igit ex fructibus eoꝝ, id eſt,
falſorum prophetarum cognoſcetis eos eſſe
falſos. M. 19/III L. 61. A. 116.

Caput XLII.

NOn om̃is qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum.

Sicut propter dogma nequitiæ cauendi Hiero.
ſunt falſi prophetæ, habentes ſpeciẽ bonę ui
tæ, ſic & hi econtrario, qui cũ integræ fidei
& doctrinæ ſint, turpiter uiuunt. Vtrunq;
enim neceſſe eſt, ut opus ſermone, & ſermo
operibus comprobetur. Lucas: Quid uoca- Luc. 6.
tis me, domine domine, & non facitis quæ di
co? Ac ſi alijs uerbis diceret: Quid folia re- Beda.
ctæ cõfeſſiõis iactatis, qui bonos fructus nõ
oſtenditis? Hinc Apoſtolus ſecreturus perfe
ctum diſcipulum ab hypocrita, ait: Veniam 1. Cor. 4.
ad uos, & cognoſcam non ſermonem eorũ
qui inflati ſunt, ſed uirtutem. Ille ergo pro-
prie dicit, domine domine, qui uoluntatem Cor. 12.
ſono uocis enunciat. Secundum hoc ait Apo
ſtolus: Nemo dicit dominus Ieſus, niſi in ſpi-
rituſancto. Vere enim dicere dominus Ie-
ſus, eſt corde credere, ore cõfiteri, operibus
atteſtari: nam unũ ſine alio, negare eſt.
M. 60/V L. 71.

MVlti dicent mihi in illa die, domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dęmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et
tunc confitebor illis, quia nũquam Pſal. 6.
noui uos. diſcedite a me qui operamini iniquitatem.

In illa die, id eſt, in die reſurrectiõis. Pro Hiero.
phetare & demonia eijcere, & uirtutes face-
re, interdum non eius eſt meriti qui operat:
ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit pro 1. Re. 19.
condemnatione inuocantium, uel pro utili- Num. 24
tate uidentium & audientium. Nã & Saul & Ioh. 11.
Balaam & Caiphas prophetauerunt, neſcien Auguſt.
tes quid dicerẽt. Magi Aegyptiorum Moy Exodi. 7
ſi reſiſtentes, multa miracula fecerũt. & mul M.
ti alij. Antichriſtus etiam multa miracula fa-
ciet. Ab his ergo maxime cauendum eſt. Nũ
quam deus nouit eos. quia illos dicitur ſcire, Pſal. 1.
quos approbat, ut illud, Nouit deus uiam iu
ſtorum. illos uero neſcire, quos non appro- Hiero.
bat in ſua dilectione. Non dixit, qui operati
eſtis, ne tollere uideret pœnitẽtiam: ſed, qui
operamini: hoc eſt, qui in pręſenti die iudicij
licet facultatem peccandi non habeatis, tamẽ
habetis affectum. M. 61/V L. 64.

Capu XLIII.

OMnis ergo qui audit uerba hæc, & facit ea: aſſimilabitur uiro ſapiẽti, q ędificauit domũ ſuã ſupra pe

trā & deſcēdit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerūt uēti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat ſupra petram.

M. Ne cum operarijs iniquitatis diſcedans à
me, ergo audite uerba mea & facite. Nam o-
mnis qui audit & facit, id eſt, complet manda
Beda. ta: ſimilis eſt ſapienti, uidelicet mihi. Sicut
Chriſtus uarijs hominum perſonis unam ec
cleſiam ſibi conſtruit, erudit, gubernat, in ui
tam pducturus: ſic bonus auditor uarijs uir
tutibus ſupernam ſibi manſionem ædificat,
in futura dedicatione cum Chriſto lætatu-
Aug. rus. Pluuia eſt caliginoſa ſuperſtitio, hypo-
critis obſcuratiōe plena. flumina, ſunt carna
les concupiſcentiæ. uenti, ſunt rumores ho-
Hiero. minum uani. Vel aliter: Pluuia nitēs ſubuer-
tere domum, diabolus eſt. flumina, ſunt anti
chriſti uenti, ſpirituales nequitiæ in cæleſti-
bus. Tribus quippe modis diabolus impu-
Hila. gnat, carnis ſcilicet concupiſcentia, exteriori
bus mundi oblectamētis, uel per ſe cum uni
uerſos uentos impulſionum laxat. Pluuia cō
cupiſcentiæ qua quiſque tentatur, paulatim
rigorem fidei emollit. quod ſi non præua-
let, ſuperueniunt flumina & uenti, id eſt, fal-
ſorum fratrum improbitas & aperta exteri-
M orum impugnatio. Hæc tria dicuntur in Lu-
ca flum nis inūdatio, & alibi portę inferi. Vn
Luc. 6. de illud: Portæ inferi nō præualebunt aduer
Mat. 16. ſus eccleſiam. Fluminis nanq; impetus lætifi
Pſal. 45. cat ciuitatem dei, ſanctificauit tabernaculum
beda. ſuum altiſſimus. Petra eſt Chriſtus, domus
Pſal. 103. eſt eccleſia. De hac petra dicit ꝑpheta: Petra
Augu. refugium leporibus ſiue herinaceis, id eſt, ti
midis. Fūdatam domum habet ſupra petrā,
qui audit pręcepta domini & facit: quod ſtat,
Luc. 6 non ſibi, ſed Chriſto tribuens. Lucas: Qui fo
beda. dit in altum, & poſuit fundamentū ſupra pe-
tram. Sapiens architectus fodit in altum, qa
de ſuorum cordibus eruit omnia terrena, ne
propter aliquod temporale deo ſeruiāt. Fun
Pſal. 86. damenta doctores ſignificāt de qb' dr: fun-
damēta eius in mōtibus ſanctis. Fundamē-
tum uero dicitur ipſe doctorū doctor, & fun
damentum fundamentorum, Chriſtus ſcili-
cet, de quo dicitur: Fundamentum aliud ne
1. Cor. 3. mo poteſt ponere, præter id quod poſitum
eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Moraliter autē
fundamenta domus, ſunt intentiones bonæ
conuerſationis, quibus perfectus uerbi audi
tor exhauſtis humilitate Chriſtiana ſuperua
cuarum cogitationum ruderibus, in adim-
plendis Chriſti mandatis firmiter ſe inſerit,
Pſal. 39. cum Pſalmiſta dicēs: Qui eduxit me de lacu
miſeriæ & de luto fecis, & ſtatuit ſupra petrā pedes meos. Singulæ noſtræ domus quotidie uel immundorū ſpirituū uel improborū hominum, uel ipſa ſuæ mentis aut carnis inquietudine pulſantur. & quantum proprijs uiribus fidunt, inclinantur: quātum inuictiſſimæ petræ adhærent, labefieri nequeunt.

ET omnis qui audit uerba hęc, et non facit ea: ſimilis erit uiro ſtulto, qui ædificauit domum ſuā ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.

Qui audit ſermones Chriſti & non facit,
ſiue initiatus ſit myſterijs Chriſti, ſeu in totū
alien' à Chriſto: quia ſeipſum male ædificat, Mat. 13.
ſimilis eſt homini ſtulto, de quo dicitur: Ini-
micus hō hoc fecit. Domus diaboli, eſt mun
dus in maligno poſitus: Quam ipſe ſupra ter
ram ædificat, quia obſequentes ſibi ad terre-
na detrahit. Arena eſt inſtabilitas uitiorum,
ut uanitas ſecularis. Sine fundamento ædifi-
cat, quia peccatum in nulla ſui natura ſubſi-
ſtit: quoniam non eſt à deo creatum, ſed ſola
boni indigentia eſt. Vel ſine fundamento, id
eſt, ſine fundo ædificat. Si anima corruens in
aliquod peccatum, ſe ibi retineret, quaſi fun-
dum illud haberet, ſicut merſus in puteo ali-
quis, putei fundo retinetur. Sed cum uno pec
cato non eſt contenta, dum quotidie de pec-
cato in peccatum ad deteriora dejicitur, fun Pro. 18.
dum nō inuenit quo figatur. Vnde illud: Pec
cator cum uenerit in profundum malorum,
contemnit. Cecidit domus, quia omnis con-
ſcientia quæ ſpe fixa in deum nō permanet,
in tentationibus non ualet perſiſtere. & tan-
to plus agitur, quanto plus in ea quæ mundi
ſunt, à ſuperioribus diiungitur. Et uere ma-
li & ficte boni, ingruente tentatione, peiores
fiunt, donec tandem perpetuam labantur in
pœnam. Poteſt itaque per impetum flumi-
nis extremi iudicij diſcrimē intelligi, quan Luc. 14.
do utraque domo conſummata, omnis qui & 18.
ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat,
exaltabitur. Poteſt etiam uir ſapiens & bo-
nus accipi, quilibet iuſtus: ſicut uir ſtultus,
quilibet prauus.

M. 11. R. 11. L. 14.

ET factū eſt, cū cōſummaſſet Ieſus uerba hęc, admirabāt turbæ ſuper doctrina eius. Erat enī docens

eos ſicut poteſtatem habens, non ſic-
ut ſcribæ eorum & phariſæi.

Super doctrina .i. de doctrina. Sermo in
doctoris poteſtate fit, cum ea quę docet, ope
Beda. ratur. Nam qui factis ſua dicta deſtruit, con-
temnitur. Vnde Paulus: Nemo adoleſcenti-
.Tim. 4 am tuam contemnat. Scribæ quæ per legem
didicerant præcepta, populis dabant. Chri-
ſtus uero quaſi autor legis, uel mutando uel
augendo quæ minus uidebantur, libere ſub-
Aug. ſtituit. Hoc eſt quod in pſalmo dicitur: Fidu-
tialiter agam in eo. Eloquia domini, eloquia
Pſal. 11. caſta, argentum igne examinatum, proba-
11 tum terræ, purgatū ſeptuplum. Siue iſta præ
cepta referātur ad ſeptem beatitudines, quæ
ſunt in principio huius ſermōis, ut beati Au
guſtini expoſitio refert: ſiue alius ordo ſit, fa
cienda ſunt quæ dominus iuſſit, & credenda
quæ ſpopondit. M. VI R. 63.

Caput XLIIII.

VIdens autē turbas, miſer-
tus eſt eis quod erāt ue-
xati & iacētes ſicut oues,
non habentes paſtorem.

Hiero. VExatio gregis, paſtorum culpa eſt, &
uitium magiſtratuum. Videns intuitu
clementiæ dñs immundi ſpiritus uiolentia
plebem uexatā, & ſub legis onere grauatā,
ac per uarios errores uana ſecuritate torpen
tem: miſertus eſt eius, uiam ueritatis aperien
do, & moleſtias corporales auferēdo. Hic p̄-
termittitur ſeptuageſimū octauū cap. Mat-
thæi. quia in parabola ſeminantis & in trige-
ſimotertio cap. Iohannis clarum fiet quod
populi ſunt meſſis, & prædicatores operarij.
M. 77 II R. 39. L. 86.

ET conuocatis duodecim diſci-
pulis ſuis, dedit illis poteſtatem
ſpirituum inmundorum, ut eijcerēt
eos, & curarent omnem languorem
& om̄em infirmitatem. Et miſit illos
prædicare regnum dei.

Hiero. Multū diſtat inter habere & accipere. De
us poteſtatiue languores fugabat, diſcipuli
Beda. uero in nomine eius. Conceſſa primum po-
teſtate ſignorum, miſit prædicare regnum
dei, ut promiſſorum magnitudini atteſtaret
magnitudo factorum, cum noua facerent, q
noua prædicarent.

Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia.

Tanta prędicatori debet eē fiducia in deo,
ut præſentis uitæ ſumptus non ferat. Cui eti
am ſecundum Lucam per uiam neminem ſa
lutare conceditur: ut ſub quanta feſtinatiōe
ad prædicationem pergere debeat, oſtenda-
tur. Sciendū eſt quia ſalutans in uia, ex occaſi
one ſalutat, non ex ſtudio obtinendę ſalutis.
Qui igitur nō amore æternæ patriæ, ſed præ
miorum ambitione ſalutem prædicat, quaſi
in itinere ſalutat M. 81 X

IN uiam gentium ne abieritis, & in
ciuitates Samaritanorum ne intra
ueritis. ſed potius ite ad oues quæ
perierunt domus Iſrael.

Erant de Iudęa tunc qui uocandi erant, de
gentibus nondū. ſed poſt reſurrectionē dr̄, Mat. 28.
Eūtes docete omnes gentes. Et primum qui
dem oportebat euangelizare Iudæis, ne ha- Hiero.
berent excuſationem ſe eſſe reiectos. Iuxta
tropologiā, abſtinere à uitijs gentium, eſt ab Hila.
ſtinere ab opere & uita gentilis ignorantiæ:
non intrare in ciuitates Samaritanorum, nō
ire ad eccleſias hæreticorum.
M. 82 II R. 53. L. 87. A 110.

EVntes autē prædicate dicentes:
quia appropinquauit regnum
cælorum.

Vtiq; propinquat his, qui per Chriſti cō- Gre.
ſortium imaginem dei in ſe reformant. Si
mundus cadit ad ſimilitudinē domus ruen-
tis, & nos cum amando amplectimur, oppri-
mi uolumus potius q̄ habitare. qa nulla nos
ratio à ruina illius ſeparat, quos eius paſſio-
nibus amor ligat.

Infirmos curate, mortuos ſuſcitate,
leproſos mundate, dæmones eijcite.

Ne hominibus ruſticanis & abſq; eloquij Hiero.
uenuſtate nemo crederet pollicentibus re-
gnum cælorū, dat poteſtatē miracula facien
di, ut magnitudinem promiſſorum probet
magnitudo ſignorum.

Gratis accepiſtis, gratis date.

Sunt nōnulli qui minorum pręmia ex or Grego.
dinatione non accipiūt, ſed pro humana gr̄a
ſacros ordines largiūtur. Hi nimirum nō gra
tis dant, quia nummum fauoris expetunt.
Vnde propheta bene deſcribit iuſtum eſſe,
qui excutit manus ſuas ab omni munere. Et
bene adiunxit, ab omni: quia aliud munus eſt Iſa. 33.
ab obſequio, id eſt, à ſubiectione indebite ex
penſa: aliud à manu, quod eſt pecunia: aliud
à lingua, quod eſt fauor.

NOlite poſſidere aurum neq; ar
gentum, neq; pecuniam in zo
nis ueſtris, non peram in uia, neque

panem, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgã. Dignus eſt enim mercenarius cibo ſuo.

Hiero. Si poſſiderent aurum apoſtoli, crederent non cauſa ſalutis hominum, ſed cauſa lucri prædicare. Non perã in uia. Hinc arguit philoſophos, qui uulgo appellantur bactroperitæ, quod contemptores ſeculi & omnia pro nihilo ducẽtes, cellarium ſecum uehant. Neque duas tunicas. Nõ hoc dicit, ut in Scythię frigore quis una tunica contentus eſſe debeat: ſed quo in tunica ueſtimentum intelligamus, ne alio ueſtiti, aliud nobis futurorum timore reſeruemus. Neq; calceamenta. Et Plato præcepit duas corporis ſummitates non eſſe uelandas, nec aſſueſieri debere mollitiæ caput & pedes. Cum enim hæc habuerint firmitatem, cætera robuſtiora ſunt. Neq; uirgam. Qui dñi habet auxilium, cur baculi pſidium quærat? Dignus eſt operarius cibo, Tantum accipite, quãtum uobis eſt neceſſarium in uictu & ueſtitu.

Beda. Satis oſtenditur ꝙd dominus non prohibuit eis ferre neceſſaria ad ſuſtentationem huius uitæ, quod eis egerent cum opus eſſet. ſed ut monſtraret hæc eis deberi ab illis, qbus prædicarent. Hæc hiſtorice. cæterum ſecundum anagogen, aurũ pro ſenſu, argentũ pro ſermone, æs pro uoce ſæpe inuenitur. Quæ à domino data poſſidere debemus, & non ſuſcipere diſciplinam hæreticorum. Pecunia in zonis clauſa, eſt ſa-

Eccl.20. pientia non erogata. Et ſcriptum eſt: Sapientia abſcondita & theſaurus abſconditus, quę utilitas in utriſq;? Per peram onera ſeculi deſignantur: per panem, deliciæ temporales. Nullus ergo officium doctoris accipiens, debet opprimi ſecularium negociorum oneribus, neq; reſolui deſiderijs carnalibus, neq;

Aug. ſibi commiſſum talentum uerbi ſub ocio lenti corporis abſcõdere. Cum prohibentur in-

Beda. dui duæ tunicæ, expreſſe monetur, non dupliciter, ſed ſimpliciter ambulare. Per calceamenta, mortuorum operũ exempla ſignant, ne prædicator exempla ſtultorum conſpiciat: ut inde quaſi ex mortiferis uinculis, pedes ſuos, id eſt, affectiões, tegat & muniat. In calceamentis non portandis, ſecũdum Matthæum, phibetur cura. in ſandalijs uel ſoleis, ſecundum Marcum, myſtica ſignificatio eſt, ut pes neq; tectus ſit, neq; nudus ad terram, id eſt, nec occultetur euangelium, nec terrenis

M. commodis innitatur. Ad literam tamen neceſſarium fuit apoſtolis ligare ſoleas ſub plãtis: quia palæſtina terra arenoſa eſt & nimis calida in æſtate. Non debemus habere uirgã

Hiero. quæ in colubrum uertatur: nec inniti baculo carnalis præſidij, qui preſſius cito frangit, Exodi.7

& manum transforat incumbentis. Matthæ Mat.10.

us dicit, neq; uirgam: & Marcus, niſi uirgam Mar. 6.

tantũ, quod ita ſoluitur: Sicut tentatio duob[9] modis accipitur: ut, deus neminem tẽtat. et, Iaco.1.

tẽtat uos domi nus deus ueſter. Illa enim ſe- Deu. 13.

ductionis, hæc autem eſt probationis. iudicium quoq; damnationem & diſcretionem ſignificat: ita uirga duo ſignificat, ut ſecundũ Matthæum intelligatur pro minima re. quaſi dicatur, nihil neceſſariorum uobiſcum feratis, neq; uirgam, id eſt, nec minimas res: ſecundum Marcum uero, per uirgam intelligatur poteſtas à dño accepta. Ergo non ſunt contraria. M. R. L.

IN quamcunq; ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus eſt: & ibi manete donec exeatis, L. edentes & bibẽtes quę apponuntur uobis, & curate infirmos qui in illa ſunt.

Hoſpes fama eligendus eſt, ne prędicatio Hiero.

ſuſcipientis infamia deturpetur. Dignum eſt ut ibi maneant, & ab eis terrena conſequantur, quibus cæleſtia offerunt. Dignus eſt enĩ Beda.

oparius (ut Lucas ait) mercede ſua. Hic merces prædicationis inchoat, & in cælo perficitur. quia uni noſtro operi duæ debentur mercedes, una in uia, altera in patria. Claret autẽ hæc non ita præcepiſſe dominum, tanquam euangeliſtæ uiuere nõ debeant aliunde, quã eis præbentibus quibus euangelizant. alioquin contra hoc præceptum feciſſet Apoſto- 1.Theſ.2

lus, qui uictum de manibus ſuis tranſigebat, ne cuiquam grauis eſſet. Cum enim à domino aliquid imperatur, niſi fiat, inobedientiæ culpa eſt: cum autem poteſtas datur, licet cuiq; de ſuo iure cedere. Donec exeatis, ſubaudis, de ciuitate aut de caſtello. L. M.

ET nolite exire de domo in domum.

Conſtantiæ mandatum dat, ut cuſtodiãt Beda

iura hoſpitalitatis. Alienum quippe eſt à prędicatore, per domos curſitare & hoſpitium mutare. M. L.

INtrantes autem in domum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui. Et ſiquidem domus fuerit digna, ueniet pax ueſtra ſuper eam. Si autem non fuerit digna, pax ueſtra ad uos reuertetur.

Occulte ſalutationem Hebræi ac Syri ſer
monis expreſſit. Quod enim Græce dicitur
Hiero. chære, & Latine aue, hoc Hebraico Syroq́ꝫ
ſermõe ſalomlach, ſiue ſamalach.i.pax tecũ.
Beda. Pax quæ ab ore prædicantis offertur, aut re
quieſcit in domo, ſi in ea fuerit filius pacis,
aut ad eundem prædicatorem reuertit: quia
aut erit quiſ.ꝙ ꝓdeſtinatus ad uitam, ſi uerbũ
ſequitur quod audit: aut ſi nullus audire uo-
luerit, ipſe prædicator ſine fructu non erit.

M. 31/12 R. 35 L. 114. & 58.

ET quicunq́ꝫ non receperit uos
neq́ꝫ audierit ſermões ueſtros,
exeuntes foras de domo uel de ciui
tate, excutite puluerem de pedibus
ueſtris. L. in teſtimonium illis. M.
Amen dico uobis, tolerabilius erit
terræ Sodomorũ & Gomorrhæo-
rũ in die iudicij, quã illi ciuitati.

Ad teſtimonium dictum eſt, excutite pul
Hiero. uerem; quia prædicatio ad illam ciuitatẽ per
uenit. Sicut puluis excutitur in ſignũ, ut nec
etiam neceſſaria accipiant à contemptoribus
euangelij. Tolerabilius dicit, quia Sodoma
& Gomorrha nõ habuerunt prædicationẽ.
Lucas: Etiam puluerem pedũ ueſtrorum ex
Luc. 10. cutite in teſtimonium ſupra illos.i. etiam mi
nima itineris & laboris quem pro illis ſuſti-
M. nuiſtis, exponite & annunciate, quia occaſio
erit eis maioris damnatiõis. Hoc eſt excute
re puluerem ſupra illos, & eſt inter cætera te
ſtimonium, per quod inexcuſabiles erũt. Ta
le eſt illud: Si non ueniſſem, & locutus eis nõ
Ioh. 15. fuiſſem, peccatum non haberent.

M. 36/V L. 109.

ECce ego mitto uos ſicut oues
in medio luporum. Eſtote ergo
prudentes ſicut ſerpentes, & ſimpli-
ces ſicut columbę.

Scribæ & phariſæi *qui ſunt clerici* Iudæo-
Hieron. rum, lupi ſunt. Per prudentiã ſerpentis, ui-
tate inſidias: per columbam, ſitis innocẽtes.
Serpens toto corpore occultat caput, in quo
uita eſt: & uos toto corporis periculo caput
ueſtrum.i. me cuſtodite. Serpens etiam per
anguſtias ſe coartans, ueteri tunica exutus,
innouatur. ſic intrantes per anguſtam portã
quæ ducit ad uitam, ueterem exuũt hominẽ:

M. 37/V R. 119. L. 150. A. 140.

CAuete autẽ ab hominibus. Tra
dent enim uos in concilijs, & in
ſynagogis ſuis flagellabunt uos. &
ad præſides & ad reges ducemini
propter me in teſtimonium illis &
gentibus.

Hic aperit quos lupos dixerit. Hoc Iudai- Beda.
cæ genti cauſa fuit excidij, quia poſt ſaluato
ris occiſionem pręcones eius impia crudeli-
tate uexauit. In cõcilijs nomen Chr̃i prædi- M.
cari prohibẽtes, in ſynagogis ſub ſpecie cor
rectionis prædicatores flagellis cędebant, ut
de Paulo legitur: eoſq́ꝫ præſidibus & regibus Act. 16.
in damnationem tradebant, ſicut Iacobũ He
rodi. Hæc in teſtimonium ſunt illis & genti- Actu. 12.
tibus, de peruerſitate ſcilicet Iudæorum & de
correctione gẽtium. Mors quippe iuſtorũ,
bonis in adiutorium eſt: malis in teſtimoni-
um, ut inde peruerſi ſine excuſatione pereãt,
unde electi exemplum capiunt ut uiuant.

M. 38/11 R. 141. L. 148. A 231.

CVm autem tradent uos in ſyna
gogas & ad magiſtratus & po
teſtates, nolite ſoliciti eſſe, qualiter
aut quid reſpondeatis aut quid dica
tis. M. Dabitur enim uobis in illa
hora quid loquamini. Nõ enim uos
eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus pa-
tris ueſtri qui loquitur in uobis.

Prædictis futuris aduerſis, ut præuiſa mi- M.
nus lædant, contra terrores ſubiungit cõſo
lationẽ. Cum propter Ieſum ducimur ad iu-
dices, uoluntatẽ noſtram pro Chriſto debe- Beda.
mus offerre. cęterum ipſe Chriſtus qui in no
bis habitat, loquitur pro ſe, & ſpiritus ſancti
gratia miniſtratur in reſpõdendo. M. R.
Tradet autem frater fratrem in mor
tem, & pater filium, & inſurgẽt filij
in parentes, et morte eos afficient, et
eritis odio omnibus propter nomen
meum.

In perſecutionibus crebro uidemus fieri,
quia nullus eſt inter eos fidus affectus, quo- Hiero.
rum diuerſa fides eſt. Plus quoque in nobis
ea tormenta ſæuiunt, quę ab illis patimur de
quibus præſumebamus: quia cum damno Grego.
corporis mala nos cruciãt amiſſæ charitatis.
Qui autem perſeuerauerit in finẽ,
hic ſaluus erit.

Finis, non pugna coronat. unde cauda ho
ſtię iubetur in ſacrificio poni, quod docet bo Leui. 3
num opus ad finem perduci. Exo. 29.

M.

CVm aūt perſequētur uos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amē dico uobis, nō cōſummabitis ciuitates Iſrael, donec ueniat filius hominis.

Hoc ad illud tēpus referendum eſt, quod (Bl.) dictū eſt apoſtolis: In uiā gentiū ne abieritis. Senſus eſt, Si uos perſequētur Iudæi in ciuitate iſta, hoc eſt, in aliqua ciuitate Iudææ, fugite in aliā, nō tantūmodo perſecutiones, ſed potius declinando, ut tribulationis occaſio (Actu. 9.) ſit euangelij ſeminarium. Paulus quidem ſic de Damaſco fugit. Donec ueniat filius hominis, (Hieron.) per impenſum uobis auxilium. Spiritualiter autem per iſtam ciuitatē, poſſumus intelligere noui* teſtimonium ſcripturarum: per ciuitates Iſrael, uolumina multa.

*teſtamentū.

M. ııı. L. ıı. A.

NOn eſt diſcipulus ſuper magiſtrū, neque ſeruus ſuper dominū ſuū. Sufficit diſcipulo, ut ſit ſicut magiſter eius, & ſeruus ſicut dominus eius.

(Beda) Si magiſter ſuas nō uult uindicare iniurias, qui deus eſt, ſed ipſos mauult inſecutores patiendo reddere mitiores: eādem neceſſe eſt diſcipuli, qui puri homines ſunt, regulam ſequantur. (M.) Apoſtolos & eorū imitatores uſq; ad finem ſeculi, dicit diſcipulum & ſeruum, ſe autem magiſtrum & dominū. M.

SI patrem familias Beelzebub uocauerūt, quanto magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos.

(Hiero.) Beelzebub idolum eſt Accaron, quod uocatur in regū uolumine idolū muſcæ. Zebub enim dicitur muſca, quæ immunditiam ſignificat. Beel idem eſt qui & Baal dicitur, deus (M.) ſcilicet Accaron. Qui propterea dicitur deus muſcarum, quia quando ei ſacrificabatur, importunitas muſcarū polluebat ſacrificiū. Se ipſū dicit patrē familias, id ē, omniū iuſtorū.

M. ıı. R. L.

NIhil eīn opertū eſt q̄d nō reuelabit, & occultū quod nō ſcietur.

(Hiero.) Senſus eſt. Nolite timere perſecutorū ſæuitiam, neq; æmulemini ſimulatores: quia ueniet dies iudicij, in quo & ueſtra uirtus & eorū (Bed.) nequitia demōſtrabitur. Fixa igitur mēte retinete illū retributionis diem, quo illuminabit deus abſcondita tenebrarū, & manifeſtabit cogitationes cordiū. Tunc enim & uos à deo laus, & aduerſarios ueritatis pœna manet æterna. Opertum pertinet ad cogitationes: occultum, ad opera. M

M. ıı. L.

QVod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta.

In tenebris. i. in myſterio. uel dū in adhuc timore eſtis. Prędicate in lumine, id eſt, aperte cū fiducia ueritatis accepto ſpiritu ſancto. Quod auditis in aure, id eſt, in ſecreto: ſuper tecta, hoc eſt, cōſtanter & publice prędicate, calcato carnis domicilio. Iuxta morē prouinciæ Paleſtinæ loquitur, ubi ſolēt in tectis reſidere. Non eīn tecta noſtro more culminibus ſublimata faciūt, ſed plano ſchemate æqualia. (Beda.) Vnde lex pręcepit, ut qui domū ædificaret, murū tecti poneret in gyro, ne funderetur ibi ſanguis innoxius, labente aliquo & in pręceps ruente.

L. Dico autem uobis amicis meis: M. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autem non poſſunt occidere. ſed potius timete eū qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.

Amici dei uocanť, qui nil terrenū cupiūt. Duo ſunt genera perſecutorū, unum palā ſęuientium, alterū ficte blandientiū. quod pertinet ad hypocriſin phariſæorū. Veruntamen pręcepit dominus non timeri, quia nō habet poteſtatē in animas iuſtorū. Timore mūdi expulſo, ſeruite domino timore gehēnæ, donec (M.) illū charitas foras mittat permanēte caſto timore, id eſt, reuerētia ſine fine deo exhibēda. Duplicem aūt eſſe gehennam ignis & frigoris, in Iob pleniſſime legimus. (Iob 24.)

Nonne duo paſſeres aſſe ueneūt, & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro?

Lucas: Si unus nō eſt in obliuione coram deo. Si non moritur paſſer ſine dei prouidētia, in qua ſunt omnia. quanto magis uos ad (Luc.) imaginē dei facti? Lucas. Quinq; paſſeres dipondeo ueneūt, id eſt, uenduntur. Dipondius, (Luc.) genus eſt ponderis leuiſſimi, ex duobus aſſibus compoſiti. Quod autem in numeris eſt unus, hoc in ponderibus as: & quod duo, hoc dipondius.

Veſtri autē & capilli capitis omnes numerati ſunt.

Vt de maſſa corporis taceam, minimi eti-

am particulæ dei prouidentia conſeruātur.
Non actu cōputationis, ſed facilitate cogni-
tionis ſunt omia deo numerata, id eſt, cogni
ta: & bene numerata dicuntur quæ ſeruat,
quia quæ uolumus ſeruare, numeramus. Hic
derident nos negantes reſurrectionē, quaſi
nos materiam, quę fit cadauer anima diſcedē
te, ita dicamus reparandam, ut ea quæ dilabū
tur & in alias ſpecies uertuntur, ad eaſdem
ubi corporis partes, *quæ fuerint, redire neceſſe
ſit. Alioquin ſi capillus redit quod crebra tō-
ſura detraxit, & unguibus, indecens occurrit
reſurrectio. Sed quēadmodum ſi ſtatua me-
talli contereretur in puluerē, & artifex eam
uellet reparare, non quæreret quæ particula
cui membro ſtatuę redderetur, dum tamē to
tam reficeret ex eo unde conſtiterat: ita deus
mirabiliter de materia carnis noſtræ nos re-
ſtituet. Nec attinebit ad integritatem, utrum
capilli ad capillos, & ungues ad ungues rede
ant, dum ſolummodo dei prouidentia decē-
ter reſtituamur.

Nolite ergo timere, multis paſſeri-
bus meliores eſtis uos.

Lucas: Multis paſſeribus pluris eſtis, hoc
Luc. 12. eſt, maioris apud deum dignitatis.

Omnis ergo qui confitebitur me co
ram hominibus, cōfitebor & ego eū
coram patre meo, qui in cælis eſt,
L. & coram angelis eius.

Quia non ſunt timendi tortores carnis,
ergo cōfitemini me. Omnis enim qui me cō
fitetur coram hominibus, id eſt, non ſolum
cordis fide, ſed ore & opere, non recuſans
ſcilicet mori pro me: & ego confitebor eum
in conſpectu ſupernæ ciuitatis æterniq; re-
Mat. 25. gis ac iudicis, dicens: Venite benedicti pa-
tris mei, percipite regnum.

M. R. L.

Qui autem negauerit me co-
rā hominibus, R. & confuſus
me fuerit in generatione iſta adulte
ra & peccatrice, M. negabo & ego
eū corā patre meo, qui eſt in cælis,
L. & corā āgelis eius. R. & filius ho
minis confundet eum, cum uenerit
in gloria patris ſui cū āgelis ſanctis.

Qui coram hominibus, ubi prodeſſe de-
bet mei nominis confeſſio, negauerit me de-
um uel hominē eſſe, & ego corā patre meo
& angelis negabo eum, id eſt, non manife-
ſtabo ei patrem, neq; me in maieſtate patris.
Qui fuerit confuſus propter me, quaſi cruci
fixum, unde ſum Iudæis ſcādalum, gentibus
autem ſtultitia, filius hominis cōfundetur p
pter eum, hoc eſt, eiciet eum in tenebras ex
teriores, ac ſic cōfundet, ppter ipſius pſentiā.
Qui fuerit me cōfuſus, i. habēs me cōfuſum:
uel cōfuſus, id eſt, cōfundens ſcilicet erube-
ſcens, filius hominis cōfundet, id eſt, habebit
cōfundēs eum. Vel paſſiuum accipitur pro
adiectiuo. confundetur, id eſt, confundet eū
& quaſi erubeſcens de illius præſentia, exclu
det eum à gloria. Pater in cęlis eſt, hoc eſt, in
conſortio ſanctorū. Sunt qui dicūt, nos non
erubeſcimus deum confiteri, ſed ad probati-
onem fidei non ſufficit uox profeſſiōis Chri
ſtianæ, dum dedignantur iniurias tolerare:
dum erubeſcunt, ſi iurgium contigerit, prio
res ſatisfacere. M. & L. M.

Nolite arbitrari quod uenerim
pacem mittere in terram. Non Hiero.
ueni pacē mittere, ſed gladium.

Tradet frater fratrem, ut ſupra dictum eſt.
non enī ad hoc ueni, ut carnales affectus con
firmem, ſed ut ſpirituali gladio uerbi dei diſ
ſociem. Oſtēdit itaq; quid poſt prędicationē Gene. 11.
ſequatur. Ad fidem Chriſti totus orbis con-
tra ſe diuiſus eſt, quia unaquęq; domus & in Pſal. 67.
fideles habuit & credentes. Vnde bellum bo
num miſſum eſt, ut rūperetur pax mala. Ta- Beda.
le quid & in Geneſi legitur de uolentibus Iſa. 19.
ædificare turrim, quia deus linguas eorū di-
uiſerit. Vnde Dauid: Diſſipa gentes quæ bel
la uolunt. Hinc Iſaias: Ecce dominus aſcen-
det ſuper nubem leuem, & ingredietur Ae-
gyptū, & mouebuntur ſimulacra Aegypti
à facie eius, & concurrere faciet Aegyptios
aduerſus Aegyptios, his uidelicet pro fide di
micantibus, illis uero contra fidem. L.

Erunt enim ex hoc quinq; in domo
una diuiſi, tres in duo, & duo in tres
diuident. M. Veni enī ſeparare ho
minē aduerſus patrē ſuū, & filiam
aduerſus matrem ſuam, & nurum
aduerſus ſocrum ſuā, & inimici ho-
minis domeſtici eius.

In duo & in tres, ſignificat, cōtra duos & cō
tra tres. Quę mater eſt filij, ſocrus eſt uxoris
eius, & ſic eadē cōtra filiā ſuā, & cōtra nurū eſt
diuiſa. Allegorice tria ad eos qui fidem tri-
nitatis ſeruant, ptinēt: duo illis cōgruūt, q ad
fidei integritatē non puenirūt. Boni ergo cō
traria malis, & mali cōtraria bonis ſentien-
do atq; agendo, ab inuicē diuidunt. Pater no
ſter erat diabolus, q a eū imitabamur: ſed ue-

nit gladius uerbi dei, q nos ab illo ſeparauit, & oſtendit alterū patrē, qui in cælis eſt. Mater ſynagoga ē, cui' filia primitiua eccleſia, inter quas magna cōtradictio fuit. Socrus eadem ſynagoga fuit, & nurus eccleſia de gentibus: quia ſponſus eccleſiæ Chriſtus, ſecundū carnem ſynagogæ eſt filius. Synagoga ergo in nurum & filiam eſt diuiſa, quia credentes de utroq; populo perſequitur.

M. 75. L. 181.

QVi amat patrē aut matrem pluſ quam me, nō eſt me dignus. & qui amat filium aut filiam ſuper me, nō eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, nō eſt me dignus, L. nec poteſt meus eſſe diſcipulus.

Hierony. Nemo pietatem debet anteferre religioni. Cant. 2. In cantico legitur: Ordinauit in me charitatem. Rectus ordo eſt, poſt deum amare patrem & amicos. Si autem neceſſitas exigit ut utrunq; ſeruari non poſſit, odium in ſuos, pietas eſt in deum. Crucem dicit ardorem fidei. Crux à cruciatu dicitur, & ſemper portanda eſt, ut amor Chriſti oſtendatur. Beda. Duobus modis crucem domini baiulamus, cum aut per abſtinentiam carnem affligimus, aut per compaſſionem proximi, illius neceſſitatem, noſtram putamus. Sed quia dominum non ſequitur qui carnem macerat pro inani gloria, uel qui proximo carnaliter compatitur ut culpæ faueat: ideo additum eſt, & ſequitur me. M. 76. 111. L. 111. A. 105.

QVi inuenit animam ſuam, perdet illam. & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eā.

Qui inuenit animam ſuam temporaliter ſaluare negādo me, æternaliter perdet eam. Et qui omnia poſtponens amori meo, paratus eſt animam hic perdere, ut pro me mortem ſubeat temporalem, in futuro inueniet eam ſaluam eſſe.

M. 77. R. 96. L. 116. A. 110.

ET qui recipit uos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui miſit me.

Quia Chriſtus in apoſtolis, deus autem in Chriſto, ergo qui apoſtolos recipit, recipit deum. Hoc dicit, ne apoſtolorum ſuſceptio uilis habeatur his, à quibus ſupra dixit debere ſtipendia ſuſcipere. Hilarius.

M. 78.

QVi recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.

Iudæi carnaliter intelligentes prophetas, mercedem prophetarū nō accipiunt. Aliter: In omni profeſſiōe zizanium ē mixtum tritico. Ergo & pſeudoprophetas & Iudā proditorem debemus recipere, & illis alimoniam miniſtrare. Quod hic procurans dominus, dicit non perſonas ſuſcipiendas, ſed nomina: & mercedem non perdere ſuſcipientes, licet indignus ſit q ſuſcipitur. Iuſtū dicit quemlibet prædicatorem dignum. Merito mercedē prophetæ & iuſti recipiet, qui qua ſi operarios in prophetia & in operibus iuſtitiæ ſibi conſtituit, dum ſuſtentat aliquos, ne in illis propter inopiam deficiant. Hierony. M.

M. 100. VI. R. 98.

ET quicunq; potum dederit uni ex minimis iſtis calicē aquæ frigidæ tātum in nomine diſcipuli, R. quia Chriſti eſtis: M. R. amen dico uobis, non perdet mercedem ſuam.

Occaſionem excludit de paupertate, ne quis cauſetur de inopia, ut qui nō habet unde aquam calefaciat, ſaltem frigidam det ꝓ deo petenti. Sicut ergo periculum non ſuſcipientium teſtimonio excuſſi pulueris denūciauit, ita meritum bono affectu recipientiū ultra ſperatum commendat. Hieron. M.

FINIS LIBRI PRIMI.

i

Caput. XLV. M. 101. X.

ET factũ eſt,cũ conſummaſſet Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, trãſiit inde, ut doceret & prędicaret in ciuitatibus eorum.

Ciuitates diſcipulorum dicit, in quibus erant uel nati uel eruditi. Prædicans itaq; Iudæis, non Samaritanis, non gentibus, fecit quod docuerat, ut ſecundum promiſſa prius offeratur Iudæis ſalutis occaſio.

R. 56. VIII. L. 89.

EXeuntes autem diſcipuli, prædicabant ut pœnitentiã agerẽt. & dæmonia multa eijciebãt. & ungebãt oleo multos ęgrotos, & ſanabãt.

Beda. Dicit Iacobus: Infirmatur quis in uobis?
Iacob. 5. inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper ipſum, ungentes eum oleo in nomine domini, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Vnde patet, ab ipſis apoſtolis hũc ſanctæ eccleſiæ morem eſſe contraditum, ut pontificali benedictione conſecrato oleo perungantur ęgro-
M. ti. Viſibilis itaq; unctio, ſacramẽtum eſt: res uero ſacramenti, remiſſio, quæ ſpirituali unctione gratiæ confertur animæ. A. 18. X.

ET factæ ſunt nuptiæ in Chana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autẽ & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.

Voluit dominus præſentia ſui necnõ miraculo, nuptias commendare, ne eas hæreti-
Albinus. ci damnare pręſumerẽt. Myſtice. Deſiderio patrũ præcedentium ante legẽ, ſub lege uocatus eſt ſponſus ad eccleſiã ſponſam uenire: & in gratia euangelij uenit. Vocati ſunt
Auguſt. & diſcipuli, ut miniſtri in nuptijs. Hanc ſpõſam cõiunxit ſibi ſponſus in utero uirginis. Verbũ enim ſponſus, & ſponſa caro huma-
Albinus. na eſt. In Chana Galilææ. i. in zelo tranſmigrationis ſiunt nuptię. qa hi ſunt digni Chriſto, q feruore deuotiõis de uitijs ad uirtutes, de terra ad cælos tranſmigrant.

Et deficiente uino, dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.

Quaſi dicat: Vinum da eis. Vinum defe- M.
cit, quia ſpiritualis intelligentia legis, fallacem phariſęorũ expoſitionẽ latere cœperat.

Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi ẽ mulier? Nondum uenit hora mea.

Quod cõe eſt tibi matri ſecundum carnẽ, & mihi æternæ dei uirtuti ac dei ſapiẽtiæ, ex qua futurum eſt miraculum quod petis? Veniet hora mea. i. paſſionis opportunitas, in q̃ uidelicet cũ pẽdere in cruce infirmitas cœperit, cuius tu mater es, agnoſcam te matrẽ ut filius, curam tui diſcipulo cõmittens. Prędicato aũt euangelio & uirtute diuina oſtenſa mundo, fuit hora paſſionis, non neceſſitatis ſcilicet hora, ut hæretici calumniãtur, ſed
uoluntatis. Vnde illud: Poteſtatẽ habeo po Iohã. 10.
nere animam meam, & iterum ſumere eam. Non enim autor temporum, fato temporis regitur.

Dicit mater eius miniſtris: Quodcũque dixerit uobis, facite. Erant autẽ ibi lapideæ hydriæ ſex, poſitæ ſecũdũ purificationẽ Iudæorũ, capiẽtes ſingulæ metretas binas uel ternas.

Confiſa mater de filij pietate ad ipſam, ut fiat qđ petit, fiduti aliter imperat miniſtris. Hydor ẽ aqua, unde dicit hydria uas aquæ. Purificationem Iudæorum dicit, quod crebro lauabant manus & uaſa. Metron græce, mẽſura dicit: unde metreta nomẽ menſurę.

Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aq̃. & impleuerũt eas uſq; ad ſummum. Et dicit eis Ieſus. Haurite nũc & ferte architriclino. Et tulerunt.

Architriclinus eſt princeps triclinij. i. diſcũbentium in triclinio. Triclinium uero dicunt eſſe aulam tricameratam, uel tres domos ſiue tres cameras cũ teſtudine factas, in quibus ſedebant diſcumbentes, quaſi ſub tribus arcubus.

Vt aũt guſtauit architriclinus aquã uinum factã, & non ſciebat unde eſſet: miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam, uocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum uinum ponit. & cũ

rius eſt. Tu autem ſeruaſti uinũ bo
num uſq; adhuc. Hoc fecit initium
ſignorum Ieſus in Chana Galilęę, et
manifeſtauit gloriam ſuam.

M. Inter multa ſigna quæ fecit Ieſus in Cha-
na Galilææ, fuit hoc primum. & quodam di
gnitatis priuilegio elementorum conuerſio
ne manifeſtauit gloriam ſuam, id eſt, latentẽ
*Auguſt. deitatem. Miraculum aquæ conuerſæ in ui-
num miramur, & non miramur quia omi an
no hoc facit deus in uitibus, & de uno grano
multa facit. & quod maius eſt, cælum & ter
ram de nihilo creauit, eaq; mirabiliter guber
nat. Ergo quia homines in aliud intenti, per
diderunt cõſiderationem operum domini,
in qua eum quotidie laudarent, ſeruauit ſibi
deus quædã inuſitata quæ faceret, ut tanquã
dormientes homines ad ſe colendum mira-
bilibus excitaret. Aquam uertit Ieſus in ui-
num, cum inſipidam mentem carnalium, ſa-
pore ſcientiæ cæleſtis imbuit. Eramus enim
aqua, id eſt, inſipientes: & fecit nos uinum,
Albinus. id eſt, ſapientes fidem ipſius. Vel aqua intelli
gitur ſcientia, mundans auditores à ſordi-
bus peccatorum. Quæ tunc conuertitur in
uinum, quando aliquis ex toto obliuiſcitur
præteritorum malorum, ne in ea incidat &
incipit calere in dei amore, ſicut uinum in-
ebrians, obliuioſos facit potatores & calefa-
cit. Conuertit aquam Chriſtus in uinum, dũ
quæ carnalia uidebantur in lege, ſpiritualia
oſtendit, & ſuperficiem literæ plenam cæle-
ſti uirtute uideri fecit. Chriſtus enim in pro-
phetijs nõdum manifeſtatus, quaſi uinum in
aqua latuit. ſed cũ diſcipulis aperuit ſenſum
ut intelligerent ſcripturas, uinum inebrians
fuit ipſe Chriſtus, in lege & prophetis mani
feſtatus. Illa igitur ſcriptura dũ in ea ſub ue-
lamine, id eſt, adopertione literæ latet Chri
ſtus, ſapit aquam inſipidam. cum uero aufert
uelamen, eſt uinum inebrians. Sex hydriæ,
ſex ætates ſunt. quæ inaniter currerent, niſi
Chriſtus in eis prædicaretur. Prima ætas eſt
ab Adam uſq; ad Noe, ſecũda uſq; ad Abra-
am, tertia uſq; ad Dauid, quarta uſq; ad trãſ
migrationem, quinta uſq; ad Iohannem ba-
ptiſtam, ſexta inde uſq; ad finem ſeculi. Pro-
phetia in ſingulis ætatibus quaſi in hydrijs.
ſecundum literã aqua inſipida quomodo in
uinum mutetur, cum ad Chriſtum & ad oẽs
gentes referatur, uideamus. Quicquid figu-
rabatur in Adam de Chriſto, ad omnes gen
tes pertinebat, ut illud in Gen. Relinquet ho
Gen.2. mo patrem & matrem, & adhærebit uxori
ſuæ, & erunt duo in carne una. Chriſtus ad-
hæſit eccleſiæ, ut eſſent duo in carne una: &
fuit relinquere patrem, non in ea forma ap-
parere hominibus, in qua æqualis eſt patri.
Reliquit matrem, quando de ſynagoga trãſi
uit ad eccleſiam. Poterat dñs uigilanti Adæ
coſtã ſine dolore euellere, ſed proculdubio
dormitio Chriſti in cruce in eo ſignificaba-
tur, de cuius latere tanquam ſponſa fluxerũt
ſacramenta eccleſiæ. De uino aliarũ hydria-
rũ bibamus: Chriſtus figuratus eſt in Noe.
Nam ideo in arca omnia animalia ſunt inclu Gen. 7.
ſa, ut omnes gentes ſignificarentur ſaluandę
per Chriſtum. Non enim deerat deo rurſus
creare omne genus animalium: ſed ideo per
lignum ſaluata ſunt, quia & nos per lignũ ſal
uandi eramus. In tertia hydria audiuit Abra Gene.22.
am, In ſemine tuo benedicentur omnes gen
tes. Quis non uidet cuius figurã habuit uni- Ibidem
cus eius, ligna portans ad ſacrificiũ, quo im-
molandus ducebatur? Portauit enim domi-
nus crucem ſuam. In quarta hydria dicit Da Pſal.81.
uid: Surge deus, iudica terrã, qm̃ tu hæredi-
tabis in omnibus gentibus. Tanquam dice-
retur: Dormiſti iudicatus à terra, ſurge ut iu
dices terram. In quinta ætate uidit Daniel la Dani.2.
pidem præciſum de monte ſine manibus, &
fregiſſe omnia regna terrarũ, & creuiſſe illũ
lapidem, & factum eſſe montem magnũ, ita
ut impleret uniuerſam faciem terræ. De quo
monte præciditur niſi de regno Iudęorũ, un
de Chriſtus ſecundũ carnem natus eſt ſine
opere humano, quia ſine amplexu maritali?
Ad ſextam ætatem pertinet Iohannes Bapti
ſta, dicens: Nolite dicere, patrem habemus Matt.3.
Abraã. potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſ
citare filios Abrææ: lapides dicẽs gentes, nõ
propter firmitatem, ſed ſtoliditatis duritiã,
dum adorabant ſimulacra, ſimiles facti illis.
unde illud: Similes illis fiant qui faciunt ea, Pſal.113.
& omnes q cõfidunt in eis. Item ſex hydriæ Albinus.
ſunt perfecta corda ſanctorũ, in his ætatibus
receptui ſcripturarũ dei parata, in exemplũ
uiuendi atq; credendi propoſita. Et ſunt la-
pidea. i. fortia in Chriſto lapide. Secundũ pu
rificationem Iudæorũ dictũ eſt, q a illi tm̃ po
pulo Iudæorũ lex data eſt, ſed gratia p Chri Iohã.1.
ſtũ omnibus facta eſt. Ideo nõ dictũ eſt, ca-
pientes metretas aliæ binas, aliæ ternas: ſed
binas uel ternas, ut ipſas diceret binas q̃s ter
nas. Sunt ergo duę menſuræ in ſcripturis, dũ
pater & filius nominat. ſed ibi ſpũs, q patris
eſt, & filij intelligit, ut ibi, Oia in ſapiẽtia (.i. Pſal.103.
in filio) feciſti. Tres metretæ ſunt, dũ noiato
ſpũſctõ, trinitas manifeſtius intelligit: ut ibi,
Baptizate eos in noie pr̃is & filij & ſpũſcti. Matt.28.
Aliter: Binæ uel ternæ menſuræ, ſunt oẽs gẽ
tes ad q̃s pertinent ſcripturæ. binæ, propter

præputium & circuncißionem: ternæ, quia à
tribus filijs Noæ ſunt diſſeminatæ. Quod iuſ
ſu domini impletæ ſunt hydriæ, ſignificat
Albinus. quia uetus ſcriptura ab eo eſt. Potuit quidẽ
uacuas implere uino, qui cuncta crearet ex ni-
hilo. ſed maluit de aqua uinum facere, ut do-
ceret ſe non legẽ ſoluere, ſed implere: & in
euãgelio illa facere uel docere, quæ prophe-
tia prædixit. Vſq; ad ſummũ implentur hy-
driæ, quia nullum tẽpus fuit à ſalutari doctri
na uacuũ. Architriclinus intelligitẽ princeps
in peritia ſcripturæ cõtinentis hiſtorias uel
moralitates & allegorias. Dũ ergo tali uelut
Nicodemo, Gamalieli, diſcipuloq; eius Sau-
lo, uerbũ euãgelij offertur: uinũ de aq̃ factũ,
M. architriclino propinatur. Nõnulli uero per
aquã baptiſmũ Iohannis, per uinum paßio-
nẽ Chriſti accipiunt. Vnde & uinum prius
fertur architriclino. i. ipſi Iohãni, qui ante bi
Albinus. bit paßionẽ q̃ Chriſtus. Triclinium. i. tres or
dines in nuptijs, diſcumbentiũ altitudine di-
ſtãtes inter ſe, deſignãt tres ordines in eccle
ſia fidelium, coniugatorum, continentium,
& doctorum. Et quia doctorum eſt, ueteri-
bus inſtitutis gratiam euãgelij præferre: uo
cato ſponſo dixit architriclinus, bonum ui-
M. num fuiſſe ſeruatum. Quod autem dicitur,
non ſciebat unde eſſet: intelligendũ eſt, quia
multis in lege peritis ſecũdum literam nun
ciauerunt euangelium diſcipuli Chriſti qui
hauſerant aquam, prudenter intelligẽdo, &
fideliter aperiendo ueterem ſcripturam. Oĩs
homo primum bonum uinum ponit, dictũ
eſt ad literam, ſecundum multorum conſue
tudinem. Myſtice homo (id eſt, carnalis) de-
terius uinum bibit poſt bonũ. i. à ueris ad fal
ſa deſcẽdit. ſed ſpiritualis quotidie inuiſibili
uino quod prius latuit in ſcripturis, inebria-
Maxim. tur & proficit. Maximus epiſcopus in ſermo
ne de epiphania, qui ita incipit, Cõplura no-
bis fratres: Sicut poſteritati ſuæ fidelis mãda
uit antiquitas, hodie ſaluator à Chaldæis eſt
adoratus: hodie fluenta Iordanis, benedicti-
one proprij baptiſmatis conſecrauit: hodie
inuitatus ad nuptias, aq̃s uertit in uinum.

M. 8. 1. R. 1. L. 5. Caput XLVI.

CVm aũt deſcendiſſet de
mõte, ſecutæ ſunt eũ tur
bæ multæ. Et ecce lepro
ſus ueniens, genu flexo,
adorabat eum, dicens: Domine, ſi
uis, potes me mundare.

Hierony. Recte poſt doctrinã fiunt miracula, ut p uir
tutẽ ſermo firmaretur. Leproſus ſcdm Marcũ
Beda. genu flectens, ut Lucas ait, in faciẽ procidit:
quod hũilitatis eſt & pudoris, ut unuſquiſq; de
ſuæ uitæ maculis erubeſcat. cõfeßionẽ uere-
cũdia non reprimit, ſed detecto uulnere re-
mediũ quærit. Voluntati dñi curationis pote
ſtatẽ leproſus tribuit, nec q̃ſi incredulus du-
bitat, ſed ſuæ colluuionis conſcius, non præ-
ſumit dicere: Munda me dñe, & mundabor.
Dum hic à lege excluſus, ſe dñi poteſtate cu
rari poſtulat, ſupra legem eſſe gratiam indi-
cat. Sicut enim poteſtatis autoritas in dño,
ita in iſto fidei conſtantia declaratur.

Et extendens manum, tetigit eum Ie
ſus, dicens: Volo. mundare. Et con
feſtim mundata eſt lepra eius.

Extendens miræ affectu manũ, tetigit ex hu-
militate, docens nos nullũ ſpernere pro aliq̃
corporis cõmaculatione. Lex tãgi leproſos
prohibet, ſed de eo non erat prohibitũ q dñs
legis eſt. Tetigit igitur nõ q non ſine tactu ſanare
poſſet, ſed ut indicet ſe nõ ſub lege eſſe, imo
dñm legis, q nõ timet cõtagiũ, cũ potius alios
liberet. Ex pietate ait, uolo, ſanans eo gñe q̃
fuerat poſtulatus, cũ diceret, Si uis, potes me
mũdare. Imperando ſubiunxit, mundare: in
quo maieſtatis aperitur potentia. Nihil enĩ
medium eſt inter opus dei & præceptũ, quia
inter p̃cepta eſt opus. Dixit enĩ, & facta ſunt. Pſal. 32. & 148.

Et ait illi Ieſus: Vide nemini dixe-
ris. ſed uade, & oſtende te ſacerdo-
ti. & offer munus quod p̃cepit Mo
yſes in teſtimonium illis.

Non erat neceſſe ut ſermone iactaret quod
corpore p̃ferebat. Docebat dñs non eſſe uul
gãda noſtra beneficia, ſed premenda: ut non
ſolum à mercede abſtineamus pecuniæ, ſed
etiã gratiæ. Iactantia quippe uitata, facit ne lepra
poßit tranſire in medicũ. Ideo etiã imperat Hilarius
ſilẽtiũ, quia melius eſt fide magis ſpontanea
ſalutem q̃rere, q̃ beneficijs inuitari. Oñdere Beda.
ſe ſacerdoti iubetur leproſus, ut intelligeret
ſacerdos eũ non legis ordine, ſed gratia dei
curatum. Offerre ſacrificiũ præcipit, ut oñ-
deret dñs ſe non legem ſoluere, ſed implere,
ſcdm legem gradiens, & ſupra legem ſanãs.
In lege enĩ præceptũ erat, ut mũdati à lepra, M.
munera offerrent ſacerdotibus: quare humi
liter ad illos mittit. Nec oportebat ſignifican Beda &
tia auferri ſacrificia, priuſquã uera & in illis Auguſt.
figurata ſacrificia, confirmata eſſent in Chri de quæſti
ſto & eccleſia conteſtatione apoſtolorũ & fi onibus
de credentiũ. Offert in teſtimoniũ illis qui ui euãgeliſ.
dent leproſum mundatũ, q̃d ſaluantur à lepra Hilarius
pctõrũ, & offerunt ſe deo ſi credũt. aut ſi nõ
credũt, inexcuſabiles erunt. Vel ita. Munus
q̃d p̃cepit Moyſes illis, uidelicet ſacerdoti-
bus, offerri in teſtimonium. i. in ſignum ſpi-
ritualis oblationis, ſicut curatio lepræ teſtatur

curationem peccati: illud iniquam munus offer non ſolum in ſigno, ſed etiã in re, ut tu ipſe à ſordibus peccati emundatus, in ſacrificium dei tranſeas. Moyſes enim præcepit teſtimonium, cuius in te geris effectum. *Beda.* Vbi leproſus mundatur, certus non exprimitur locus: ut oſtendatur, non unum populũ ſpecialis alicuius ciuitatis, ſed multarum populos fuiſſe ſanatos. Quia uero leproſus genus humanum peccatis languidum typice deſignat, recte in Luca plenus lepra deſcribitur. Omnes enim peccauerunt, & egent gratia dei. Extenſio manus ſaluatoris, ſignificat incarnationem eius, extentam ad ſalutem* ho- **omniũ* *Iohan. 15* minũ. Vnde illud alibi: Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis. *Pſal. 109.* Ipſe Chriſtus eſt ſacerdos in æternum, cui omnes à priſci erroris uarietate mundati, debent ſe oſtendere, confitendo quia templum eius ſunt, & offerre ei ſua corpora hoſtiam uiuentem. *Rom. 12.* R. ⁱ⁹ₓ.

AT ille egreſſus, cœpit prædicare & diffamare ſermonem, ita ut iam non poſſet manifeſte in ciuitatem introire, ſed foris in deſertis locis eſſe. & conueniebant ad eum undique.

Beda in Marcum Ieſus ait, Nemini dixeris. at ille officio functus euangeliſtæ, mox egreſſus, cœpit prædicare, & ſe interius exteriusq́; ſanatum docere, ita quod ipſius ſaluatio multos ad dñm cogit. Ad exemplum doctrinæ factum eſt, quod nec iuſſus tacere poteſt acceptum beneficium: ut electi in magnis quæ faciunt, latere quidem in uoluntate habeant, quod eſt humilitatis: & inuiti prodantur ut alijs proſint, quod magnæ eſt ſublimitatis, cum etiã ſi uelint, opera non poſſint taceri. *Hierony. in Marc.* Vitans dominus ciuitates, tumultuoſas carnalium mẽtes fugit, & ſecretos à mũdanis curis uiſitat. His igitur gloria domini manifeſtabitur, q conueniunt undiq;, id eſt, per plana & ardua, quos nihil põt ſeparare à charitate Chriſti.

M. ⁵⁴ᵢᵢᵢ. L. ⁶⁶. A. ⁷⁷.

Caput XLVII.

CVm autẽ introiiſſet Capharnaum, acceſſit ad eũ centurio, rogãs eum & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.

Auguſt. de cõcordia euangeliſtarũ Non eſt contrarium quod Lucas ait, Miſit ad eum ſeniores Iudæorum rogans, cum per amicum ſoleamus peruenire ad aliquẽ. Veruntamen non negligenter intuenda eſt etiam Matthæi myſtica locutio, ſecundum quã ſcriptũ eſt in pſalmo: Accedite ad eum, & illuminamini. *Pſal. 33.* Itaq; fide uenit centurio. *M.* Dici tamen poteſt, quod etiam corpore uenerit. & ſenioribus Iudæis tanquam familiaribus Chriſti, quod Lucas explicat, uerbũ ſuum commiſerit, ut quotidie fieri ſolet ante potentes. *Rabanus* Iacet paralyticus, torquetur acuta ſcilicet paſſione. Hęc ita exprimit, ut & animæ ſuæ anguſtias iudicet, & Chriſtũ ad miſericordiam commoueat. Hinc diſcamus commiſereri ſeruis. Vt Lucas ait, moriturus erat ſeruus, ſi non domini ſui fide & Chriſti pietate redderetur uitę: ſicut Iezechias rex, cui dominus ter q̃nos addidit annos. *Iſaiæ. 38.*

Ait illi Ieſus: Ego ueniam, & curabo eum.

Ad ſanandum reguli filium ire noluit, ne diuitias honoraſſe uideretur. ad ſeruum ire conſenſit, ne ſeruilem cõditionem ſpreuiſſe putaretur. ſed in itinere uerbo eum ſanauit, ne putaretur ire ob impotentiam, & non ob humilitatem.

Et reſpondens centurio, ait: Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. ſed tantum dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nã & ego homo ſum ſub poteſtate, habens ſub me milites. & dico huic uade, & uadit. & alio ueni, & uenit: & ſeruo meo fac hoc, & facit.

Propter uitæ gentilis conſcientiam, metuebat grauari dominum. Vidit dominus fidem, humilitatem, prudentiam centurionis. Fidem, quod ex gentibus credidit. humilitatem, quod ſe iudicauit indignum cuius tectũ dominus intraret. Prudentiam, quod diuinitatem corpore tectam agnouit. Qua prudentia etiam dixit, homo ſum, & mitto homines, ſciens dominũ angelos mittere poſſe. Vnde ſequitur:

Audiens autem Ieſus, miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.

Beda. Quod Ieſus miratus eſt, nobis mirandum eſſe ſignificat: quia tales motus cum de deo dicuntur, non perturbati animi ſigna ſunt, ſed docentis magiſtri. *Hierony.* De præſentibus dicit, non inueni tãtam fidem in Iſrael, non de pa-

triarchis & prophetis, niſi forte in centurio-
Beda. ne fides gẽtium præponatur Iſraeli. Præſen-
tibus ideo præfertur fides centurionis, quia
illi legis ꝓphetarumq́ monitis edocti erãt,
ipſe autem nemine docente ſponte credidit.

M. 61. v. L. 172.

DIco autẽ uobis, quod multi ab oriẽte & occidente uenient, & recumbent cum Abraam, Iſaac & Iacob in regno cælorum. filij autẽ regni eiicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & ſtridor dẽtiũ.

M. Non ſolummodo iſte centurio de gentibus recte credit in deum, sed multi gentiles adhuc uenient ad rectam credulitatem. De
Hierony. nationibus crediturís dicit, multi uenient & requieſcent feliciter epulaturi. Filios autem regni dicit Iudæos, in quibus ante regnauit deus. Tenebræ ſemper ſunt interiores, non exteriores: ſed exteriores ideo dictæ ſunt, quoniam lumen reliquit, qui à domino foras expellitur. Vbi dicit, fletus & ſtridor dẽtium, ueram oſtendit reſurrectionem: cum fletus ſit oculorum, & dentes oſſa.

M. 66. v. L. 66.

ET dixit Ieſus cẽturioni: Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi: & ſanatus eſt puer in illa hora. Et reuerſus eſt centurio in domum ſuam, & inuenit ſeruum qui languerat, ſanũ.

Meritum domini famulo ſuffragatur. In-
M. telligamus centurionem corpore tandem perueniſſe ad dominum, & cum his qui miſſi fuerãt, rediſſe domum, cum dominus dixerit ei, uade: uel ſicut per nuncios acceſſiſſe, ſic
Beda. & per nuncios reuerſus fuiſſe attendatur. Diuina prouidentia Iudæi miſſi ſunt, ut inexcuſabiles fierent, ſi uiſo miraculo & credente gentili uiro, non crederent. Seniores pro cẽ-
☞ turione, & ſancti pro nobis intercedunt ad dominum. Milites centurionis, poſſunt intelligi uirtutes naturales, quas multi ſecum
Act. 10. deferũt ad dominum uenientes. De quibus in laude Cornelij cẽturionis dicitur, qđ erat uir iuſtus & timens deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans deum ſemper. Qui autem non bene utuntur illis, minime digni ſunt uiſitatione dei. Centurio electos ex gẽtibus oſtendit, qui quaſi centenario milite ſtipati, uirtutum ſpiritualium ſunt perfectione ſublimes, & ſola æternæ ſalutis gaudia ſibi ſuiſq́ requirunt. Numerus enim centenarius, qui de læua transfertur ad dexteram, cæleſtem ſignificat uitam. Vnde arca Noæ centum annis fabricata eſt. Abraam centenarius filium ꝓ- Gen. 21.
miſſionis accepit. Iſaac ſeuit, & in ipſo anno Gen. 26.
centuplum inuenit. Atrium tabernaculi cen Exod. 27
tum cubitis longum fuit: in centeſimo pſalmo miſericordia & iudicium cantatur dño.

M. 67. 11. R. 15. L. 26.

Caput XLVIII.

ET cum ueniſſet Ieſus in domum Petri, uidit ſocrum eius iacentem & febricitantẽ. & tetigit manũ eius, & dimiſit eã febris. & ſurrexit, & miniſtrabat eis.

Natura hominum eſt, ut poſt febres de- Hieron.
biles ſint: uerũ ſanitas à domino collata, fortitudinem dedit miniſtrãdi ſocrui Petri. Lu-
cas: Et rogauerunt illum pro ea. Modo ſalua Luc. 4.
tor rogatus, mõ ultro curat ægrotos, oſten- Beda.
dens ſe cõtra peccatorum paſſiones & precibus annuere fidelium, & ea quæ minime in
ſe intelligunt, dimittere. Vnde Pſalmiſta ait: Pſal. 18.
Delicta quis intelligit? Ab occultis meis mũda me domine. A febribus curata fœmina, moraliter carnem à concupiſcentiæ feruore per continentiæ præcepta frenatam ſignificat: ut membra quæ ſeruierant immũditiæ, ſeruiãt iuſtitiæ. Allegorice domus Petri, cir-
cunciſio eſt, eius apoſtolatui commiſſa. ſo- Rabanus
crus eſt ſynagoga, quæ quodammodo mater eſt eccleſiæ Petro commiſſæ. hæc febricitat, quia inuidiæ æſtibus laborat perſequens eccleſiam. Cuius manum dominus tangit, quando carnalia eius opera in ſpiritualem uſum conuertit. & ita erecta, miniſtrat in ſpiritu.

L. 27. x. Caput XLIX.

ET factũ eſt, deinceps ibat in ciuitatem quę uocatur Naim, & ibãt cum illo diſcipuli eius & turba copioſa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defũctus efferebatur filius unicus matris ſuæ. & hæc uidua erat. & turba ciuitatis multa cum illa.

Naim, ciuitas eſt Galilææ. Defunctus qui Beda.
coram multis extra portam effertur, ſignificat criminaliter peccantem: & multorum notitiæ ꝑ uerba & opera quaſi per oſtia ſuæ ciuitatis peccatum propalantem. Qui bene unicus matris ſuæ perhibetur, quia licet mater eccleſia multos habeat filios bonos & malos, pro una tamen perſona mali accipiunt, quantum ad malitiam pertinet, quemadmo-

dum etiam boni una perſona accipiūtur ſecūdum bonitatem. Et electus quilibet quando imbuitur ad fidem, filius eſt: quādo alios
Gala. 4. imbuit, mater eſt. Vnde Paulus: Filioli mei, quos iterū parturio. Cum igitur boni unanimiter ſtudeant reuocare malos, & boni mater, & mali filius unicus nuncupantur. Porta ciuitatis qua defunctus effertur, aliquis eſt de ſenſibus, quo aliquis in peccatum corruit, ut qui uidet ad concupiſcendum, qui aurē ocioſis uel turpibus audiendis, qui linguam commodat litigijs: cæteroſq; qui non ſeruat ſenſus, mortis ſibi referat aditus. Omnis q meminit eccleſiam ſponſi ſui morte redemptā, agnoſcit eā eē uiduā. huius miraculi multi fuerūt teſtes, ut multi fierēt dei laudatores.

Quam cum uidiſſet dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere.

Pulchre euangeliſta dominum prius miſericordia motum eſſe ſuper matrem, ac ſic filium ſuſcitare teſtatur: ut in uno nobis exēplum imitandæ pietatis oſtenderet, in altero fidem mirandæ poteſtatis aſtrueret.

Et acceſſit & tetigit loculum. hi autē qui portabant, ſteterunt.

Loculus in quo mortuus efferebatur, male ſecura deſperati peccatoris cōſcientia eſt. Qui uero ſepeliendum portant, uel immunda deſideria ſunt, quæ hominem rapiunt in interitum: uel uenenata lenocinia blandientium, quæ peccantes quaſi aggere terræ obruunt. dñō loculum tangente, funeris baiuli ſteterūt: quia conſcientia attacta formidine ſupni iudicij, reuertitur ad ſeipſam, coercēs carnales uoluptates & iniuſtos laudatores.

Et ait: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. & reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ.

Reſidet qui erat mortuus, cum interna cōpunctione reuiuiſcit peccator. Incipit loqui, cum oſtendit ſe redire ad ueram uitam. Redditur matri, cū per ſacerdotale iudicium cōmunioni ſociatur eccleſiæ.

Accepit aūt oēs timor, et magnificabant deum, dicentes: quia propheta magnus ſurrexit in nobis, et quia deus uiſitauit plebem ſuam.

Omnes magnificabant. i. laudabant deū: q̄a quanto grauior eſt caſus, tanto pietas erigentis gratior, & ſpes ſalutis pœnitentibus eſt certior. Viſitauit deus plebem, & dū uerbum ſuum ſemel incarnari cōſtituit, & quotidie ſpiritumſanctum in corda noſtra mittendo, ut ſuſcitemur. L. 68/x. Caput L.

ET exiit hic ſermo in uniuerſam Iudæam de eo & omnem circa regionem.

Id eſt, in omnem regiōem circa Iudæam.
Allegorice fuit appropinquare Ieſum portæ Ambr.
ciuitatis, quod uerbum caro factum, gentilē populum per portas fidei ad cæleſtem Ieruſalem induxit. Ecce Iudaicus iunior populus per perfidiam defunctus effertur, quem mater eccleſia nil in mundo quaſi proprium poſſidens, multis populorum turbis circunſepta, pio affectu plorat, & ad uitam reuocare laborat: quod & interim in paucis Iudæorum conuerſis, & tandem in plenitudine impetrat. locus quo defertur, corpus eſt humanum. portitores, ſunt mali mores, qui ad mortem trahunt. ſed Ieſus loculum tangit, cum fragilem naturam in cruce erigit. Vel tāgitur locus mortui hominis à deo. i. lignū crucis: quia perijt homo per lignum paradiſi. Portitores mortui, ſunt quatuor elementa, quorū intemperantia eſt irritamentū peccandi in hoīe. Stant portitores, quia nō ualēt ſicut prius ad mortem trahere. Loqui Ieſu, ē monita ſalutis infundere: uñ languidus ad uitā erigiť bonis actibus, & ſic redditur matri eccleſiæ. Timent omnes, quia unius exēplo multi corrigūtur. M. 67/n. R. 15. L. 26.

VEſpere autē facto, obtulerūt ei multos dæmonia habētes, & eiiciebat ſpiritus uerbo, & omēs male habētes curauit, ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophe-
tā, dicentē: Ipſe infirmitates noſtras accepit, et ægrotationes portauit. Iſai. 53.

Hic quidā inchoant 2. caput.

Veſpere autem facto, curāntur infirmi, qñ Hierony.
ſcilicet granū tritici in terra moritur. Solis occubitus, quod Lucas ponit, mortem ſigni-
ficat illius q dixit: Quam diu in mūdo ſum, Iohā. 12.
lux ſum mundi. Plures ęgroti ſanantur poſt mortem Chriſti q̄ antea: quia calcato regno mortis, per totum orbem dona fidei trāſmiſit p miniſtros ſuos. Vnde Pſalmiſta canit:
Iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum. Pſal. 67.
Sup occaſum dñs aſcēdit, q̄a unde in paſſiōe occubuit, inde maiorē ſuā gloriā reſurgēdo manifeſtauit. Ad literā ſcdm p̄ſentē locū infirmi-
tates leuiores accepit. i. ſanando abſtulit: & Rabanus
ægrotatiōes diuturnas portauit, q̄ſi abſportādo remouit. Myſtice infirmitates noſtras in cruce accepit, & ægrotationes portauit,

quia paſſionē pro minoribus & maioribus
peccatis noſtris ſuſtinuit.

Videns autē Ieſus turbas multas cir
cum ſe, iuſſit ire trans fretum

M. 8. v. L. 105.

Caput LI.

ET accedēs unus ſcriba, ait
illi: Magiſter, ſequar te q̄-
cūq; ieris. Et dixit ei Ieſus:
Vulpes foueas habent, & uolucres
cæli nidos. Filius autem hominis nō
habet ubi caput reclinet.

Hieron. Iſte ſcriba legis, qui tantum literam noue
rat, non erat ſpiritualis auditor domini, ſed
putabat eum eſſe unum de magiſtris litera-
toribus. & ideo non habuit locum ubi domi
nus caput ſuum reclinaret. Verſutus uideli-
cet erat, non ſimplex & humilis, quē diuini-
tas familiari manſione inhabitaret. Fuit au-
tem ob hoc repudiatus, quod uiſa magnitu-
dine ſignorum, uoluit ſequi ſaluatorem, ut
lucra ex miraculis quæreret, ſicut Simon ma
Actu. 8. gus. Iuſtè ergo à domino condemnatur q̄ſi
dicente: Quid me propter diuitias uis ſequi,
cum tam pauper ſim, ut nec hoſpitiolū ha-
Beda. beam? Vel miraculis motus, propter inanē
iactātiam ſequi uoluit, quā ſignificant aues.
& finxit obſequium diſcipuli ſe facturū, quæ
Albinus fictio per uulpem figuratur. Vulpes enim ē
animal fallax, inſidijs intentum, rapinas frau
dis exercens, & inter ipſa hominum hoſpi-
tia in foueis habitans. ita hæreticus domum
fidei non habens, alios in ſuam fraudem tra
hit, & à fide ſeducit.

Ait autem ad alterum: Sequere me.
Ille autem dixit: Domine, permitte
me primū ire, & ſepelire patrē meū.

Beda. Ille magiſtrum, hic dominum uocat, non
diſcipulatum reſpuens, ſed pro pietate patrē
ſepelire cupiens, dignus in quo Chriſtus re-
clinet caput, id eſt, in quo diuinitas maneat.
Vel reclinatio capitis, humilitatem Chriſti
ſignificat, quæ in hoc, non illo ſimulatore ac
ſuperbo locum habebat.

Ieſus autem ait illi: Sequere me, &
dimitte mortuos ſepelire mortuos ſu
os. Tu autem uade & annuncia re-
gnum dei.

Docet nos dominus, minora bona præ-
termittenda eſſe pro utilitate maiorum. Ma
ius enim bonum eſt, prædicare, quàm patrē
ſepelire. Nam qui patrem ſepelit, carnem in
terra abſcondit: qui uero prædicat, mortuos
ad uitam reſuſcitat. Mortuus eſt qui non cre Hierony.
dit. Cauendum eſt ergo, ne dum ſoliciti ſu-
mus de mortuis, nos quoq; moriamur. Do- Albinus.
minus repudiauit fraudulētum, & elegit in-
nocentem: ſed eum, cui patrem ſciebat mor
tuū, illum patrem de quo dicitur, obliuiſce- Pſal. 44
re domum patris tui. Myſtice, non reuoca-
tus ab officio patris diſcipulus fuit, ſed fide-
lis ſecernitur à communione perfidorum,
quorum guttur eſt ſepulchrum patens: q̄lis Pſal. 13.
etiam erat hæreticus, uulpibus comparatus
& auibus. Eſt propria iuſtorum ſepultura,
de qua dicitur: Hæc enim mittēs hoc unguē Matt. 26.
tum in corpus meum, ad ſepeliendum me fe
cit. Et ideo qui bona in ſe fide ſepelit Chri-
ſtum, ut cum eo reſurgat, diaboli perfidiam
in ſe nequaquā ſepeliat. Mortuos uero mor Gregor.
tui ſepeliunt, cum peccatores quiq; ſui ſimi-
les adulando demulcent, & congeſta mole
peſſimæ adulationis eos opprimunt.

L. 106. x.

ET ait alter: Sequar te domine,
ſed primum permitte mihi renū
ciare his qui domi ſunt. Ait ad illum
Ieſus: Nemo mittens manū ſuam ad
aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt
regno dei.

Si diſcipulus dominium ſecuturus, argui- Beda.
tur de renunciatione domus: quid fiet illis,
qui nulla utilitate domū reuiſere non timēt,
quam reliquerant? Manum cuilibet in ara-
trum mittere, eſt quaſi quodam compuncti-
onis inſtrumento, ligno & ferro dominicæ
paſſionis duritiā ſui cordis atterere, atq; ad
proferendos operum bonorum fructus ape
rire. Quod ſi quis excolere incipiēs, cū uxo- Gene. 19.
re Lot ad relicta uitia reſpicere delectetur,
futuri regni munere priuatur.

M. 62. 11. R. 47. L. 83.

Caput LII.

ET aſcendente eo in naui
culam, ſecuti ſunt eū di-
ſcipuli eius. Et ecce mo-
tus magnus factus eſt in
mari, ita ut nauicula operiretur flu-
ctibus. Ipſe uero erat in puppi ſuper
ceruical dormiens.

Ceruical dicitur uel puluillus, uel quodli M.
bet aliud ſubſtratum ceruici recumbētis ad
dormiendum. Nauicula uidebatur operiri
& impleri fluctibus, quare tāto magis timor

conturbat diſcipulos.

Et acceſſerunt & ſuſcitauerũt eum,
dicẽtes: Domine, ſalua nos, quia pe
rimus. & dicit eis: Quid timidi eſtis
modicę fidei? Tunc ſurgẽs impera-
uit uẽto & mari. & dixit, tace & ob
muteſce. & facta eſt trãquillitas ma
gna.

Licet diuerſis uerbis euangeliſtæ narrẽt,
una tamen ſententia eſt, & totum dici potuit.
Comminatur uento & mari, de quo dicitur:
Pſal.88. Tu dominaris poteſtati maris. Non errore
Hierony. hæreticorum imperauit, qui omnia putant ani
mantia, ſed maieſtate qua deo ſunt ſenſibilia.
Huius ſigni typum in Iona legimus, quod
Ion.1. dominus cæteris periclitantibus ſecurus eſt
& dormit, & ſuſcitatur & imperio ac ſacra-
mento paſſionis ſuæ liberat ſuſcitantes. Itaq;
ſuæ perſonæ utranq; naturam dignatus eſt
oſtendere, dormiens ut homo, mare coer-
cens ut deus.

Porro homines mirati ſunt, dicẽtes
ad inuicem: Quis aut qualis eſt hic?
Quia & uentis imperat & mari, &
obediunt ei.

Recte appellãtur hoĩes, quicunq; potenti
am ſaluatoris nondum nouerant, ſiue nautæ
accipiantur, ſiue alij qui in naui erant, ſiue eti
am ipſi diſcipuli. Allegorice, mare accipitur
æſtus huius ſeculi. Nauicula, paſſionis arbor,
cuius beneficio fideles adiuti, mundi fluctus
tranſcendunt, & ad littus patriæ cæleſtis pue
niunt. de hoc quod diſcipuli cũ dño in naui-
culam aſcẽdunt, alibi ſignificationem aperit,
Luca.9. dicens: Si quis uult poſt me uenire, abneget
ſemetipſum, & tollat crucem ſuã quotidie, &
ſequatur me. Diſcipulis nauigantibus, Chri
ſtus dormit: quia fidelibus in ſpe quietis æter-
næ ſeculum calcantibus. & poſt terga certa-
tim mundi faſtus iactantibus, tempus domi
nicæ paſſionis aduenit. Vnde Marcus hoc
ſero geſtum fuiſſe perhibet, ut ueri ſolis oc-
cubitum non ſolum dñi dormitio, ſed etiam
ipſa hora ſignificaret. Quo aſcendente pup-
pim crucis, ut ſomnũ mortis caperet, fluctus
blaſphemantium dæmoniacis excitati pro-
cellis, aſſurgunt. Quibus non eius patientia
turbatur, ſed diſcipulorum imbecillitas peri
Hier.in clitatur. Puppis mortuis pellibus uiuos con
Marcum tegit, & fluctus arcet, & ligno ſolidatur: quæ
innuũt, in cruce & morte dñi eccleſiã ſaluari.
Per ceruical intelligite corpus, cui diuinitas
Beda. ſicut caput inclinata recũbit. Suſcitant dñm
diſcipuli ne pereant, qa maximis uotis reſur
rectionem quærebant. Ventũ reſurgens do
minus increpauit, quia diaboli ſuperbiã ſtra
uit, dum eius imperiũ deſtruxit. Tempeſta-
tem aquæ ceſſare fecit, quia rabiem clamanti
um, ſi filius dei eſt, deſcendat de cruce, labe- *Matt.27*
fecit. Recte arguuntur qui præſente Chriſto
timebant: unde poſt reſurrectionẽ etiam au
dierunt quidam ex ipſis: O ſtulti & tardi cor *Luc.24.*
de ad credendum in oĩbus quæ locuti ſunt
prophetæ. Nobis etiã ſæpe nauigantibus qſi
inter æquoris fremitus obdormit dñs, qñ in
ter medios uirtutum niſus, crebreſcente uel
immundorum ſpũum uel hoĩm prauorũ uel
cogitationum impetu, fidei ſplẽdor obtene-
breſcit, ſpei celſitudo cõtabeſcit, amoris flã-
ma refrigeſcit. Sed tunc neceſſe eſt ut ad deũ
recurramus, quatenus ad trãquillitatem nos
reducat, & portum ſalutis indulgeat.

Caput LIII.

ET cum ueniſſet transfretũ in
regionẽ Geraſenorũ, quæ eſt
contra Galilæã, & cũ egreſſus
eſſet ad terrã, occurrerũt ei duo ha
bentes dæmonia, de monumentis ex
euntes, ſæui nimis, ita ut nemo poſ-
ſet tranſire per uiam illam.

Geraſa eſt urbs Arabiæ trans Iordanem,
iuncta monti Galaad in tribu Manaſſe, non *Auguſt.*
longe à ſtagno Tiberiadis, in quod porci p̃- *de cõſor*
cipitati ſunt. Matthæus duos, Marcus & Lu *dis euan*
cas unum occurriſſe memorant: quia unus *geliſt.*
eorum celebrioris perſonæ & maioris inſa-
niæ fuit, & ideo eius curatio famoſior.

Vnus enim habebat dæmonia iam
tẽporibus multis, & ueſtimento nõ
induebatur: neq; in domo manebat,
ſed in monumentis. & neq; catenis
iam quiſquã eũ poterat ligare, quo
niam ſępe cõpedibus & catenis uin
ctus, dirupiſſet catenas, & compe-
des comminuiſſet. & nemo poterat
eum domare. & ſemper nocte ac die
in montibus erat clamans, & conci-
dens ſe lapidibus. Videns autem Ie
ſum a lõge, occurrit & adorauit eũ.
& clamãs uoce magna, dixit: Quid
nobis & tibi Ieſu fili dei altiſſimi? ne
me ante tempus torquere nos? Di
cebat enim illi Ieſus: Exi ſpiritus im
munde.

Beda. Iudæi dicunt in principe dæmoniorum eijcere dæmones, quem dæmonia negant aliquid commune ſecum habere, quia pax aut ſocietas nulla eſt illis cum eo. Hierony. Arrius contendit eſſe creaturam, quem dæmon cõfitetur filium dei. Non tamen uoluntatis iſta confeſſio eſt, quam pmium ſequitur cõfitendi, ſed neceſſitatis extorſio cogens inuitos. Præſentia ſaluatoris, tormentum eſt dæmonum. magnumq; tormentum ei ex eis, à leſione hominis ceſſare: & tanto grauius dimittunt, quanto diutius poſſident. Ridicule putant quidam dæmonia noſſe filium dei et diabolum ignorare, eo quod minoris malitiæ ſunt ſatellites, quàm ille cuius ſatellites ſunt: ſed tam dæmones quàm diabolus magis ſuſpicantur filium dei eſſe, ꝗ noſcant.

Dic, quod tibi nomen eſt: At ille dixit: Legio. quia intrauerunt dæmonia multa in eum.

Non uelut inſcius nomen inquirit, ſed ut confeſſione uirtus curantis gratior appareret Etiam noſtri temporis ſacerdotes, qui p exorciſmi gratiam dæmones eijcere norũt, ſolent dicere, patientes non aliter ualere curari, niſi quantum ſapere poſſunt, omne qđ ab immundis ſpiritibus uigilantes dormientesve pertulerunt, confitendo exponant.

Et rogabant eum, ne expelleret eos extra regionem, et ne imperaret illis ut in abyſſum irent.

Nouerant dæmones ſe aliquando mittendos in abyſſum, recolentes dicta pphetarũ.

Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum paſcens. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos, mitte nos in gregẽ porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia. & ſuffocati ſunt in mari.

Permiſit fieri quod petebant, ut porcorũ perditio hominibus eſſet ſalutis occaſio. Notandum quod ſpiritus immũdi & in porcos non poſſent introire abſq; conceſſu ſaluatoris, ut nouerimus eos multo minus poſſe ſua Auguſt. poteſtate nocere hominibus. Nõ repugnat quod Marcus circa montem fuiſſe porcos narrat, Lucas autem in monte. Grex enim tam magnus fuit, ut aliquid eius eſſet in monte, aliquid circa montem. Dæmones ante tẽpus debita ſibi tormenta formidantes, petũt in porcos mitti, & mittuntur. Sic peccator unuſquiſq; ipſe ſibi actor eſt pœnæ. Vnde in Iſaia: Intrate in flammam quam accendiſtis uobis. Iſai. 50.

Qui autem paſcebant eos, fugerũt. & nunciauerunt in ciuitatem & in agros omĩa. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu. & uiſo eo, inuenerunt hominem ſedentem a quo dæmonia exierant, ueſtitũ ac ſana mente ad pedes eius. & timuerunt, & rogabãt eũ ut tranſiret a finibus eorꝫ.

Hierony. Quod rogant ut fines eorum tranſeat, nõ de ſuperbia faciunt, ſed de humilitate, qua ſe præſentia domini iudicabant indignos.

R. viii. L. 14.

CVmq; aſcẽderet nauẽ, rogabat eum uir a quo demonia exierãt, ut cum eo eſſet. & non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & narra quanta tibi fecerit dominus, & miſertus eſt tui. & abiit prædicans in decapolim, quanta illi feciſſet Ieſus. & oẽs mirabantur.

Beda. Myſtice, Geraſa ſiue Gergeſi, ut quidam legunt, interpretatur colonum eijciens, uel aduena propinquans. Dominus itaq; poſt paſſionis ſomnum reſurrectionisq; gloriã, per prædicatores uenit in regionem Geraſenorum, cum prædicaret Iudæis & gẽtibus. Vtriq; enim ſunt Geraſeni, eijcientes colonum, id eſt, diabolum, qui alios per idololatriam, alios per tranſgreſſionem legis incolebat. & ita qui erant longe, facti ſunt prope in ſanguine Chriſti, & per liberꝫ arbitrium occurrerunt credendo. In monumentis, nõ in domo manebant: quia in conſcientia ſua non requieſcebant, ſed in mortuis operibus (hoc eſt, in peccatis) delectabãtur. Corpora enim perfidorum, quædam ſunt ſepulchra defunctorũ, in quibus anima peccatis mortua recluditur. Sæui nimis erant, quia contra diuinas & humanas leges in furore concupiſcentiæ perſiſtebant, impugnantes uiam ſi dei, ne quis per illam tranſiret. Vnus ille maioris inſaniæ figuram populi gentilis accipit, qui multis temporibus (id eſt, ab ipſo pene mũdi exordio) uexabatur à dæmonio. & ueſtimento non induebatur, quia tegimentũ uirtutis amiſerat, quo primi parẽtes poſt culpam nudati leguntur. Hæc ſtola redeũti

filio offertur. Catenæ & compedes duræ & graues, ſunt gentiliū leges, quibus & in eorū republica cohibebantur peccata. Ruptis catenis, ut Lucas ſcribit, agebatur à dæmonio in deſerta. quia tranſgreſſis legibus illis, ad ea ſcelera cupidine raptabantur, quæ iam uulgarem conſuetudinem excederent. Semper in nocte ac die furebat dæmonioſus: quia gētilitas ſiue aduerſis caſibus laboraret, ſeu proſperitas ei arrideret, nequaquā collū mentis à ſeruitio dæmonum excutere nouerat. Per operū fœditatem quaſi in monumentis iacebat, & per ſuperbiam quaſi in montibus errabat, & per uerba duriſſimæ infidelitatis quaſi cautibus ſe cōcidebat. Quod uero dæmonia multa intrauerant in hominē, ſignificat populum gētilem multis idololatriæ cultibus fuiſſe mancipatum. In porcorum interitu, homines immundi & rationis expertes indicantur, in mōte ſuperbiæ lutulentis actibus delectati. Talibus dominantur dæmonia. nam niſi porcorum more uiuerent, diabolus in eis poteſtatem non acciperet ad perdendum, ſed nonnunquam ad probandum. Paſtores fugiunt, quia nec philoſophi gentium, nec principes ſynagogæ pereuntibus poſſunt offerre medicinam. & licet Chriſtianam fugiant legem, potentiam tamen eius ſtupendo miracula prædicant. Sedens ad pedes Ieſu ueſtitus ac ſanæ mētis, ſignificat fidelem populum à priſtina conuerſatione ſanatum, & ratione congrua ueſtitum, ac ſtudio uirtutum ſequentem ueſtigia Chriſti & Chriſtianorum. Hæc autem uidentes mirātur & timent, quod Chriſtianam legem implere nō ualeant. Homo ſanatus mittitur in domū ſuam, & prædicat in decapoli. Sic quiſq; poſt remiſſionem peccatorum in conſcientiam bonam redeat, & propter aliorum ſalutem euangelio ſeruiat, ut poſt cum Chriſto quieſcat: ne dum præpropere iam uult eſſe cum Chriſto, negligat prædicationis miniſterium, fraternæ redemptioni accommodatum.

M. 9a. 1. R. 20. L. 17. A. 58.

ET aſcendens in nauiculam, trāsfretauit & uenit in ciuitatem ſuam

Chriſtus eccleſiæ nauem ſemper mitigaturus fluctum ſeculi. tranſcendit: ut credentes in ſe, ad cæleſtem patriam tranquilla nauigatione perducat. Marcus in Capharnaū, Matthæus in ciuitate ſua dominum curaſſe paralyticum narrant. Quæ quæſtio difficilius ſolueretur, ſi Matthæus nominaret Nazareth. Nunc ergo quis dubitat Capharnaū fuiſſe ciuitatem dn̄i, quam nō naſcendo, ſed miraculis illuſtrando ſuam fecerat? Deniq; in comparatione *cxterarum regionū, recte *ceterarū diceretur quodcunq; oppidum Galilææ ciuitas domini, nedum Capharnaū, quæ ita excellebat in Galilæa, ut tanquam metropolis haberetur.

Caput LIIII.

ET ecce quatuor uiri portātes in lecto hominem, qui erat paralyticus. & quærebant eum inferre & ponere ante Ieſum. Et non inuenientes qua parte eum inferrent præ turba, aſcenderūt ſupra tectum. & per tegulas ſubmiſerunt illum cum lecto in mediū ante Ieſum. Quorum fidem ut uidit, dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Paralyticum, quem ſanauit non pro ſua fide, cum ſenſu careret, ſed pro fide offerentium, uocauit filium ideo, quia dimiſſa ſunt ei peccata ſua. Intuendū quātum ualet fides propria, ſi tantū ualuit aliena. Qui ergo peccato grauatur, adhibeat eccleſiam quæ pro eo precetur. Hic datur intelligi, pleraſq; corporum debilitates euenire propter peccata. Et ideo forſitan prius dimittuntur pctā, ut cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur. Hinc eſt quod hic paralyticus in Luca uocatur homo, quaſi peccator & alij paralytico ad piſcinā dicitur: Ecce ſanus factus es. iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contin Iohā. 5.
gat. Quinq; autem ſunt differentiæ cauſarū, pro quibus in hac uita moleſtijs corporalibus affligimur. Aut enim ad merita augenda per patientiam, iuſti infirmitate corporis grauantur, ut Iob & Thobias & martyres. Aut ad cuſtodiam uirtutum, ne ſuperbiant, ut Paulus ait: Ne magnitudo reuelationum 2. Cor. 12.
extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ, q me colaphizet. Aut ad corrigēda pctā, ſicut Maria ſoror Aarō, Num. 12.
in eremo ob uerba temeritatis pcuſſa eſt lepra, & paralyticus iſte. Aut ad gloriā dei, ſaluātis ſiue p ip̄m, ſiue p famulos ſuos, ſicut cæcus natus, qui nec peccauit, nec parētes eius, Iohā. 9.
ſed ut manifeſtaretur opa dei in illo. & Lazarus, cuius infirmitas nō fuit ad mortē, ſed ut Iohan. 11.
glorificaretur filius dei per eū. Aut ad inchoationē dānationis æternæ, quod reproborū 2. Mac. 9.
eſt ꝓpriū, ſicut Antiochus & Herodes, qui Actu. 12.

affictionum miſeria oſtenderūt, q̄d paſſuri eſſent perpetuo in gehēna. Quibus cōgruit Iere. 17. illud ꝓphetæ, duplici cōtritione cōtere eos.

Et cœperunt cogitare ſcribæ & phariſæi, dicētes: Quis ē hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus?

Verum dicunt ſcribæ, quia ipſe ſolus pōt dimittere, qui per eos quoq; dimittit, quibus poteſtatem dimittendi tribuit. Putabant dn̄m blaſphemare arrogando ſibi quod dei eſt: ſed eorum cogitationes reuelando, & ſigno* uiſibili per qđ conſtat eum diuinæ potentiæ eſſe, ſicut peccata dimittere, deum ſe eſſe indicat. *uiſibili quod conſtat ſane.

Et cum cognouiſſet Ieſus cogitationes eorꝝ, reſpōdens dixit ad illos: Quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, ſurge & ambula? Vt autem ſciatis quod filius hominis poteſtatē habet in terra dimittendi pctā, ait paralytico: Tibi dico, ſurge. Tolle lectum tuū, & uade in domum tuam.

Vtrum ſint paralytico peccata dimiſſa, ſolus nouerat qui dimittebat. Surgere autem & ambulare, manifeſtum erat omnibus qui uidebant. Fit igitur uiſibile ſignum, ut probetur inuiſibile. Lectum tolle, ut quod fuit teſtimonium infirmitatis, ſit probatio ſanitatis. Vt autem ſciatis & cætera uſq; illuc, ait paralytico, uerba ſunt euangeliſtæ. quaſi dicat lectoribus euangelij, illi murmurabant de hoc quod dixerat, dimittuntur tibi peccata, ſed ego dico uobis eum dixiſſe paralytico, ſurge: ut per ſanationem eius ſciatis, q̄a filius hois & tunc habuit & nūc habet poteſtatem dimittendi peccata. Vel uerba Chriſti poſſunt eſſe ita: Vos cogitatis quod non poſſum dimittere peccata, ſed ut ſciatis quia filius hominis (id ē, ego) hoc poteſt, ait (hoc eſt, dicit) ipſe filius hois paralytico: Surge.

Et confeſtim ſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domum ſuam, magnificans deum. & ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant deum. & repleti ſunt timore, dicentes. quia uidimus mirabilia hodie. Et glorificauerunt deū, qui dedit talem poteſtatem hominibus.

Magna dei uirtus oſtēditur, ubi ſine mora ſalus in iuſſu eius completur. Vnde merito qui aderāt, relictis blaſphemijs, ſtupentes ad laudē cōuertuntur tantæ maieſtatis. nec timerent, ſi crederent ſane & diligerent perfecte. Curatio paralytici, indicat animæ ſaluationem ſuſpirantis ad Chriſtum poſt illecebræ carnis inertiam. Quæ primo indiget miniſtris qui eam Chriſto offerant, id ē, doctoribus qui ſpem interceſſionis ſuggerant. Marco narrante, quatuor portitores fuerunt: ſiue quia quatuor euāgeliſtis prædicantium uirtus firmatur, ſiue quatuor uirtutibus fiducia mentis ad promerendā ſoſpitatem erigitur, de quibus in ęternæ ſapientię laude dicitur: Sobrietatem & ſapientiam do- Sapiē. 8. cet, & iuſtitiam & uirtutem. Has nonnulli prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam, appellant. Deſiderantibus paralyticum offerre Chriſto, turba obſiſtit: quia ſępe anima poſt corporis deſidiā ſuperna gratia renouari cupiens, priſca conſuetudine peccatorum retardatur: ſępe inter orationes & ſuaue colloquium cum domino, turba cogitationum aciem mentis, ne Chriſtus uideatur, intercludit. Tunc ergo tectum domus in qua Chriſtus docet, eſt aſcendendum, id ē, ſacræ ſcripturę ſublimitas appetēda, lexq́ꝫ domini die nocteq́ꝫ meditāda. Pſal. 1. Patefacto tecto, æger ante Ieſum ſummittitur: quia reſeratis ſcripturæ myſterijs, ad notitiam Chriſti peruenitur. Domus Ieſu tegulis cōtecta deſcribitur, quia ſub uili literarū uelamine, ſi ſit qui reſeret, diuina ſpiritualis gratiæ uirtus inuenitur. Quod autem cum lecto depoſuit, ſignificat ab hoie adhuc in iſta carne cōſtituto, Chriſtū debere cognoſci. De lecto ſurgere, eſt animam ſe à carnalibus deſiderijs abſtrahere. Dicit ergo: Surge de torpore negligentiæ, & corpus in cuius deſiderijs iacuiſti, in exercitia bonorum operum attolle, & ſic domum habitationis æternæ ingredere. Vel ire in domum, ē redire ad internā ſui cuſtodiam ne iterum peccet. A. 𝔈.

Caput LV.

VEnit ergo iterum in Chana Galilææ, ubi fecit aquam uinum.

A. 16. M. 64. L. 65.

ET erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur, Capharnaū. Hic cum audiſſet quia Ieſus adueni

ret a Iudæa in Galilęam, abijt ad eũ. & rogabat eum, ut deſcenderet & ſanaret filiũ eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis.

Credebat regulus illum eſſe ſaluatorem, à quo ſalutem quærebat: ſed in fide dubitauit in hoc, q̃d præſentiã eius petiuit. Agnoſcens itaq; dominus cor diffidentis, arguit il- *Auguſt.* lius diffidentiam, dicens: Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis. Prodigia ſunt, quæ aliquid portendunt. Et dicitur prodigium quaſi prodicium, quod porro dicat (id ẽ, *M.* ſignificet) aliquid futurum. Illa igitur q̃ tunc fiebant, ea q̃ nunc agunt, portendebãt. Om̃e prodigiũ eſt ſignum, ſed non conuertitur: quia ſignum eſt tam de præterito & præſenti, quàm de futuro: prodigium autem tãtum eſt de futuro. Signum fuit de p̃ſenti, quando dñs aquam uertit in uinum, deſignans gloriam ſuam: ſicut circulus ſignificat impręſentiarum uinum uenale. Signum de præterito eſt, ueſtigium pedum in niue apparens.

Dicit ad eum regulus: Domine, deſcende priuſquã moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus: Vade filius tuus uiuit.

Indicans ſe non deeſſe ubi inuitatur, ſolo *Grego.* iuſſu ſanat. In hoc ergo quod ſeruo centurionis non dedignatur occurrere, cum ad filium reguli dedignaretur ire, noſtra retunditur ſuperbia: quia in hominibus non naturã qua ad imaginem dei facti ſunt, ſed honores *Albinus* & diuitias ueneramur. Videte diſtinctionẽ. Regulus iſte dominũ ad domũ ſuam deſcendere cupiebat, centurio indignum ſe eſſe dicebat. Hic ceſſum eſt elatiõi, illic conceſſum eſt humilitati, tanquam huic diceretur, Noli mihi tędium facere, præſentiam meam uis in domo tua. uerbo poſſum filium tuum ſanare. centurio alienigena credidit me uerbo hoc poſſe facere. uos niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis.

Credidit homo ſermoni quem dixit Ieſus, & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei & nunciauerunt, dicentes quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo ab eis horã in qua melius habuerit. & dixerunt ei: quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quod illa hora erat, in qua dixit Ieſus ei: Filius tuus uiuit. & credidit ipſe, & domus eius tota.

Cœpit homo credere, qa dominus æque *M.* abſens corpore ut p̃ſens ſanaret: & ſic meruit ſalutẽ filio ſuo. Non ergo diffidit de miſericordia, ſeruos interrogando de hora: ſed deſiderat, ut uirtus diuina ſeruorum confeſſione plurimis innoteſcat. Vel ne caſu ſanitas contigiſſet, interrogabat, quia forſitan nondum perfecte credebat. In figura ſancti ſpiritus ſeptiformis, in quo omnis ſalus conſiſtit, reliquit illum febris hora ſeptima. Tarde credens regulus iſte, figurat Iudæos, ad fidem difficile uenientes: qualis erat Thomas, cum audiret: Veni, mitte huc manum tuam: *Iohã. 20.* & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

L. 5. M. 2. R. 22. Caput LVI.

ET fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua.

Qui in domicilio Chriſtũ recipit interno, maximis delectationibus paſcitur. Itaq; libenter dominus ingreditur, & in *Beda.* eius recumbit affectu.

Et factum eſt, diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Erãt enĩ multi qui & ſequebantur eum.

Ad conuiuia peccatorum ſæpe ibat dominus, ut ſpirituales cibos præberet. Diſcumbentes uiderunt publicanum à peccatis ad meliora conuerſum, locum inueniſſe pœnitentiæ. & ob id non deſperant de ſalute, p̃ſertim illi q iam pœnitẽtes ſequebantur dñm.

Et uidentes ſcribæ & phariſęi, quia manducaret cũ peccatoribus & publicanis, dicebant diſcipulis eius: Quare cum publicanis & pc̃tõribus manducat & bibit magiſter ueſter?

Phariſæi & ſcribæ de ieiunio gloriantes, *Beda.* dupliciter errant: quia & ſe iuſtos putant, cũ ſint ſuperbi: & conuiuas domini reos, cum iam pœniteant. Vbi primo legis & gratiæ diſtantia declaratur: quia legem ſequentes, famem patiuntur æternam: recipientes uero uerbum uitæ, alimento cæleſti recreãtur, & nõ poſſunt eſurire. Deinde retributio futura præfiguratur, quando epulantibus cum Chriſto electis, ſuperbi torquebuntur ieiu-

Matt. 21. ni: q̃bus dicitur, Meretrices & publicani p̄-
ceduntuos in regnū dei. Phariſæi dedignan
tur peccatores: quia uera iuſtitia compaſſio
nem habet, falſa iuſtitia dedignationem. So-
lent etiam iuſti recte peccatoribus indigna-
ri: ſed aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ,
aliud quod zelo diſciplinæ.

M. 9. R. 2. L. 5.

HOc audito, Ieſus ait illis: Non
neceſſe habent ſani medico, ſed
Oſe. 6. qui male habent. Euntes autem diſci
te quid eſt, miſericordiā uolo & nō
ſacrificium. Non enim ueni uocare
iuſtos, ſed peccatores in pœnitētiā.

Magiſter pro diſcipulis reſpondit, ſeipm̄
medicum dicens, quia eius liuore ſanati ſu-
Iſai. 53. mus. Sanos & iuſtos appellat, ignorātes dei
iuſtitiam & ſuam conſtituentes: male uero
habētes & peccatores, uocat eos qui ſuæ fra
gilitatis conſcij, & uidentes non per legem
ſe poſſe iuſtificari, gratiæ Christi ſe pœnité-
do ſubmittunt. Tale eſt ergo quod dicit in
ſugillationem ſcribarum & phariſæorum.
Ideo non ſuper uos declino, quia non puta-
tis egere medico. hos autem humiles iuuo,
quia pœnitendo dant locum gratiæ. Sed &
ſi uos ſanari uultis, euntes à temeritate uitu-
perationis, diſcite diligentius dicta prophe
tarum, ut per opera miſericordiæ miſericor
diam quæratis: & dum negligitis prodeſ-
ſe proximo, non confidatis per ſacrificia le-
Pſal. 39. gis placare deum. Vnde illud: Holocauſtū
etiam pro peccato delendo non poſtulaſti.
tunc dixi, ecce uenio, ad faciendam ſcilicet
Pſal. 50. miſericordiam. Et alibi: Vtiq; holocauſtis
Pſal. 49. non delectaberis. Et illud: Nunquid mandu
cabo carnes taurorum, aut ſanguinem hir-
corum potabo? Erant autem ſacrificia legis
inſtituta, ut eſſent ſignificatio & acceſſus ad
uerum ſacrificium crucis, in quo ſalus mun-
di: & ut populum dei reuocarent ab idolola
tria. dæmonijs namq; ſi nō deo, uictimas im
molarent. Vel ita poſt intelligi: Miſericor-
diam uolo, peccata condonando, & non ſa-
crificium, id eſt, peremptionem peccatorū.
Ieze. 18. Vnde alibi: Nolo mortē peccatoris, ſed ut
magis conuertatur & uiuat. Et hoc quoque
ſic legi poteſt: Nō ueni uocare iuſtos in pœ
nitentiam, ſed peccatores. Vocat enim pec-
catores, ut per pœnitentiam corrigātur: uo
cat iuſtos, ſicut Nathanaelem & Iohannem
baptiſtam, ut magis iuſtificentur.

At illi dixerunt ad eum: Quare di-
ſcipuli Iohannis ieiunant frequen-
ter & obſecrationes faciunt, ſimili-
ter & phariſæorum, tui autem edūt
& bibunt, & non ieiunant?

Matthæus refert diſcipulos Iohannis di-
xiſſe ſaluatori hæc, quæ phariſæi ſecundum
Lucam dixerunt ad eum. unde patet utroſq;
dixiſſe. Sed diſcipuli Iohannis in hoc maxi-
me reprehendendi ſunt, quia de ieiunio ſe
iactant: quia illi mouent calumniam, quē ſci
unt à magiſtro prædicatum: & iunguntur
phariſæis, quos ab eo nouerant cōdemna-
tos. Spiritualiter, diſcipuli Iohannis & pha-
riſæorū ieiunant, Chriſti aūt, edūt & bibūt:
quia reſpuentes Chriſti præconia, cibis ſpi-
ritualibus non reficiuntur. qui uero fideliter
adhæret Chriſto, non ieiunat, ſed carne ipſi-
us & ſanguine reficitur. Aliter Iohannes ui Luce. 1.
num & ſiceram non bibit, quia meritum au
get, nec poteſt condonare delicta: dominus
autem cum publicanis & peccatoribus man
ducat & bibit, quia poteſt eos purificare. Ie- Matt. 4.
iunauit tamen Chriſtus, ne præceptum ieiu-
nij declinares: manducauit cum peccatori-
bus, ut poteſtatem purificandi cognoſceres.

Quibus ipſe ait: Nunquid poſſunt
filii nuptiarū, quandiu ſponſus cū il
lis eſt, ieiunare? Veniēt aūt dies cū
auferetur ab eis ſponſus, & tūc ieiu
nabūt in illis diebus.

Sponſus eſt Chriſtus, ſponſa eccleſia. De
hoc ſpirituali cōnubio apoſtoli ſunt creati p
lauacrum regenerationis. qui lugere nō poſ
ſunt, quandiu ſponſum in thalamo uident,
cuius præſentia longe plus proficit, quā cor
poralis abſtinentia. Quando uero tranſie-
rint nuptiæ, & paſſionis ac reſurrectionis tē
pus aduenerit, tunc ſponſi filij ieiunabunt
in humilitate tribulationis. Vnde nonnulli
putant quadrageſimam celebrandam poſt
dies quadraginta à paſſione, licet inſtet dies
pentecoſtes: alij poſt pentecoſten, ut Maxi-
milla. Eccleſiæ autem conſuetudo per humi
litatem carnis ad reſurrectionem uenit. Qđ
autē Lucas ait, Nunquid poteſtis filios ſpon
ſi, dum cum illis ſpōſus eſt, facere ieiunare?
eleganter intimauit, ipſos qui loquebantur,
fuiſſe futuros ut lugentes ieiunarēt, quia ipſi
eſſent ſpōſum occiſuri. Poſtea uero dato ſpi-
rituſancto, ieiunauerunt in gaudio mētis ad
ſpiritualia ſuſpenſæ, atque ob hoc alienatæ quo
dāmodo à corporalibus cibis: ad q̃d ſequē-
tes ſimilitudines ſpectāt. Iuxta tropologiā,
quādiu ſponſus nobiſcū eſt, in lætitia ſumus,
nec ieiunare poſſumus nec lugere: cum autē

propter peccata à nobis receſſerit, tunc ieiu
nandum eſt & lugendum.

Dicebat autem & ſimilitudinem ad
illos, quia nemo aſſumentum panni
rudis aſſuit ueſtimento ueteri. Ali
oquin aufert ſupplementum nouum
a ueteri, & maior ſciſſura fit.

Alioquin, uidelicet ſi pannum rudem (id
eſt, nouum) aſſuat ueteri, aufertur nouus de
ueteri: & fit ſciſſura maior. i. damnabilior: qa
& particula panni rudis damnoſe à reliqua
maſſa ſcinditur, & in ueteri panno fit maius
foramen ꝙ prius eſſet, ex diſſimilitudine no
ui & ueteris. Aſſumentũ, dicit illud ꝙd aſſuit:
ſicut indumentũ, quod induitur. Matthæus
uero Lucas talem particulã uocant commiſ
ſuram. quæ ſi fuerit de nouo panno, & iun-
gatur ueteri ueſtimento, ſecundum Matthæ
um tollit plenitudinẽ eius. i. late dirumpit il
lud, & ita peior ſciſſura fit. Diſcipulos itaq;
dñs dicit adhuc eſſe tanquã uetera ueſtimen
ta. i. carnales, necdũ fide paſſionis & reſurre
ctionis ſolidatos: & ideo non poſſe ſeuera
ieiunia & continentiæ pcepta ſuſtinere, ne p
auſteritatẽ nimiam, etiã credulitatem quam
habebant amitterent. Donec enim quis ue-
terem hoĩem deponat, & nouũ induat p paſ-
ſionem Chriſti, non poterit nouam doctri-
nam ſuſtinere, q̃ non per partes, ſed integra
ſeruanda eſt. Eſt aũt noua doctrina, non ſo-
lũ ieiunare à concupiſcentia ciborũ, ſed etiã
ab omni lætitia temporalium tentationũ. Er
go pannũ huius doctrinæ. i. partem quæ ad
cibos pertinet, dicit non oportere impartiri
hominibus adhuc ueteri conſuetudini dedi-
tis: quia & illic uidet quaſi ſciſſio fieri, & ipſi
uetuſtati (ut Lucas ait) non conuenit. Nam
miſceri non debent actus ueteris & noui hõ
minis. Non enim placet ſponſo diſcolor ue-
Col. 3. ſtis. Vnde Apoſto. Exuite ueterẽ hoĩem cũ
actibus ſuis, & induite nouũ cũ actibus ſuis.

Et nemo mittit uinum nouũ in utres
ueteres. Alioquin rumpet uinũ no
uum utres, & ipſum effundetur, &
utres peribunt. Sed uinum nouum
in utres nouos mittendum eſt, & u-
traque conſeruantur.

Hic diſcipulos ueteribus cõparat utribus,
& dicit eos cito poſſe dirũpi, ſi ſpiritualibus
præceptis implerentur: quia rudes mentes
nouæ ultæ myſteria pati non poſſunt. & ita
doctrina effunditur. i. nihil prodeſt: & men
tes pondere peccatorũ ſuffocãtur, quod eſt
utres perire. Poſt aſcenſum dñi facti ſunt u- Beda.
tres noui, & tunc acceperunt ſpiritumſan-
ctum quaſi uinum nouum. Vnde à Iudæis
dicebatur, quia muſto pleni erant. Cum Actu. 2.
igitur doctrina memoriæ traditur, & mens
non eſt ſine fructu, tunc utraq; conſeruãtur.
Aliter: Cauẽdum eſt doctori, ne aĩæ adhuc
in uetuſtate malitiæ perduranti, nouorũ my
ſteriorum ſecreta committat. Vel ita: Veſti- Hierony.
mentum uetus & utres ueteres, ſunt ſcribæ
& phariſæi: nouum ueſtimentum & nouum
uinum, euangelij pcepta: quæ Iudæi ſuſtine
re non poſſunt, ne maior ſciſſura fiat. Diſtat Beda.
aũt inter nouum uinum & nouum pannum,
quia uino reficimur, ueſtimento induimur.
Spiritualiter ergo ueſtimẽtum inſinuat opa
bona, quibus coram hominibus lucemus: in
uino aũt exprimitur ardor fidei, ſpei & cha-
ritatis, quo intus reformamur.

Et nemo bibẽs uetus, ſtatim uult no
uum. dicit enim, Vetus melius eſt.

Iudæos ſignificat, quibus uitæ ueteris ſa-
liua imbutis, nouæ gratiæ præcepta ſorde-
bant: quia maiorum traditionibus comma-
culati, dulcedinem ſpiritualium uerborum
percipere nequaquam ualebant.

M. 12/x. L. 11. Caput LVII.

TVnc reſponderunt ei qui-
dam de ſcribis & phariſæ-
is, dicentes: Magiſter, uolu
mus a te ſignum uidere.

Tunc. i. in illo tempore: reſponderunt ei, M.
hoc eſt, ſubiũxerunt poſt uerba eius. Tentã
tes, de cælo (ut Lucas ſcribit) ſignum quęrũt
quaſi quæ uiderant, ſigna non fuerint. Vel
ignem de ſublimi uenire cupiebant, ſicut tẽ-
pore Eliæ duo quinquagenarij in igne de cę 4. Reg. 1.
lo ſunt perempti. uel contra conſuetudinem
terræ illius, æſtiuo tpe mugire tonitrua, co-
ruſcare fulgura, imbres ruere, ſicut ſub Sa-
muele actum eſt. quaſi non poſſent & illa ca 1. Reg. 12.
lumniari, & dicere ex occultis & uarijs aeris
paſſionibus accidiſſe. At tu qui calumniaris
ea quę oculis uides, manu tenes, utilitate ſen
tis, quid facies de his quæ de cælo uenerint?
Vtiq; rñdebis, & magos in Aegypto multa Exod. 7.
ſigna feciſſe de cælo. M. 12/v. L. 11.

QVi reſpondens, ait illis: Gene-
tio mala & adultera ſignũ quę-
rit, & ſignum non dabitur ei niſi ſi-
gnum Ionę prophetę. Sicut enim fu Ion. 2.
it Ionas in uentre ceti tribus diebus
& tribus noctibus, ſic erit filius ho

minis in corde terræ tribus diebus
& tribus noctibus.

Hieronym. Egregie dixit, adultera: quia dimiſſo uiro
iuxta Iezechiel, multis amatoribus ſe copulauerat.
Vt à toto partem intelligas, trib⁹ diebus & tribus noctibus .i. infra tria ſpatia, q̄
cōſtant ex tribus diebus & tribus noctibus
fuit filius hominis in ſepulchro quaſi in cor-
Beda. de terræ. Non erant iſti Iudæi digni uidere
ſignum de cœlo, ſed de profundo inferni: q̄d
ſignificauit Ionas in hoc, quia naufragus fu
it, cetoq́ꝫ ſorbente uoratus. In eo uero quod
de maris abyſſo ac mortis luce liberatus fu
it, dedit ſignum incarnationis Chriſti à mor
Marc. 9. te reſuſcitandi. Diſcipulis autem ſuis dedit
Luce. 9. dominus ſignum de cœlo, quando in monte
transfiguratus eſt. Ex hac quippe ſimilitudine oſtēdit, Iudæos ad inſtar Niniuitarum
peccatis grauibus inuolutos, & ſubuerſioni
(ſi non pœnituerint) eſſe proximos. Quod
M. ſi pœnituerint, indulgentiam cōſecuturos.
Ionas quidem ſignum fuit Niniuitis, quod
ſicut ipſe liberatus fuit à morte corporis de
ceto, ita ipſi liberarētur de morte animæ pœnitendo. Filius quoq; hominis ſignū fuit generationi Iudæorum, quia ſicut ipſe reſurrexit à morte carnis, ita ipſi reſurgerent à morte animæ, ſi pœniterent.

Viri Niniuitę ſurgent in iudicio cū generatione iſta, & condemnabunt eā, quia pœnitentiā egerūt in prædicatiōe Ionę. Et ecce pluſq̄ Iona hic.

Hieron. Bene dicit, plus: quia Ionas triduo prædicauit, Chriſtus multo tempore. Viri Niniuitæ qui ſunt Aſſyrij, ideo condēnabunt (non ſententiæ poteſtate, ſed comparationis exēplo) illam generationem quæ dicitur populus dei, quia pœnitentiam egerunt ad prædi
Ion. 3. cationem Ionæ. Ionas nil ſignorum faciens,
acceptus fuit genti peregrinæ. Chriſtus tot ſigna faciens, reprobatus fuit nationi ſuę. In ueteribus libris inuenitur Nineuitæ, non Niniuitæ, ut quidam legunt.

Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia uenit a finibus terræ audire ſapiētiā Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic.

Hic, eſt in hoc loco & ſuperius aduerbiū.
Beda. Regina auſtri ſurgit in iudicio cum reprobis: in quo, quia ipſa electa eſſe non dubitatur, reſurrectio bonorum & malorum oſtēditur. Refert ſcriptura, per quantas difficultates regina Saba uenit audire ſapiētiam Sa
lomonis, & ei multa munera deferens, ab eo 3. Reg. 10.
plura recepit. Quæ ideo Iudæos in comparatione ſui cōdemnabit, q̄m ab ultimis terræ finibus in ſapientia famoſum eſſe cognouit & q̄ſiuit: illi uero inter ſe habentes dei ſapientiam & uirtutē, non mō nō audiebāt, ſed blaſphemabant, & inſidias ei tendebant. Multi
ſiquidem uenerunt à finibus terræ audire ſa M.
piētiam Salomonis, ut liber regū tertius re- Ibidem
fert: & deferebant ei munera. In Niniuitis, p̄ pœnitentiam quæ pctm̄ abolet: in regina Saba, per ſtudiū p̄cipiendæ ſapientiæ quæ peccatum cauet, præfertur eccleſia ſynagogæ. Ex duobus enim conſtat eccleſia, ut aut peccare deſiſtas, aut peccare neſcias. Alij per ſapientiā ſeu per pœnitentiā conciliātur deo, ſed diabolus ad Iudæos reuerſus, dominabitur in eis. Et hoc eſt quod ſequens ſimilitudo dicit: M. 129. V. L. 130.

CVm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quęrens requiem, & non inuenit.

Poſſunt hæc non inconuenienter accipi Beda
de q̄libet hæretico uel ſchiſmatico, uel etiā malo catholico. de quo cū tēpore baptiſmatis ſpiritus immundus exierit, perambulat per loca inaquoſa .i. circuit corda fideliū, expurgata à mollitie fluxę cogitationis. Requiem quærit & non inuenit, quia caſtas mentes inhabitare nō pōt, nec q̄eſcere niſi in prauo corde. Vnde dn̄s de illo inquit: Sub um- Iob. 40.
bra dormit, in ſecreto calami, in locis humētibus. In umbra, inſinuat tenebroſas conſcientias: in calamo, q̄ foris eſt nitidus & intus uacuus, mentes ſimulatrices: in locis humētibus, laſciuas & molles.

Tunc dicit: Reuertar in domum meam unde exiui.

Reuertar ad illius conſcientiam, unde in baptiſmo eiectus fueram, & priſtinam poſſeſſionem conſueto modo mihi ſubijciam.

Et ueniens, inuenit uacantem, ſcopis mundatam & ornatam.

Vacantē, ſcilicet à bonis actibus per negligentiam: mundatam, à priſtinis uitijs per baptiſmi gratiam: ornatam, ſimulatis uirtutibus per hypocriſin.

Tunc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecū, nequiores ſe: & intrātes, habitant ibi.

Per ſeptē ſpūs uniuerſa uitia deſignat, quæ

merito dicuntur nequiora diabolo, compa-
*habitatio ratione prioris*inhabitatiõis. Cum enim di
abolus malus ſit, & malos faciat ante bapti-
ſmum, quemcunq; poſt baptiſma ſiue pra-
uitate hæretica ſeu mundana cupiditate arri
puerit, mox eum in omnium uitiorum ima
proſternit. Et non ſolum habebit ſeptem ui
tia, ſeptẽ ſpũalib9 uirtutib9 cõtraria, ſed ꝑ hy
pocriſin ipſas ſe uirtutes habere ſimulabit.

Et fiũt nouiſſima hominis illius pe-
iora prioribus.

Melius quippe erat ei, uiam ueritatis non
2. Pet. 2. cognoſcere, quàm poſt agnitionem retror-
ſum cõuerti. Hoc in Iuda traditore & Simo
Luc. 22. ne mago ſpecialiter legimus impletũ. Quo
Act. 8. hæc parabola tendat, huis eius inſinuat.

Sic erit & generatiõi huic peſſimæ.

Id eſt, q̃d de uno ſpecialiter narraui, hoc
eueniet in gente huius populi. Immũdus ſpi
Hierony. ritus à Iudæis exiuit, quando legem accepe
runt, & tranſiuit ad gentes: Sed cum poſtea
in credentibus gentibus locum non inueni
ret, reuerſus eſt ad Iudæos uacantes à Chri
ſto, & ſuperfluis obſeruationibus legis mũ-
datos, prout putabant, atq; ornatos. Vt au-
tem firmius deinceps poſſideat, aſſumit uni
uerſitatem dæmonũ. Peius ergo faciunt mo
do Iudæi, maiori numero dæmonum poſ-
ſeſſi, quàm prius: quia minus erat Chriſtum
uenturum non credere, quàm poſtquam ue
nit, non ſuſcipere.

L. 11. X. Capur LVIII.

FActum eſt autem, cum hæc diceret, extollẽs uocẽ quæ dam mulier de turba, dixit illi: Beatus uẽter qui te portauit, & hubera quæ ſuxiſti.

Magnæ deuotionis & fidei oſtẽditur hęc
Beda. mulier, quæ phariſæis blaſphemantibus do
minum, tanta ſynceritate eius incarnationẽ
confitetur, ut & præſentium & futurorum
cõfundat perfidiam. Si enim caro uerbi dei
à carne uirginis matris eẽt extranea, ut mul-
ti hæretici dixerũt: ſine cauſa uenter qui eũ
portauit, & hubera quæ eum lactauerũt, be-
atificarẽtur. Vñ dicit Apoſtolus contra hæ
Gala. 4. reticos, quia miſit deus filium ſuum, factum
ex muliere, factum ſub lege. Nec audiendi
ſunt qui legendum putant, natum ex mulie-
re, non factum. Alioquin uerus filius homi-
nis nõ eſſet, niſi ex matre carnem traxiſſet.
Secundum phyſicos quoq;, ex eodem fonte
& lac nutriendis, & ſemen procreandis pue
ris emanat. Ergo de ſemine uirginis potuit
cõcipi, qui eius lacte potuit nutriri. Hæc mu
lier typum geſſit eccleſiæ, credentis Chriſtũ
uerum deum & uerum hoiem natum fuiſſe.
Vere beata parens Chriſti, quæ (ſicut quidã
ait) eſt enixa puerpera regem,

*Qui cælum terramq; * regit per ſecula, cuius* *tenet Sedulius.
Nomen & æterno complectens omnia gyro
Imperium ſine fine manet. quæ uentre beato
Gaudia matris habens cum uirginitatis honore,
Nec primam ſimilem uiſa eſt nec habere ſequentem.

At ille dixit: Quinimo, beati qui au
diũt uerbum dei, & cuſtodiũt illud.

Pulchre ſaluator atteſtationi mulieris an-
nuit, non matrẽ ſuã tantummõ aſſeuerans eſ
ſe beatam, ſed etiam oẽs qui ſe uerbum dei,
auditu fidei concipiunt, & boni operis cuſto
dia eum in corde proximorum pariunt & nu
triunt. Qua ſententia Iudæos clam percutit,
q̃ filiũ dei Chriſtum eſſe negant. Tota profe
ctio uitæ cæleſtis perfectio duobus his cõpre
hẽditur, ut uerbũ dei audiamus & faciamus.

M. 12. 11. R. 3. L. 8. Capur LIX.

ADhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te.

Dominus dum erat occupatus in officio
prædicandi, ſuggeſſit ei quidam de matre &
fratribus. qui inſidias ei tendebat, utrũ ſpũa-
li operi carnem & ſanguinem præferret.

At ille reſpondens dicenti ſibi, ait:
Quæ eſt mater mea? & qui ſunt fra
tres mei? Et extendens manum in di
ſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea
& fratres mei. Quicunq; eñ fecerit
uoluntatẽ patris mei qui in cęlis eſt,
ipſe meus frater & ſoror & mater ẽ.

Non recuſat obſequi matri, qui dicit, Ho Exo. 20.
nora patrẽ & matrẽ: ſed oſtendit ſe plus de-
bere paternis myſterijs, q̃ affectibus mater-
nis. Nec fratres cõtẽnit, ſed op9 ſpũale præ-
fert cognationi, docens meliorẽ eſſe copulã
mentiũ q̃ corporũ, ut & nos carni ſpm̃ ꝓfera
mus. Non negauit matrẽ, q̃ſi de phãtaſmate
natus, ut uoluit Marcion & Manichæus, ſed
inſidianti reſpõdit. Acſi diceret: Mater mea
eſt, qui per prædicatiõem me generat in cre
dentibus: fratres mei ſunt, qui opera patris
mei faciunt Soror & frater dr̃, ꝓpter utrũq; Beda.
ſexum: quãuis dñs in factis potius quàm in

ſexibus diſcernat. Qui autem Chriſti frater uel ſoror eſt credendo, mater eius fit prædicando, dum per prædicationem quaſi parit eum in cordibus auditorum, ſi fides ibi uel amor Chriſti generatur. Quidam ſequẽtes deliramenta apocryphorum, ſuſpicãtur fratres domini foris ſtãtes, eſſe filios Ioſeph de quadam muliercula. Sed conſobrinos ſaluatoris, fratres eius hic intelligere debemus, ſ. liberos materteræ eius: id eſt, matris Iaco-
Grego. bi minoris & Ioſeph & Iudæ. Dominus colligens ex gentibus credentes, Iudæã carnalem non cognoſcit ſibi matrem. Vnde & foris ſtat: quia perdens intellectum ſpiritualẽ,
Beda. literæ foris hæret. Per turbas igitur poſſumus intelligere gentilitatem, quæ confluxit ad Chriſtum: & quanto fide uicinior, tanto mente capacior uitæ myſteria hauſit, iuxta
Pſal. 33. pſalmiſtam: Accedite ad eum, & illuminamini. Mater autem Chriſti ſecundum carnem (id eſt, ſynagoga) & fratres (id eſt, populus Iudæorum) foris ſtantes, uolunt dominum uidere: ſed ſpiritualem in lege ſenſum non quærentes, ſeſe ad cuſtodiam literæ foris figunt. & quaſi cogũt eum exire potius ad carnalia docẽda, q̃ ſe conſentiant intrare ad diſcenda ſpiritualia.

M. [illegible] R. 49. L. 8.

Caput LX.

HAec illo ad eos loquẽte, ecce princeps ſynagogæ unus, cui nomen Iairus, acceſſit & adorabat eum, dicens: Filia mea modo defuncta ẽ. ſed ueni, impone manum ſuper eam, & uiuet.

Hæc, uidelicet prædicta quæ præſcripta ſunt. hic prope non omnia, ſed aliqua domino loquente, ecce archiſynagogus nunciat filiam ſuam morti eſſe proximã, ut Marcus & Lucas referunt. Quia igitur deſperabat filiã poſſe inueniri uiuam, de ea ut iam defuncta loquitur ſecundum Matthæum, petens à domino uel morientem ſanari, uel mortuam ſuſcitari.

Et ſurgẽs Ieſus, ſequebatur eum & diſcipuli eius. Et ecce mulier q̃ ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, & multa fuerat perpeſſa a cõpluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec ab ullo potuit curari, ſed magis deterius habebat: uenit in turba retro, & tetigit fimbriam ueſtimẽti eius. Dicebat enim intra ſe, quod ſi uel ueſtimẽtum eius tetigero, ſalua ero. Et confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius, & ſenſit corpore quod ſanata eſſet a plaga. Et ſtatim Ieſus cognoſcens in ſemetipſo, ait: Quis me tetigit? Dixit Petrus & q cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt. & dicis, quis me tetigit? & dixit Ieſus, Tetigit me aliquis. Nã & ego noui uirtutem de me exiiſſe. Et circunſpiciebat uidere eam quę hoc fecerat. Videns autem mulier quia non latuit, tremens uenit, & procidit ante pedes eius. & obquam cauſam tetigerit eũ, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit, Fides tua te ſaluam fecit. Vade in pace, & eſto ſana a plaga tua. Adhuc eo loquente, uenit quidam ad archiſynagogũ, dicens ei: Quia mortua eſt filia tua, quid ultra uexas magiſtrum? Ieſus autem audito hoc uerbo, ait archiſynagogo: Noli timere. Crede tãtum, & ſalua erit. & non admiſit quenq̃ ſequi ſe, niſi Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem Iacobi. Et cum ueniſſet in domum archiſynagogi, uidit tibicines & turbam tumultuantẽ & flentes & eiulantes multum. & ingreſſus, dicebat: Recedite. Non eſt enim mortua puella, ſed dormit. & deridebant eum, ſcientes quod mortua eſſet. Ipſe uero eiectis omnibus, aſſumpſit patrẽ & matrẽ puellæ, & qui ſecum erãt, & ingreditur ubi erat puella iacens. & tenens manum

eius, ait illi: Talitha cumi quod eſt interpretatum, puella, tibi dico, ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuo puella, & ambulabat. Erat autem annorū duodecim. & obſtupuerũt omnes timore maximo. Et præcepit eis uehementer, ut nemo id ſciret. Et iuſſit dari illi manducare. Et exiuit fama hæc in uniuerſam terram illam.

Beda. Princeps ſynagogæ nullus melius quàm
Moyſes intelligitur: unde bene Iairus illuminans dicitur, aut illuminatus. Accipiens enim uerba uitæ ad illuminandũ cæteros, à ſpiritusancto illuminatur. Archiſynagus cecidit ad pedes Ieſu, quod Marcus & Lucas memorant: q̃a legiſlator cognouit Chriſtum ſibi præferendum, proteſtans illud A-
1.Cor.1. poſtoli: Quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Pedes Chriſti, incarnatio eius accipiuntur: quia caput eius eſt deus. Rogat eum uenire in carnem, & imponere manum miſericordiæ potentiæq́ꝫ ſuper filiam, id eſt, plebem Iudaicam. Moyſes enim continuis uotis deſiderabat aduentum Chri-
Pſal. 34. ſti in ſynagogã. Vnde illud: Anima autem mea exultabit in domino, & delectabitur ſuper Ieſu eius. Etenim qui ſibi uiuit, alios uiuere facit. Abraam & Moyſes atque Samuel rogant pro plebe mortua, & ſequitur Ieſus preces eorum. Synagoga ſola legali inſtitutione compoſita, quaſi amica Moyſi nata erat: quæ nobiliter à prophetis educata, poſtquam ad intelligibiles annos peruenit, & ſpiritualem deo gignere ſobolem debuit, erroribus languens, in peccatis moriebatur. Pergente domino ad puellam, mulier
Leuit.15. ſanguinaria in itinere occurrit: quia iuxta legem ab urbibus excludebantur menſtruatæ & fluẽtes ſanguine. Mulier hæmorrhouſa, eſt eccleſia de gentibus: quæ polluta fluxu delectationum, à cœtu fidelium ſegregata fuerat. ſed dum uerbum dei ſuſcepit, ſalutem animæ Iudæis præripuit, iuxta Pſal-
Pſal. 67. miſtã: Aethiopia præueniet manus eiꝰ deo.
Rom.11. Et iuxta illud: Cum intrauerit plenitudo gẽtium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Notandum quia mulier duodecim annis ſanguine fluxerat, & archiſynagogi filia duodennis erat, id eſt, quando hæc nata fuit, illa infirmari cœpit. Vna enim pene eademq́ꝫ ſeculi ætate & ſynagoga in patriarchis naſci, & gẽtes cœperunt idololatriæ ꝓſtitutione & carnis obiectatione late per orbem fœdari. In medicos expenderat omnem ſubſtantiam, id eſt, naturalis induſtriæ uires. Medicos dicit ſiue falſos theologos, ſiue philoſophos, legumq́ꝫ ſecularium doctores: qui multa de uirtutibus promittebant, ſed nullum remedium animabus conferebant. Spiritus etiam immundos ſignificat, qui ingerebant ſe colẽdos pro dijs q̃ſi cõſulendo hominibus. Acceſſit retro eccleſia, id eſt, per fidem appropinquauit ad Chriſtum. Retro dicit, ſiue
iuxta id quod ipſe ait, ſi quis mihi miniſtrat, Iohan.12.
me ſequat. Et alibi p̃cipitur, Poſt dñm deum Oſe.11.
tuum ambulabis. ſiue quia p̃ſentem in carne dominum non uidens, per fidem cœpit eius ueſtigia ſubſequi. & tactu, id eſt, participatione ſacramentorũ eius, meruit ſanari à peccatis. Fimbriam ueſtimenti eius tetigit, quia primo particulam doctrinę eius per ſuos miniſtros ſuſcepit. Fimbriæ nanq́ꝫ ueſtimenti, ſunt uerba dependẽtia de incarnatiõe Chriſti, qua diuinitas eſt ueſtita. Qui ergo incarnationis myſteria ꝑfecte amat & credit, donec ad maiora capienda perueniat, fimbriã
tangit. Hinc eſt quod cymbala quæ pen- Hierony.
dent de extremis oris tunicæ ſummi ſacerdotis, confeſſionem: & mala punica uoluntatem martyrij ſignificant & uirtutum candorem. Fluxus ſanguinis, ſterilitatem facit.
Vnde ad eccleſiam gentium: Lætare ſterilis Beda.
quæ nõ paris. Fons ſanguinis, eſt origo pec Iſai.53.
cati, id eſt, primordium immundæ cogitati- Gala. 4.
onis, ex quo omne peccatum naſcitur. Et dominus nõ ſolũ mala opa extirpat, ſed etiã cogitationum nequã radicem. Nõ interrogat dominus quis eũ tetigerit, ut doceatur quæ neſciat. ſed ut uirtus fidei mulieris appareat, & multis proficiat. Ad puellam pergens, à turba comprimitur: quia Iudæam uiſitans, à noxia carnalium conſuetudine grauatur. Quem turbæ comprimunt, una credula tangit: quia dominus diuerſis hæreſibus comprimit, ſolo fideli corde quæritatur. Nã multi tangentes non tangunt, ſicut uidentes nõ uident, & audientes non audiunt. Vnde dicitur Mariæ Magdalenæ, nõdum plenè cre-
denti: Noli me tangere. nõdum enim aſcen Iohã.20.
di ad patrem meum. Veraciter eum tangit, qui æqualem patri credit. Noui uirtutem de me exijſſe. Pelagius dicit ſe ſuo conamine poſſe ſaluari, ſi placet: nos autem dicamus,
quia uana ſalus hominis. in deõ faciemus uir Pſal. 59.
tutem, qui propiciatur omnibus iniquitatibus noſtris, & ſanat omnes infirmitates noſtras. Et circũſpiciebat uidere eam. Omnes

qui merētur ſaluari, dignatur dominus intu
Pſal. 33. eri. Oculi enī dñi ſuper iuſtos, & aures eius
in preces eorū. Iſte pauper clamauit, & dñs
exaudiuit eum. Procidit ante eum. Ecce quo
interrogatio domini tēdebat, ut uidelicet pa
lam mulier ueritatē confiteretur, in fide con
fortaretur, & pluribus exemplum ſalutis da
retur. Muliere ſanata, mox puella nunciatur
mortua: quia eccleſia gētium à uitiorum la-
be mundata, mox ſynagoga lœto perfidię ſi
mul & inuidiæ ſoluta eſt: perfidiæ, quia non
credidit: inuidiæ, quia eccleſiā crediſſe do-
Actu. 13. luit. Vnde in Actibus apoſtolorum: Viden
tes autem turbas Iudæi, repleti ſunt zelo, &
contradicebant his quę à Paulo dicebantur.
Nūcius iſte ē, quicunq; uidēs ſynagogā de-
ſtitutā, credit eā nō poſſe reſtaurari, ideoq;
ꝓ ea nō eſſe ſupplicandū. Sed q̄ impoſſibilia
ſunt apud hoīes, poſſibilia ſunt apd deū. Vñ
ſequit q̄d Ieſus reſpōdit patri puellę, Noli ti
mere. Pater puellę, eſt cœtus doctorū legis:
Matt. 23. de q̄ dñs ait, Super cathedrā Moyſi ſederunt
ſcribæ & phariſæi. Qui ſi crediſſent, ſyna-
goga eis ſubiecta, ſalua fuiſſet. Non admit-
tuntur cum dño niſi fideles: ut eis myſteria
Mat. 11. reuelentur qui honorant. Vnde alibi: Iuſtifi
Luce. 7. cata eſt ſapientia à filijs ſuis. Quia ſynagoga
lætitiam dñicæ inhabitationis merito infide
litatis amiſit, q̄ſi mortua uſq; hodie iacet in-
ter flentes & eiulantes, hoc eſt, dolētes. Nec
tñ ſuperna pietas eā funditus interire patit,
ſed circa finē ſeculi reliqās eius ſaluabit. Vñ
ſequit: Et ingreſſus, dicebat. Recedite. Qui
uident magiſtri, ſunt tibicines. i. carmē lugu
bre canentes, dū ſubditos in errore demul-
cēt. Turba Iudæorū, eſt turba tumultuantiū,
q aduerſus doctrinā Chriſti murmurant &
recalcitrant. Puella non eſt mortua deo, cui
omnia uiuunt. Quæ igitur mortua eſt homi
nibus, qui ſuſcitare nō poſſunt, dormit deo,
in cuius diſpoſitione & anima recepta uiuit,
& caro ſuſcitanda quieſcit. Mos utiq; Chri-
ſtianus obtinuit, ut mortui dormientes uo-
cētur propterea quia reſurgent. Vnde Apo
1. Theſ. 4 ſtolus: Nolumus uos ignorare fratres de
dormientibus, ut non contriſtemini ſicut &
cæteri qui ſpem non habent. Allegorice eti
am cum anima quæ peccauerit, moriatur: di
ci poteſt deo dormire, ſi dignatus fuerit re-
ſuſcitare eam. Turba eſt eiecta: quia nō erāt
digni uidere miraculū, qui eum deridebant.
Turba eijcitur, ut puella ſuſcitetur: quia aīa
mortua nō reſurgit, niſi prius expellatur im
portuna multitudo ſecularium curarum. Pe
trus, Iacobus, Iohannes, intelliguntur fides,
ſpes, charitas. Pater epiſcopus, mater eccle-
ſia. Dominus tenuit manum puellæ, & ſur-
rexit. quia niſi mundentur manus Iudæorū
ſanguinolentę, ſynagoga mortua non reſur
get. In hoc Syro ſermone, talitha cumi: non
plus eſt quàm puella ſurge. ſed euangeliſta
exponēs, interpoſuit ex parte ſua, tibi dico,
forſitan ad uim dominicę iuſſionis exprimē
dam. Familiare enim eſt aſſumentibus de ue
teri teſtamento teſtimonia, magis ſenſum
curare quàm uerba. Bene ſurrexit puella &
ambulabat; quia quemcunq; peccatis mor-
tuum ſuperna miſeratio reſuſcitat, non ſolū
à ſordibus ſcelerum debet exurgere, ſed eti-
am mox in bonis operibus proficere, iuxta
Pſalmiſtam: Qui ingreditur ſine macula, & Pſal. 14.
operatur iuſtitiam. Et iuſſit illi dare mandu-
care ad teſtimonium uitæ, ut nō phantaſma,
ſed ueritas crederetur. Si quis etiam à ſpiri-
tuali morte reſuſcitatur, cæleſti neceſſe eſt
mox pane ſatietur, particeps effectus & di-
uini uerbi, & altaris ſacroſancti. Iuxta mora
lem intellectum, tres illi mortui quos ſalua-
tor in corporibus ſuſcitauit, tria genera re-
ſurrectionis animarum ſignificāt. Puellam
ſuſcitauit adhuc in domo clauſam, id eſt, ani
mam conſenſum tantum, non actum malæ
delectationi præbentem. Iuuenem reſuſci-
tat iam extra portam elatum, id eſt, peccato-
rem qui conſenſum iam perduxit ad actum.
Suſcitat Lazarum iam fœtentem, id eſt, lon
ga conſuetudine peccandi animā male olen
tem, & alios fama corrumpentem. Puellam M.
paucis alloquitur, quia eam facile reſuſcitat,
quam & mortuam negat, & animam ſimulē
cito reſuſcitari demonſtrat. Iuuenem pluri- Luce. 7.
bus corroborat, cum dicit; tibi dico ſurge:
quia tales animæ aliquanto difficilius reui-
uiſcent. Ad monumentum quatriduani La-
zari fremuit ſpiritu, turbauit ſemetipſum, la Iohā. 11.
chrymas fudit, uòce magna clamauit: Laza
re, ueni foras. Similiter longa conſuetudine
preſſus, uix & quaſi cum labore ſuſcitatur.
Notandum quoq;, quod publica noxa pu- Beda.
blico eget remedio. Leuia autem peccata, le
uiori & ſecreta delent pœnitentia. Puella in
domo iacens, paucis arbitris ſurgit: eiſdēq;
ne miraculum uulgent, indicitur. Iuuenis
extra portam turba comitāte ſuſcitatur: La
zarus uero intantum populis innotuit, ut
propter illum multi ex Iudæis crederent in
Ieſum. M. ꝶ

Capút LXI.

ET tranſeunte inde Ieſu, ſe-
cuti ſunt eum duo cæci, cla
mantes & dicentes: Miſere
re noſtri fili Dauid. Cum aūt uenis

ſet domũ, acceſſerunt ad eum cæci. & dicit eis Ieſus: Creditis quia hoc poſſum facere uobis? Dicunt ei: Vti que domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secũdum fidem ueſtrã fiat uobis. & aperti ſunt oculi eorũ.

Hieron. Pergente Ieſu ad domum ſuam in Nazareth, clamabant duo cæci: qui non curantur tranſitorie, ſed domi fides eorum diſcutitur. Vterq; populus cæcus erat, dño per hoc ſeculum tranſeunte: & niſi uterq; credat, non recipiet lumen.

Auguſt. de uerbis domini. Quid eſt autẽ clamare ad dominũ, niſi gratia eius congruere bonis operibus? Clamat ad Chriſtũ, qui ſpernit ſeculi uoluptates. Bñ clamat, miſerere fili Dauid, qui uerbum carnẽ ſumpſiſſe de ſemine Dauid uere credit.

M. Tranſit dñs, cũ diſpenſat nobis temporalia ſacramenta, quibus admoneamur ad æterna. Trãſit de domo principis quæ eſt ſynagoga, in domm ſuam .i. cæleſtem Ieruſalem: in qua poſtq̃ collocauit carnem ſuam, acceſſerunt ad eum per fidem q̃dã cæci ex utroq; populo. Et dicit eis ꝑ prædicatores, creditis &c. Tãgere oculos eorũ, eſt per prædicatores imbuere mentes eorũ diuinis uerbis. Interrogat quidem dñs, an credamus, ut fides orando impetret, quod ipſe dare paratus eſt.

Et comminatus eſt illis Ieſus, dicẽs: Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes, diffamauerũt eum in tota terra illa.

Hierony. Fugiendo iactantiæ gloriam hoc præcepit, quod illi propter memoriam gratiæ tacere non poſſunt. Nota ergo in aliquo iuſtũ eſſe contrarium iuſto.

Egreſſis autem illis, ecce obtulerũt ei hominem mutum dæmonium habentem. Et eiecto dæmone, locutus eſt mutus. Et miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunq̃ ſic apparuit in Iſrael.

M. 110. A. 82.

NVnquid iſte eſt filius Dauid?

Hierony. Ac ſi dicant turbę fideles: Non tm̃ eſt filius Dauid iſte, ſed etiã filius dei. In græco melius ſonat, ſurdum q̃ mutũ, ſed ſcriptura alterum accipit indifferenter pro altero.

M. Egreſſis autem illis, ſubaudis de hoc ſeculo, obtulerunt dño prædicatores mutũ, ſ. populum multum qui nihil adhuc erat locutus de gloria dei, quia non habuerat prædicatores. Hic populus intelligitur fuiſſe de gentibus. unde & ſequitur admiratio turbarũ de ipſis, dicentibus nunquã ſic apparuiſſe in Iſrael, ſ. ut tot inde ſimul conuerterentur ad Chriſtianiſmũ.

M. 111. 11. R. 12. L. 127.

Caput LXII.

PHariſęi autem dicebãt: In Beelzebub principe dæmoniorũ hic eijcit dæmones.

Beda. Turbis minus eruditis facta dñi mirantibus, ſcribæ & phariſæi ſiniſtra interpretatione de factis domini laborant, attribuentes miracula eius Beelzebub, q̃ deus erat Accaron. 4. Reg. 1. Beel ipſe eſt Baal. Zebub aũt muſca uocatur. Nec iuxta quædam mendoſa exẽplaria, l litera uel d. in fine eſt nominis legẽda, ſed b. Beelzebub aũt uir muſcarum, ſiue habẽs muſcas, interpretatur: ob ſordes uidelicet immolaticij cruoris, ex cuius ſpurciſſimo ritu uel nomine, principem dæmoniorũ cognominabant. Nota quia Ninus rex conditor Niniuæ, Belo patri ſtatuam conſecrauit, eiq; diuinos honores cõſtituit. Cuius ſimulacri ſimilitudinem Chaldæi ſuſcipiẽtes, Bel uocabant. Vnde Palæſtini ſuſcipientes, Baal dicebant: Moabitæ, Beelphegor: Iudæi autem unius dei cultores, propter deriſionẽ gentium Beelzebub appellabant, aſſerentes in hoc ſimulacro principem dæmoniorum habitare.

L. 129. 11. M. 111. R. 11.

IPſe autẽ ut uidit cogitationes eorum, dicit eis: Omne regnum in ſe ipſum diuiſum, deſolabitur. & domus diuiſa aduerſus ſe, non ſtabit.

Hierony. Ad cogitationes Phariſæorum reſpondit, ut uel ſic cõpellerentur credere. Iuxta literã patet, q̃d oẽ regnũ ſolidũ & firmũ, ſi per partes diuidit, cum alij ab alijs uel perimunt uel opprimuntur, in ſolitudinẽ redigitur, uacuatũ ab habitatoribus. Eadem quoq; rõ eſt domus ſiue ciuitatis, q̃d Matthæus ponit. Concordia nanq; paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Saluſtius in Iug. Quo autem hæc ſpiritualiter tendant, exponit:

Si autem & ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnũ ipſius? Non poteſt ſtare, ſed finem habet: quia dicitis in Beelzebub eijcere me dæmonia.

Eligãt quod uelint. Si ſathanas ſathanam non poteſt eijcere, nihil contra dominum dicunt. Si autem poteſt, recedant à regno eius, quod diuiſum ſtare non poteſt, ne in ruina eius pariter inuoluantur.

Si autẽ ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij ueſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices ueſtri erũt.

Filios Iudæorum, uel exorciſtas gentis illius ſignificat, uel apoſtolos ex eorum ſtirpe generatos. Quaſi dicat: Si in filijs ueſtris expulſionem dęmonũ deo attribuitis, q̃re in me nõ idem facitis? Apoſtoli, qui ſunt ignobilia & contemptibilia huius mundi, in quibus non malignitas, ſed meæ uirtutis ſimplicitas apparet, teſtes mei erunt, quod in ſpiritu ſancto eijcio dæmonia. Et erunt ueſtri iudices de hoc, quod mihi imponitis per Beelzebub operari. Vel exorciſtæ qui filij ueſtri ſunt & dæmones fugant ab obſeſſis, iudices ueſtri erũt, nõ poteſtate ut mei diſcipuli, ſed cõparatiõe, dũ illi expulſionẽ dęmonũ deo aſſignãt, uos principi dęmoniorũ Beelzebub.

Porro ſi in digito dei eijcio dæmonia, pfecto puenit in uos regnũ dei.

Auguſt. Si ego in ſpiritu dei eijcio dæmones, nec aliter poſſunt filij ueſtri eijcere, proculdubio peruenit in uos regnũ dei, quo ſubuertitur regnum diaboli, cum quo & uos ſubuertimini. Regnum dei eſt poteſtas qua damnãtur impij, & à fidelibus ſecernũtur. Vel
Luc. 17. ita: Regnũ dei uel ſe ipſum ſignificat, de quo
Iohã. 1. alibi dicit: Regnum dei intra uos eſt. &, medius ſtat inter uos quem uos neſcitis. Vel regnum ſcripturæ ablatum Iudæis, & traditũ nobis, uel regnum cælorum. Quaſi dicat, Si in ſpiritu dei eijcio dæmonia, ſine dubio ſciatis aditum regni cæleſtis patefactum credẽtibus. Digitus dei ẽ, quem confeſſi ſunt magi, qui contra Moyſen & Aaron ſigna faci-
Exod. 7. ebant, dicẽtes: Digitus dei eſt iſte. quo & tabulæ lapideæ ſcriptæ ſunt in mõte Sina. Ipſe enim ſcripſit, qui ſcribẽda dictauit. Manus dei & brachiũ dei, filius eius ẽ: & digit⁹ eius, ſpũſſanctus. Qui digitus dr̃, propter participatiõem donoꝝ quæ in eo dantur unicuiq; propria, ſiue hominũ ſiue angelorũ. In nul-
partitio lis enim mẽbris magis apparet participatio q̃ in digitis. Sicut aũt digitus cum manu uel brachio, manus uero uel brachium cũ corpore, unum ſunt in natura: ita pater & filius & ſpiritusſanctus tres quidem ſunt perſonę, una autem ſubſtantia diuinitatis; Digiti uero dei pluraliter, ſancti intelliguntur pphetæ, per quos ſpũſſctũs libros legis ac pphetarum ſua inſpiratione deſcribit. De quibus in
Pſal. 8. pſalmo ſcriptũ eſt: Videbo cælos tuos opera digitorũ tuorũ. Per cælos eñi, libros legis ac prophetarũ: per digitos uero, ſanctos (ut dictum eſt) prophetas myſtice inſinuauit.

Aut quõ põt quiſquã intrare in domũ fortis, & uaſa eius diripere in q̃bus cõfidebat, niſi prius alligauerit fortem, & tunc domũ illius diripiat?

Oſtendit dominus per manifeſtam parabolam, q̃a uirtute diuinitatis homines à dæmonio liberat. Fortis, eſt diabolus. domus illius, mũdus in maligno poſitus: in quo uſq; ad aduentum ſaluatoris, quaſi pacato imperio ſine cõtradictione quieſcebat. Vnde dominus: Venit princeps mundi, & in me non habet quicquam. Et iterum: Nunc princeps Iohã. 14.
huius mundi eijcietur foras. Fortior illo fuit ipſe dominus, qui arma eius abſtulit, id eſt, aſtutias & dolos nequitiæ ſpiritualis: & ſic adimendo poteſtatem, à ſeductione electorum compeſcere coegit: quod fuit alligari fortem. Spolia ſeu uaſa, ſunt homines ab eo decepti, quę uictor Chriſtus diſtribuit. qđ ẽ inſigne triumphantis, quia captiuam ducẽs captiuitatem, dedit dona hominibus, quoſ- Pſal. 67.
dam apoſtolos, alios euãgeliſtas, alios pro- Ephe. 4.
phetas, alios paſtores ordinãs & doctores. Fuit ergo domũ fortis diripere, ereptos à diabolo eccleſiæ adunare, & per diſtinctas graduum dignitates promouere.

Beda. (beside "Oſtendit dominus…"); Iohan. 12. (beside "huius mundi eijcietur foras")

Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui nõ congregat mecũ, ſpargit.

Hoc conſequentur non ad hæreticos, ſed ad diabolum refertur, cuius opera ſaluatoris operibus comparari nequeunt. Ille enim cupit animas hominum tenere captiuas, q̃s dominus liberat: ille trahit ad uitia, dñs reuocat ad uirtutes. Quomodo ergo concordant, quorũ opera diuiſa ſunt? Qui non colligit, hoc ẽ, q̃ nõ cõgregat oues meas mecũ: diſpgit, hoc ẽ, diſſipat eas à cœtu fideliũ. Hic inſinuat quia non eſt habẽs ſpiritumſanctũ, qui non cum illo congregat, quõcunq; ſub eius nomine congreget. Hic oĩno nos cõpulit intelligere, nõ alibi poſſe fieri remiſſionẽ peccatorum, niſi in Chriſti congregatione q̃ non ſpargit. M. 113. R. 34. L. 147.

IDeo dico uobis: Omne peccatũ & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit contra ſpiritumſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neq; in futuro.

Quia dicitis me non eijcere dæmones niſi in M.

Beda in Marcum — Beelzebub, ideo dico uobis: Omne peccatũ &c. Non tamen omnia paſſim dimittuntur omnibus peccata, ſed digne pœnitentibus in hac uita. Refutaŧ hic Nouatianus, negans ueniam pœnitentibus martyrium incurrentibus.

Auguſt. ad Conſentianũ. — Blaſphemia eſt, per quam de ipſo deo falſa dicuntur. & ideo peius eſt blaſphemare quàm peierare: quoniam peierando, falſarie adhibetur teſtis deus: blaſphemando, de ipſo deo falſa dicuntur. Senſus ergo eſt:

Hierony. & Beda — Qui ſcandalizatur infirmitate carnis meæ, quia uocauerit me filium fabri, uoratorem, uini potatorem: ueniam habere poterit. Qui autem manifeſte intelligens opera dei, propter inuidiã opera ſpiritusſancti Beelzebub attribuit, huic nunquam remittetur. non q̃d ei negetur remiſſio, ſi pœniteat: ſed quia hic blaſphemus, exigẽtibus malis * meritis, ſicut nunquam ad remiſſionem, ita nec ad pœnitentiam peruenturus eſt. [margin: * uitiis M.]

In contemptu nãq; boni aliquis lapſus adeo profundus ẽ, quod nemo inde reſurgit. Vnde illud: Peccator cum uenerit in profundum peccatorum, contemnit. [margin: Prou. 18.] Econtra uero in amore boni aliquis ſupremus gradus eſt, à quo nullus labitur. In illo Paulus dicebat: Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? [margin: Rom. 8.]

Beda. — Illa igitur blaſphemia in ſpiritumſanctum, qua quiſque in ſimilitudinem diaboli & angelorum eius, cõtra conſcientiam ſuam maieſtatem deitatis oppugnare non trepidat, non habet remiſſionem in æternum: ſed reus erit æterni delicti, ſicut Marcus exponit, ſubiungens teſtimonio domini: Quoniam dicebãt, ſpiritum immũdum habet. [margin: Marc. 3.] Qui uero ſpiritumſanctũ non eſſe, uel minorem patre, humana ignorantia credunt & dicunt, irremiſſibili crimine non tenentur.

Iohã. 6. — Inquit dominus: Qui mãducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.

Auguſt. in homilis ſuper hoc cap. — Nunquid ſumens indigne ſacramentum carnis & ſanguinis eius, qui iudicium ſibi manducat & bibit, ut Paulus ait, manet in Chriſto & Chriſtus in eo? [margin: 1. Cor. 11.] Profecto eſt quidam modus mãducandi carnem illam, & bibendi ſanguinẽ illum ad ſalutem: & quidam modus, ad iudicium. Sic igitur quidã modus eſt in blaſphemia ſpiritusſancti, qui meretur ueniam: quidã, q non meretur. In ſpiritu enim ſanctoſpiritus immundus eijcitur, contra quam gratiam ſi quis loquitur impœnitens, impœnitentia ipſa eſt blaſphemia ſpiritus, quæ nunquã remittetur. Pœnitentia enim remiſſionẽ impetrat. De hac impœnitentia tamen non poteſt iudicari, quãdiu impœnitens uiuit. Paganus eſt hodie uel Iudæus uel hæreticus? quid ſcis utrum cras fuerit fidelis? Non rapit deus de hac uita impium, qui uult ut conuertaŧ & uiuat. [margin: Iez. 18.] Sed ſi quis uſq; ad finẽ uitæ maneat impœnitens, & ita moriatur, ei non remittetur hic uel in futuro.

Grego. 17. lib. in Iob. — Eſt enim peccatum ad mortem, ait Iohannes. non pro illo dico ut roget quis. [margin: 1. Ioh. 5.] Ad mortem, id eſt, uſq; ad mortem. quia peccatum quod hic nõ corrigitur, eius uenia fruſtra poſtulatur.

Auguſt. in homilia predicta. — Nec te moueat quod euãgeliſta ait ſingulariter, uerbum: cum prolixa impœnitentia pluribus uerbis blaſphemiam contexat. Solet enim ſcriptura multa uerba uerbũ appellare, ut illud: Verbum quod factum eſt ad illum uel illum ꝓphetam. Neque enim tãtum uerbum unum locutus eſt aliquis propheta. Et Iacobus nõ ait uerborum, ſed eſtote factores uerbi, & nõ auditores tm̃. [margin: Iacob. 1.] Quæcunq; igitur uerba uel ore uel ſola cogitatione quis locutus fuerit corde impœnitenti contra remiſſionem peccatorum, quæ fit in eccleſia, uerbum dicit cõtra ſpiritumſanctum. Quomodo autem remittetur illud, quod etiam remiſſionem impedit aliorum? Dicitur ergo uerbum contra ſpiritũſanctũ, cum ex diſperſione ad congregationem nunq̃ uenitur, quæ ad remittẽda peccata accepit ſpiritumſanctũ. Quicũq; autem in ſchiſmaticis uel hæreticis congregationibus uel potius ſegregatiõibus baptizantur, quamuis non ſint renati ſpiritu tanq̃ Iſmaeli ſimiles, qui ſecundum carnem natus eſt Abrææ, non ſecundum Iſaac, qui ſecundum ſpiritum, quia per promiſſionem: [margin: Gene. 16. Gen. 21.] tamẽ cum ad eccleſiam catholicam ueniunt & ſocietati ſpiritus aggregantur, * quam foris ꝓculdubio non habebant, nõ eis repetitur lauacrum carnis. [margin: * quem] Non defuit etiam foris poſitis iſta forma pietatis, ſed niſi intus non poteſt eis dari unitas ſpiritus in uinculo pacis. de talibus dicit Apoſtolus: Habentes formã pietatis, uirtutẽ aũt eius abnegãtes. [margin: 2. Tim. 3.] Põt enĩ eſſe uiſibilis forma palmitis etiã pręter uitẽ, ſed inuiſibilẽ uitã radicis habere nõ põt niſi in uite. Proinde corporalia ſacramẽta q̃ portant & celebrãt etiã ſegregati ab unitate corporis Chriſti, formã poſſunt exhibere pietatis: uirtus uero pietatis inuiſibilis & ſpũalis, ita in eis nõ põt eẽ, quẽadmodũ ſenſus nõ ſeqŧ hoĩs mẽbrũ qñ amputatŧ à corpe. Quæ cũ ita ſint, remiſſio pc̃tõrũ, qm̃ nõ datŧ niſi in ſpũ ſc̃tõ, in illa tm̃mõ eccleſia dari põt, q̃ habet ſpiritumſanctum.

Auguſt. in Ench. — Qui ergo in eccleſia remitti peccata non credens, contẽnit tantã diuini muneris largitatẽ, & in hac obſtinatiõe mẽtis diẽ claudit extremũ: re⁹ ẽ illo irremiſſibili pc̃tõ in ſpm̃ ſc̃tm̃, in q̃ Chriſtus pc̃tã dimittit. Q̃d dicit Aug. de baptizatis apd' ſchiſmaticos uel hæreticos, intellige de adultis

qui errore illorum imbuti ſunt, uel etiam de
paruulis, qui neq; recta intentione offerunt
ad baptiſmum, neq; recta intentione bapti-
zantur, etſi exterius integram baptiſmi for-
mam ſuſcipiant. Quomodo autem deſideriũ
fornicandi dicitur ſpiritus fornicationis, &
amor ſectãdi ebrietatem ſpũs ebrietatis: ita
uoluntas ſciẽter impugnãdi ueritatem, nun
Beda in cupatur ſpiritus blaſphemiæ, cuius remiſſio
Marcum multis nulla fiet in æternum. Hic redarguit
Origenes, aſſerens poſt iudicium uniuerſa-
le tranſactis ſeculorum uoluminibus innu-
meris, cunctos peccatores ueniam conſecu-
turos, & ad cælum ituros. Quod uero dici-
☞ tur, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro, datur
intelligi, quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſ
dam uero laxari in futuro. Quod enim de
uno negatur, conſequens eſt de quibuſdam
concedi. ſed tamen de minimis peccatis cre
dendum eſt, ut eſt ocioſus ſermo, immode-
ratus riſus. M. 124. x.

AVt facite arborem bonam, &
fructum eius bonum. aut faci
te arborem malam, & fructum eius
malum. Siquidem ex fructu arbor
cognoſcitur.

M. Me uidetis opera bona facere, & me uitu
peratis: in quo magna diſſonantia apparet.
Igitur aut facite, id eſt, dicite me bonum ſic-
ut opus meum: aut utrunq; malum, ſi pote-
Hierony. ſtis, & me, & opus meum. Nihil enim medi-
um eſt, quin boni actoris bona tantum ſint
opera, & mali mala. Si ergo facta quæ cerni
tis, bona ſunt, non eſt diabolus qui ea facit.
Seipſum, dicit arborem: ſuum opus, fructũ.
Progenies uiperarũ, quomodo po
teſtis bona loqui, cum ſitis mali? Ex
abundantia eñ cordis os loquitur.

Hic oſtẽdit illos eſſe malam arborem, &
malos fructus dare, cum in intentione cor-
dis eorum malitia abundet.

M. 125. v. L. 62.

BOnus homo de bono theſauro
ꝓfert bona, & malus homo de
malo theſauro profert mala.

Sic nec Chriſtus mala, nec diabolus po-
Remigi. teſt bona opera facere. Theſaurus, cordis
intentio eſt: ex qua deus iudicat opera, ut ali
quando minora maior, aliquãdo maiora mi
nor merces ſequatur. M. 126. x.

DIco autẽ uobis, q̃m omne uer-
bum ocioſum quod locuti fue-
rint homines, reddent rationem de
eo in die iudicij.

Vos nõ poteſtis bona loqui cum ſitis ma M.
li. & ideo (autẽ pro &) dico uobis, q̃m om̃e
uerbum ocioſum quod locuti fuerint homi
nes, ſubaudis tale eſt, quod de eo reddent ra Hierony.
tionem in die iudicij. Si ocioſum uerbũ non
eſt abſq; periculo loquentis, quid erit de uo
bis qui calumniamini opera ſpiritusſancti?
Ocioſum uerbum eſt, quod ſine utilitate &
loquentis dicitur & audiẽtis, ut ſi fabulæ nar
rentur. Cæterũ q cachinnis ora diſſoluit, &
aliqd ꝓfert turpitudinis, & ſcurrilia replicat,
non ocioſi uerbi, ſed criminoſi tenebit̃ reus.
Ex uerbis enim tuis iuſtificaberis,
& ex uerbis tuis condemnaberis.

Hinc eſt illud: Mors & uita in manibus Pro. 18.
linguæ. Verba hic dicit non ſolum oris, ſed
etiã cordis. Corã hominibus etiã ſæpe fit, ut
homo ex uerbis ſui oris, uel iuſius iudicetur
uel reus. L. 122. x. Caput LXIII.

FActum eſt autẽ, dum irẽt, &
ipſe intrauit in quoddã caſtel
lũ. & mulier q̃dã Martha no
mine, excepit illum in domum ſuã.
& huic erat ſoror noĩe Maria. Quæ
etiã ſedens ſecus pedes domini, au-
diebat uerbum illius. Martha autem
ſatagebat circa frequẽs miniſteriũ.

Sedebat Maria ad pedes capitis noſtri: et
quanto humilius ſedebat, tanto amplius ca-
piebat. Confluit enim aqua ad humilitatem Auguſt.
conuallis de tumoribus collis. Intenta erat
Maria, quomodo paſceretur à domino: in-
tenta erat Martha, quomodo paſceret domi
num. Iſta conuiuiũ parat domino, in conui-
uio domini iam illa iucundatur. Sciendum
eſt, in his duabus eſſe figuratas præſentẽ ui-
tam & futurã, laborioſam & quietam, ærum-
noſam & beatam. In Martha erat imago
præſentium, in Maria futurorum. Vel ita:
Iſtæ duæ ſorores duas demonſtrãt ſpiritu-
ales uitas, quibus præſens exercetur eccle-
ſia: Martha actualem, qua proximo in chari
tate ſociamur: Maria contemplatiuam, qua
in dei amore ſuſpiramus. Actiua enim ui-
ta eſt, panem eſurienti tribuere, uerbo ſapi-
entiæ neſcientem docere, errantem corrige-
re, ad humilitatis uiam ſuperbientem proxi
mum reuocare, infirmantis curã gerere, ſin
gulis quibuſq; quæ expediant diſpenſare,
commiſſis nobis qualiter ſubſiſtant præui-
dere. Contemplatiua uero uita eſt, charita-

tem dei & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quieſcere, ſoli deſiderio conditoris inhærere, ad uidendam faciem creatoris inardeſcere, choris cæleſtibus ad miſceri optare. Magiſter gentium de actiua uita commemorat ſua pericula, in quibus etiam uiſiones & reuelationes domini commendans, ſignificat ſe in ſpeculatiua uita fu-
2.Cor.1. iſſe conſummatum. Vnde dicit: Siue em̃ mẽte excedimus, deo: ſiue ſobrŋ ſumus, uobis.

Quæ ſtetit & ait: Domine, non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliqt me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi ut me adiuuet.

Ex illorum perſona loquitur, qui ad huc diuinæ contemplationis ignari, ſolum fraternæ dilectiõis opus qđ didicere, deo placitũ ducunt. Et bene Martha ſtetiſſe, Maria ſecus pedes domini ſediſſe deſcribitur: quia uita actiua laborioſo deſudat certamine, contẽplatiua uero iam in Chriſto perfruitur mentis quiete. Non parat Maria reſpondendi ſermonem, ne remitteret audiẽdi intentionem. Factus eſt aũt eius aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus. Vnde ſequitur:

Et reſpõdẽs, dixit illis dñs: Martha Martha, ſolicita es & turbaris erga plurima. Porro unũ eſt neceſſariu.

Verba domini nos admonent, unum aliquid eſſe quo tendamus, quando in huius ſeculi multitudine laboramus. Inde Dauid: Mi
Pſal. 72. hi adhærere deo bonum eſt, ut inhabitem in
Pſal. 22. domo dñi omnibus diebus uitæ meæ. Vna, ergo eſt theorica, id eſt, contemplatiua dei, cui merito uniuerſa uirtutum ſtudia poſtponuntur. Repetitio autẽ nominis Marthæ, indicium e[illegible] dilectionis, aut admonitio intentionis, ut attentius audiret.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Pars Marthæ bona ẽ, ſed Mariæ optima, q̃ nõ auferet, ſicut actiua uita cũ corpore deficit. Vult homo quando miniſtrat, aliquãdo facere quod non poteſt. Quæritur quod deeſt, paratur quod adeſt. diſtẽditur aium⁹. Si Marthę ſufficeret quod uolebat, adiutoriũ ſororis non poſceret. Onus neceſſitatis aufertur, dulcedo æternę ueritatis nunq̃. Tranſit labor multitudinis, & remanet charitas unitatis. Ignis enim amoris qui hic ardere inchoat, cum ipſum quem amat uiderit, in amore amplius inardeſcit. Tunc autem pietatis opera nullis ſanctis neceſſaria erunt, ut uidelicet tribuant eſurienti cib⁹, ſitiẽti potus &c.

M. 11. L. 7.

.Caput LXIIII.

IOhannes autem cum audiſſet in uinculis opera Chriſti, conuocans duos de diſcipulis ſuis, miſit ad dominum, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?

SEnſus eſt: Manda mihi utrum te debeã nunciare inferis, quo deſcẽſurus ſum: an non conueniat te guſtare mortem, cum dei ſis filius. Gregorius ſuper Iezechielem: Spiritus prophetiæ, prophetantis animum tangit aliquando ex præſenti, & non futuro: ut
Ioh. 1. Iohannes ait, ecce agnus dei. Moriturus tamen requiſiuit per diſcipulos ſuos: Tu es q̧ uenturus es, an alium expectamus? In quo oſtenditur, quia ueniſſe redemptorem nouerat: ſed an per ſe ipſum in infernum deſcenderet, dubitabat. Tali q̧ppe lapſu pietatis & amoris, non infidelitatis, nec ſancti crediderunt Chriſtum moriturum, Vnde princeps
Mat. 16. fidei Petrus ait: Abſit à te domine. nõ erit tibi hoc. Mittit q̃q; Iohãnes diſcipulos ad Chriſtũ, eorũ ignorãtiæ cõſulendo: ut uidẽtes ſigna, credãt. Scandalũ em̃ patiebantur, q̧a audierãt Ieſum pręponi magiſtro ſuo. Hoc aũt
Ioh. 3. innotuit, ubi dixerunt: Rabbi, cui teſtimoniũ perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum.

In ipſa autem hora curauit multos à languoribus & plagis & ſpiritibus malis, & cęcis multis donauit uiſum. Et reſpõdens, dixit illis: Eũtes renũciate Iohanni q̃ uidiſtis & audiſtis, q̧a cæci uidẽt, claudi ambulant, leproſi mũdant̃, ſurdi audiũt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizant̃.

Ad ſcandalum nunciorum referunt̃ hæc, non ad interrogata. Pauperes dicit uel ſpiritu uel operibus, ut in prædicatione nulla diſtantia ſit inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos. Pauperes euãgelizant̃, id ẽ, euangelio attrahuntur & ad fidem cõuertũt̃.

Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.

Hic reſpondit dñs de humilitate mortis ſuæ. Beati uicȝ ſunt, quorũ fidei nihil tentamenti afferet crux, mors, ſepultura. Nũcios Iohannis, qui eum eſſe Chriſtum non credebant, à perfidiæ ſcandalo caſtigat: & eidem

Grego. Iohãni quod quærebat, exponit: quia deus ẽ
Pſa. 67. ſaluos faciendi, & dñi domini exitus mor-
tis. Viſis tot ſignis, non ſcandalizari, ſ. d ad-
mirari quiſq; potuit. Mens tamen infideliũ
grauiter tulit, cum dominum poſt tot mira-
1. Cor. 1. cula mori uidit. Vnde Paulus: Nos autem
prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis
quidem ſcãdalum, gentibus autem ſtultitiã.
M. Mira faciebat dominus, ſed tamen mori nõ
dedignatus eſt. At uero quia multis uidetur
Iohannem ſaltem per ſcripturas prophetarũ
nouiſſe Chriſtum moriturũ, legamus & ita:
Hiero. Quomodo dominus de Lazaro, Vbi eſt po
Ioh. 11. ſitus, dixit: ſic Iohannes interrogat Chriſtũ
M nullomodo ſibi, ſed diſcipulis. Interrogatio
quoq; ſic intelligi poteſt: Tu es quem lex uẽ
turum prædixit, an alius Chriſtus expectabi
tur? Reſpondet autem dominus factis po-
tius quã dictis. Vtiq; uiſa miracula teſtimo
Ambro. nium plenum dãt quod ſit filius dei. Hæc enĩ
Tho. 11. ante euangeliũ uel rara, uel nulla fuere. Vnꝰ
Thobias oculos recepit, & hæc fuit angeli,
3. Re. 17. nõ hominis medicina. Elias mortuum ſuſci-
4. Re. 5. tauit: ipſe tamẽ rogauit & fleuit, hic iuſſit. Eli
ſeus leproſum mundari fecit: non tamen ibi
ualuit præcepti autoritas, ſed myſterij figu-
ra. Addit poſt ſupradicta de cruce & obitu &
ſepultura, quod eſt plenitudo fidei. Nullum
enim maius eſt domini teſtimonium, quàm
toto ſe unum obtuliſſe pro mundo. Hoc ſo-
lo dominus plene declaratur. Sic etiam, à Io
hanne declaratus eſt. Ecce agnus dei, ecce q
Ioh. 1. tollit peccatum mundi.

Illis autem abeuntibus, cœpit dice-
re de Iohanne ad turbas: Quid exi-
ſtis in deſertum uidere? Arundinẽ
*agitatã uento *moueri?

Hiero. Quia turba circunſtans interrogationis
myſterium neſciebat, & putabat Iohãnẽ du
bitare de Chriſto, ut intelligerent Iohannẽ
non ſibi, ſed diſcipulis ſuis interrogaſſe, inqt
iſtud ad laudem Iohannis. Per arundinem,
deſignat animam cognitione dei uacuam, &
ad immundorum ſpirituum flatum uagan-
tem, quẽ non habebat Iohannes, qa nec pſpe
ris erigebat, nec aduerſis inclinari nouerat.

Sed quid exiſtis uidere? hominem
mollibus ueſtimentis indutum? Ec-
ce qui in ueſte precioſa ſunt & deli-
cijs, in domibus regum ſunt.

An uana gloria ductus, lucra quærit pro
dapibus uel ueſtibus, q locuſtis uiuit, & pilis
camelorum induitur? Hic notandum, quia
rigida uita & prędicatio declinare debet mol
lium palatia, quæ frequentant mollibus in-
duti, adulantes, qui ponũt puluinaria ſub cu Iez. 13.
bito, qui uitam peccantium palpãt, non pun
gunt, ut uel ſic aliquid ueneentur. Nemo exi-
ſtimet in ſtudio precioſarum ueſtium pec-
catum deeſſe. Vnde Petrus in epiſtola ſua ad 1. Pet. 3.
fœminas: Non in ueſte precioſa.

Sed quid exiſtis uidere? prophetã?
Vtiq; dico uobis, & pluſquam p-
phetam.

In hoc eſt Iohãnes pluſq̃ ppheta, qa digi M.
to demonſtrauit quẽ cæteri uenturum præ-
dixerãt. Illa duo ſed, ſed quid exiſtis uidere, Hila.
leguntur pro &. Myſtice, Lex peccatis po-
puli uincta, & pectoribus peccatorum quaſi
carceribus luce uacuatis incluſa tenebatur,
ne per eam Chriſtus intelligi poſſet. Mittit Amb.
ergo diſcipulos ad euangelium contuendũ,
ut ſupplementum conſequatur, quia plenitu Rom. 13.
do legis eſt Chriſtus. Cum igit plerũq; nu-
taret ueritas ſine factis, fides pleniſſima ge-
ſtorum teſtificationibus exhibetur. Iohãnes
nõ fuit mollibꝰ ueſtitus, quia uitã peccantiũ
nõ blandimẽtis fouit, ſed aſpere increpauit.
Vnde Salomon: Verba ſapiẽtũ q̃ſi ſtimuli, Eccle. 12
& ſicut claui in altũ defixi. M. 103/11 R. 1. L. 70.

HIc enim eſt de quo ſcriptũ eſt:
Ecce mitto angelum meũ ante
faciẽ tuã, qui pparabit uiã tuã añ te.

Vtiq; pluſquam propheta Iohannes: qa Beda.
dicitur angelus non natura, ſed officij digni
tate, de q̃ pater ſic ad filiũ ait in Malachia: Añ Mal. 3.
faciẽ (id eſt, manifeſtationẽ) tuã pparabit uiã:
hoc ẽ, quia reddet tibi corda auditorũ pœni-
tẽtiã pdicãdo & baptizãdo. Oẽs etiã q ſa- Grego.
cerdotij noie cẽſent, angeli uocant, ppheta
atteſtãte q ait: Labia ſacerdotis cuſtodiẽt ſci- Mal. 2.
entiã, & legẽ requirent ex ore eius, qa angelus
dñi exercituũ eſt. Nec nõ unuſquiſq; fidelis,
ſi à prauitate pximũ reuocat, & ad bonũ ex-
hortat: ſi æternũ regnũ uel ſuppliciũ erranti
denunciat, pfecto angelus (id eſt, nuncius)
eximi dñi cum hoc facit. M. 104/V. L. 72.

AMen dico uobis, maior inter
natos mulierum propheta Io-
hanne baptiſta nemo eſt.

Vt ſummã uirtutũ eius cõprehendã, inter
natos mulierum (hoc eſt, q de cõcubitu nati
ſũt, nõ de uirgine) nemo maior eo fuit. Nulla
enĩ Iohãni cũ filio dei collatio. Nõ cæteris p
phetis & patriarchis hic pfert Iohãnes, ſed
æq̃tur. Vtrũ uero poſtea ſanctior eo fuerat M.
aliqs uel adhuc futurꝰ ſit, indiſcuſſũ relinqt.

Qui autem minor eſt in regno cæ-
lorum, maior eſt illo.

Iohannes maior eſt inter homines, & angelus eſt, ſed qui in terra eſt angelus, ipſe eſt minor minimo angelorum, qui in cælis dño miniſtrãt. Omnis quoq; ſanctus qui iam cũ deo eſt, maior eſt illo qui adhuc conſiſtit in prælio. Nonnulli de ſaluatore hoc intelligi uolunt, ut qui Iohanne minor eſt naſcendi tẽpore, ac multorum opinione maior ſit dignitate in eccleſia ſanctorum, quæ à primo iuſto incipiens, uſq; ad nouiſſimum electum perdurat. L. xx.

Et omnis populus audiẽs & publicani iuſtificauerunt deum, baptizati baptiſmo Iohannis.

Beda. In baptiſmate iuſtificabitur deus, in quo eſt confeſſio & uenia peccatorum. In hoc iuſtificatur deus, id eſt, apparet hominibus iuſtus: quia non contumacibus, ſed remiſſionem peccatorum quærẽtibus ignoſcit, ſicut ſcriptum eſt: Dic tu iniquitates tuas, ut iuſtificeris. Iuſtificatur ergo, qui iniuſtitias accuſando repellit, humiliter à deo gratiã poſtulans: & iuſtus dominus iuſtitias dilexit.

Iſa. 43. iuxta 70

Pſal. 10.

Phariſæi autem & legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo.

In ſemetipſos, id eſt, contra ſemetipſos: quia qui gratiam dei reſpuit, contra ſeipſum facit, uel conſiliũ dei miſſum ad ſemetipſos, noluerunt recipere ut ſtulti. Conſiliũ enim dei fuit, ut per mortem Ieſum mundum ſaluaret: quod phariſæi & legiſperiti ſpreuerunt. M. 105. L. 191.

A Diebus autem Iohannis baptiſtæ uſq; nunc, regnum cælorũ uim patitur, & uiolenti rapiũt illud.

Aug. Ideo dictum eſt regnum cælorũ uim pati, quia reatus quem litera ſine ſpiritu iubendo faciebat, credendo ſoluitur: & uiolentia fidei, ſpiritusſanctus impetratur. Grandis nãq; uiolentia eſt, generatos in terra, cælũ quærere, & poſſidere per uirtutem, quod non tenuimus per naturam.

M. Omnis plus diligens regnum dei quàm terrena bona, uim facit in illud: hoc eſt, laborat & uiribus & uirtute, ut illuc tandem perueniat. A diebus Iohannis, hoc eſt, poſtquam Iohannes cœpit prædicare. Non dicit uſq; nunc Chriſtus, quod tunc ceſſaſſet uis in regnum cælorum: quia uſq; ad finem mundi durabit. Violenti, id eſt, uiolentiam facientes, rapiunt illud: cũ uim naturæ faciunt, ut nõ ad terrena demergat, ſed ad ſuperna ſe ſubrigat. Quaſi rapere eſt, ubi nullum ius habemus, & quod angelorum ẽ poſſeſſio, acquirere.

Hila. Vel dicit regnũ cælorũ uim pati, quia gloria dñi Iſrael patribus debita, à prophetis nũciata, Chriſto oblata, fide gentium occupatur & rapitur: dum per pœnitentiam quam Iohannes prædicauit, reuiuiſcunt ad cæleſtem patriam, quaſi in alienum locum penetrantes. M. 106.

OMnes enim ꝓphetæ & lex uſq; ad Iohannem prophetauerunt. Si uultis recipere, ipſe eſt Elias q uenturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat.

Hiero. Non hoc ideo dicit, quod poſt Iohãnem excludit prophetas. Legimus enim in Actibus apoſtolorum Agabum prophetaſſe: ſed quia tempus Chriſti aduenerat, quem prædixerunt prophetæ uenturum uſq; ad Iohãnem, qui eũ demõſtrauit, dicens: Ecce agnus dei. Elias autem dicitur Iohannes, quia uenit in ſpiritu & uirtute Eliæ. par enim fuit in rigore meritis, & ambo in eremo uixerunt.

Actu. 11. & 21

Ioh. 1.

Luc. 1.

Remig. Quidam putant Iohannem ideo uocari Eliã: quia ſicut ille nunciaturus eſt ſecundum aduentũ domini, ita Iohannes nunciauit primum. Dicẽdo aures, requirit aures cordis, ut Iohãnes myſtice intelligatur Elias. M. 107. L. 71.

CVi autem ſimilẽ æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualib⁹ dicũt: Cecinimus uobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non plãxiſtis.

Beda. Generatio Iudæorum qui tempore Chriſti erant, comparatur antiquis Iudæis, inter quos magna diuiſio fuerat. pueri ſunt prophetæ & doctores, qui fuerunt ante aduentum Chriſti, de quibus dicitur: Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis. Paruulis, id eſt, humilibus ſpiritu. Forum, uel ſynagoga eſt, uel Ieruſalẽ, in qua iura præceptorum dei cõdebantur. Ibi prophetæ tanq̃ in publico fori conuentu ſuis coæqualibus, id eſt, generis ſui populis patria uoce exprobrabant, quod nec pſalmis allecti, ad laudem dei aſſurrexerint corde deuoto, membrorũ agilitate, quod notat ſaltus, nec threnis, id eſt, lamentationibus propheticis pro excidijs iam factis uel faciendis, ad pœnitẽtiam ſint conuerſi. Cecinimus uobis, nuptiale ſcilicet carmen, ubi & dei uerbo anima & ſpiritui caro nubit. Pſalmiſta autem quaſi in ipſo actu nuptiarum poſitus, quadam lætitia ſaltans, monuit nos ludere, di-

Pſal. 118.

Pſal. 80. cens: Exultate deo adiutori noſtro, iubila-
te deo Iacob, & cætera. Sed quid ſequitur?
Ibidem. Et non audiuit populus meus uocem me-
am, & Iſrael non intendit mihi. Clamat pro-
pheta: Hæc dicit dominus, conuertimini ad
Ioel. 2. me in toto corde ueſtro, in ieiunio & fletu &
Iere. 4. planctu, & ſcindite corda ueſtra, & non ue-
ſtimenta ueſtra. Et iterum: Ventrem meum
doleo, ſenſus cordis mei conturbati ſunt in
me. Et paulo poſt: Stultus populus meus me
Ibidem. nõ cognouit, filij inſipiẽtes ſunt & uecordes.
Hila. Quoniã ad cãtantiũ modũ, ſaltantiũ modus
Hila. officio corporis aptat, dictũ eſt: Cecinimus
uobis, & non ſaltaſtis: hoc eſt, ad cõfeſſionẽ
pſallẽdi deo prouocauimus, & non obedi-
ſtis coaptãdo & cõfirmando uos doctrinæ.

Venit enim Iohannes, neq; mandu
cãs neq; bibens: & dicũt, dæmoniũ
habet. Venit filius hominis, mãdu-
cans & bibẽs: & dicũt, Ecce homo
uorax, & potator uini, & publicano
rum & peccatorum amicus.

Sicut (inquit) tunc, ſic & nunc utranq; uiã
Beda. ſalutis reſpuitis. Quod dicitur, Lamentaui-
mus: ad Iohannem pertinet, cuius abſtinen
tia luctũ pœnitentiæ ſignificabat. Quod aũt
Luc. 7. Lucas ait, cantauimus tibijs, ad dominũ ſpe-
ctat, cuius cibus & potus cum cæteris læti-
tiam regni figurabat.

Et iuſtificata eſt ſapiẽtia a filijs ſuis.

Hiero. Quicquid me putetis, ego tamen dei uir-
& Beda. tus & dei ſapiẽtia intelligor iuſte facere ab a-
poſtolis. Hic oſtendit dominus filios ſapien
tiæ intelligere, iuſtitiã nõ eſſe in abſtinẽdo
uel in manducando, ſed in temperãtia nõ ſu-
mendi ea quæ merito reprehẽdi queãt, & in
æquanimitate tolerandi inopiã. Non eſt em̃
regnũ dei eſca & potus: quorũ non uſus, ſed
Roma. 4 concupiſcẽtia reprehenditur: imò iuſtitia &
pax & gaudiũ. Iuſtificata ſapiẽtia, eſt dei diſ-
penſatio atq; doctrina à fidelibus cõproba-
ta. q̃ ſuperbis reſiſtit, humilib⁹ aũt dat gr̃am.
1. Pet. 5. In quibuſdã codicibus legit, iuſtificata eſt ſapi
Luc. 4. entia ab operibus ſuis, q̃a ſapientia non q̃rit
uocis teſtimoniũ, ſed opum. M. $\frac{lo}{V}$ L. ^{us}

Capu LXV.

TVnc cœpit exprobrare ci
uitatibus, in quibus factę
ſunt plurimę uirtutes ei⁹,
quia non egiſſent pœnitentiam.

Caſſio. EXprobrare, eſt in faciẽ maledicere: ob
loqui uero, eſt abſentẽ doloſe mordere.
Exprobrat itaq; dominus ad correctionem,
prædicendo uentura, nõ optando mala.

Vę tibi Corozaim, uę tibi Bethſai-
da: q̃a ſi in Tyro & Sidone factæ fu
iſſent uirtutes, quæ factę ſunt in uo-
bis, olim in cilicio & cinere pœnitẽ
tiam egiſſent. Verũtamen dico uo
bis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in
die iudicij quam uobis.

Væ tibi. i. dãnatio erit tibi. Corozaim &
Bethſaida urbes ſunt Galilęæ, in quibus dñs Hieron.
ſigna fecit, quando circuibat uicos & ciuita-
tes, curando infirmos, ut ſupra dictũ eſt. His
præferuntur Tyrus & Sidon, quæ tantũ mõ Beda.
naturalẽ legem habuerũt. Tyrus ac Sidon
quõdã amicæ Dauid & Salomoni erãt. euã
geliz ãtibus Chr̃i diſcipulis credidere. tan-
taq; fidẽ deuotiõe ſuſceperũt, ut Paulũ apo Act. 21.
ſtolũ à Tyro abeũtẽ, cũcti ciues cũ uxorib⁹
& filijs ꝓſequerent uſq; ad naues. Ciliciũ q̃d
de pilis camelorũ & capraꝝ cõtexit, memori
am p̃cti aſpere pũgentis ſignificat: in cinere
aũt cõſiderationẽ mortis, ꝑ quã tota humani
gñis maſſa in puluerẽ eſt redigenda, dñs de-
monſtrat. Porro in ſeſſione apud Lucã, hu-
miliationẽ deſignat: de qua pſalmiſta ait, Sur 1. Pet. 5.
gite poſtq̃ ſederitis. quod eſt dicere, Humi- Pſal. 106.
liamini ſub potenti manu dei, ut uos exaltet
in tempore uiſitationis.

Et tu Capharnaũ, nũquid uſq; in cæ
lum exaltaberis? Vſq; in infernũ de
ſcendes.

Vel ideo demergeris, quia exaltata es ſu-
perbe reſiſtendo meæ p̃dicationi: uel ideo,
quia exaltata mei hoſpitij fama, uirtutib⁹ q̃s
uidiſti, credere noluiſti. Exaltata fuit (ut
Luc. 10. Lucas ait) uſq; ad cælum, ſecũdũ reputatio-
nem uidelicet illorum, qui exiſtimabant q̃d
ideo ſaluari poſſet, quia multas uirtutes Chr̃i
uidit. Sed quãto pluribus ſignis inſignita eſt,
tãto magis plectet cũ nõ crediderit. M. $\frac{lo}{V}$

QVia ſi in Sodomis factę fuiſſent
uirtutes q̃ factæ ſunt in te, forte
manſiſſent uſq; in hunc diem.

Vtiq; non contigiſſet eis ſubuerſio, ſi in-
terueniſſet correctio. Q̃d aũt dñs dicit, for-
te mãſiſſent, nihil dubitat, ſed humanũ mo-
rẽ ſequitur, qui ſæpius quod certiſſime ſcit,
dubitatiue promit.

Veruntamen dico uobis, quia terrę
Sodomorum remiſſius erit in die iu
dicij quam tibi.

Cui multum donatum eſt, multum ab eo Luc. 12
quærit. & potẽtes potenter tormẽta patient. Sapi. 6

Ieze. 16. Sodomitæ & ſi in uitijs exardebant, & teſtè
Iezechiele inhoſpitales erant, facile tamē cō
ſenſiſſent, ſi eis licet indignis gratia offerretur.
Gene. 19. Equidem Lot inter eos & ſi iuſtus, neq; do-
cuit, neq; ſigna fecit. Quare autem ſit prædi-
Pſal. 24. catum non credituris, & non prędicatū credi
Roma. 9. turis: nouit ille, cuius uniuerſæ uiæ ſunt mi-
Aug. ſericordia & ueritas. Cuius uult miſeretur,
nō in iuſtitia, ſed gratia. quem uult obdurat,
Pſal. 84. nō iniquitate, ſed ueritate uindictæ. Sic tamē
miſericordia & ueritas obuiāt ſibi, ut nec mi
ſericordia impediat ueritatem, qua plectitur
dignus: nec ueritas miſericordiam, qua li-
Id. beratur indignus. Deus ab æterno ſciens
conuerſationem hominum malam futuram,
& q̄a nec ſola ſeueritate poſſent ſaluari, nec
ſola miſericordia peruenire ad profectum
meritorum: decreuit quod in uno quoque
tempore prædicandum eſſet, unumquenq;
p̄mittens ſuo iudicio, id eſt, naturali legi. Sed
q̄a naturalis lex obtorpuit cōſuetudine pec-
cādi, p̄dicata eſt lex quæ refrenaret peccan-
tes. Et quia iterum homo non ſe per legis ſe-
ueritatem cohibebat, imò per interdictum re-
us tenebatur: prædicata eſt miſericordia, q̄
ſaluaret confugientes ad eam, & excęcaret re-
futantes: mittens gentes ad promiſſiōes Iu-
dæorum, ut ipſi Iudæi ſaltem æmulatiōe gē-
Rom. 11. tium conuerterentur. Et hæc eſt altitudo cō-
ſilij dei, quò mira prouidentia Iudæos & gē-
tes reduxit ad uitam, quam perdiderant in
Adam. R. [61] viii L. [91]

Caput LXVI.

ET cum ueniſſent apoſto
li ad Ieſum, nunciauerūt
illi omnia quæ fecerant
& docuerant.

Eccle. 1. VEniunt apoſtoli ad Ieſum, riui ad fon
tem. ad locum unde exeūt, flumina re-
uertuntur. Nunciant illi quæ fecerant & quo-
modo docuerant, ſemper gratias referentes
ſuper his quæ acceperūt. R. [62] x

ET ait illis: Venite ſeorſū in de-
ſertum locum, & requieſcite pu-
ſillum. Erant enim multi qui ueniε-
bant & redibant. nec manducandi
ſpatium habebant.

Quæ aūt neceſſitas fuerit requiei, oſtendit
cum dicitur: Erant enim qui ueniebant &c.
Seorſum ducit quos eligit, ut inter male uiuē
Gene. 19. tes mala non attendāt, ut Lot in Sodomis, &
Iob. 1. Iob in terra Hus, & Abdias in domo Achab.
3. Re. 18 Requieſcite (inquit) puſillū, ut aues in ramis
ſinapis. Puſilla requies eſt hic ſctis & long⁹

labor: ſed poſtea dicetur illis, ut requieſcant Apo. 14.
à laboribus ſuis. Veniebāt & redibāt multi.
In arca Noæ aīalia q̄ intus erant, foras mitte
bant: & quæ foris erāt, intus erūpebāt: ſic ut Gene. 7.
eccleſia Iudas diſceſſit latro acceſſit. Quam-
diu à fide recedit, nec eccleſię requies eſt ſine Mat. 27.
mœrore, Rachel plorans filios ſuos noluit Luc. 23.
conſolari. Erit autem manducādi ſpatiū ſan- Iere. 31.
ctis in conuiuio, in quo bibabitur nouū uinū, Mat. 2.
cum cantabitur canticū nouū in cælo nouo Apo. 14.
& terra noua ab hoībus nouis. L. [92] & 21.

Caput LXVII.

POſt hæc autē deſignauit
dominus & alios ſeptua-
ginta duos, & miſit illos
binos ante faciem ſuam,
in om̄em ciuitatem & locū quo ipſe
erat uenturus.

SIcut duodecim apoſtoli forma ſunt epi-
ſcoporum, ſic ſeptuaginta duo figura p̄-
ſbyterorū, id eſt, ſecundi ordinis ſacerdotū:
tametſi in primis eccleſiæ tēporibus utriq;
presbyteri, utriq; uocabātur epiſcopi. Bene
ſeptuaginta duo mittuntur. ſiue q̄a totidem
gentibus euangeliū prædicandū erat, ut q̄-
modo duodecim, primo p̄pter duodecim
tribus Iſrael miſſi ſunt, iſti p̄pter exteras gē-
tes mitterentur, ſeu quod prædicantium nu-
mero totus orbis per euangeliū ſanctæ trini
tatis illuſtrandus intimabatur, ſicut ſol tridu
ano ambitu ſuæ lucis ſeptuagīta duas horas
explicat. Nam ipſe dominus ſe diem dicit, ſu
os uero apoſtolos horas: ita, Nonne duo-
decim horæ ſunt diei? Per tres dies uero my- Ioh. 11.
ſterium trinitatis oſtenditur. unde tertia die Luc. 24.
reſurrexit dominus, & populus antiquus
ad montem Sinai proficiens, die tertia legem Exo. 19.
accepit. & idem fluuiū Iordanem quo bapti-
ſmi gratia cōmendata eſt, tertia die qua uene
rat, tranſiuit. Bini mittuntur, in quo nobis in Ioſ. 3.
nuit: quia qui charitatem erga alterum non
habet, prædicationis officium ſuſcipere nul-
latenus debet. Minus autem quàm inter du-
os charitas haberi non poteſt. Nemo enim
proprie ad ſe ipſum charitatē haberē dicit.
Ante faciē ſuam eos mittit, q̄a uerba exhor-
tationis præcurrunt, per quæ ueritas in men
te ſuſcipitur. Sæpe pro ſua nequitia prædica-
tium lingua reſtringitur, ſępe ex ſubiectorū
culpa. De ſua nequitia ait pſalmiſta: Peccato- Pſal. 49.
ri autē dixit deus, quare tu enarras iuſtitias
meas, & aſſumis teſtimonium meum per os
tuū? De uitio ſubiectorum ait dominus ad Ie
zechielem: Linguam tuam adhærere faciā Iez. 3.
palato tuo, & eris mutus, nec quaſi uir obiur

gans, quia domus exaſperans eſt. Ac ſi dicat: Plebs non eſt digna cui exhortatio fiat.

Et dicebat illis: L. 116. M. 98. R. 96. A. 120.

QVi uos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit. Qui aũt me ſpernit, ſpernit eũ qui me miſit.

Beda. In audiendo uel ſpernendo euangelium, diſcant auditores non uiles perſonas quaſli bet audire uel ſpernere, ſed ipſum ſaluatorẽ & ſuum patrem. In diſcipulo enim magiſter auditur, & in filio pater honoratur. Vel ita: Qui non facit miſericodiam uni de fratribus meis, nec mihi facit, qui pro illis formam ſer ui & pauperis habitum ſuſcepi. Qui me ſper nit, ſpernit eum qui me miſit, quia ego & pa

Iob. 10. ter unum ſumus. L. 117. X

REuerſi ſunt autem ſeptuaginta- duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam ſathanam ſicut fulgur de cælo cadentem.

Tunc uidi, quando corruit. Quod ait, ſicut fulgur cadentem, de ſuperius lapſum ſignificat: & quia deiectus, adhuc transfigu-

2. Cor. 11. rat ſe in angelum lucis. Deferũt diſcipuli honorem nomini Chriſti. ſed quia infirma adhuc fide gaudent in uirtutibus, & de ſignorum operatione efferuntur: exemplo terrentur, & ad humilitatẽ reuocãtur, ut agnoſcant ſe terrenos, ſi ſuperbierint, humiliãdos, recor

Iſai. 14. dando diabolũ eiectum ob ſuperbiã de cęlo.

Ecce dedi uobis poteſtatem calcãdi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit.

Per ſerpentes & ſcorpiones omne genus ſpirituum immundorum, eijciendorum de obſeſſis, ſignificat: quamuis ad literam poſ-

Act. 28. ſit accipi. Paulus etẽ à uipera inuaſus, nil paſſus eſt aduerſi: et Iohannes hauſto ueneno, illæſus manſit. Serpentes quidem nocentes dente, ſęuientes aperte, ſunt uel homines uel dæmones, qui inchoandis uirtutibus uenena prauæ perſuaſionis obijciunt. Scorpiones uero cauda nocentes, clam inſidiãtes, ſunt illi qui conſummatas uirtutes uitiare cõ tendunt.

Verũtñ in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus uobis ſubijciuntur. Gaudete autem, quod nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis.

Spiritus eijcere & uirtutes alias facere, interdum non eius eſt meriti qui operatur: ſed inuocatione nominis Chriſti conceditur, uel ad condemnationem eorum qui inuocant, uel ob utilitatem eorum qui uident & audiũt. In quo ſemp honoratur deus, per cuius nomen miracula fiunt, licet facientes ſigna, de-

ſpicantur. In Actibus apoſtolorum filij Sce- Act. 19.

uæ eijciebant dæmones, & Iudas proditor multa ſigna feciſſe narratur. Gaudeant ergo diſcipuli Chriſti non de humiliatione dæmonum, ſed de ſua ſublimatione: ut unde illi ceciderunt ſubleuati, iſti aſcendant humiliati. Eorum namq; nomina ſcripta eſſe in cælis, eſt illos eſſe prædeſtinatos. Quamuis em ſingula ſint in dei memoria æternaliter affi-

xa, quadam tamen prærogatiua dicitur: No 2. Tim. 2

uit dominus q ſunt ei⁹. M. 11. V L. 118.

IN ipſa hora exultauit ſpiritu ſancto, & dixit: Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Exultans in ſpiritu ſancto de ſalute humilium quibus loquebatur, gratias agit & exultat in patre, quod apoſtolis aduentus ſui aperuit ſacramenta, quæ ignorauerũt ſcribæ & phariſæi qui ſibi ſapientes uidebantur. Vi-

de ſupra: iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. Luc. 7.

Confeſſio nõn ſemper pœnitentiam, ſed aliquando gratiarum actionem ſignificat. In hoc qđ ait, Pater: oſtẽdit ſe eſſe genitũ à deo non, creatũ, ut hæretici dicũt: in hoc qđ dicit domine, creatorem cæli & terræ. Pulchre

ſapientibus & prudentibus, non inſipientes Beda.

& hebetes, ſed paruulos (.i. humiles) oppo- ſuit, ut probaret ſe tumorem damnare, non acumen ſcientiæ. Humilitas enim clauis eſt

ſcientiæ, de qua alibi dicit: Tuliſtis clauem Luc. 11.

ſcientię, id eſt, humilitatem fidei Chriſti, qua ad diuinitatis eius agnitionem peruenire poteratis.

Etiam pater, quuoniam ſic fuit placitũ ante te.

Senſus eſt: Certe pater hæc feciſti, quia ſic placuit ante te, id eſt, tibi in conſpectu tuo. His uerbis exempla humilitatis accipim⁹, ne temere diſcutere ſuperna conſilia de aliorũ uocatione aliorumq; repulſione præſumamus. Nõ enim rationem reddidit, ſed ſic deo placitum dixit: oſtendens quia iniuſtum eſſe non poteſt, quod placuit iuſto. Vnde & in uinea laborantibus mercedem reddens, ait:

Mat.20. Volo & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. In cunctis ergo à deo diſpoſitis, aperta ratio eſt occultæ iuſtitiæ uoluntatis.

M. iii L. A. 145.10.

OMnia mihi tradita ſunt a patre meo.

Hiero. Ideo confiteor patri, quia omnia mihi tradidit pater. Non dicit omnia de elementis, ſed de his qui p filiũ accedũt ad patrem, & ante erant rebelles. De his omnibus alias dicit: Ioh.6. Omne quod dat mihi pr̃, ad me ueniet. Vel Ambro. ita. Cum audis omnia, agnoſcis omnipotentem: non decolorem, non degenerem patri. Cum audis tradita, confiteris filium, cui per naturam unius ſubſtantiæ oĩa iure ſunt propria, non dono collata per grãm. Nota quia Bl. Chriſtus in eo quod hõ eſt confitetur, i. gratias agit patri, imo indiuiduæ trinitati. In hoc uero quod ipſe eſt ſplẽdor, qui de patre ſplẽduit ſupra intellectum, nullas refert gratias, licet oĩa à pr̃e habeat, q̃a per naturam habet.

M. iii L. A. 8.844.86.867.837.890.8142.854.

ET nemo nouit filiũ niſi pater, neq; patrem quis nouit niſi filius, & cui filius uoluerit reuelare.

Hiero. Beda. Erubeſcat Eunomius, dicens ſe plenã notitiam habere de patre & filio. Non ita intelligendũ eſt hoc, quaſi filius à nullo poſſit ſciri niſi à patre ſolo. pater autem non ſolum à filio, ſed ab eis etiam quibus reuelauerit filius, ſed ad utrũq; referẽdũ eſt, quod ait, & cui uoluerit filius reuelare: ut intelligas utrunque per filium reuelari. Verbo enim ſuo pater ſe declarat, & uerbũ ſeipſum declarat, quia mẽ Hila. tis noſtræ lumen eſt. Tradita autẽ filio non alia ſunt, quàm quę in eo ſoli patri nota ſunt. Nota uero filio ſoli ſunt, quæ patris ſunt. At M. que ita in hoc mutuæ cognitionis ſecreto, intelligit non aliud in filio ignorabile extiſſe, quàm quod in patre ignorabile ſit. Attende ubi ſolus pater filium, ſolus ve filius patrẽ noſſe dr̃, non niſi creaturarum fieri excluſionem. Neq; enim filius à notitia ſui ipſius excipitur, neq; pater, quin ſeipſum cognoſcat excluditur: & ſpiritusſanctus utriq; conſubſtantialis, ab utriuſq; plena agnitione nequa-1.Cor.2. quam ſeparatur. Vnde Paulus: Spiritus ſcrutatur omnia, etiam profunda dei.

Et cõuerſ⁹ ad diſcipulos ſuos, dixit:

M. ℣.

VEnite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos.

Hiero. De onere peccati dicit, uel preſſos iugo legis inuitat ad euangelium. Qua rõne eſt cuã gelij gratia leuior lege, cũ in lege adulteriũ, in euangelio concupiſcentia: ibi homicidiũ, hic ira puniatur? In lege opera requirunt, in euangelio uoluntas: quæ licet effectum non habeat, pręmium tamen non amittit, ut ſi uirgo non uoluntate corrumpat, apud euangelium uirgo ſuſcipitur, apud legẽ quaſi corrupta repudiat. Laboratis dicit, uel in legis diffi cultatibus, uel in diuitijs acquirendis. Reficiã uos, i. recreabo uos exoneratos per euangelium, promittens regnum ęternum.

Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus ueſtris.

Iugum dicitur euangelium Chriſti, Iudæos & gentes in unã fide coniungẽns, ut terrã cordis ſui excolant per uomerẽ ſacri eloquij. Tollite iugum ſup uos, in ſuperiori ſcilicet mentis ueſtræ, in honore habẽtes. Exemplo quoq; meo diſcite mites eſſe corde & humiles corde, ne lateat ſerpens in ſpecie columbæ. Humiles quippe neminem contemnũt, mites quoque in lenitate animi iugiter perſeuerantes, nullum lædunt, & ſic per quietem mentis, inuenient tandem ſempiternam requiem animabus ſuis.

Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue.

Quid iugo Chriſti ſuauius? quid onere leuius? Probabilem fieri, ab ſcelere abſtinere, Hila. bonum uelle, malum nolle, amare omnes, odiſſe malum, æternam uitam ſequi, præſentibus nõ capi, nolle inferri alteri quod ſibi pati perpeti ſit moleſtum. Licet anguſto initio Mat.7. ſit arcta uia, ut alibi dicit, quę ducit ad uitam; proceſſu tamen temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. Iugum fidei ſuaue ẽ, comparatione legis, quia ibi uulnerantur pueri, hic lauantur ſaluandi. Onus euangelij leue eſt, quantum ad legem: quia ibi adulterium punitur per lapidationem, hic purgatur per pœnitentiam. L. ℣. M.

SI quis uenit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam & uenit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Percontari libet, quomodo parentes Greg.

Mat. 5. præcipimur odiſſe, qui iubemur & inimicos
Mat. 19. diligere. Et de uxore ueritas dicit, quod de-
Ephe. 5. us coniunxit, hō non ſeparet. Et Paulus ait:
Viri, diligite uxores ueſtras, ſicut & Chrs ec
cleſiam. Si enim perpendim', pcepti utrunq;
agere ualem': ut & proximos diligamus, &
aduerſarios qui uia dei obediēdo nō ſcimus.
Sic nimirum proximis odium adhibere de-
bemus, ut in eis & diligamus quod ſunt, & ha
beamus odio quod in dei itinere obſtitūt no
bis. Et ut hoc demonſtraret agendum domi
nus, mox addidit, dicens: Adhuc autem & a-
nimam ſuam. Tūc etenim animam noſtram
bene odimus, cum eius carnalibus deſiderijs
non acquieſcimus, ſed baiulādo crucem, do-
minū ſequimur. Quę ergo contempta ad me
lius ducitur, quaſi per odiū amatur. Huic do
ctrinæ de contemptu mundi & de abiectiōe
corporis annectitur ſub comparatione tur-
ris ædificandæ de perſeuerantia, ad quam ne
ceſſaria eſt cum humilitate patientia. acſi di-
cat: Ita debetis odiſſe, crucem baiulare, ueni-
re poſt me: quia ſic conſummabitur fidei æ-
dificium, ſic uenitur ad regnum. Et hoc eſt
quod ſequitur. L. ꝟ.

QVis enim ex uobis uolens tur-
rim ædificare, non prius ſedēs
cōputat ſumptus qui neceſſarij ſunt,
ſi habet ad perficiendum: ne poſtea
quam poſuerit fundamentum, & nō
potuerit perficere, omnes qui uidēt,
incipiāt illudere ei, dicētes: quia hic
homo cœpit ædificare, & non potu-
it conſummare?

Omne quod agimus, præuenire per con-
ſiderationem debemus. Si igitur in fundamē
to fidei pfectę uitæ ſublimitatē per aſſumptā
pniam patientiam cōſummare cupimus, prius nos
ad aduerſa ſeculi præparemus. Hoc enim in
ter terrenum & cæleſte ædificium diſtat, q
terrenum ædificium cōſtruitur expenſas col
ligendo, cæleſte autem diſpergendo. Seden
tes igitur computemus. i. à tumultibus mun
di quieſcentes, diligenter diſcernamus, ero-
gandam eſſe temporalem ſubſtantiā, & cor
auertendum à cupiditatibus & animum præ
parandum cōtra ſeculi aduerſa. Alioquin de-
ficientes in ædificio bonæ operationis, irriſi
onem patiemur ab inimicis ex noſtro defe-
ctu gratulantibus: quia iuxta Pauli uocem,
1. Cor. 4. ſpectaculum facti ſumus mundo, angelis &
hominibus.

Aut quis rex iturus committere bel-
lum aduerſus alium regem, nōne ſe-
dens prius cogitat, ſi poſſit cum de-
cem millibus occurrere ei, qui cū ui
ginti millibus uenit ad ſe? Alioquin
adhuc illo longe agente, legationem
mittens, rogat ea quæ pacis ſunt.

Si rex à rege pacem quærit, multo magis
nos infirmi cum deo pacem habere debem'.
Quaſi committere bellum cum deo eſt, aliquē
intelligere ex meritis ſaluari ab eo iuſte. Ve
rum hac ſimilitudine oſtenditur, nullum ad
gloriam pertingere poſſe, niſi ſeueri iudicis
ſententia temperetur per miſericordiam. In
conſpectu enim eius omnis homo imperfe-
ctus. Sicut ergo pmeditatio neceſſaria eſt ad
cauendam inimici irriſionem, ita neceſſaria ē
ad impetrandam iudicis miſericordiam. for
taſſe malum opus à nobis abſcidimus: ſed nū
quid rationem cogitationis noſtræ reddere
ſufficimus? Quaſi cum decē millibus occur-
rit deo, qui offert opera decem mādatorum,
quæ exterius geſſit: ſed deus quaſi cum du-
plicato numero contra uenit, cum uix præ-
paratum in ſolo opere, diſcutit ſimul de ope
re & cogitatione. Longe adhuc eſſe dicitur,
quia nōdum præſens in iudicio uidetur. Mit
tamus ergo legationem ad eum nobis placā
dum, lachrymas ſcilicet & miſericordiæ o-
pera ex puro affectu. L. ꝟ. M. ꝟ.

SIc ergo omnis ex uobis qui non
renūciat omnibus quæ poſſidet,
non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Quandoquidem non poteſt bene ædifica
re qui non computat ſumptus, nec ſecure po
teſt occurrere qui nō præmittit legationem,
ergo nec meus poteſt eſſe diſcipulus qui nō
renunciat omnibus. Hic docetur quod ædifi
care turrim, facere pacem cū fortiore, nihil
eſt aliud quàm eſſe diſcipulum Chriſti. præ-
parare uero ſumptus, uel mittere legationē ad
faciendam pacem, nihil aliud eſt, quàm renū-
ciare oībus, quæ poſſidemus. Inter quæ & a-
mor proximorū & anima nſa, quā quidā ac-
cipiunt pro temporali uita, intelliguntur: &
quam ſic poſſidere debemus, ut nō nos impe
diat ad æterna. Diſtat tamē inter renunciare
omnibus, & relinquere omnia: qa paucorum
perfectorum eſt, relinquere omnia & ſolis
æternis inhiare, cunctorum aūt fideliū, renū
ciare omnibus, hoc eſt, ſic terrena gerere, ut
tamen tota mente ad cæleſtia tendāt.

L. ꝟ. M. ꝟ. R. ꝟ.

Caput LXVIII.

ET factũ in ſabbato ſecundo primo, cũ trãſiret Ieſus per ſata, uellebãt eſurientes diſcipuli eius ſpicas & mãducabãt cõfricãtes manib⁹.

Hieron. & Beda. Ideo diſcipuli dñi ſpicas confricabant, quia

Mar. 6. (ut ait Marcus cap. 6.) manducandi ſpatiũ non habebant propter nimiam importunitatem eorũ qui ueniebant ut curarentur. Vnde quaſi hoies eſuriebant. Confricatio illa uitã auſteriorem ſignificat, non uitam quærentiũ præparatas epulas, ſed cibos ſimplices. Nota primos apoſtolos literam ſabbati deſtruere, contra Ebionitas, qui cũ alios apoſtolos recipiãt, Paulum quaſi tranſgreſſorem legis repudiant.

Beda. Bene Lucas ſabbatũ quod à primo li ſolucbãt, deuteroprotõ hoc eſt, ſecũdo primum nuncupat. Volebat enim intimare ob ſeruãtiam legis ſabbati ultra ceſſare debere, & naturalis ſabbati libertatẽ, quæ fuit uſq; ad tempora Moyſi, cæteris diebus ſimilis, oportere reſtitui. Huius itaq; tpis ſabbatũ, quo ſicut in cæteris diebus utilia licet opari, ſecũdo primum ad diſtinctionem Iudaici ſabbati appellat, primũ uidelicet, hoc eſt, prælatum: ſecundum, uel temporis ordine, uel gratiæ munere: ut nil aliud ſecundo primũ ſabbatũ intelligas eſſe, quàm inferiori ſuperius. Vnde ſi quis Ieſum Chriſtum ſecundo primũ Adã uelit appellare, non errat: qui merito ſcilicet & gratia, non humanæ natiuitatis ordine primum præceſſit Adam. Poteſt & ita intelligi; ut ſabbatum noui teſtamenti ſecundũ & primum ſit, ſecundum, quia poſt legale eſt: primum, quia ante decreta legis à iuſtis obſeruabatur antiquis. Myſtice autẽ diſcipuli per ſata tranſeunt. i. per gentes, eorum ſalutem

Act. 10 eſurientes. Vnde illud: Surge Petre, macta et manduca. Mira ſacramenti cõcordia eſt, mactari animalia & confricari ſpicas, ſicut Pau-

Coloſ. 3. lus dicit: Mortificate mẽbra ueſtra quæ ſunt ſuper terram, & exuite uos ueterem hoiem cum actib⁹ ſuis. Vellere ſpicas, eſt homines à terrena intentione eruere: fricare aũt manibus, ab ipſa etiam carnis concupiſcentia quaſi ab integumentis ariſtarum puritatem mentis exuere. Grana uero manducare, eſt emundatum quenq; ab omni inquinamento carnis & ſpiritus per ora prædicantium eccleſiæ

Mar. 2. membris incorporari. Apud Marcum diſci-

Beda. puli prægredientes dñm, hæc egiſſe referuntur: quia præcedit ſermo doctoris, & ſubſequit gratia ſupnæ uiſitatiõis. Bene hoc fit ſabbatis, quia prædicatores pro ſpe quietis æternæ laborãt, ad quã & alios inuitant. Vel ita: Ager eſt mũdus. agri ſeges, humani gñis fœcunditas. ſpicæ, fructus eccleſiæ, quibus ſaturantur apoſtoli, noſtro ſe alentes profectu. Aliter: Per ſata ambulant cum dño, qui obtẽperãtes diuinis imperiis, delectanẽ in ſacris eloquiis. Eſuriunt in ſatis, cum in ſacris eloquiis quæ legendo tranſeũt, illa inuenire deſiderant: quibus amplius accenſi, amore dei quaſi pane paſcãtur. Et hoc in ſabbatis, dum à turbidis cogitationibus uacare, & uidere quàm ſuauis eſt dñs gaudent. Vellũt ſpicas & terunt, cũ teſtimonia ſcripturarũ aſſumũt & diſcutiunt, donec medullã dilectionis extrahant, quæ ſub uilitate literæ quaſi ſub ariſtarum horrore uelatur. ſed qui ſolam literæ ſuperficiem ſequuntur, ſtulti defenſores ſabbati, neq; mentis refectionẽ norunt, neq; animarum requiem quærunt. Vnde ſequitur:

Quidã aũt phariſæorũ dicebãt illis: Quid facitis qđ nõ licet in ſabbatis?

Hæc alii euangeliſtæ narrant dño obiecta fuiſſe. Sed ſiue illi, ſiue diſcipulis ei⁹, ſiue utriſque dicta ſint: ad eum quaſi ad magiſtrum ptinebat reſponſio, in qua nouæ gratiæ munere deſignãt, ocium legis eſſe gratiæ opus, arguens doctores legis neſcire legẽ. De frugũ quidem uaſtatione nulla fit quæſtio, quia licet per legem de uinea uel fruge uicini edere Deu. 23 ſed non falcem mittere uel foras eiicere.

Et rñdẽs Ieſus, dixit ad eos: Nec hoc legiſtis qđ fecit Dauid, cũ eſuriſſet ipſe & qui cũ eo erant, quõ intrauit in domũ dei, & panes propoſitionis ſumpſit & manducauit, & dedit his q cum eo erant, quos non licebat manducare niſi ſolis ſacerdotibus?

Dauid fugiens Saulem, uenit in Nobã: & 1. Reg. 21 ab Achimelech ſacerdote poſtulauit cibos. Beda. & Qui cũ panes laicos non haberet, dedit ei cõ- Ambr. ſecratos, qbus ſoli ſacerdotes & leuitæ ueſci debebãt: hoc tñ interrogãs, ſi pueri ſui à mulierib⁹ mũdi eẽnt ab heri & nudiuſterti⁹. Nõ eñi dubitauit, ſalutẽ hoim eſſe hoſtiã deo placabilẽ, ſcdm pphetã dicentẽ: Miſcdiam uolo Oſee. 6 & nõ ſacrificiũ. Quod eſt dicere: Magis uolo de famis piculo hoiem liberare, q̃ deo ſacrificiũ offerre. Sẽſus eſt: Si & Dauid ſctũs eſt, & Achimelech põtifex à uobis nõ reprehẽdit, ſed legis uterq; mãdatũ pbabili excuſatione trãſgreſſi ſunt, & fames in cauſa eſt: cur idem nõ pbatis in apoſtolis qđ in cæteris? Panes ppoſitiõis ante ſabbatum cocti, mane ſabbati offerebantur, & ſup ſacrã mẽſam ponebant, ſex hinc, & ſex inde, ad alterutros conuerſi,

duabus pateris aureis ſuperpoſitis thure plenis, quæ permanebant uſq; ad aliud ſabbatū. Et tunc pro illis alıj ponebantur, & illi ſacerdotibus exhibebantur. & thure accenſo in igne ſacro, in quo holocauſta fiebant, aliud thus ſuper duodecim alios panes adijciebat. Qua hora ſuperueniens Dauid, paneſq; conſecratos accipiens, oſtendit figurate ſacerdotalem cibum ad uſum tranſiturum eſſe populorum, ſiue quod omēs uitam ſacerdotalem debemus imitari, ſiue quod omnes filij eccleſiæ ſacerdotes ſunt. Vngimur enim in ſacerdotium ſanctum, offerētes noſmetipſos deo hoſtias ſpirituales. Abiathar aūt filius Achimelech, uel (ut quidam codices habent) Abimelech, aderat cum patre, ubi Dauid panes
1.Re.22. petijt & accepit. Occiſo autem Abimelech à Saule cum uiris domus ſuæ, qui erant de genere ſacerdotali, octogintaquinq;, fugit Abiathar ad Dauid, comes factus exilij eius. Poſtea uero regnante Dauid, ſummi ſacerdotij gradum accepit, maioris excellentiæ factus, quā pater ſuus. & ideo dignus cuius dn̄s mētionem faceret, ut Marcus refert, quaſi ſummi ſacerdotis, etiam patre uiuente.

Et dicebat illis:

M. 2.

AVt nō legiſtis in lege quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum uiolant, & ſine crimine ſunt? Dico autem uobis quia templo maior eſt hic.

Hiero. Sabbatum uiolabant ſacerdotes, occidendo tauros, circuncidendo pueros. hic, non pronomē, ſed aduerbium loci legendū eſt. quaſi dicat, Ego domin' templi qui ſum hic, ſum maior templo. i. melior. & ideo ſi figurale templum potuit defendere ſacerdotes ſibi ſeruientes, cur ſpirituale non poteſt defendere diſcipulos ſibi credentes?

R. 15. M. 2. L. 6.

SAbbatum propter hominem factū eſt, & non hō ꝑpter ſabbatū.

Ideo maior cura eſt adhibenda ſaluti hominum, quàm cuſtodiæ ſabbati. Sic em̄ mandatum eſt ſabbatum cuſtodiri, ut ſi neceſſitas eſſet, nō fieret reus qui ſolueret. Sabbato circuncidi non eſt prohibitum, cum fuerit neceſſarium. Ioſue muros Iericho, ſeptem die-
Ioſ. 6. bus cum exercitu circuiuit, & Machabæi neceſſitate pugnauerunt ſabbato. Vnde diſcipulis eſurientibus, quod licitum non erat in lege, neceſſitate famis factum eſt licitum. Hodie etiamſi quis æger ieiunium corruperit, nō tenetur reus.

Caput LXIX.

FActum eſt aūt & in alio ſabbato, ut intrāret in ſynagogā & doceret. Et erat ibi hō, & manus eius dextera arida.

Sabbatis præcipue dn̄s docet & operatur uirtutes, non ſolum ut inſinuet ſpirituale ſabbatum, ſed etiam propter celebriorem populi conuentum. Homo manum habens aridam, humanum genus indicat in bono opere arefactum, pro manu in primo parente extēſa ad uetitum pomum. ſed domini miſeratione reſtitutum eſt ſaluti, per manus innocentes extenſas in cruce. Bene in ſynagoga manus erat arida: quia ubi maius donum ſcien- Beda.
tiæ, ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ. Hieron.
Aeger iſte dicitur fuiſſe cementarius, quæritans uictum manibus, & Iudæorum manus, cui ſpiritualis ædificij cura commiſſa fuit, arida erat uſq; ad aduentum ſaluatoris, poſtea aūt reddita eſt dextra in apoſtolis credētib'.

Obſeruabāt aūt ſcribæ & phariſæi, ſi in ſabbato curaret, ut inuenirent accuſare illum.

Quia diſcipulos probabiliter excuſauerat, ipſum obſeruabāt, ut ſi ī ſabbato curaret, trāſgreſſionis: ſi non curet, crudelitatis aut imbecillitatis eum arguant.

Ipſe uero ſciebat cogitationes eorū. Et ait homini qui habebat manū aridam: Surge, & ſta in medium. Et ſurgens ſtetit. Pſal.93.

Hinc eſt illud: Dominus ſcit cogitationes hoīm, qm̄ uanæ ſunt. In medio ſtetit æger, ut Beda.
ab omnibus uideretur.

Ait aūt ad illos Ieſus: Interrogo uos, ſi licet ſabbato benefacere, an male? Animam ſaluam facere, an perdere?

Id eſt, hoiem curare, an à perditione non liberare? Præueniens calumniā quæ ſibi parabatur, arguit Iudæos, exiſtimantes in ſabbato etiā à bonis operibus feriandum, cum lex dicat: Omne opus ſeruile non facietis in Leui.23
eo. Sed de peccato dictū eſt opus ſeruile: oīs enim qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Iob.8.
More aūt ſcripturaꝝ, animā pro homine poſuit, ut illud: Hæ ſunt animæ quæ exierunt de Exo. 1.
femore Iacob. Vel ideo curaturus corpus de animæ ſaluatione interrogat: quia ipſa manus ſanatio ſalutem animæ ſignificabat, quæ à bonis operibus ceſſans, aridā quodammodo dextrā habere uidebat. Nullum ſiquidem

ſumme pius perdit. ſed quando nō ſaluat, dicitur perdere ſcripturæ cōſuetudine, ſicut in
Exo. 10. durauit cor Pharaonis. i. nō emolliuit, ſed in durari permiſit.

At illi tacebant: Et circunſpectis oībus, dixit homini: Extēde manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati manus eius ſicut & altera.

Non habentes quid reſpondeant, tacent, & dñs circunſpicit omnes, quaſi incredulitati eorum iraſcens. Manus iubetur extendi: quia debilitas infructuoſæ animæ nullo melius ordine q̄ eleemoſynarum largitate cura-
Eccle. 4. tur. Vnde Eccleſiaſticus: Fili, non ſit manus tua ad capiendum porrecta, & ad dandū col-
Hiero. lecta. Homo etenim iſte ſignificat auaros, q nolētes dare, uolunt accipere: prędari, & no largiri. Quibus dicitur ut extendant manus
Ephe. 4. ſuas: id eſt, qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat indigentibus. Homo quippe ante aduentum Chriſti dextram habuit languidā, quia ab eleemoſynis torpebat: ſiniſtram ſanam, quia ſuæ utilitati intēdebat. At ueniēte Chriſto, dextra ſanatur ut ſiniſtra: quia quod cōgregauerat auide, mōdiſtribuit ex charitate.

Et dixit ad eos: Quis erit ex uobis homo qui habebit ouem unam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nōne tenebit & leuabit eam? Quāto magis melior eſt homo oue?

Ideoq̄; licet ſabbato benefacere. Cōpetenti exemplo oñdit illos ſabbatū uiolare in opere cupiditatis, q eū uiolare arguunt in ope charitatis. Pro eodē poſuit, in ſabbato benefacere, & aīam ſaluā facere. Obſeruantia quidē ſabbati figurabatur. quia qui per ſex ſeculi ætates bonafecerint, in ſeptima quiete à malis tantum feriabant. Non enim ocioſus erit boni operis fructus, in laude dei quieſcere.
Aug. Vbi Matthæus dicit dominum interrogatū, ſi licet ſabbatis curare: nihil repugnat Marco & Lucæ, narrantibus illos interrogatos à domino, ſi licet ſabbatis benefacere an male. Intelligendum nanq; eſt, quod prius ipſi interrogauerunt dñm, deinde dominus eos. et illis tacētibus, ꝓpoſuit ſimilitudinē de oue.

Ipſi aūt repleti ſunt inſipiētia, & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent de Ieſu.

Hiero. Liuor eſt in cauſa. Non enim culpa fuit, uel hominem manum extendere, uel Ieſum ſanare: ſed magna inſipientia eſt de nece eiꝰ tractare, cuiꝰ beneficijs plurimū indigebāt.

M. ✠

IEſus aūt ſciēs, ſeceſſit inde, & ſecuti ſunt eū multi, & curauit eos oēs.

Noluit Ieſus dare phariſæis occaſionem impietatis contra ſe. fugit itaq; odientes & accedit ubi inuenit per amorem ſequentes, unde curari merentur.

Et præcepit eis, ne manifeſtum eum facerent. ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam, dicētem: Ecce puer meus quem elegi, di- Iſa. 42.
lectus meus in quo bene cōplacuit animæ meæ. ponam ſpm̄ meum ſup eum, & iudicium gentibus nūciabit. Non contendet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocē eius.

Non curationis taciturnitas iubebatur: Hila.
Nam ſalus unicuiq; reddita, ipſa ſibi teſtis erat. Iubendo ergo ſecretum, dominus gloriandi de ſe iactantiam declinat. & nihilominꝰ cognitionem ſui præſtat in eo ipſo, quod admonet de ſe taceri: quia obſeruātia ſilentij ex re quę ſit ſilenda, proficiſcitur. Quin etiā per hanc tacendi de ſe uoluntatem, dictorum per
Iſaiam effectus impletur. Ex perſona patris Remi.
dicit Iſaias: Ecce puer meus. In forma uidelicet ſerui, puer malitia, nō ſenſu, electus eſt ad reſtaurandū genus humanum, ad quod non erat alius idoneus. Vnde probaꝛ ſpecialiter dilectus à deo, & in eo paternæ uoluntati bñplacitū fuiſſe. Ipſe eñ ſolꝰ eſt agnus ſine macula. Anima q̄ppe dei, affectus uolūtatis eius intelligiꝛ. Spm̄ dicit ſpiritūſanctū, de q̄ alibi:
Requieſcet ſpūs dñi ſup eū. Iudiciū futuꝝ, & Iſa. 11.
mō iuſta fieri iudicia, licet occulta, nunciabit gētibus p̄ pdicationē noui teſtamēti. Plateæ ſunt ſpatioſa uita, in qua morātes & cōuerti nolētes, uocē dñi nō audiūt. quocirca nō ſua uoce, ſed p parabolas eis interdū loquebaꝛ. Cōtra tales nō cōtēdit, neq; clamauit: q cū maledicereꝛ, nō maledixit: ſed ſicut ouis ad oc- 1. Petri. 2
ciſionē ductus eſt, non aperiens os ſuum.

Arundinē quaſſatā nō cōfringet, & linū fumigās nō extinguet, donec eij- Iſa. 42.
ciat ad uictoriam iudicium, & in nomine eius gentes ſperabunt.

Qui peccanti non porrigit manū, nec por- Hiero.
tat onus fratris, quaſſatum calamum cōfringit: & qui modicam fidei ſcintillam contemnit in paruulis, linum fumigans extinguit.

Luc.19. Hæc autem Chriſtus non fecit. potius uenit
quærere quod perierat. Patientiam nanq; ſer
uauit, donec iudicium quod in eo agebatur,
ad uictoriam perueniret, & expulſo mundi
principe, in regnum rediret ad dextram pa-
Pſal 109. tris ſedens, donec ponat inimicos ſub pedi-
Hila. bus. Velita: Dicit arundinem quæ quaſſa-
ta ſit, non eſſe cõfractam. i. gentes uento ua-
nitatis agitatas, & in peccatis quaſſatas, in ſa-
lutem per Chriſtum reſeruatas. Linũ fumi-
gans ait non eſſe extinctum, hoc eſt, exiguũ
ſpiritum ex reliquijs ueteris gratię, Iſrael nõ
eſſe ablatum: quia totius reſumendi luminis
Remi. in tempore pœnitentiæ ſit facultas. Per arũ-
dinẽ quoq; intelligi poſſunt Iudæi, omni uen
to cedentes, qui ab inuicem diſcrepando diſ-
ſipati ſunt. Linum uero fumigãs ſunt gẽtes,
quas naturalis legis ardore fere extincto, er-
roris fumus amariſſimus inuoluit, quouſq;
de parua ſcintilla in magnũ ardorẽ charita-
tis Chriſtus illas ſuſcitauit. Equidem prædi-
catio eius nullis inſidijs ſuperata, tandiu mũ
do lucebit, donec eijciat. i. oſtẽdat ultimum
iudicium, ad uictoriã de oĩbus inimicis ſuis
plenariam & non retractãdã. Nomen Chri-
ſti, eſt ipſius notitia in fide Chriſtiana, in quo
gentes Chriſtianæ ſperabunt.

L. 41/11 M. 149. R. 66.

Caput LXX.

FActum eſt aũt in illis die
bus, exijt in montẽ orare.
& erat pernoctans in ora
tione dei.

Beda. SAnat ut de⁹, orat ut hõ. Quãdo orat, the
oricam uitã: qñ ſanat, actiuam uitã inſi-
nuat: ne quis pro cura proximi à cõtempla-
tionis ſtudio torpeſcat, uel pro ſtudio diuinę
contemplationis, q̃uis ſuperior ſit, proximi
curam negligat. Quia pater oĩa poſuit in ma
nus filij, iudex eſt: quod eſt inſigne prouidæ
ptãtis. filius tñ ut formam hoĩs impleret, ob-
ſecrat p̃rem pro nobis. quia aduocat⁹ eſt no
bis, in quo conſiſtit officiũ pietatis. Inde Io-
1. Ioh. 2. hannes: Aduocatũ habemus apud patrẽ Ie-
ſum Chriſtũ. Si aduocatus eſt, debet pro no
ſtris interuenire peccatis. Non ergo quaſi in
firmus obſecrat, ſed pius impetrar, orãdi for
mam præſcribens, quã debemus imitari. Ex
ijt aũt orare in montem, qui deũ orando q̃-
rit, exurgentem uitiorũ ſtrepitũ premens, ad
uerticem ſublimoris curiæ progrediens, ut
exteriore ceſſante tumultu in quodã mentis
ſecreto per interna deſideria ſilenter cũ dño
loquat. Qui uero de diuitijs aut honore ſecu
li, aut de morte inimici orat, in imo iacet, &
oratio ei fit in peccatum. Pſal. 108.

Et cum dies factus eſſet, uocauit di-
ſcipulos ſuos.

M. 111/11 R. 36. L. 76.

ET exiẽs de domo, ſedebat ſecus
mare, & congregatæ ſunt ad eũ
turbæ multę, ita ut in nauiculã aſcen
dens ſederet. Et omnis turba ſtabat
in littore.

Vtrum dñs eadem die qua poſt orationẽ
uocauit diſcipulos, an alio tpe exiens de do- M
mo fecerit ea quæ ſequunt: minime contur-
bat illum, qui nouit in p̃occupando & recapi
tulando modum narrandi euangeliſtarum.
Matthæus quidẽ poſt illud q̃d narrat de ma
tre & fratribus domini, hæc continuo ſubiũ- Mat. 13.
xit, dicens: In illo die exiens Ieſus de domo,
ſedebat ſecus mare &c. Verũ more ſcriptu-
rę diem ponendo pro tpe, uiſus eſt præoccu
pare. Lucas uero apoſtolorũ electionẽ pro-
culdubio ante ſermonẽ in monte habitũ fa-
ctam, illo mõ quo prætermiſſa recapitulari
ſolent, cõmemorat dicens: Et cũ dies factus
eſſet, uocauit diſcipulos ſuos, & elegit duode
cim ex ipſis, quos apoſtolos nominauit. Pro
babile eſt itaq;, quod hiſtorię proprius ordo
hic habeat. Nil tñ prohiberet in hoc loco, ut
ſæpe alibi, artificialẽ ordinẽ attendi. Miſeri- Hiero.
cors dñs egredit de domo. i. de profundis
myſterijs, & ſedet iuxta mare huius ſeculi, ut
ſaltem in littore audiatur. Etenim mare, mũ
dus eſt: qui guſtatus amarus eſt, & uitiorum
fluctibus inquietus. Sed ab ipſo dño eripiunt
prædeſtinati, qui amara dulcificat, triſtitiam
conuertit in gaudium, ægritudinem in ſalu
tem. Quoties aũt in euangelio turbæ uocabu
lum interſeritur, ſicut diuerſitas hominum,
ſic etiã diuerſitas intimat uoluntatũ. Diuer-
ſis eñ de cauſis Chr̃um ſequebant. Congre-
gatio tñ turbarum, figurabat frequentiã po- Hila.
pulorum, per apoſtolos ad Chriſtum colli- Beda.
gendam. In quorum mentes aſcenſurus erat
per fidem: quod indicat aſcenſus in nauem.
Nauis nanque in mari, typum præfert eccle
ſiæ, in medio nõ credentiũ & contradicentiũ
ædificandæ, intra quã uerbum uitæ poſitũ &
prædicatum, gratia ſuæ uiſitationis illam il-
luſtrat, & dilectam ſibi manſionem in ea cõ-
ſecrat. Hi uero qui extra ſunt, in modo arenę
ſteriles atq; inutiles, adiacent, & diuini ſer-
monis capere intelligentiam nõ poſſunt. Ve
runtamen in littore ſtantes, qui neq; in mari
neq; in nauierant: figuram geſtant illorum,
qui ab amaritudine reproborum ſe ſubtra-

xerunt,ſed nondum cæleſtibus myſterijs q̃ deſiderant,ſunt imbuti.

Et loquutus eſt eis multa in parabolis,dicens: Caput LXXI.

Hiero. Beda. ECce exijt qui ſeminat,ſeminare.

MVlta in parabolis loquitur:quia ſi cuncta parabolice loqueretur,abſq; emolumento receſſiſſent auditores. Parabola eſt rerum in natura diſcrepantium, ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio. Sator qui exijt ſeminare, Chriſtus filius dei intelligitur:qui exiẽs de ſinu patris,uenit in mundum ad ſeminandũ per ſe ac per ſuos hominibus uerbum ueritatis,quod apud patrem uidit.

Et dum ſeminat, quædam ceciderũt ſecus uiã.& conculcata ſunt,& uenerũt uolucres cæli, & comederũt ea.

Quædam ceciderunt,ſubaudis grana ſiue ſemina,ſecus uiã. Via eſt mens, malarũ cogitationũ ſedulo meatu trita & areſacta. Vbi dupliciter perit ſemen, quia tranſitu carnalium cogitationum cõculcatur, & dæmones comediũt illud,id eſt,quadã delectatione rapiunt & abſorbent,ut nec memoria mens teneat,quod opere exercere neglexit. Dæmones autem uolucres cæli appellantur, uel q̃a ſunt cæleſtis & ſpiritualis naturæ,uel quia in aëre habitant.

Alia autem ceciderunt in petroſa, ubi non habebant terrã multam. Et continuo exorta ſunt,quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto,æſtuauerunt.& quia non habebant radicem,aruerunt.

Semina quæ cadũt in petroſa, id eſt,ſuper terram petris abundantem, germinare quidẽ cito queũt,ſed non figitur radix, q̃m terræ altitudinem, hoc eſt,profunditatem non habet, & idcirco æſtu ſolis areſcit. Petra ſignificat hic duritiam proteruæ mẽtis: terra, lenitatem animæ obedientis: ſol,feruorẽ perſecutionis.Cadit ergo ſemen uerbi ſupra petram,quando dulcedine promiſſionum mouet indomitum cor,nullo ueræ fidei uomere Luc. 8. penetratum. Vbi non inuenit (ut Lucas ait) humorem,id eſt,uirtutis amorem.Et ſtatim exortũ eſt per recordationem tantũmodo, non per efficaciam,quoniam non habebat altitudinem terræ,id eſt, profunditatem boni cordis,ubi ſolide fundaretur. Et quãdo exortus eſt ſol, id eſt, æſtus perſecutionis uel cuiuſlibet tribulationis,exæſtuauit,id eſt,ad ſiccitatem uenit, & ex toto exaruit, eo quod firmi deſiderij radicem non habebat. Altitudo quidem terræ,ẽ ꝓbitas animi diſciplinis cæleſtibus eruditi,& in tentationibus ꝓbati.

Alia autem ceciderunt in ſpinas, & creuerũt ſpinæ, & ſuffocauerũt ea.

Alia ſemina ceciderunt in ſpinas,hoc eſt, inter ſpinas. Cadit quoq; uerbum dei inter ſpinas,cum ſuſcipitur à corde diuitiarũ cura ſolicito.& tũc multiplicatæ diuitię q̃ per ſpinas intelliguntur,occupant mentem,ut fructus ſpiritualis in ea proficere non poſſit.

Alia uero ceciderunt in terram bonã,& dabãt fructũ :aliud cẽteſimũ, aliud ſexageſimũ,aliud triceſimum.

Sicut in terra mala tres fuere diuerſitates, ſic ſunt in bona tres. Alius enim bonus eſt, alius melior,& alius optimus. Cum denari⁹ numerus pro perfectione ſoleat accipi,quia in decẽ p̃ceptis legis cuſtodia continetur: cẽtenarius, qui p multiplicatũ denariũ ſurgit, pro magna pfectiõe ponit̃. Terra ergo bona fructu centuplo fœcũdatur, q̃n mite cor & docile p amorẽ ꝓximi,actiuã: & per amorẽ dei,contẽplatiuã adipiſcit̃ uitã, & ſpũaliũ ornatur pfectiõe uirtutũ.In ſenario aũt nũero, q̃a mundi ornatus expletus eſt, cõgrue perfectio bonæ opatiõis in adimpletiõe decalogi,ſexageſim⁹ fruct⁹,itelligit̃: triceſim⁹ uero fruct⁹ ẽ in fide ſãctæ trinitatis ipletio legis.

Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Vbicunq; hæc admonitio interponitur, myſticũ eſſe & attentius quærendum oſtendit quod dicitur. Igitur qui habet aures cordis,id eſt,intelligentiam mentis,audiat: hoc eſt,ſpũaliter hæc uerba intelligat. M.

Caput LXXII.

ALiam parabolam propoſuit illis, dicens: Simile factum eſt regnum cælorum homini,qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

Regnum cælorum intellige Chriſtum, q̃ dat in cæleſtibus regnare:eiq; ſeruire,regnare eſt. Bonum quidem non ſeminat niſi bonus, qui ſemen bonæ uoluntatis ad bona opera ſtudet perducere. Raba. M.

Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici:& abijt.

in

Cautelā moraliter intimat habēdā. Dormiē
tes ſunt magiſtri eccleſiæ, cum inertia & in-
curia negligūt ſibi commiſſos, uel cum dor-
mitionem mortis accipiunt. Tunc ſiquidem
præcedente nomine Chriſti, ſuperſeminat
diabolus zizania in medio tritici, id eſt, indu
cit hæreticos inter iuſtos. Qui ideo triticum
appellati ſunt, quia excuſſi fuerunt à paleis
infidelitatis per fidē. Erab ę, quia inter iuſtos
diu ſtare non potuit.

CVm autē creuiſſet herba & fru
ctum feciſſet, tūc apparuerūt &
zizania.

Creſcit herba, cum uerbum prædicatiōis
fidelium promouetur. fructificat, cum bonæ
ſpei opera monſtrat: & tunc incipiunt mani-
feſtari hæreticorum dogmata. Quod uiden-
tes boni homines, ſed nondum ſpirituales,
qui omnia iudicent, iuxta illud Pauli, ſpiritua
1.Cor.2. lis iudicat omnia, mouentur quia ſub nomi-
nē Chriſti ſunt hæreſes. Vnde ſequitur:

Accedentes autem ſerui patrisfami
lias, dixerunt ei: Domine, nonne bo
num ſemen ſeminaſti in agro tuo?
Vnde ergo habet zizania? Et ait illis
Inimicus homo hoc fecit.

Audito dolo, paterfamilias non exarſit in
ira, nec mox ulciſci uoluit. ita & nos læſi, pa-
tienter feramus. Diabolus propterea inimi-
Iſa.14. cus homo appellatur, quia deus eſſe deſidera-
uit. Vnde in nono pſalmo ſcriptum eſt de
eo: Exurge domine, non confortetur homo.
Pſal.9. Vigilent ergo præpoſiti eccleſiæ, ne inimic⁹ hō
ſeminet zizania, id eſt, hæreticorum dogmata.

Serui autē dixerunt ei: Vis, imus &
colligimus ea? Et ait: Non. Ne forte
colligentes zizania, eradicetis ſimul
cum eis & triticum.

Hic datur pœnitentiæ locus & diſcretiōis
Raba. & M. exemplum. Ibi nanq; patienter tolerādi ſunt
mali, ubi aliqui inueniuntur qui adiuuentur,
boni. Præterea qui hodie errat, cras forſitan
defendet ueritatem. & neceſſe eſt ut mali per
mixti ſint bonis per quos exerceantur, uel
quorum comparatione nitantur ad melius.

Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem
& in tpe meſſis dicā meſſoribus: Col
ligite primū zizania & alligate ea in
faſciculos ad comburēdū. Triticum
autem congregate in horreum meū.

Dicit in faſciculos ligari zizania, quia pro
modo peruerſitatis ſuæ puniet unuſquiſq;.

ſed qui unitatem fidei amauerūt, in cæleſtes
manſiones congregabuntur. Hic iuſtitia no-
tat. Longanimitas yo, ubi dicit: Sinite utraq; Hiero.
creſcere uſq; ad meſſem. Hoc uidetur illi eſſe
contrarium quod Paulus dicit: Auferte ma- 1.Cor.5
lum de medio ueſtri, & nequaquam ſocietatē ha-
bendam cum his qui fratres nominantur, &
ſunt adulteri & fornicatores. ſed non eſt. In-
ter triticum enim antequam ueniat ad ſpicā,
& zizanium quod nos lolium appellamus,
grandis ſimilitudo eſt, & uix poſſunt diſtingui.
Hoc ergo, ſinite utraq; creſcere, de ambiguis
dictum eſt: illud uero, auferte malum, de ma
nifeſtis. Itaq; mali tolerādi ſunt inter bonos,
donec eorum malitia manifeſta fiat, ne iuſti
eradicentur cum iniuſtis. Neq; enim de du-
biis iudicādū, eſt donec ueniat dies in quo re
uelabuntur occulta cordium & ſimulationes
impiorum. Nonnulli tamen habētes zelum M.
dei, nō ſed ſecundū ſcientiam, uitare præſu-
munt nondum conuictos in crimine, non-
dum confeſſos. ac ſi dicant: Vis, imus & col-
ligimus eos? id eſt, excommunicabim⁹ illos?
Verum diuina ſcriptura, necnō matura præ
latorum ſententia corripit tales, quemadmo
dum dominus increpat Iacobum & Iohan-
nem, ubi non recepti in quadam ciuitate, di-
cunt: Domine, uis dicamus ut ignis deſcen- Luc.9.
dat de cælo, & conſumat illos?

M. 177 / 11 R. 44 L. 167

Capvt LXXIII.

ALiam parabolam propo-
ſuit eis, dicens: Cui ſimile
eſt regnum dei? & cui ſi-
mile eſſe æſtimabo illud? Aut cui pa
rabolæ comparabimus illud? Simile
eſt grano ſinapis, quod accipiēs ho
mo ſeminauit in hortum ſuum, quod
minimū eſt quidē oībus holeribus, et
fit arbor, ita ut uolucres cæli ueniāt
& habitent in ramis eius.

Regnum cælorum, prædicatio euangelij Hiero.
eſt. Vnde dominus ad iudæos: Auferetur à Mat.21
uobis regnum dei, & dabitur gentibus. Semi
nator, eſt ſaluator qui ſeminat in animis cre-
dentium: uel ipſe; homo, ſeminans in corde
ſuo. Prædicatio euangelij, minima eſt omniū
diſciplinarum: quia primo uix creditur præ
dicāri Chriſtum crucifixum. Philoſophicis
autem diſciplinis quamuis primo credatur,
tamen ad ultimum nihil utile in eis eſſe co-
gnoſcitur. & ſicut olera herbarum cito deci Pſal.36.
dunt. Sed prædicatio euangelij parua uiſa
in principio, tandem creſcit, non ſicut her-
bæ quæ cito areſcunt & corruunt, ſed ſicut

arbor, quæ longa annoſitate & optima fertilitate gaudet. Volucres, ſunt animæ credentium: rami, diuerſitates dogmatũ: ut pro uarietate morborũ, uaria ſit medicina. Vel ita:
Beda. Regnum dei, id eſt, fides per quam uenitur ad deum, comparatur grano ſinapis: uel quia uenena dicitur expellere, id eſt, omnia dogmata prauitatis, uel ob ſimilem feruorem quem habet. Fides enim primo quaſi abiecta & amari ſaporis, propter infirmitatem Chriſti, ſed aduerſis tritis, gratiam ſuæ uirtutis effundit: & odore ſuo circũſtantes adimplet, dum gloria reſurrectionis & aſcenſionis etiam poſt mortem prædicatur toto orbe terrarum. Homo, eſt Chriſtus: hortus, eccleſia diſciplinis excolenda, ut uirtutum gramina creſcant. Qui bene dicitur granum quod ſeuerit, accepiſſe: quia dona quæ cum patre nobis tribuit ex diuinitate, nobiſcũ accepit ex
Pſal. 67. humanitate. Vnde illud: Accepiſti dona in hominibus. Virtus fidei per orbem creſcit, & in mente cuiuſq; credentis, quia nemo re-
Pſal. 83 pente fit ſummus. Aſcenſiones, inquit pſalmiſta, in corde eius diſpoſuit, uidebitur deus deorum in Sion. Volucres igitur ſunt animæ iuſtæ, quæ uirtutum pennis ad ſuperna
Pſal. 54. tendunt, & ibi requieſcunt. Vñ illud: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & uolabo & requieſcam? Poteſt etiã in grano ſinapis,
Iob. 19. dominicæ incarnationis humilitas intelligi. Quod acceptum homo miſit in hortum ſuũ, quia corpus crucifixi ſaluatoris accipiens Ioſeph in horto ſepeliuit. Sed qui reputabatur minimus cæterorum hominũ, qui per olus
Iſa. 40. accipiuntur, iuxta illud, omnis caro fœnum, creuit & factus eſt in arborem, quia reſurrexit & aſcendit in cælum. Ramos expandit in quibus uolucres requieſcerent: quia prædicatores diſperſit in mundum, in quorum dictis & conſolationibus, fideles auditores ab huius uitæ fatigatione reſpirarent.

M. 13. L. 13. Caput LXXIIII.

ALiam parabolã locutus ẽ eis: Simile eſt regnũ cęlorũ fermẽto, qđ acceptum mulier abſcõdit in farinæ ſatis trib9, donec fermẽtatũ eſt totũ.

Hiero. Diuerſus eſt ſtomachus hominũ: & ideo diuerſi cibi proponuntur, ut qui nõ delecta-
Hila. tur uno, delectetur alio. Fermentũ de farina eſt, quod aceruo generis ſui uirtutem acceptã reddit. Huic ſe domin9 cõparauit. Quem acceptum mulier, uidelicet ſynagoga, per iudicium mortis abſcondit, arguens legem & prophetas euangelio diſſolui. Ipſe autem farinæ menſuris tribus, id eſt, legis, & prophetarum & euangelij æqualitate cooperatus, oĩa *coopi* unum facit: ut quod lex conſtituit, prophetæ nunciauerunt, id ipſum euangelij profectibus expleatur. Fiũt nanq; omnia per dei ſpiritum, eiuſdẽ & uirtutis & ſenſus, nihilq́ aliud ab alio, menſuris æqualibus fermentatũ, diſſidẽs reperietur. Farina ideo dicitur ſacra ſcriptura, quia reficit legentes. Aliter: Mulier iſta intelligitur eccleſia uel dei ſapientia, quæ fermẽtum (id eſt, notitiam ſcripturarũ) adſcondit in tribus ſatis farinæ, id eſt, in ſpiritu & anima & corpore populi, donec fermentatum eſt totum: ut illa tria in unum directa, non diſcrepẽt inter ſe. Spiritus eſt mẽs & ratio animæ. Farina ſimilis eſt populo: quia ſicut ipſa ex diuerſis granis cõficitur, ſic populus ex diuerſis ætatibus. Vel tres animæ uirtutes, quaſi tria ſata farinæ in unum ſaporem rediguntur, cum per notitiam ſcripturæ poſſidemus in ratione prudentiam, in ira odium contra uitia, in deſiderio cupiditatem uirtutum. Aliter: Eccleſia fidem hominis farinæ ſatis tribus miſcet .i. credulitati patris & filij & ſpiritusſancti. Cumq; in unum fuerit fermẽtatum, non nos ad triplicem deum, ſed ad unius deitatis notitiam perducit. Farina dicitur diuinitas, quia ſatiat fideles animas. Tria uero ſata, ſunt tres perſonæ quia menſurabiliter eſt loquendum de eis, ut ait Apoſtolus: Non plus ſapere q̃ oportet ſapepere, ſed
ſapere ad ſobrietatẽ. Satũ eſt genus menſurę, Ro. 12.
iuxta morẽ prouinciæ Palęſtinę, unũ & dimidium modiũ capiens. Vel ita: Fermẽtum ſigni
ficat dilectionem, quæ feruere facit mentem. Beda.
Nos uero quotquot timoris & ſpei exercitio quaſi mola ſuperiore & inferiore conterimur, per farinam ſignificamur, ut unus panis multi ſimus in Chriſto. Abſcondit ergo eccleſia fermentum dilectionis in farinæ ſata tria: quia præcipit ut diligamus deum toto corde, tota anima, tota uirtute. Poſſunt etiam in farinæ ſatis tribus tres dominici ſeminis fructus, trigeſimus ſcilicet & ſexageſimus & centeſimus intelligi, id eſt, coniugatorum, cõtinẽtium, uirginum. Vel ſata tria ſunt tria genera hominum, Noæ, Daniel, Iob. Tam diu aũt charitas in mente recondita creſcere debet, donec mentẽ totã in ſui pfectionẽ cõmutet, ut nil præter deũ diligat, recolat. Quod
hic inchoat, ſed in alia uita pficit. Aliter: Tria Hila.
ſata farinæ, genus humanum eſt, ex tribus filijs Noæ reparatum. Cui ſapientia dei fidẽ, dilectionem, ſanam doctrinam commẽdat: donec totũ fermentetur, id eſt, donec in fine re mundi omnes fideles ad gloriam perfectę reſurrectiõis perueniant. M. 13. L. 13. R. 41.

HAec omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas. R. Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum, prout poterant audire.

M. Et ſine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur quod dictũ eſt per prophetam dicentem: Aperi- Pſal.77. am in parabolis os meum. eructabo abſcondita a conſtitituione mundi.

M. Etiam talibus parabolis loquebatur turbis, quod per ſimilitudinem terrenam facile poterãt percipere cæleſtia. Sine parabolis non loquebatur eis: quia nullus facile eius ſermo inuenitur, in quo non aliquid parabolarum ſit intermixtum. Ex perſona domini dicitur in pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo: Aperiam in parabolis os meum. Quare attentius conſiderandum eſt, parabolice eũ locutum eſſe: Eructabo abſcondita, de theſauro ſecreti mei prædicando myſteria.

M. 11 R. 11 L. 76.

ET accedentes diſcipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui reſpondens, ait illis: Quia uobis eſt datũ noſſe myſteria regni cælorum, illis aũt nõ eſt datũ.

Myſteria regni cælorum, id eſt, ſecreta ſcripturarum, reuelabuntur uobis qui mecũ eſtis, & ſequacib⁹ uřis, ſpirituali intelligẽtia introeuntibus ad me. Illis aũt qui foris ſunt, Beda. ut Marcus ſcribit, in parabolis omnia fiunt. Foris quidem dicit eſſe, non ſolum illos qui neq; curabant intrare nauem, neq; cognoſcere ueritatem, ſed & omnes illis ſimiles, corporis ſenſus tantum ſequẽtes, ut nihil ſpiritualiter intelligant. Nota, ubi dicit in parabolis omnia fieri his qui foris ſunt, inſinuat nõ ſolum in uerbis domini, ſed & in factis parabolas eſſe: id eſt, ſigna myſticarum rerum, ad quas peruerſi non penetrant. R. 16

SEorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

Illi enim digni erãt audire myſteria in intimo penetrali ſapientiæ, qui remotis cogitationũ tumultibus, in ſolitudine uirtutũ pmanebãt. M. 12 R. 17 L. 77 A. 109

IDeo in parabolis loquar eis, qa uidẽtes non uidẽt, & audientes non audiunt, neq; intelligunt, & adimple- Iſa. 6. tur in eis ꝓphetia Iſaię dicens: Audītu audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Hiero.

Vidẽtes non uidẽt, hoc eſt, ingenio præſumentes ſe uidere, priuantur ſpirituali intellectu: & audientes foris non audiunt corde, quod eſt nõ intelligere. Vnde Iſaias: Auditu exteriore audietis prædicationem Chriſti, & non intelligetis, & uidentes frequenter uidebitis exteriori uiſu miracula eius, & non uidebitis oculo mentis.

Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne quando uideãt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

Abundãtia malitiæ dicit incraſſatum cor Iudæorum, qua propter ingrate ſuſceperunt uerba dñi, quod fuit grauiter audire. Oculos ſuos clauiſſe dicũtur, ne arbitremur eſſe culpam naturæ, non uoluntatis. Cum enim poſſent cogitare & intelligere, auerterũt pre inuidia intuitum mentis, & ita ipſi ſibi cauſa fuerunt, ut deus eos deſerẽdo excæcaret. Vñ Auguſt. Iohannes: Propterea non poterant credere, Ioh. 12. quia dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum ut non uideãt. Quia prædixit Iſaias in ſpiritu Iſa.6. præſcientis omnia Iudeorum excæcationẽ, non poterant credere, non quod ex neceſſitate non poſſent, & ita nulla culpa eſſet eis, ſed qa nolebant. Nõ poterãt credere: quia dei ignorantes iuſtitiam, ſuam ſtatuere uolebant. Excæcantur & indurantur: quia negando diuinum adiutorium, non adiuuantur. Quod aũt dicuntur non poſſe credere, ita eſt culpa uoluntatis humanæ, ſicut quod dicitur deus ſe 2. Ti. 2. ipſum negare non poſſe, laus eſt uoluntatis diuinæ. Nolentes igitur oculos & aures aperire ueritati, meruerũt ut nũq̃ uideãt oculos, nõ audiãt, & aurib⁹ nõ intelligãt corde, qđ eſt neq; uidere, neq; audire, & non conuertãtur ad pœnitentiam, & non ſanentur à peccatis, ut innocentiam recipiant. Vel ita: ideo Aug. parabolas multi audierũt, quia excęcati erãt, & inde excęcati, quia ſuperbia incraſſatũ cor habebant. Excæcatio uero & parabolarũ obſcuritas, fuit eis occaſio: ne quando, hoc eſt, ne aliquando ſalubrius conuerterentur per illũ, qui terribilis in cõſilijs ſuper filios hominum, quibus uult miſeretur, & quos uult iuſte deſerit. Nam quia obſcure dicta nõ intellexerunt, ideo non crediderunt in eum, & ſic crucifixerunt, & ſic poſt reſurrectionem miraculis territi de reatu maioris criminis compuncti ſunt. unde accepta indulgentia, maiori flagrant dilectione. De alijs dici

Iſa. 28. dominus: Loquar eis in alijs linguis & in aliis labijs, manifeſta ſcilicet apoſtolorum doctrina, & nec ſic exaudient me. de his uero dicere poteſt, & uel ſic exaudient me.

M. 13. L. 10.

VEſtri autē beati oculi, quia uident: & aures ueſtræ, quia audiunt. Amen quippe dico uobis, quia multi prophetæ & iuſti cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & nō audierunt.

Illos oculos dicit beatos, qui ſacramenta Chriſti cognoſcunt. Prophetæ & iuſti, ſicut Beda. Iſaias & Abraam, uiderunt in ænigmate, & non in ſpecie. Abraam exultauit ut uideret diē Chriſti, uidit, & gauiſus eſt. Iſaias & alij prophetę uiderunt gloriam domini, unde & uidentes ſunt appellati. Sed in ænigmate uiderunt, non impræſentiarum ut apoſtoli, q nequaq̄ per angelos aut uarias uiſionū ſpecies opus habebant doceri. Quos Lucas reges dicit, Matthæus iuſtos appellat: quia magni reges ſunt, qui tentationum ſuarum motibus regendo præeſſe nouerunt, non succūbere. Nota quia minor gratia minorq́ȝ ſacra- M. mentorum Chriſti notitia fuit in prophetis quàm in apoſtolis, qui præſertim accepto ſpiritu ſancto, mundū etiam illuſtrauerunt. Veruntamen aliqui prophetarum & aliquādo, ſupra hominem rapti, ſine ænigmate contēplati ſunt intellectuali uiſione diuinitatē pariter ut apoſtoli. Vñ dominus in libro Nu- Num. 12. meri: Si quis fuerit inter uos propheta domini, in uiſione apparebo ei, uel per ſomniū loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes. Ore enim ad os loquar ei, & palam, nō per ænigmata & figuras dominum uidet.

M. 13. R. 4. L. 8. Caput LXXV.

VOs ergo audite parabolam ſeminantis: Omnis qui audit uerbū regni, & nō intelligit, uenit malus & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius. Hic eſt qui ſecus uiam ſeminatus eſt.

Omnis qui audit uerbum regni æterni, & Raban. intelligere negligit. talis eſt, ſudaudis quod uenit malus, id eſt, diabolus ad eum. Hic eſt qui ſeminatus eſt, .i. ſup quem. ſemen cecidit ſecus uiā. Indignans enim percipere uerbū dei qđ audit, nullatenus intra cordis uiā peſſimis cogitationibus tritā, ſuſcipit illud. Vel ita: Extra uiam quæ eſt ueritas Chriſti, ſeminatur uerbum, & non in uia, cū auditores nō curāt retinere illud nec intelligere. In quā uiā q non intrat, ſed in circuitu uadit, errorē incurrit. Cauendum eſt, ubicunq; dominus exponit ſermones ſuos, ne aliud quàm ipſe exponit uel plus intelligere uelimus. Expoſuit autem, ut doceret, ſignificationes quærēdas in his etiam quæ non explanauit.

Qui autem ſupra petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui uerbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud. non habet autem in ſe radicem, ſed eſt tēporalis. Facta autem tribulatiōe & perſecutione propter uerbum, continuo ſcandalizatur.

Ita dicitur homo qui ſemen uerbi ſuſcipit, ſeminatus: ſicut terra poſtquam ſemen receperit, dicitur ſeminata. Qui ergo ſeminantur ſuper petroſa, id eſt, ſuper cogitationes plenas duritia ad retinendum quod libenter audiunt, temporales dicuntur: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis ſcandalizantur, quod eſt, à tranquillitate mentis ruere. Multum quippe diſtat inter eum, qui Hiero. multis tribulatiōibus dñm negare cōpellit, & eū qui ad primam perſecutionē corruit.

Qui autē eſt ſeminatus in ſpinis, hic eſt qui uerbum audit, & ſolicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarū ſuffocat uerbum, & ſine fructu efficit.

Diuitiæ & ſi interdum delectent, tñ ſpinę Gre. ſunt, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant: & eum uſq; ad peccatum pertrahunt, quaſi inflicto uulnere cruētant. Quas bene dominus fallaces appellat, quia diu nobiſcum permanere non poſſunt, nec mētis inopiā expellūt. Solæ diuitię ueræ ſunt, quæ nos in uirtutibus diuites faciunt. Solicitudines & diuitiæ & uoluptates ſuffocāt, quia importunis cogitationibus ſuis guttur mentis ſtrangulant. & dum bonum deſiderium ad cor intrare non ſinunt, quaſi aditum uitalis flatus claudendo necant. Duo ſunt in diuitijs cōtraria, ſolicitudines uidelicet & uoluptates, quę poſſeſſores ſuos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia uoluptas afflictioni nō cōuenit, alio tēpore ſolicitudo ſpe acquirēdi ſeu timore pdēdi affligit, alio uoluptas per affluētiam emollit, & effluere facit. Multi quidem audientes diſputationem contra auaritiam uel luxuriā, dicunt contemptores

ſeculi & caſtos hoïes eſſe beatos, ſed ubi ſpecies cōcupiſcibiles cor℞ obtutib⁹ præſentant, mox recedit ab eis quicquid recte cogitauerant. Seminati ergo ſupra petroſam terram & in ſpinis, ſunt illi, qui uerbum & probant & deſiderio guſtant, ſed ne ad utilitatem uerbi perueniāt, uitæ huius aduerſa terrēdo uel proſpera blandiendo eos retardant. Contra quæ damna utraq; ſemen quod acceperat, tutari curabat Paulus qui ait: Per arma iuſti- 2.Cor.6. tiæ à dextris & à ſiniſtris.

Qui uero in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui uerbum audit & intelligit & fructum affert. & facit aliud quidem centum, aliud autem ſexaginta, porro aliud triginta.

Diuerſitas bonæ terræ, aliæ ſunt pie credētium. Hæ uerbum dei ſuſcipiunt, conſeruant, *ait; &(ut Lucas *habet) in patiētia fructificant: quia bona agunt, & mala proximorum æquanimiter tolerāt: ut poſt flagella humiliter ſuſcepta, ad requiem ſuſcipiantur. Sic uua calci- Gre. bus tunditur, & in uini ſaporem liquatur. Sic oliua contritionibus expreſſa, amurcam deſerit, & in olei liquorem pingueſcit. Sic per trituram areæ à paleis grana ſeparantur, & in horreum purgata perueniūt. Quiſq; ergo appetit plene uitia uincere, ſtudeat humiliter purgationis ſuæ flagella tolerare. Cēteſimum fructū deputamus uirginibus, ſexageſimum uiduis & continentibus, trigeſimum Beda. ſancto matrimonio. Quod autē triginta refert ad nuptias, digitorum coniunctio inſinuat: quæ quaſi molli oſculo ſe cōplectens, maritum pingit & coniugem. Sexaginta ꝑtinet ad uiduas: quæ quanto magis abſtinet, tanto maius præmium recipiunt. Centeſim⁹ numerus qui à ſiniſtra transfertur ad dexteram, exprimit uirginitatis coronam. Aliter: Aug. Centeſimus fructus eſt martyrum, propter ſanctitatē uitæ uel contemptum mortis. Sexageſimus eſt uirginum, propter ocium interius, quia non pugnant contra conſuetudinem carnis. Solet enim ocium concedi ſexagenarijs poſt militiā. Trigeſimus coniugatorū, q̃a hæc eſt ætas præliantiū, & his eſt maior cōflictus, ne libidine ſuperent. R. ✠

Caput LXXVI.

Sic eſt regnum dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terrā, & dormiat & exurgat nocte ac die, & ſemē germinet & increſcat dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primū herbā, deīde ſpicā, deinde plenū frumētū in ſpica. Et cū ꝓduxerit fructꝰ, ſtatī mittit falcē, q̄m adeſt meſſis.

Regnū dei eſt eccleſia, quæ regitur à deo, & ipſa regit homines & uitia calcat. Homo iactans ſemen, filius hominis eſt: ſemen, uerbum: terra, corda humana: dormitio uero hominis, mors eſt ſaluatoris. Exurgit ſemen nocte & die poſt ſomnum Chriſti, quia numerus credentium intra aduerſa & proſpera magis magiſq; multiplicatur. Semen germinat bona intentiōe, & creſcit in opere dū ille neſcit, id eſt, neſcire nos facit, quis quem fructum afferat in finē, dum dicit: Qui per- Mat.10. ſeuerauerit uſq; in finem, ipſe ſaluabitur. Vltro terra fructificat, dum uoluntatē noſtrā deus expectat, dicens: Si uis peruenire ad ui- Mat.19. tam, ſerua mandata. Hæc terra primum producit herbam, id eſt, timorem. Initium enim ſapiētiæ timor domini. Deinde ſpicā, id eſt, Pſal.101. lachrymoſam pœnitentiam, deinde plenum frumentum, ſcilicet charitatē. Plenitudo enim legis charitas eſt. Tempore meſſis reſecat eā Rom.13. per falcē, quia temporalem uitam incidit ꝑ emiſſam mortis ſententiam, granum ad cæleſtia horrea perducens. Vel ita: Falx eſt iu- Beda. dicium, qđ ſecat omnia, q̄m adeſt meſſis, id eſt, conſummatio ſeculi, in qua iuſti gaudebunt qui in lachrymis ſeminauerūt. Homo uero quilibet ſemen iactat in terram, cū cordi ſuo bonam intentionē inſerit: dormit, q̃a iam in ſpe boni opis quieſcit. Nocte ſurgit ac die ſemē, q̃a intra aduerſa & ꝓſpera proficit. Germinat & creſcit dū neſcit ille: quia cū adhuc metiri incrementa ſua non ualet, uirtus concepta ad profectum ducitur. Vltro terra fructificat: quia præueniēte grātia, mēs hominis ſponte ad* profectum boni operis aſſurgit. Hæc terra primum producit herbā, *fructū habens adhuc teneritudinem inchoationis bonæ: deinde ſpicam cum uirtus animo concepta, ſe ad fructum boni operis pertrahit: deinde plenum frumentum, quando iam uirtus ad robuſtum & perfectum opus promouetur. Falcem mittit, qui iam paratus ad martyriū, optat diſſolui & eſſe cū Chrō. Per falcem reſecat meſſem, cū ꝑ mortē operari ceſſat, metens fructū boni operis, uitam ſcilicet æternā. Tūc adeſt meſſis, q̄n oīa bona ſua re- Phil.1. præſentauerit ei coram angelis dei. M. ✠

TVnc dimiſſis turbis, uenit in domū. Et acceſſerūt ad eū diſcipuli eius, dicentes: Diſſere nobis parabolā zizaniorū agri: Qui reſpondēs, ait: Qui ſeminat bonū ſemen, eſt filiꝰ hoīs. Ager aūt eſt mundus. Bonum uero ſemen, hi ſunt filij regni. Ziza

nia aūt filij ſunt nequā. Inimicus aūt qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis uero, cōſummatio ſeculi. Meſſores aūt angeli ſunt. Sicut ergo colli gunt zizania & igni comburunt, ſic erit in conſummatiōe ſeculi. Mittet filius hōis angelos ſuos, & colligent de regno eius oīa ſcandala, & eos q faciunt iniquitatē: et mittēt eos in caminū ignis. ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

M. Bonum ſemen ſunt hi, ſubaudis, qui ſunt filij regni. Omnia ſcandala, id eſt, eos qui faciunt ſine fine affectu mentis iniquæ, dicitur angeli primo colligere: quia in ipſa reſurrectione reprobi difficultate onerum peccatorum deprimētur, electi uero rapiētur ob-
1. Theſ. 4 uiam Chriſto in aēra. In terris itaq; ſeparabuntur iniuſti à iuſtis, deinde uero in aere boni iungentur Chriſto, ſanctitate ſuo modo fulgentes ſine defectu, ſicut ſol in ſuo genere lucidiſſimum corpus eſt. Caminū ignis dicit infernū. Officia qdē uindictæ, boni angeli intelligunt implere bono aīo, q̄mō iudex: officia uero miſericordiæ mali nō implēt.

Caput LXXVII.

Simile eſt regnum cælorū theſauro abſcōdito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit: & præ gaudio illius uadit & uendit uniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.

Hila. Per ſimilitudinē theſauri in agro, ſpei noſtræ opes ultra ſe poſitas oſtendit. Theſaur⁹ enim in agro, intelligitur filius dei abſconditus in carne aut in ſanctis ſcripturis. Quem inueniſſe, gratuitum eſt: ſed quia cæleſtes diuitiæ non niſi damno ſeculi poſſidentur, qui inuenit, contemnere ſecularia debet, ut ſit ei poteſtas utendi theſauro cum agro. Vel
Greg. ita: Theſaurus eſt cęleſte deſiderium, ager in quo abſcondit, diſciplina ſtudij cęleſtis. Quē agrum uendens omnibus comparat, qui uoluptatibus carnis renunciat, & terrena deſideria per cæleſtis diſciplinæ cuſtodiam calcat, ut liberius ſe applicet ſtudio intelligētiæ. Theſaurꝶ abſcōdere debem⁹, nō inuidia, ſed in corde nr̄o: qa in hac uita q̄ſi in uia patriæ ſumus, ne maligni ſpiritus quaſi latrunculi noſtrū iter obſidentes, nos expolient, ſi publice theſaurum in uia portauerimus. Non dico ut occultem⁹ proximis bona opera no-
ſtra, cum ſcriptum ſit: Videant opera ueſtra Mat. 5.
& glorificent patrem ueſtrum. ſed, ut in ope-
ribus bonis laudē exteriorē nō quæramus. Remi.
Aliter: Theſaurus in agro, duo teſtamēta legis ſunt in eccleſia, ꝑ q̄rum intelligētia ut in ocio diſcat, tēporalia contēnunt. Qd & philoſophi intelligunt feciſſe ꝑ humana ſciētia.

Iterū ſimile eſt regnū cælorū hoī negociatori, q̄rēti bonas margaritas. Inuenta aūt una p̄cioſa margarita, abijt & uendidit oīa q̄ habuit, & emit eā.

De margaritis & theſauro par ratio eſt. M.
ſed ſuperius regnum cęlorum accipitur ipſe Chriſtus, uel ſuperna eccleſia, ſiue cæleſte deſideriū. Hic uero & inferius, eccleſia adhuc præſens, in qua iam etiam uirtutes ciuiū cæ-
leſtiū regnāt. Bonę margaritæ, lex ē & pro- Hiero.
phetæ: precioſiſſima margarita, notitia ſaluatoris. Negociator eſt ſimilis apoſtolo, q obſeruationes contēpſit priſtinas pro Chriſto: non qd̛ inuentio nouæ margaritæ condēnet ueteres margaritas, ſed qa cōparatione eius
omnis gēma uilis ſit. Abijt negociator de do- M.
mo ſua ad forū, abijt eccleſiaſticus de poſſeſſionibus ſuis ad ſcholam ſapientiū. Ille uendidit omnia, iſte renūciauit oībus & ſibi ipſi: quia unius huius deſiderati lapidis preciū, reliqui laboris iactura eſt cōparandū. Aliter:
Quaſi bonas margaritas quæris ſctōs uiros, Remi.
quibus conformeris: uel bona præcepta ſeu ſpūales intellectus, in qbus ſit ſalus. Inuenis itaq; p̄ oībus hōibus precioſam margaritā Chr̄m, & inter p̄cepta mādatū dilectiōis atq; ſupra omnē intellectū repis penetrata carnis teſtudine intellectū uerbi qd̛ erit apud deū.

Caput LXXVIII.

Iterū ſimile eſt regnū cælorꝶ ſagenę miſſę in mare. & ex omni gn̄e piſciū cōgregāti: Quā, cū impleta eſſet educētes, & ſicut litt⁹ ſedētes, elegerūt bonos in uaſa ſua, malos aūt foras miſerūt.

Sagenæ miſſe in mare cōparat eccleſia uel prędicatio euāgelica, q̄ q̄ſi piſces de mari trahat, hōes à ſeculo in lumē ueri ſolis educēs. Contexuerūt ſibi apoſtoli ex utroq; teſtamēto ſagenā euāgelij, & uſq; hodie in fluctibus huius ſeculi tendit, capiēs bonos ac malos.
In fine aūt mundi trahet ad littus: & diſcernē- Remi.
tur piſces boni in cælū, mali in gehēnā. Educēt angeli p reſurrectionē ſagenā impletā, qa tūc eccleſia p̄deſtinatos oēs cōtinebit. Et ſec⁹ litt⁹, hoc ē, poſt finē mūdi ſibi officio iniūcto

quodammodo iudicantes, quod per ſedē intelligitur, eligent bonos in uaſa ſua, id eſt, in æterna tabernacula: malos uero, ne uideant gloriam dei, mittent foras, in infernum ſcilicet. Et hoc eſt quod ſequitur:

Sic erit in conſummatiōe ſeculi. Exibūt angeli, & ſeparabūt malos de medio iuſtorū, & mittēt eos in caminū ignis. ibi erit fletus & ſtridor dētiū.

Beda. Fletus de ardore, ſtridor dētiū ſolet incitari de frigore. Vbi duplex oſtenditur eſſe gehenna, id eſt, nimij frigoris & feruoris. Cui
Iob. 24. beati Iob ſentētia cōſentit, dicētis: Ad calorē nimium tranſibit ab aquis niuium. Vel ſtridor dētiū ꝓdit indignātis affectū, eo qđ ſero unūquenq; pœniteat, ſero ingemiſcat, ſero iraſcat ſibi, q tā ꝑuicaci improbitate deliq̄rit.

Intellexiſtis hęc omnia? Dicūt ei: Etiam. Ait illis: Ideo om̄is ſcriba doct⁹
*eſt hoi in regno cælorum, ſimilis *eſt patri familias, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera.

Apoſtolus futuris magiſtris, non tantum audientibus, ſed intelligentibus, dignum teſtimonium reddit, ſub nomine patrisfamilias ſe comparans, & illos propter ſcientiam ſcribas nūcupans. Ac ſi dicat: Quia intellexiſtis, ideo dico uobis, quod omnis ſcriba doctus, id eſt, omnis ſcribēs in corde ſuo quæ à me audit, ſicut uos & alij in regno cælorū, quod eſt eccleſia, ſimilis eſt mihi, qui ſum paterfamilias, quia dominus exercituū, uidelicet hominum & angelorum, & qui profero de theſauro cordis mei noua & uetera, id eſt, noui & ueteris teſtamēti ſcientiam. Apoſtoli quoq; inſtructi cum prædicarent euangelium, comprobabant illud, quod de theſauro doctrinæ eliciebant, legis & prophetarū uocibus. Aliter: Vetus fuit, humanū genus ad
Greg. inferna deſcendere: nouum eſt, regnum cælorum iuſte uiuentes penetrare. Prædicator ergo doctus, & noua ſcit proferre de ſuauitate regni, & uetuſta de terrore ſupplicij: ut uel pœnæ terreant, quos ꝓmia non inuitāt.

Et factū eſt, cum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, trāſijt inde. M. 41. R. 79. L. 79. A. 17.

Caput LXXIX.

ET ueniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagogis eorum, ita ut mirarentur & dicerent: Vnde huic ſapientia hæc & uirtutes tales, quæ per manus eius efficiūtur? Nonne hic eſt fabri filius? nōne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacob & Ioſeph & Simon & Iudas? & ſorores eius nōne om̄es apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta? Et ſcandalizabantur in eo.

Inhonoratur dominus à ſuis, quanquam & docendi prudentia & operandi uirtus admirationem moueret. Enimuero quem uerbis & factis Chriſtum eſſe cognoſcere poſſunt, ob ſolam notitiam generis contemnūt. Infidelitas nanq; hinc magna, hinc humilia cernēs, ueritatem iudicij nō recipit, ſed ſcandalizatur, quod eſt impediri mentis arbitrium. Marc⁹: ait, dominum dictum fabrum,
Matthæus fabri filium. Vtrunque dici potuit, credebant enim eo eſſe fabrum, quo fabri filium. At uero in illorum errore ueritas latet. Vere enim erat filius fabri, qui per ipſum in principio omnia fecit, qui operatur ſpirituſancto & igni, qui fabricatus eſt auroram & ſolem, eccleſiam primitiuam & ſequētem. Pater Chriſti & Chriſtus in magna domo huius mundi, diuerſi generis uaſa fabricant: & uaſa iræ igne ſpiritus molliendo, in miſericordiæ uaſa commutant. Vnde Ma- Mal. 3.
lachias ex perſona patris ait de filio: Et ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & conflabit eos quaſi aurum & argentum. Manifeſtum eſt, cognatos more ſcripturæ fratres ſeu ſorores nuncupari: & ſæpe uilitas originem comitatur, ut de Dauid deſpectiue dictum eſt: Quis eſt 3. Re. 12.
iſte filius Iſai? Sed humilia dominus reſpicit, Pſal. 137.
& alta à longe cognoſcit. L. 20. X

ET ait illis: Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice, cura te ipſum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac hic & in patria tua.

Quia in Capharnaū plures te curaſſe audiuimus, cura & te ipſum, id eſt, fac ſimile in tua ciuitate, ubi cōceptus es & nutritus. Quaſi dicant: Nō credimus qđ incerta fama uulgauit, cū apud nos nihil tale feceris, q̄bus cōuenientius talia impendēda erant beneficia. Verus medicus eſt Chriſtus, quia reſtaurat lapſos, ut poſt uulnera ſaui ſimus.
M. 142. R. 51. L. 21. A. 15.

AMen dico uobis, quia nemo ꝓpheta acceptus eſt in patria

ſua & in domo ſua. Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem illorum, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatē illorū.

Beda. Non ſolum ipſe dn̄s & caput prophetarū de quo Moyſes prædixit, prophetam uobis
Deu. 18. ſuſcitabit deus de fratribus ueſtris: ſed & Elias & Ieremias, cæteriq́; prophetæ, minores in patria quàm in exteris ciuitatibus habiti ſunt. Mos enim eſt, ciues ciuibus inuidere: et non præſentia uiri opera, non uirtutem conſiderare, ſed infantię fragilitatem recordari. Idcirco autē paucas uirtutes fecit ibi, quia ſi nullas faceret, increduli à quibus deridebat̃, forſan excuſabiles putarent: uel ſi multa cernerent ſigna, penitus inexcuſabiles fierēt, & eo magis damnarētur. Et quoniam nec prophetis credunt, nec ipſi Chriſto quē præſentem cernunt, illorum incredulitatem mirat̃, non quaſi rem improuiſam, ſed mirari ſe coram hominibus oſtendit, quod uult intimare mirandum hominibus. L. ⁘

IN ueritate dico uobis, multæ uiduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quādo clauſum eſt cælū annis tribus & menſibus ſex, cum facta eēt fames magna in omni terra: & ad nullam illarū miſſus eſt Elias, niſi in Sareptā Sidoniæ ad mulierē uiduam.

Beda. Quod diuina faſtidioſis ciuibus beneficia ſubtrahit, prophetarum geſtis nō aduerſat̃: quia ſicut tempore famis nemo eſt in Iudæa repertus Eliæ dignus hoſpitio, ſed exteræ
3.Re.17. gentis uidua eſt quæſita, & ſicut multis ibidē
leproſis, Naaman Syrus ab Eliſeo ſolus cu-
4.Re.5. rari promeruit, ſic & uos perfidiæ cauſa ſuperno munere priuabit. Vidua ad quam Elias miſſus eſt, gentium deſignat eccleſiam: quę à ſuo cōditore diu deſerta, populū fidei neſciū, q̃ſi paupē filiū egena ſtipe nutriebat, id eſt, uerbo ſecularis ſcientiæ abſq; utilitatis fructu docebat. Vnde bene hæc uidua in Sarepta Sidoniæ dicitur eſſe morata. Sidonia quippe, uenatio inutilis: Sarepta uero incendiu uel anguſtia panis interpretatur. His autē gentilitas exprimitur, quæ inutili uenationi dedita, id eſt, lucris & negocijs ſeculi ſeruiens, incendium carnalium cupiditatum, panisq; ſpiritualis anguſtias patiebatur, donec Elias. i. propheticus ſermo ad eū mittitur, qui in Iudæa fame periclitabatur, clauſa cæli ianua. i. ceſſante ſcripturarum intelligentia ꝑ perfidia Iudęorum. Venit ergo propheticus ſermo ad eccleſiam, ut receptus paſceretur, & reficeret corda credentiū. Vbi prius erat panis ſpiritualis anguſtia, ibi farina oleumq́; ore prophetico benedicit: id eſt, fructus & hilaritas charitatis, uel gratia dominici corporis & unctio chriſmatis indefectiuo uerbi cęleſtis munere fœcundatur. & hactenus hæc munera apud eccleſiam non deficiunt. Quod hęc mulier myſticum panem factura, duo ſe ligna uelle colligere teſtatur, lignum crucis exprimit, quo nobis eſt pręparatus uitæ æternæ panis.

ET multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo propheta, & nemo eorꝫ mūdatus eſt niſi Naamā Syrus.

Naaman etiam Syrus, cuius nomen interpretatur decor populum demonſtrat nationum, quondam perfidiæ lepra maculoſum ſed per ſacramētum baptiſmatis ab omi fœditate poſtea purgatū. Qui captæ cōſilio puellę, hoc eſt, inſpiratiōis ſupnæ gratia, quam Iudęis male ſeruantibus gentes rapuere pro ſalute, ab Eliſeo ſepties lauari iubet: quia ſolum baptiſma ſaluat, quod ſeptiformi ſpiritu regenerat. Vnde caro eius poſt lauacrum uelut caro pueri apparuiſſe memoratur: ſiue gra cunctos in Chriſto baptizatos in unam parit gratię mater infantiam, ſiue Chriſtus intelligatur puer, cuius corpori per baptiſmū tota credentium ſoboles adunatur. Partem ſanctæ terrę ſecum tuliſſe dicitur, quia oportet baptizatos dominici corporis participatione conformari. confirmati.

ET repleti ſunt omnes in ſynagōga ira, hæc audientes. Et ſurrexerunt, & eiecerūt illum extra ciuitatē, & duxerunt illum uſq; ad ſuperciliū mōtis, ſup quē ciuitas illorꝫ erat ædificata, ut pręcipitarent eum. Ipſe autem tranſiēs, per medium illorꝫ ibat.

Quod dominus teſtatur de Iudęis uerbo, hoc ipſi teſtantur facto, retribuentes mala pro bonis. O peior magiſtro diſcipulorum hæreditas. Diabolus dixerat, mitte te deorſum. Iudæi facto mittere conabantur. Sed illorum furētium ſubito mente obſtupefacta, dominus deſcendit, malens eos ſanare quàm perdere, ut caſſata eorum nequitia, deinceps deſiſterēt ab eius morte. Nondum enim uenerat hora paſſiōis eius, nec hoc genere mortis elegerat mori. M. ⁘ R. ⁘ L. ⁘ Mat. 4.

Caput LXXIX.

IN illo tpe Herodes tetrarcha te-
nuit Iohannē,& uinxit eum in car
cerem, propter Herodiadem uxorē
Philippi fratris ſui,quia duxerat eā.

Vetus hiſtoria narrat,Philippū Herodis
maioris filium,ſub quo dominus fugit in Ae
gyptum,fratrem huius Herodis ſub quo paſ
ſus eſt Chriſtus, duxiſſe Herodiadem filiam
Aretæ regis Arabum.Poſtea uero ſocer ei⁹.
exortis quibuſdam contra generum ſimulta
tibus,tulit filiam ſuam,& eam copulauit He-
rodi inimico eius: & in dolorem prioris ma
riti,& quia ille maioris eſſet poteſtatis & fa-
3.Re. 18. mæ.Ergo Iohannes qui uenerat in ſpiritu &
uirtute Eliæ, eadē autoritate qua ille Achab
regem corripuerat & Iezabel uxorem eius,
arguit Herodem & Herodiadem.

M. 141. R. 60.

DIcebat enim Iohannes Herodi:
Non licet tibi eam habere. He
rodias autem inſidiabatur illi, & uo
lebat eum occidere. nec poterat. M.
Timebat enim populum, quia ſicut
ꝓphetam eum habebant. M.R.Si-
militer & Herodes uolens illū occi
dere,metuebat. R. Sciens eū uirum
iuſtum & ſanctū,& cuſtodiebat eū.
Et audito eo,multa faciebat,& liben-
ter eum audiebant.R.M.Et cū dies
opportunus accidiſſet, Herodes na-
talis ſui cœnam fecit principibus &
tribunis & primis Galilææ.

Nullum alium inuenimus obſeruaſſe diē
natalem ſui,niſi Herodem & Pharaonem:ut
Gen.40. quorum erat una impietas, eſſet una ſolenni
tas.Nos autem non natiuitatis diem luxuri-
ando celebrem⁹, ſed diem mortis ſemper cō
memorando timeamus. Homo enim ad la-
Iob. 5. borem naſcitur,& ſancti tranſeunt per mor
tem ad regnum.

CVmq́ʒ introiſſet filia ipſius He-
rodiadis & ſaltaſſet,& placuiſſet
Herodi ſimulq́ʒ recumbentibus, rex
ait puellę:Pete a me q̄d uis,& dabo
tibi.Et iurauit illi quia quicquid pe-
tieris dabo tibi, licet dimidiū regni
mei. Quæ cū exiſſet,dixit matri ſuę:
Quid petā?At illa dixit:Caput Iohā
nis baptiſtę.Cumq́ʒ introiſſet ſtatim
cū feſtinatiōe ad regē, petiuit dicēs;
Volo ut ꝓtinus des mihi in diſco ca
put Iohannis baptiſtę.Et cōtriſtatus
eſt rex. ꝓpter iuramentū aūt& pro-
pter ſimul recumbentes noluit eā cō
triſtare.Miſſoq́ʒ ſpiculatore,& decol
lauit Iohānē in carcere. & allatū eſt
caput eius in diſco,& datū eſt puel-
læ,& dedit matri ſuæ.Et accedētes di
ſcipuli eius,tulerunt corpus eius,et
ſepelierunt illud in monumento. Et
uenientes nunciauerunt Ieſu.

Timens Herodias, ne aliquādo Herodes
Iohāne monente reſipiſceret: optabat in po-
teſtate linguam habere,quę illicitas nuptias
arguebat. Herodis quoq; ſcelus iuramentū
minime excuſat,qui ad hoc forte iurauit, ut
futurę occaſion machinas præpararet. Ali-
oquin ſi ob iuſiurandum ſe dicit feciſſe, quid
ſi matris filia poſtulaſſet interitum?Sane ſi a- Beda.
liquid forte nos incautius iuraſſe cōtigerit,
quod obſeruatum uergat in peiorem exitū,
libere illud conſilio ſalubriore mutandū no-
uerimus:ac magis inſtante neceſſitate periu
randum nobis, quàm pro uitando periurio,
in aliud crimē grauius eſſe diuertendum.Iu- 1.Re. 25.
rauit Dauid per dominū occidere Nabal ui-
rum ſtultum & impium,atq; omnia quæ ad
illum pertinerēt demoliri.ſed ad primam in-
terceſſionem Abigail prudētis fœminæ,Na
bal remiſit minas.Non ſolum autem in iurā
do,ſed & in omni quod agimus,hæc mode-
ratio ſolertius eſt obſeruāda: ut ſi talem for
te lapſum inciderimus,ex q̄ ſine aliquo pec-
cato ſurgere non poſſimus, illum potius e-
uadendi aditum petamus, in quo minus pe-
riculum eſſe cernimus:iuxta illos, qui hoſti-
libus clauſi muris,cum euadere deſiderātes,
portarum acceſſum ſibi interdictum cōſide-
rant,ibi neceſſe eſt ut deſiliēdi locum eligāt,
ubi muro exiſtente breuiore,minimum peri
culi cadentes incurrant.Idcirco dixit,& con- Hiero.
triſtatus eſt rex.quia cōſuetudinis eſt,ut opi
nionem multorū ſic narret hiſtoricus, quo-
modo eo tempore ad omnibus credebatur.
Vbi dicitur, & propter ſimul recumbentes,
uult Herodes omnis ſui ſceleris eſſe confor
tes.Legimus in Romana hiſtoria, Flaminiū
ducem Romanorum, à cēſoribus pulſum de
curia,ideo quod meretriculę quæ nunquam
uidiſſe ſe diceret hominē decollatum, aſſen-

iuſſit,ut reus quidã capitalis criminis in cõuiuio truncaretur. Quanto ſceleratior Herodes & Herodias & puella? Hæc iuxta literã. Nos autẽ uſq; hodie cernimus in capite Io-
Hiero. hannis prophetæ, Iudęos Chriſtum qui caput eſt prophetarũ, pdidiſſe. Caput legis q̃d eſt Chrs, à corpe abcidit̃ pprio. i. à Iudaico populo: & dat̃ puellę de gẽtibus, hoc eſt, Romanæ eccleſiæ: & puella dat matri ſuæ adulteræ, uidelicet ſynagogæ, in fine crediturę. Corpus Iohannis ſepelitur, caput in diſco locatur, quia litera quaſi humo tegitur, ſed ſpiri-
Rila. tus in altari ſumitur, ac honoratur. Finitis em̃ legis temporibus, & cum Iohanne conſepultis, diſcipuli eius. i. auditores legis, carnalibus in ſe obſeruantijs extinctis, quaſi Iohannis corpore ſepulto, ueniunt ex lege ad euangelium, ex litera ad ſpiritum, in quo proficientes dño coniunguntur. Eccleſiaſticę nar-
Beda. rãt hiſtoriæ, Iohãnẽ uinctũ in caſtellũ Arabiæ, q̃d Machęrũta nominãt, adductũ, ibiq; truncatũ. Corpus uero in Sebaſta urbe Palęſtinæ, quæ quondã Samaria dicta eſt, caput autẽ in Hieroſolymis humatũ eſt. At tẽpore Iuliani apoſtatę, pagani inuidẽtes Chriſtianis qui ſepulchrũ Iohãnis ſolicite frequẽtabant, monumentũ inuadũt, oſſa diſpergũt. eadem rurſus collecta & cremata, latius diſpergũt. Sed dei prouidẽtia affuerũt quidã monachi ex Hieroſolymis, qui mixti paganis oſſa legentibus, maximã eorum partẽ congregauerunt, & ad patrem ſuum Philippũ Hieroſolymã detulerũt. At ille ſtatim per diaconũ ſuum Iulianũ miſit Athanaſio Alexandriæ epiſcopo, & ibi poſtea ſeruata Theophilus eiuſdem urbis epiſcopus, expurgato à ſordibus templo Serapis, ibidẽ poſuit. & baſilicã in honorẽ ſancti Iohãnis conſecrauit, quãdo iubẽte Theodoſio principe, phana gentiũ deſtructa ſunt. Tp̃e uero Martiani principis, duobus monachis oriẽtalibus, qui ob orationẽ uenerant Hieroſolymã, reuelat Iohannes caput ſuũ iuxta Herodis quõdam regis habitaculũ. Quod ibi ab eis inuentũ & aſſumptum, ſed nõ multo poſt incuria perditũ, perlatum eſt ab alijs in Emiſſam Phœniciæ urbẽ, & in quodã ſpecu in urna ſub terra tp̃e nõ pauco ignobiliter recõditũ, donec denuo idẽ Iohannes ſeſe ſuumq; caput oſtendit Marcello cuidam religioſo Abbati ac preſbytero, dũ in eodẽ ſpecu habitaret. Quod uidelicet caput Lulioramo eiuſdẽ ciuitatis epiſcopo, per pręfatũ preſbyterũ conſtat inuentũ. Ex quo tẽpore cœpit in eadẽ ciuitate decollatio p̃curſoris celebrari, ipſo die (ut arbitramur) quo
Hi. caput eſt inuentũ ſiue eleuatum. Aiũt, appellari diſcum uas rotundũ & deſuper ualde extenſum. Serapis dictus eſt deus Aegypti.

M. 14. 6. R. 16. L. 9.

AVdiuit autẽ Herodes famã Ieſu, & oĩa quæ fiebant ab eo, & hęſitabat eo quod diceret̃ a quibuſdam, quod Iohannes ſurrexit a mortuis: a quibuſdã uero; q̃a Elias apparuit: ab alijs aũt, q̃a ꝓpheta unus de antiquis ſurrexit. R. L. Et ait Herodes, Iohãnem ego decollaui. Quis autẽ eſt iſte de quo ego audio talia? Et quærebat uiderẽ eum.

Apud Marcũ p ironiã expreſſe dicit Herodes: Quẽ ego decollaui Iohãnẽ, hic à mortuis reſurrexit. Ironice etiã potuit dicere ſeruis ſuis, q̃ eũ ꝓprijs manibus decollauerant, quod Matthæus ſic narrat: Herodes ait pue- Matt.
ris ſuis, Hic eſt Iohãnes baptiſta, ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo uirtutes operãtur ĩ eo. Quod ſi hæc uerba affirmãtis intelligãt, ſen- Beda.
tiendũ eſt, poſt hæſitationẽ confirmaſſe Herodem in aĩo ſuo, quod ab alijs dicebat. Sane q̃dẽ ſenſerũt, q̃d maioris uirtutis futuri ſunt ſcti à mortuis reſurgentes, quã fragili carne grauati. Quãta Iudæorũ inuidia extiterit cõtra dñm, ex euangelio docemur. Iohannẽ a mortuis ſurrexiſſe credebãt, Ieſum aũt q̃ tot Mat. 28.
ſigna fecit, prędicabãt nõ ſurrexiſſe, ſed furtim ſublatũ eſſe. M. 14. 13. L. 9. 2. A. 47.

QVod cũ audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula in locũ deſertũ ſeorſum. Et cũ audiſſent turbę, ſecutę ſunt eũ pedeſtres de ciuitatib9. Et exiens, uidit turbã multã. & miſertus ẽ eius, & curauit lãguidos eorũ.

Bñ dictũ eſt, ſeceſſit nõ fugit, ut oñdatur, magis eũ ꝑſecutores uitare, q̃ timere. Opportu- Hiero
nũ nãq; tẽpus ſuæ paſſiõis expectãs, uitabat ne homicidio de Iohãne, iungeret̃ homicidium de ſe. Vel ideo receſſit, ut nobis pręberet exemplũ uitandæ temeritatis, ultro tradentium ſe. Nõ em̃ oẽs eadẽ cõſtantia ꝑſeuerãt in tormẽtis, qua ſe torquẽdos offerũt. Petendo etiã ſolitudinẽ, turbarũ fidẽ an ſequi curãt, explorat, & ꝓbatã digna mercede remunerat. Turbæ aũt nõ iumẽtis, nõ uehiculis, ſed proprio labore pedũ iter deſerti arripiũt, & ſalutis deſiderium oñdunt. Rurſus ipſe excipiendo fatigatos, docẽdo inſcios, curãdo ęgrotos, recreãdo ieiunos, quãtũ deuotione credẽtiũ delectetur, inſinuat. Aliter, Poſt q̃ apud Iudæos ꝓpheta uocẽ pdidit, trãſijt ad deſertũ, ec.

cleſiæ, quę uiro carebat. Turbæ relinquebãt ciuitates. i. priſtinas cõuerſationes & dogmatum uarietates. Quod dicit exiens, ſignificat quod turbę habuerint eundi uoluntatem ad eum, ſed uires non habuerunt & ideo ſaluator obuiam pergit.

M. 14. R. 6. L. 9. A. 6.

Caput LXXX.

Veſpere autem facto, accedẽtes duodecim, dixerũt illi: Dimitte turbas, ut eũtes in caſtella uillasq; quę circa ſunt diuertãt, & inueniant eſcas, quia hic in deſerto loco ſumus. Ieſus autẽ dixit illis: Non habent neceſſe ire. date illis uos manducare.

Beda. Prouocat apoſtolos ad fractionem panũ, ut illis teſtantibus ſe nõ habere, magnitudo ſigni notior fiat, ſimul inſinuans quia quotidie per eos ſumus paſcendi. Quid enim agũt Petrus & Paulus per epiſtolas, niſi ut mentes noſtras alimentis cæleſtibus paſcant? In ueſpere turbas reficit, quia uel fine ſeculi propinquante, uel cum ſol iuſtitiæ pro nobis occubuit, à diutina ſpiritualis inedię fame ſum⁹ liberati.

Hil. Nota ordinem myſterij. Poſt defectum legis euangelicus cibus incipit. ſed prius per remiſſionem peccatorum uulneribus medicina tribuit, & poſtea menſæ cæleſtis alimonia expenditur. Non eſt igitur neceſſe, ut quæramus eſcas in uillis & caſtellis, hoc ẽ, ne deſeramus panem uitæ precio ſtudij & laboris, ementes philoſophorum doctrinas ſuis rationibus munitas, quarum paſtu delectemur. Quod autem diſcipuli deſertum eſſe dicunt locum, figurat Iudæos murmurãtes de

Iſa. 40. conuerſione gentium. Hinc Iſaias in eorum uoce: Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ. Itẽ: Omnes

Ibidem. gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo. A. Reſpondit ei Philippus: Ducentorũ denariorum panes non ſufficiũt eis, ut unuſquiſq; modicum quid accipiat. R. Et dicit eis: Quot panes habetis? A. Dicit ei unus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Eſt puer unus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces. Sed hæc quid ſunt inter tãtos? L. Niſi forte nos eamus & emamus in omnẽ hãc turbã eſcas. M. Qui ait eis: Afferte illos mihi huc. R. L. Et pcepit illis ut accumbere facerent omnes ſecundum contubernia ſupra uiride fœnum. Et diſcubuerunt in partes per centenos & per quinquagenos.

Quæ lieratdñs à Philippo, tentãs eũ, quod Aug. Iohannes commemorat, unde eſca dari poſſet turbis. Etenim quia ignorantia populi erat in lege, quamdiu enĩ legitur Moyſes, uelamen poſitũ eſt ſuper corda eorum, propterea tentatio illa dñi ignorantiam diſcipuli demõſtrabat. 2. Cor. 3. Eadem quippe ſimplicitate qua Philippus, loquit̃ & Andreas. ſed dñs oſtendit gratuitas credenti populo ſe largiri eſcas eadẽ benigna prãte, qua gratis redimẽdo ſanat. Puer ferẽs panes cũ piſcibus, unus de diſcipulis fuit, uel forte aliquis de turba. Quod aũt Philippus uel Andreas ſingulariter dicit apud Iohannẽ, hoc alij euangeliſtæ diſcipulos pluraliter referunt dixiſſe: intelligentes unum pro cæteris loqui, uel ponentes pluralem numerũ pro ſingulari.

M. Contubernia intellige diuerſas hoim ſocietates, qui de diuerſis uillis uenerant, iuxta quod milites in eodem tabernaculo ſocietatẽ habentes, dici cõtubernales ſolent. Quinq; panes, ſunt quinque libri Moyſi: quia in operibus legis tanq̃ ex pane erat uita. Per legem enim diuinæ æternitatis cognitio, mundi creatio, curſus labentis ſeculi, & uera deo ſeruiendi religio, humano gñi innotuit. In duobus aũt piſcib⁹

Aug. intelliguntur pſalmi & prophetiæ, temperãtes auſterũ saporẽ legis: quia eruditũ in lege dei populũ de promiſſione dñica incarnationis, nouæ grãæ dulcedine paſcebãt, quaſi in uirtute aquæ ſpem confouentes humanæ uitæ. Hinc eſt quod dominus poſt reſurrectionem ait: Oportebat impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Luc. 24. Hic quoq; præcipiens ſibi afferri panes & piſces, myſtice præcipit intellectũ teſtamenti ueteris ad ſe referri. Bene autem per aquatilia figurantur prophetantes de nřo æuo, in quo popul⁹ fideliũ ſine aquis baptiſmi uiuere nullaten⁹ põt. Panes uero hordeacei fuerunt, qui cibus eſt iumentorũ & ruſticorũ: quia rudib⁹ auditoribus, quaſi groſſiora cõmittenda ſunt præcepta. Animalis enĩ hõ nõ pcipit ea quæ ſunt ſpũs dei. 1. Cor. 2. Unde dñs cuiq; pro uiribus ſuis dona tribuens, & ſemper ad perfectiora prouocans, primo quinq; panib⁹ quinq; millia reficit, ſecundo, ſeptem panibus quatuor hoim millia. tertio diſcipulis ſuæ carnis & ſanguinis myſteriũ credit. ad ultimum dat, ut edant & bibant ſuper mẽ

Aug. fam̃ ſuā in regno ſuo. Vel ita: Hordeacei erāt panes, q̃a ad uetus teſtamētū ptinebāt. Et ſicut uix peruenitur ad medullam hordei, ita uetus teſtamentum ueſtitur tegmine carnaliū: ſed ſatiat, cū intus puenitur. Duo aūt piſces qui ſaporem pani dabāt ſuauem, ſunt duæ perſonæ ſacerdotis & regis, quibus populus Iſrael regebatur, ut per eas conſiliorū moderamen accipiat. Quibus inter turbas fluctuantis ſeculi more piſciū quaſſatis nec deficientibus, figurabatur Chrs uerus ſacerdos & rector. Puer portans, eſt populus ille puerilis in ſenſu, nec mādučās quæ quaſi on⁹ clauſa portabat, nec alios paſcēs. Vñ ſeq̃tur:

Sed hæc quid ſunt inter tantos?

Ac ſi dicatur: Permultis ſpūalia alimenta petituris ſup omnē ſenſū corporis omnēq; literam, quid pdeſt litera uetus? Quia carnaliter ſapiebāt, & in ſpe carnali quieſcebant, qbus lex temporalia pmiſerat, pcipitur eis
Hieron. ſuper uiride fœnum iacere. Omnis em caro
Iſai. 40. fœnū, & claritas hoīs ſicut flos fœni. Diſcūbit ergo ſuper fœnū, q carnē ſuā calcat, & flores illius quaſi arens fœnū cōtexit, ſeculi uo-
H. luptates ſibi ſubijciēs. Diuerſi diſcubit⁹ cōuiuātiū, diuerſos ſignant cōuētus eccleſiarū. Quinq̃geni aūt diſcūbūt, qui adhuc in pœnitētia poſiti, auditū uerbi percipiūt. Nā quinquagenarius numerus pœnitentiæ & remiſſiōis eſt. Centeni uero diſcubunt, qui p pœniten-
Aug. tiam quinquagenarij ad perfectum cēteſimi numeri culmen aſcendentes, in ſolo iam uitę æternæ deſiderio ſuſpirant. M. R.

L. A. Acceptis aūt quinq; panibus & duobus piſcibus, reſpexit in cælū & bñdixit illis, & fregit, & diſtribuit diſcipulis, diſcipuli autē turbis. Et māducauerūt oēs, & ſaturati ſunt. Tulerūt reliquias duodecim cophinos fragmentorū plenos. Mā ducātiū aūt fuit nūerus quaſi quinq; millia uirorum, exceptis mulieribus & paruulis.

Hila. In cælum dominus reſpexit, honorē patris à quo erat ipſe, cōfeſſus, ut qui adeſſent, intelligerent à quo tantæ uirtutis accepiſſet effectum, dirigentes & ipſi illuc oculos men-
Hiero. tis. Si panes non frangerentur, non alerent tantam turbam. ſic & lex ſi non aperiretur, non paſceret multos q̃s aperta paſcit. Vnuſquiſq; apoſtolorum de reliquijs implet cophinum ſuū, ut uel habeat unde poſtea gentibus cibos præbeat, uel ex reliquijs ueros fuiſſe panes doceat. Quinq; millia uirorū, id ē,

perfectorū. Sexus fragilis & minor ætas, indigni ſunt numero. Vñ & in Numerorū libro q̃ties ſacerdotes & leuitæ & turbæ pugnantiū deſcribunt, ſerui & mulieres & paruuli & ignobile uulgus prætermittuntur. Nō noua creat ſaluator cibaria, ſed præſentibus benedicit: quia in carne ueniēs nō alia prędicat, ſed pphetiæ dicta myſterijs gr̄ę grauida demōſtrat. Vñ ſequit, quia fregit, ita clauſa ſacramenta legis & pphetarū patefecit. Panes frangēdo multiplicant q̃a multi libri facti ſunt legē exponēdo. Frangēs diſtribuit diſcipulis, & illi pfractū frangētes, diſtribuerunt turbis. quia ſctis doctoribus aperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturas, & intellectas auditoribus toto orbe fideliter diſpenſa uerūt. Qđ turbis ſupeſt, diſcipuli tollūtq; quia myſteria q̃ à rudibus nō capiunt, à pfectis inquirūt. Sūt em fragmēta, q̃ popul⁹ nō potuit manducare, quædā ſecretiora intelligentiæ; quibus impleti ſunt apoſtoli q̃ſi cophini duodecim. Per cophinos apoſtoli figurātur; & per apoſtolos chori ſequentiū doctorū, foris quidem hoībus deſpecti, ſed intus ad alenda humilium corda cibis ſalutaribus cumulati. Solent em opera ſeruilia geri cophinis. Sed dñs cophinos fragmētis impleuit: qui ut fortia cōfunderet, infirma mūdi elegit. Et quia quinq; ſunt ſenſus exterioris hoīs, quinque millia uirorū ſecuti dñm, deſignant eos q in ſeculo bñ nouerunt uti exterioribus quæ pcſſident. Qui recte quinq; panibus aluntur, quia tales neceſſe eſt inſtitui legalibus adhuc pceptis. Nā qui mundo ad integrū renūciant, & quatuor ſunt millia, & ſeptem panibus refecti: hoc eſt, & euangelica refectione ſublimes, & ſpūali gr̄a docti. Cuius ſignificatiōnis cauſa, reor i introitu tabernaculi quinq; colūnas deauratas iuſſas fieri: an oraculum uero, id eſt, ſctā ſctōrum, quatuor: quia incipientes, per legē caſtigātur ne peccēt: perfecti per grātiam admonentur, ut deo deuotius uiuant. M. 47/VI R. 15

E T ſtatim iuſſit diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum ad Bethſaidam, donec dimitteret turbas.

Marcus nō habet iuſſit, ſed coegit. p qđ oſtendit, inuitos receſſiſſe diſcipulos à dño. Præceſſerunt diſcipuli ad Bethſaidā ciuitatē Andreæ & Petri & Philippi apoſtolorum, quæ eſt in Galilæa ppe ſtagnū Geneſareth. Vbi ergo Lucas refert illđ memorabile miraculū factū in loco deſerto Bethſaidæ, recte intelligitur nō ipſam ciuitatē dixiſſe, ſed locū deſertū ptinentē ad eam. Narrat Iohan-

nes turbas mãducaſſe iuxta Tiberiadẽ,& diſcipulos ueniſſe in Capharnaũ. quæ ambę ciuitates ſunt in Galilęa, iuxta ſtagnũ Genezareth, q̃d etiã Tiberiadis uocat̃, a ciuitate Tiberiade. Intelligẽdũ eſt itaq;, quod per Bethſaidã tranſierũt in Capharnaũ. Plene quoq;
Beda. notandũ, q̃a dñs Iudęos pauit tanq̃ deinceps nouos cibos à lege ſuſcepturos. ſed quod in deſerto Bethſaidę miraculũ factũ eſt, expreſſe figurauit, dñm, uerbi pabula largiturũ in deſerto eccleſiæ uirtę nõ habentis. Vnde pulchre Bethſaida domus fructuũ interpretat̃. Hinc Iſaias: Lætabit̃ deſerta & inuia, & exul
Iſai. 35. tabit ſolitudo, & florebit quaſi liliũ. Et paulo
Ibidem. poſt: Ipſi uidebunt gloriam domini & decorem dei noſtri. A. ^{50}

ILli ergo hoĩes cũ uidiſſent q̃d fecerat ſignũ, dicebãt: q̃a hic eſt uere ꝓpheta, qui uenturus eſt in mundũ. Ieſus ergo cũ cognouiſſet quia uenturi eſſent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit.

Recte ſenſerunt tñ prophetã per ſalutis
Aug. præconia uenturũ eſſe in mundũ: i. ad coẽm hoĩm cognitionẽ. Diſcipuli & turbæ credentes in dñm, putauerunt illũ ſic ueniſſe, ut iam regnaret. & hoc eſt, uelle rapere & regẽ facere, præuenire tempus eius, quod ipſe apud ſe
Act. 1. occultabat uſq; in finẽ ſeculi. Vnde illud: nõ eſt ueſtrũ noſſe tp̃a uel momẽta. Fugiẽs aũt,
Hiero. nobis exemplũ monſtrat, ut in bonis quę agimus, hũani fauoris retributionẽ uitemus. ſimulq; inſinuat, quod altitudo ſua nõ põt intelligi. M. $^{149.}$ R. $^{66.}$ L. $^{[illegible]}$

ET dimiſſa turba, aſcẽdit in montem ſolus orare.

M. Si fuiſſent cũ eo Petrus & Iohannes & Iacobus, forſitan aſcendiſſent cũ eo, ſed turba non põt eũ ſequi ad ſublimia. Hic datur intelligi, quia cũ dñs ſederet in monte cũ diſcipulis ſuis, quod Iohannes cõmemorat, & uideret turbas ad ſe uenientes, deſcẽderat de monte, & circa inferiora loca turbas pauerat.
M. $^{[illegible]}$ R. $^{67.}$ A. $^{51.}$

Caput LXXXI.

VEſpere autẽ facto, ſolus erat ibi. Nauicula aũt in medio mari iactabat̃ fluctibus. Erat eñ uentus cõtrarius. Quarta aũt uigilia noctis uidens eos laborãtes, uenit ad eos, ambulans ſuper mare. Et uolebat præterire eos.

Recte inuiti apoſtoli receſſerant à dño, ne *Hiero.*
periclitarent̃. Vigiliæ militares in ſpatia horarũ terna diuidunt̃. Ergo hic oñditur, diſcipulos tota nocte periclitatos, & in extremo noctis, quod deſignat cõſummationẽ mundi,
auxiliũ habere à dño. Prima uigilia fuit legis, *Hila.*
ſecunda prophetarũ, tertia Chr̃i aduẽtus, q̃rta in reditu clatitatis. ſed ueniet tũc ad eccleſiam uagã & naufragã, antichr̃i ſpũ feſſam, &
totius ſeculi motibꝰ circumactã. Aliter: To *Beda.*
ta nocte periclitant̃: quia dũ ſe cõſiderat hõ, nihil inuenit niſi tenebras anguſtiarũ & ęſtꝰ hoſtiũ inſurgentiũ. Cum uero mentẽ ad ſuperni ꝓſidij lumen erigit, quaſi inter umbras noctis repente ortũ luciferi conſpicit, qui diem proximũ. i. Chr̃m nunciet. Lucifer nanq; tres horas noctis. i. totã uigiliã matutinã illuminare dr̃. Dñs in terra uidit ſuos laborãtes in mari, & non mox eis ſuccurrit: quia et ſi ad horã differre uidet̃ auxiliũ tribulatis, tñ eos tãdẽ corroborat. Hinc eſt q̃d ueniẽs, uolebat ꝑterire diſcipulos: ut ad horã turbati, & continuo liberati, amplius ereptionis ſuæ miraculũ ſtuperent, & maiores gr̃as dño referrent. Idẽ fit in tẽpeſtatibus paſſionum, q̃ à ꝑfidis ingerunt̃. Vnde illud eccleſiæ, marty-
rij certamine deſudãtis: Quare me repuliſti? *Pſal. 42.*
Quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus? Sed quõ apoſtoli intelligere potuerũt dñm uelle ꝑterire eos, niſi quia in diuerſum ibat? Quis hoc myſtice nõ aduertit? Quõ ergo uolebat ꝑterire q̃s cõfirmauit, niſi q̃a illa uoluntas ꝑtereũdi, ad eliciendũ illũ clamorẽ ualebat, cui ſubueniri oportebat. M. R. A.

ET uidẽtes eũ ſupra mare ambulantẽ, turbati ſunt, dicẽtes: quia phantaſma eſt. & p̃ timore clamauerũt. Statimq; Ieſus locutus eſt eis, dicens: Habete fiduciã, ego ſum, nolite timere.

Nõ ſubiunxit q̃s eſſet, q̃a uel ex nota uoce poterãt eũ intelligere, uel ex hoc, q̃d eum ad Moyſen ita nouerãt locutũ: Hæc dicẽs filijs
Iſrael: Qui eſt, miſit me ad uos. Præ timore *Exo. 3*
nimiũ clamauerũt, quia magni timoris iudicium eſt cõfuſus clamor & incerta uox. Q̃d aũt turbati ſunt, dñm tñ uidentes ſupra mare ambulantẽ, myſtice inſinuat: quia ſępe fit, ut cũ aliq̃ ſubito diutinæ tribulationis oritur ſedatio, nõ ſtatim creditur uera liberatio. Ideoq; ꝑmanente priori formidine, intenſa ad
liberationẽ dirigatur orõ, quia ꝓpe eſt dñs in- *Pſal. 144*
uocantibus eũ. Quod uero dixerunt phantaſma eſſe, ſignificat quia quidã credentes diabolo, de Chriſti aduẽtu dubitabunt. Vnde,

Luc. 18. illud: Putas inueniat filius hominis fidẽ in terra? M.

RESpondens autem Petrus, dixit: Dñe, ſi tu es, iube me uenire ad te ſup aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcẽdens Petrus de nauicula, ambulabat ſup aquam, ut ueniret ad Ieſum. Vidẽs uero uẽtũ ualidũ uenientẽ, timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, clamabat, dicẽs: Dñe, ſaluũ me fac. Et cõtinuo Ieſus extendẽs manũ, apphendit eum. & ait illi: Modicę fidei, quare dubitaſti?

Hila. In Petro conſiderandũ eſt, fide eũ cęteros anteiſſe. Nam prę ceteris primus reſpondit: Tu es Chrs filius dei uiui. Primus paſſionẽ, dñi malũ putat, deteſtatus eſt. Primus & moriturũ ſe, & nõ negaturũ ſpopondit. Prim⁹ lauari ſibi pedes ꝓhibuit. primus gladiũ quoq; aduerſum eos q dñm cõprehẽdebãt, eduxit. Hiero. Qui putant corpus domini non eſſe uerũ, qa ſup aquas ambulauit: reſpondeant quomõ Petrus ambulauit, quẽ hoiem nõ negant. Cũ cœpiſſet mergi, animi fides ardebat, ſed humana fragilitas in profundũ trahebat. De domino quidem ſic ait Dionyſius in opuſculis de diuinis noib⁹: Ignoramus qͣliter de uirgineis ſanguinibus alia lege præter naturalem formabatur, & quaſi nõ infuſis pedibus corporale pondus & materiale onus habẽtibus, deambulabat in humidã & inſtabilem aquę ſubſtantiã. Mare eſt ſeculum. uẽtus & tempeſtas eſt unicuiq; ſua cupiditas. Seuit uẽtus, creſcunt fluctus, ſed tamen nauis ambulat. Qui enim perſeuerauerit uſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Amas deũ? ſub pedibus tuis timor ẽ ſeculi. Amas ſeculũ? abſorbet te. Cum fluctuat cupiditate cor tuũ, inuoca deũ. Quod aũt Petrus implorat ne mergatur, ſignificat quibuſdã tribulatiõibus etiã poſt ultimã perſecutionem purgari eccleſiã. Vnde illud Pauli:
1.Cor.3. Salu⁹ erit, ſic tñ qͣſi p ignẽ. M. R.

ET cum aſcendiſſent in nauiculam, ceſſauit uẽtus. A. M. R.

ET ſtatim fuit nauis ad terram quam ibant. M. R.

QVi autem in nauicula erant, uenerunt & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius dei es.

Beda. Non mirũ ſi aſcendẽte domino in nauim, ceſſat uentus: quia in quocunq; corde p gratiam ſui amoris adeſt, mox uniuerſa uitiorũ & aduerſãtis mundi & malignorũ ſpirituũ bella quieſcunt. Dominus in miraculo panũ, ſe conditorem rerũ oſtendit: in ambulando ſuper undas, ſe habere corpus liberũ ab omĩ grauedine peccatorum: in placando uentos undarumq; rabiem, ſe dominatorẽ elementorũ. Vbi autem ſui præſentia tranſit nauis de fluctu ad ſoliditatem portus, poſt ſuũ claritatis reditum æternæ eccleſiæ pax & tranquillitas indicatur. Et quia tunc manifeſtus in gloria adueniet, recte admirantes uniuerſi locuti ſunt: Vere filius dei eſt. Hila. M.
R. L.

Caput LXXXII.

ET cum trãsfretaſſent, uenerunt in terram Geneſar. Et cũ cognouiſſent eũ uiri loci illius, miſerũt in uniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omẽs male habentes, & rogabant eum ut uel fimbriam ueſtimẽti eius tangerent. & quicũq; tetigerũt, ſalui facti ſunt.

COgnouerunt eum rumore, quin etiam ꝓ ſignorum magnitudine plurimis facie notus erat. Fimbriã ueſtimenti eius, minimum mandatũ myſtice intellige, uel gratiarum diſtributionem. Vt eñ ex ueſte fimbria, ita ex Chriſto ſanctiſpiritus uirtus exit: quæ apoſtolis data, ſalutem his qui cõtingere cupiunt, ſubminiſtrat. Geneſar quippe idẽ eſt quod Geneſareth: ſed à uicinitate laci dicta eſt prouincia, terra Geneſar ſeu terra Geneſareth. Hiero. Hila. A.

ALtera die turba quę ſtabat trãs mare, uidit qa nauicula alia nõ erat ibi niſi una, & quia nõ introiſſet cũ diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abiſſent. Aliæ uero ſuperuenerunt naues a Tiberiade, iuxta locũ ubi manducauerũt panem, gratias agentes deo. Cum ergo uidiſſet turba quia Ieſus nõ eſſet ibi, neq; diſcipuli eius, aſcenderunt nauiculas, & uenerunt Capharnaum, quærentes Ieſum.

Aug. Turbę quæ adhuc erant trans mare, unde diſcipuli uenerant, inſinuatum eſt hoc miraculum, quod ſuper aquas Ieſus ambulaſſet, qa non fuerat ibi niſi una nauis, & in eam nõ intrauit Ieſus cum diſcipulis ſuis. Vnde ergo

factus eſſet trans mare, niſi ſup aquas ambu
laſſet? Vna nauis catholicã deſignat eccleſiã,
alię uero à Tiberiade superuenientes, quibus
turbę tranſportãtur, ſignificant conuentus eo
rum, qui non ſyncere quærunt Ieſum.

Et cũ inueniſſent eũ trãs mare, dixe-
Aug. runt ei: Rabbi, quando huc ueniſti?

Prçſentãt ſe turbis, à quibus ne raperetur,
in montẽ fugerat. quod confirmat nobis, o-
mnia illa facta in magno ſacramento eſſe.

Reſpõdit Ieſus & dixit: Amẽ amen
dico uobis, quæritis me, & nõ quia
uidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis
ex panibus & ſaturati eſtis.

Reſpondit, hoc eſt, poſt illorũ uerba ſub-
Aug. iũxit. Quã multi non quærũt Ieſum, niſi ut il
lis faciat bene ſecundũ tempus, ut fugientes
ad eccleſiã, quãdo premũtur à potẽtioribus.

Operamini nõ cibũ qui perit, ſed q
permanet in uitam æternam, quem
filius hominis dabit uobis.

Id eſt, quærite me propter me, nõ propter
aliud. Ipſe eſt eñ cibus quo uiuũt & angeli,
qui pmanet in uitã æternam, ut poſt aperte di
cet. Satagit igitur eorum ſatiare mẽtes, quo-
rũ ſatiauit & uẽtres. Vere filius hominis dat
cibum ſpiritualem. Vnde ſequitur:

Hunc enim pater ſignauit deus.

Quid eſt, ſignauit? Propriũ qddã dedit illi,
Aug. ne cęteris cõpararetur hominibus. ideoq; de il
Pſal.44 lo dictũ eſt: Vnxit te deus deus tuus oleo ex
ultationis p̄ participibus tuis. Ergo ſignare,
eſt exceptũ habere p̄ participibus ſuis: quia
qui eſt filius hominis, eſt filius dei.

Dixerunt ergo ad eum: Quid facie-
mus ut operemur opera dei?

Quia intellexerũt cibũ illũ eſſe opus dei,
quęrũt qd opãdo, hoc p̄ceptũ facere poſſint.

Reſpondit Ieſus & dixit eis: Hoc eſt
op9 dei, ut credatis in eũ quẽ miſit ille.

Hoc eſt, manducare cibum qui permanet
Aug. in æternum. Vt quid paras dentes & uentrẽ?
Crede & manducaſti.

DIxerunt ergo ei: Quod ergo tu
facis ſignũ, ut uideamus & cre
damus tibi? Quid operaris?

Sciebãt magnũ eſſe quod de quinq; pani
Aug. bus fecerat, ſed huic cibo p̄ferebãt mãna. Mo
nebat inſuper quia plus Ieſus ꝑmittebat quã
Moyſes, præpõnẽs ſe illi promittendo cibũ
permanentem in uitam æternam.

PAtres noſtri mãna mãducauerũt Exo.16.
in deſerto, ſicut ſcriptũ eſt: Panẽ
de cælo dedit eis manducare.

Quaſi dicant: Ne paruum quid putes man
na, quod pſalmus uocat panem cæli. Pſal.77

Dixit ergo eis Ieſus: Amẽ amẽ dico
uobis, nõ Moyſes dedit uobis panẽ
de cælo, ſed pať me9 dat uobis panẽ
de cælo, Ver9 panis eſt, qui de cælo
deſcẽdit, & dat uitã mũdo. Pať meus
dat uobis panẽ uerũ. Panis eñ dei
eſt, qui deſcendit de cælo & dat uitã
mundo.

Panis de cælo, eſt uerbũ dei, cui9 egreſſio Pſal.18
à ſummo cælo, id eſt, à patre. & uerti ť in lac,
dũ deſcẽdit in carnẽ, quod fuit deſcendere de
cælo. Moyſes uero nõ ſic de cælo, ſed de ae-
re dedit mãna, in figura huius ueri panis cor
da uiuificãtis. Angeli purũ uerbũ ſolidum
cibũ comedũt, nos idẽ uerbũ, ſed in lac uer-
ſum: quia ſi nõ poſſumus comedere, poſſu-
mus ſugere. Niſi eñ incarnareť, à nobis non
agnoſceretur, a nobis non guſtaretur.

Dixerũt ergo ad eum: Domine, ſem
per da nobis panem hunc.

Panẽ qui eos reficeret q̃rebant, & qui non Aug.
deficeret. ſicut Samaritana uolẽs carere indi
gentia aquæ, corporalem intelligebat aquã, Ioh.4
de qua dominus dicebat, quod qui eam bibe
ret, non ſitiret in æternum.

DIxit aũt eis Ieſus. Ego ſum panis
uitæ. Qui uenit ad me, nõ eſu-
riet: & qui credit in me, nõ ſitiet unq̃
Sed dixi uobis quia uidiſtis me, &
non credidiſtis.

Sicut uenire ad Ieſum, eſt credere in eũ: ita
nõ eſurire & nõ ſitire, ſignificat eandẽ uicę æ-
ternã ſatietatẽ. Dixi quia ſum panis reficiens.
ſed ad improperiũ uræ incredulitatis dixi, qa
uidetis & nõ creditis. & ita eſt culpa ura. Qđ
aũt uenit alij q̃s recipio, ex gr̃a eſt. Vñ ſeqť:

OMne qđ dat mihi pater, ad me
ueniet: & eum qui uenit ad me,
non eijciam foras.

Pater dat filio. i. trahit illos qui propterea
credũt in filiũ, quia eũ cogitant prẽm habere
deũ. Tales ergo nõ eijcienť foras, ſed int9 ma
nebunt in ſecreto beatitudinis. Vnde dr̃: In
tra in gaudiũ dñi tui. Superbi uero quoq; eſt Mat.25
foras eijci, nihil habent neq; hic, neq; in futu

ro, in interiori bono mentis, id eſt, in gratia, diffuſa per ſpiritũſanctũ in cordib⁹ noſtris. & hoc inde prouenit, quia ſuã, nõ dei uoluntatẽ faciunt. Humilis uero non omittit facere uoluntatẽ dei, ꝓ ſua, & ideo nõ eijciã foras mihi hærentẽ humilẽ, qa ueni facere nõ meã uoluntatem ſolummodo, ſed etiam uoluntatem patris. Et hoc eſt quod dicit:

A. 57. M. 101. R. 176. L. 84.

QVia deſcendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me.

Aug. Deſcẽdi de cælo deus factus homo, ut humilem deum ſequatur ille, quem puderet ſequi humilem hominem.

Hæc eſt autem uoluntas eius qui miſit me, patris: ut omẽ quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.

Dati ſunt ei humiles, in quo fit prima reſurrectio, dũ aĩa deũ cognoſcit. Nõ pdit ex eis omibus quenq̃, quod eſſet, ſi foras eijceret. ſed glorioſe reſuſcitabit illũ in ſcda reſurrectiõe. Tumẽtes qdẽ peunt, ſed de puſillis nihil. unde alibi: Non eſt uoluntas dei, ut pereat unus de puſillis. Mat. 18.

Hæc eſt enim uoluntas patris mei qui miſit me, ut oĩs qui uidet filiũ, & credit in eũ, habeat uitã ęternã. Et ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.

Per me mediatorem uult dare pater credentibus uitã utrãq;. Qui eñ uidet & credit in me, qui ſum uita ſicut & pater: iã habet in mente uitã, & in corpore reſuſcitabiť. Hinc ait: Qui uidet filiũ & credit in eũ. & alibi: qui audit uerbũ meũ, & credit ei q miſit me, habet uitã æternã, qa qui credit in filiũ, credit in patrem, & econuerſo. & ſicut pater habet uitam in ſeipſo, ſic & filius in ſeipſo. Ioh. 5.

A. 58. M. 141. R. 10. L. 19.

MVrmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet, ego ſum panis qui de cęlo deſcendi. Et dicebãt: Nõne hic eſt Ieſus fili⁹ Ioſeph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? Quomõ ergo dicit hic qa de cęlo deſcẽdi?

Iſti à pane de cælo, longe erant: auribus apertis, ſurdi erant: uidebant, & cæci ſtabãt. Panis quippe iſte, interioris hominis eſuriẽ qrit. Vñ alibi: Beati q eſuriũt & ſitiũt iuſtitiã. Mat. 5. Daturus ergo dñs ſpm ſctm, dixit ſe panẽ q de cælo deſcẽdit, hortans ut credamus in eũ. Credere eñ in eũ, hoc eſt manducare panẽ uiuũ: & inuiſibiliter ſaginať, q inuiſibiliter renaſcit, int⁹ nouellať, & intus ſatiať. A. 59.

REſpõdit ergo Ieſus & dixit eis: Nolite murmurare inuicẽ. Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater q miſit me, traxerit eũ. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Aug. Quẽ trahat pater, quẽ nõ: quare illũ trahat, quare illũ non: noli uelle iudicare, ſi non uis errare. Nec iſta tractio habet uiolentiam, ſed uolũtatis exercitationẽ. Intrare aliquis eccleſiã poteſt nolens, accipere ſacramentum põt nolens: ſed credere non põt niſi uolẽs. Tractus eſt Petrus à patre tñ per filium incarnatum, cũ ait: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Mat. 16. Audiuit eñ: Beatus es Simon bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cęlis eſt. Iſta reuelatio, ipſa ẽ attractio. Ramũ uiridẽ oñdis oui, & trahis illã. Nuces mouſtranť puero, & trahitur. Vnde dicitur: Virgil. in Bucol.

Trahit ſua quenq; uoluptas.

Nos ergo non ui, ſed cordis uinculo à deo trahimur. Reſuſcitabo eũ, ut uideat quod credit, manducet quod eſurit, habeat quod deſiderat, dum trahitur.

Eſt ſcriptũ in ꝓphetis: Et erũt omes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me.

Albi. In ꝓphetis, id eſt, in aliquo ꝓphetarũ uel pluraliter in ꝓphetis. quia Ioel ponit uerba, & alij cũ eo ſententiã. Iere. 31. Oẽs hoĩes illis regni, id eſt, Chriſtianę fidei, erunt docibiles dei, quia & ſi hoĩes foris loquãtur, tñ ſolus deus intus ſenſum aperit, int⁹ inſtruit ꝟitatis agnitione & amore. Et ita quicunq; audit & diſcit à patre, uenit ad me. Sed ne qs ſe excuſet ſic, nũq uidi patrem, quomodo diſcã ab eo? ſubdit:

A. 60. M. 142. L. 29.

NOn quia patrẽ uidit qſq̃, niſi is qui eſt a deo, hic uidit patrem.

Ego uidi patrẽ, nõ uos. & tñ nõ uenietis ad me, niſi tracti à patre. Trahi à patre, eſt diſcere à patre. diſcere à patre, eſt audire à patre. audire à pr̃e, eſt audire ꝟbũ pr̃is. i. me. A. 61. Aug.

AMen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternã.

Hoc eſt, habet me qui ſum uita æterna. Reuelare ſe uoluit quid eſſet, uiuẽ uita. Eſt autem credere in deũ, per fidẽ & dilectionẽ connecti illi & tendere in ipſum imitando eum.

A. 61. M. 64. R. 185. L. 206.

Ego ſum panis uitæ.

Paſcit uere,donec paſtos iungat uitæ.
A. ſc

PAtres uři manducauerūt in deſerto māna,& mortui ſunt. Hic eſt panis de cęlo deſcēdēs,ut ſi quis ex ipſo manducauerit,nō moriatur.

Vnde ſuperbitis? An qa patres māducauerunt māna? Quare mortui ſunt? Quia quod
Aug. uidebant,credebant: qđ non uidebant,non
intelligebant. Bene ergo dicuntur patres ueſtri,quia ſimiles illorum eſtis. De morte animæ loquit.nā corporaliter oēs mortui ſunt,
& iuſti & iniuſti. Iuſti aūt non ſcđm animam
mortui ſunt,quia uiſibilē cibū ſpūaliter intellexerunt,ut Moyſes & Aaron. Nos etiā hodie uiſibilem cibū accipimus,ſed aliud eſt ſacramentū,aliud eſt uirtus ſacramenti: quod
1.Cor.11. multi de altari accipiūt,& moriuntur. Vnde
Apoſtolus: Iudiciū ſibi manducat & bibit.
Non buccella dñica uenenū fuit Iudæ, cū in
Ioh.13. cum inimicus intrauit,ſed bonū male malus
accepit. Ergo panem cæleſtem ſpiritualiter
manducate. hunc panem ſignificauit manna,
hunc panem ſignificat altare dei. Sacramenta in ſignis diuerſa ſunt: in re quæ ſignificať,
paria ſunt. Audi Apoſtolum. Patres noſtri
1.Cor.10 omnes ſub nube fuerūt,& oēs per mare trāſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt in
nube & in mari,& omnes eandem eſcā ſpūalem manducauerunt. Spūalem utiq; eandem.
nam corporalē alterā. ſed pr̄es noſtri,nō patres illorū. Et adiungit: Et oēs eundem potū
ſpiritualem biberūt. Aliud illi,aliud nos. ſed
ſpecie uiſibili,quod tamē hoc idē ſignificaret
uirtute ſpūali. Quō eūdē potū? Bibebāt inqt,
de ſpirituali cōſequente eos petra. Petra aūt
erat Chriſtus. Inde panis, inde potus. Petra
Chriſtus in ſigno,uerus Chriſt⁹ in uerbo &
in carne. Et quō biberūt? Percuſſa eſt petra
de uirga bis, qđ ſignificat duo ligna crucis.
Hic eſt ergo panis de cælo deſcendēs,ut ſi qs
ex eo māducauerit,nō moriať in æternū,ſed
quod pertinet ad uirtutē ſacramēti,nō ad uiſibile ſacramentū, qui māducat in corde, nō
qui premit dēte. Hic.i.in hoc loco eſt panis,
& cōſequenter determinat quis panis.
A. 65/1 M. 284 R. 165 L. 266.

EGo ſum panis uiuus qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane,uiuet in æternum.

Talē ſe exhibuit panis uiuus,id eſt,uiuificans & æternus deſcendendo in terram, ut
panem angelorum manducaret homo. Ipſa
eñ ueritas,ſapientia, uirtus dei, cibus eſt angelorum & hominum. Qui ergo fide & dilectione manducauerit ex hoc pane cæleſti, &
ei ſe counierit, in æternum uiuet per iuſtitiā
& ueritatem & ſapientiam.

Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita.

Hoc qñ caperet caro,quod dixit panē carnem? Vocatur caro,quod non capit caro. &
ideo magis non capit caro, quia uocatur caro. Iuxta quod Auguſtinus & Albinus exponūt,& panē & carnē ſuā uocat hic dñs fideliū ſocietatē in corpore ſuo,quod eſt eccleſia. Panē, qa eccleſia quotidie reficit quos recipit: & in ea quo uſq; ad plenā ſocietatē perueniant, alter alterū uerbo & exemplo paſcit.
Vnde dñs ad Petrū: Paſce oues meas. Caro Ioh.21.
aūt Chři,eccleſia dicit: qa incarnatiōi uerbi fi Aug.
de & ſacramētis unita,uiuit de ſpū Chři. Sicut eñ corpus uniuſcuiuſq; hoīs uiuit de ſpiritu ſuo.i.de aīa ſua,ita fideles animæ uiuunt
de ſpūſctō. Vnde Paulus: Qui non habet ſpi Roma.8.
ritū Chři,hic non eſt eius. A. 66/X

LItigabāt ergo Iudæi ad inuicem, dicētes: Quomō pōt hic carnē ſuam nobis ad manducandum?

Ideo litigabant,qm̄ panē concordiæ non Hiero.
intelligebant. Vnus panis,u nū corpus, ſiue
una caro Chři, multi ſumus. Vis ſcire quō
cū Chřo unum corpus efficiamur? Si credis
quomō apoſtoli crediderunt,unum cum eis
corpus Chři efficeris. In hoc (ut ait Iohānes)
intelligimus quod in eo manemus & ipſe in
nobis, qm̄ de ſpū ſuo dedit nobis. Qualiter
quoq; panis unus efficiamur, Auguſtinus
docet in ſermone de ſacramentis fideliū, feria ſcđa paſchæ: Cōportati,inqt, eſtis laboribus boū.i.annūciātiū euangeliū,triturati eſtis,
qñ catechumeni facti fuiſtis. in horreo ſeruati eſtis,qñ noīa uřa dediſtis. moli cœpiſtis ieiunijs & exorciſmis. ad aquā ueniſtis,qñ cōſperſi in baptiſmo,unū facti eſtis. accedente
feruore ſpūſcti cocti eſtis,& ita facti dñic⁹
panis. Quomō ergo unū facti eſtis,ſic unum
eſt ote,unam fidem tenendo,unā ſpem, indiuiduā charitatem. Quod aūt ad inuicem liti- Aug.
gantes quærunt, quomō poſſit dñs carnem
ſuam dare ad manducandum,non ſtatim audiunt: ſed adhuc eis dicitur,unde magis moueantur. Dixit ergo eis Ieſus:

Amen amē dico uobis,niſi manducaueritis carnem filij hoīs & biberitis eius ſanguinem,non habebitis uitam in uobis.

Aug. Quō detur & quiſnam modus ſit māducandi iſtum panem, ignoratis: ueruntamen niſi māducaueritis, nō habebitis uitam in uobis. Et ne iſtā uitam intelligerent, adiunxit:

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitā æternam.

Aug. Qui non manducat carnem dn̄i, nec bibit eius ſanguinem, nō habet uitam in ſe: & qui manducat & bibit, habet uitam. Non eſt ita in temporali eſca: nam qui eam nō ſumit, nō uiuet. nec tn̄ qui eam ſumit, uiuet. Cibū & potum, qui dat uitam æternā, uult intelligi dn̄s ſocietatē corporis & membrorū ſuorū, quod eſt eccleſia in prædeſtinatis, uocatis, iuſtificatis, glorificatis. Quorū primum iam factū eſt. i. prædeſtinatio. ſecundum & tertium factum eſt & fit & fiet. i. uocatio & iuſtificatio. quartum uero nunc in ſpe eſt, in re autē futurum. i. glorificatio. Huius rei ſacramentum, . i. unitatis corporis & ſanguinis Chriſti, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierū in dn̄ica menſa præparatur, & de menſa dn̄i ſumitur: quibuſdam ad uitā, quibuſdā ad exitium, Res uero cuius ſacramentum eſt, omi hominiad uitam, nulli aūt ad exitium.

Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die.

Hoc ſubiecit, ne cogitarent non mori corporaliter.

A. 67. M. 84. R. 165. L. 206.

Caro enī mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus.

Aug. Cum cibo & potu id appetūt hoīes, ut nō eſuriāt neq; ſitiant: hoc ueraciter nō præſtat niſi iſte cibus & potus, qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit. i. ſocietas ipſa ſanctorū, ubi pax erit & unitas perfecta. Propterea quippe, ſicut etiam ante nos intellexerunt hoīes dei, Chr̄s corpus & ſanguinem ſuum in eis rebus cōmendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Aliud nanq; in unū ex multis granis cōficitur, aliud in unū ex multis acinis confluit. A. 67.

Qui manducat meā carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo.

Aug. Iam exponit quid ſit manducare carnem eius, & bibere ſanguinē eius, hoc eſt, manducare illā eſcam & illum bibere potū: in Chriſto manere, & illū manentē in ſe habere. Ac per hoc qui non manet in Chriſto, & in quō non manet Chriſtus, proculdubio nec manducat eius carnē, nec bibit eius ſanguinē, etiā ſi tantæ rei ſacramentū ad iudiciū ſibi manducet & bibat. Manducare & bibere, plena refectio nobis eſt. & p carnē Chr̄i, eccleſiā intelligim⁹: ut ſupradictū eſt: p ſanguinē quoq; Chriſti, eccleſiā intelligimus: quia ſanguis ſedes animæ eſt, & eccleſia quodammō ſedes ſpiritusſancti, qui eſt quaſi aīa oīm animarū fidelium. Manducamus ergo carnē Chriſti & ſanguinē ei⁹ bibimus, ſi maxime & ſingulariter gaudemus de participatione eccleſiæ, in qua Chriſtus tanq̄ caput, & ſpūſanctus quaſi aīa in qua ſacramētorū cōmunio & pctōrū remiſſio. Poſſunt q̄q; ad perſonā Chriſti ſingulariter hæc ita referri: Panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Tale eſt q̄d dicit: Refectio quā propono, ut ad ſatietatē ſcz diuinæ contemplationis perducat, eſt incarnatio mea, facta ut mundus uiuat. Niſi manducaueritis carnē filij hoīs, & biberitis eius ſanguinē, nō habebitis uitā in uobis. hoc eſt, niſi reficiamini in fide incarnatiōis, ad uitā æternam nō perueniẽtis. Per ſanguinē, intellige animā, q̄ ſanguis ſedes animæ ſit. Qui māducat meā carnem & bibit meū ſanguinem, habet uitam æternā. Ac ſi dicat: Qui mentē ſuā lætificat & paſcit, quia carnē & animā ſumpſi ut totū hominem ſaluū facerem, in uia ſalutis eſt. Leui. 17. M.

Ambr. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Id eſt, per carnem meā & ſanguinem dabo uerā ſatietatem, ſufficiētem uidelicet atq; æternā. Caro enim ſaluatoris, pro ſalute noſtri corporis oblata, ſanguis uero pro anima noſtra effuſus eſt: ut nos in anima & corpore ſaluos faceret, ſicut præfiguratū fuit à Moyſe. Caro, inquit, pro corpore ueſtro offeret, ſanguis uero pro anima: ideoque nō manducandū ſanguinem. noſtro

M. Inde igitur nobis cibus & potus ſpūalis, inde uox iubilationis & ſonus epulantis: quia ſine intermiſſione quadā, mentis maſticatiōe ruminamus carnem Chriſti & ſanguinē precium eſſe noſtræ redemptionis, & uiam uitæ immortalitatis, in qua nec ſitis nec eſuries erit. Animal autem quod nō ruminat, immundū eſt. Auguſtinus libro tertio de doctrina chriſtiana: In locutionibus figuratis ſeruabitur hæc regula, ut tandiu uerſetur diligenti cōſideratione quod legitur, donec ad regnū charitatis interpretatio perducatur. Niſi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis & ſanguinē biberitis, non habebitis uitam in uobis. Facinus & flagitium uidetur iubere. figura eſt; præcipiens paſſioni dominicæ eſſe communicandum, & ſuauiter atq; utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & uulnerata ſit. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet per conformationem uitæ, &

ego in illo per inhabitantē gratiam, profectō fides in corde tuo, eſt Chriſtus in corde tuo.

Sicut miſit me uiuēs pr̄, & ego uiuo propter patrē. Et qui manducat me, & ipſe uiuet propter me.

Pater me æqualem ſibi miſit. i. hominē fe-
Aug. cit. Vt ergo ad illum tanq̄ maiorē referam ui-
tam meā, exinanitio mea fecit, in qua me mi-
Phil. 2. ſit. Manducamus eum. i. accipimus ipſum ui-
tam æternam. Vel uiuit filius propter patrē, quia ipſe eſt ex patre. Sicut enim pr̄ nō eſt indigens uita, ſic filius non indiget alterius uitæ. Vtriq; enim ſunt una uita, q̄a unus deus.

Hic eſt panis qui de cælo deſcēdit. Non ſicut mādūcauerūt pr̄es ueſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.

Hic. i. In hoc loco: uel hic, ſcȝ filius hoīs, de q̄ ſupra, eſt panis de cælo. Nō ſic morient̄ in uia, qui me cęleſtē panē māducant, ſicut pr̄es uēſ manducauerunt manna, & mortui ſunt.

Hæc dixit in ſynagoga, docēs in Capharnaum. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerūt: Durus ē hic ſermo. Quis poteſt eum audire?

Ideſt, ei obedire? Mouētur diſcipuli: quid
Aug. ergo inimici? Ecce uentilatur triticū, ſed ſecretum dei infectos debet facere, nō auerſos. Verba quidē dn̄i ita ſunt p̄funda, ut oēs perverſos perturbēt, oēs rectos auditores exerceant. Sic apud ſe diſcipuli dixerunt de duritia ſermonis domini, ut ab eo non audirentur. Vnde ſequitur:

Sciens autē Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis: Hoc uos ſcandalizat?

Aug. Hoc, ſcilicet quia dixi, carnē meam do uobis manducare & ſanguinem meum bibere.

A. 69. M. 116. R. 111. L. 197.

SI ergo uideritis filium hominis aſcendentem ubi erat prius.

Hinc ſoluit, quod illos mouerat. Hinc ape-
Aug. rit, unde fuerant ſcandalizati. Hinc plana, ſi intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus ſuū. Ille aūt dixit ſe aſcenſurū in cælum utiq; integrum. Cum uideritis filium hoīs aſcendentē ubi erat prius, certe uel tunc uidebitis: quia nō eo mō quo putatis, erogat corpus ſuū. Certe uel tunc intelligetis, q̄a gr̄a eius nō cōſumitur morſibus. Nulla q̄ſtio hic eſſet, ſi ita dixiſſet: Si uideritis filiū dei aſcendentē ubi erat prius. Nunc aūt dixit filium hoīs. Nunquid filius hoīs qui in terra eē
cœpit, ut illud, Veritas de terra eſt, & iuſtitia Pſal. 84.
de cælo proſpexit, in cęlo erat prius? Alio aūt
loco ait: Nemo aſcendit in cælū, niſi qui de cę- Ioh. 3.
lo deſcendit, filius hoīs qui in cęlo eſt. Hic n̄o dixit, erat, ſed eſt: & tn̄ cum hoc dixit, in terra loquebatur, & nō dixit, filius dei, ſed filius hoīs. Quod totum ad hoc pertinet, ut intelligamus unā perſonā eē Chr̄m deū & hoīem. Chriſtus nanq; unus, eſt uerbū, anima, caro: & ſecundū unitatē perſonæ, ſic erat filius hominis in cælo q̄n in terra loquebatur: quō filius dei erat in terra in ſuſcepta carne, fili⁹ hominis in cælo in unitate perſonæ.

A. 70. M. 117. R. 118.

SPiritus eſt qui uiuificat, caro nō prodeſt quicquam.

Eo mō quo illi intellexerunt, nō prodeſt. Aug.
Carnē quippe ſic intellexerunt, quō in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quō ſpū uegetatur. Proinde ſic dictum eſt, ca-
ro non prodeſt quicq̄: quō dictum eſt, ſcien- 1. Cor. 8.
tia inflat. Sciētia nanq; ſine charitate inutilis eſt: eodem mō caro ſine ſpū. A. 71.

VErba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt.

Hoc eſt, ſpiritualiter intelligenda ſunt.

Sed ſunt q̄dā ex uobis q̄ nō credūt.

Quia nō credunt, ideo nō intelligunt. ut Aug.
ait p̄pheta: Niſi credideritis, nō intelligetis. Iſa. 7.
Per fidē copulamur, p̄ intellectū uiuificamur. Prius hæreamus per fidē, ut ſit quod uiuificetur per intellectum. A. 72.

ET dicebat: Propterea dixi uobis quia nemo pōt uenire ad me, niſi fuerit ei datum a patre meo.

Fides enim non eſt à ſe quaſi propria, ſed à deo tanquam gratia.

Ex hoc multi diſcipulorꝫ eius abierunt retro, & iam nō cū illo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire?

A. 73. M. 166. R. 81. L. 94.

REſpōdit ergo ei Simō Petrus: Dn̄e, ad quem ibimus. Verba uitæ æternæ habes, & nos credidimus &
cognouimus q̄a tu es Chr̄s filius dei. Aug.

Recreante ſpirituſancto, intellexit Petrus. Verba uitę æternę habes. i. uitā æternā habes in adminiſtratione corporis & ſanguinis tui. Credidimus, ut cognoſcerem⁹. nam ſpiritus cognoſcere, deinde credere uellem⁹, nec co-

gnoſcere nec credere ualeremus. Quid cre-
didimus? quia tu es Chriſtus filius dei, id eſt,
quia ipſa uita æterna tu es, & non das in car-
ne & ſanguine tuo niſi qđ es. Vnus ꝓ omni-
bus loquebatur. A. ⁷¹⁄ₓ

Reſpondit eis Ieſus: Nonne uos
duodecim elegi, & unus ex uo-
bis diabolus eſt? Dicebat autem de
Iuda Simonis ſcariothis. Hic enim
erat traditurus eum, cum eſſet unus
de duodecim.

Reſpondit cauſa probandi eos. ad ꝑmanẽ
dũ elegit duodecim electione illa, qua dicit.
Mat. 20 Multi uocati, pauci electi. Iudã uero elegit. i.
uocauit, ut per eum diſpẽſatio diuinæ miſeri
cordiæ in ſalutẽ mundi impleret. Vñ boni-
tas dei bene utebat malitia illius, ſicut in uen
Gene. 37 ditiõe Ioſeph bene uſus eſt malitia frm. E cõ
tra mali utunt bonis dei ad malũ, ſicut igne,
Gen. 50. aqua & cæteris. Iudas ergo cũ perijt, ſe exter
minauit, nõ numerũ ſacratum uiolauit. Hoc
totũ quod de corpore ſuo & ſanguine dñs lo
cutus eſt, & quod in eius diſtributiõis grã ui
tã nobis promiſit æternã: & qđ hinc uoluit
intelligi, manducatores & potatores carnis
& ſanguinis ſui ut in illo maneãt & ipſe in il
lis: & qđ non intellexerũt, q nõ crediderũt:
& qđ ſpũalia carnaliter ſapiẽdo, ſcãdalizati
ſunt: & quod eis ſcandalizatis & ꝑeuntibus,
cõſolationi dñs affuit diſcipulis q remanſe-
rũt: hoc inquã totũ dilectiſſimi ad hoc nobis
ualeat, ut carnẽ & ſanguinẽ Chriſti non eda-
mus tantũ in ſacramẽto, qđ multi faciũt ma-
li. ſed uſq; ad ſpiritus participationẽ mandu
cemus & bibamus, ut in dñi corpore tanquã
mẽbra maneamus, ut eius ſpũ uegetemur, &
non ſcandalizemur, etiã ſi multi mõ nobiſcũ
manducant & bibũt tẽporaliter ſacramẽta,
qui habebũt in fine æterna tormenta. Modo
enĩ corpus Chri mixtũ eſt tanq̃ area, ſed no-
2. Ti. 2. uit dñs qui ſunt eius. Notandũ q̃ nõnulli do
ctores aliq̃ de ꝑdictis incidenter ad altaris ſa-
cramẽta referunt, ſed in cõtinua expoſitione
nullus. In cẽteſimo autẽ quinq̃geſimo ſexto
capitulo huius operis proprie habetur de ſa
crificio altaris. L. ⁷⁵⁄ᵥ M. ²⁷⁶.

Caput LXXXIII.

Rogauit autem illum qui-
dam phariſæus, ut prãde-
ret apud ſe. & ingreſſus,
recubuit. Phariſæus autem cœpit in
tra ſe reputans dicere, quare non ba
ptizatus eſſet ante prandium.

Aug. Id eſt, lotus more Iudæorum. Phariſæi uo-
cabantur nobiliores atq; doctores Iudæi.

Et ait dominus ad illum: Nunc uos
phariſæi quod de foris eſt calicis &
catini, mundatis. quod autẽ intus eſt
ueſtrũ, plenũ, eſt rapina & iniq̃tate.

Mũditiam carnis exterius obſeruatis, & Ambro.
animæ turpitudinem retinetis. Calix eſt uas & Beda.
uitreum: catinum, fictile de terra. Per hæc ſi-
gnificat fragilitas humani corporis, in quo
exterius prætendunt ſanctitatẽ & ſimulãt iu
ſtitiã, ſed intus ſunt uitiorũ ſorde deformes.

Stulti, nonne qui fecit quod de foris
eſt, etiam quod de intus eſt fecit?

Qui utrãq; hominis naturam fecit, utrãq;
mundare deſiderat. Hoc dicitur contra Ma-
nichæos, qui animam tantũ à deo, carnem ue
ro putant à diabolo creatam. Hoc etiam con
tra illos, qui corporalia peccata, fornicatio-
nem uidelicet, furtũ, rapinam, quaſi grauiſſi-
ma deteſtantur, ſpiritualia uero, quæ nõ mi- Col. 3.
nus damnat Apoſtolus, iram ſcilicet & ſuper
biam & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitꝰ,
ut leuia contemnunt.

Veruntñ quod ſupeſt, date eleemo
ſynã, & ecce oĩa mũda ſunt uobis.

Quod neceſſario uictui & ueſtimento ſu
pereſt, date pauperibus, iuxta præceptũ Io- Luc. 3.
hannis: Qui habet duas tunicas, det non ha
benti. Vel ita: Quod ſupereſt, remediũ facite
de ueſtro ſcelere. Date eleemoſynã, q̃ ſicut
aqua extinguit ignẽ, ita eleemoſyna extĩguit Eccle 3.
peccatum. Qui uult ordinate dare eleemoſy-
nam, à ſe ipſo debet incipire, & eam ſibi pri-
mum dare .i. miſericordiam ſibi facere. Eſt
enim eleemoſyna opus miſericordiæ, ueriſſi
meq; dictum eſt, Miſerere animæ tuæ placẽs Eccle. 30
deo. Prima eleemoſyna eſt, cum renaſcimur.
ſecunda, quicquid boni poſtea facimus. Mũ-
datis ergo cordibus ꝑ fidem, mũda ſunt oĩa,
id eſt, nulla coinquinant mentem. R. ⁷²⁄ₓ

Caput LXXXIIII.

Phariſæi & q̃dam de ſcribis,
uenientes ab Hieroſolymis,
cũ uidiſſent quoſdam ex diſcipulis
cõmunibus manibus (.i. nõ lotis) mã
ducare panes, uituperauerunt dicẽ
tes: M. ⁷⁴. R. ⁷².

Qvare diſcipuli tui tranſgrediũ-
tur traditionẽ ſeniorũ? Non enĩ
lauant manus ſuas cũ panẽ mãducãt. Beda.

Phariſæi ſpũalia uerba carnaliter intelligẽ 1. ſal. 1.
tes, Lauamini, mundi eſtote: &, Mundamini Iſai. 52.

qui fertis uaſa domini, non recte accipiebãt
hanc munditiam. Nam hoc dictũ eſt de cor
dis & operis caſtigatione, & nõ ſolum de la
uando corpore, ut ipſi putabant. Igitur aqua
exterius loti, conſcientiæ liuore polluti, non
ad uerbum audiendum, non quaſi ad medi-
cum, ſed ad quæſtionum pugnas concurrũt.
De non lotis itaq; manibus corporis uitupe
rant diſcipulos, cum in operibus eorum ni-
hil immunditiæ inueniant. Animarum nan-
que manus. i. opera, ſolicite lauabant. Com-
munia quidẽ uocabãt Iudęi omnia immũda.

Ipſe autem reſpondẽs, ait illis: Qua-
re & uos tranſgredimini mandatum
dei propter traditionem ueſtram?

Cum uos præcepta dei, propter traditio
nem hominum negligatis, quare meos diſci
pulos arguitis, quod ſeniorum iuſſa paruipẽ
dant, ut dei ſcita cuſtodiant?

Exo. 20 Nam deus dixit: Honora patrem &
Exo. 21 matrem. & qui maledixerit patri uel
matri, morte moriatur.

Honor in ſcripturis, non tantum in ſalu-
tationibus & officiis deferendis, quantum in
eleemoſynis & munerum oblatione ſentit.
Vnde Apoſtolus: Honora uiduas quæ uere
1. Tim. 5. uiduæ ſunt. Hoc eſt, da eis. Qui ergo debitis
obſequiis parẽtes indignos iudicauerit, mor
te morietur æterna.

Vos autem dicitis: Quicũq; dixerit
patri uel matri, munus quodcunq;
eſt ex me, tibi proderit. & non hono
rificauerit patrẽ ſuũ aut matrẽ, & ir-
ritum feciſtis mãdatum dei propter
traditionem ueſtram.

Præceperat dominus imbecillitati & pe-
nuriæ parentum conſulens, ut filii eos hono
rarẽt in neceſſariis etiam uitę. Hanc legẽ pha
riſæi ſubuertentes, ut impietatẽ ſub nomine
pietatis inducerent, docuerũt filios melius fa
cere, ſi deo uero patri uouerent ea quæ parẽ-
tibus offerenda erant. Vnde ipſi parẽtes ege
ni fiebant, & oblatio liberorũ ſub occaſione
dei in lucra ſacerdotũ cedebat. Sic lege lite-
M. ram: Deus iuſſit, per Moyſen ſcilicet, hono-
rari parentes: ſed quicunq; dixerit patri uel
matri &c. uos illud dicitis: quia quicunque
hoc dicat, uos illum inſtruitis ad dicendum.
Vos, inquam, in hoc inſtruitis malos filios,
ut dicant: O pater, o mater, munus quodcun
que eſt ex me oblatum, ſubaudis in templo, ti
bi proderit in aĩa. Vel ita: Filios dicere parẽ
tib' cõpellitis, munus q̃dcunq; eſt ex me of-
ferendum deo, in tuos conſumo cibos. tibiq;
prodeſt o pater & mater, ut timeant accipere
deo conſecrata, ne ſacrilegii crimen incur-
rant. uel ita poteſt legi ſub interrogatione:
O pater, o mater, munus quod ex me tibi da
tur ad uictum & ueſtimentum, proderit tibi
ad ſaluãdam animam? Minime, quia tu non
curas niſi de corpore. Aliter: Iuuenes cũ da-
mno & dedecore parentum præſumẽtes of
ferre, inſtinctu ſacerdotum dicebant: Mun'
quod eſt pro me, proderit tibi pater, non tu
illud offeras. Ac ſi dicerẽt: Ad illam ætatem
peruenimus, ut iam ſacerdotum iudicio pro
nobis ipſis offeramus. R. ℞

PHariſæi enim & omnes Iudæi ni
ſi crebro lauent manus, nõ man
ducãt, tenentes traditiones ſeniorũ.
& a foro, niſi baptizentur, nõ come-
dunt, & alia multa quæ tradita ſunt
illis ſeruare, baptiſmata calicum &
urceorum & æramentorum & lecto
rum, & alia ſimilia his faciũt multa.

A foro, ſubaudis redeuntes, niſi lauentur, Beda.
non comedunt. fruſtra ſic baptizantur, dum
in nomine ſaluatoris non abluuntur. bapti-
ſmata urceorum & calicum dicit ablutiones
uaſorũ, quas faciunt Iudæi, ut ipſi mũdi uide-
antur in corpore, non curantes peccata infi-
delitatis à ſe expellere. At uero in uanum ua
ſorum baptiſmata ſeruant, qui cordium ſuo-
rum & corporum ſordes negligunt. Vnde 1. The. 4
Paulus: Voluntas dei eſt, ut abſtineatis uos
à fornicatiõe, ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum ſu
um uas poſſidere in ſanctificatione & hono
re. Superſtitioſa hominum traditio pręcepit
ſæpius lauari ob manducandum, & alia hu-
iuſmodi inutilia: ſed neceſſaria doctrina ueri
tatis iubet eos qui panem uitæ mãducare de
ſiderant, crebro eleemoſynarum, lachryma
rum aliorumq; iuſtitiæ fructuum fomento
ſua opera purgare M. ℣. R. ℣.

IRritũ feciſtis mãdatũ dei propter
traditionem ueſtram. Hypocritę,
bene prophetauit de uobis Iſaias, Iſai. 29.
dicens: Populus hic labiis me hono
rat, cor aũt eorũ longe eſt a me. Sine
cauſa autem colunt me, docentes do
ctrinas & mãdata hominum. Relin-
quentes enim mãdatum dei, tenetis
traditionem hominum. Aug. & Hieron.

Latratum phariſæorũ furca rõnis obtũdit,

id eſt, Moyſi & Iſaiæ increpatione, ut & nos
hæc iicos uerbis ſcripturæ uiuicamus. Si-
mulatores Iudæi ſtrepitu quidem labio-
Mat. 22 rum dicũt: Magiſter, ſcimus quia uerax es,
exterioremq́ꝫ mũditiã cõmendant: ſed q̃a im
mũda mẽte ueritati cõtradicũt, nequaq̃ mer-
cedem cũ ueris laudatoribus habituri ſunt.

Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis:
Audite & intelligite. Non quod in
trat in os, coinquinat hoĩem: ſed q̃d
ꝓcedit ex ore, hoc coinq̃nat hoĩem.

Aug. Hæc ſentẽtia ſi tota de ore corporis acci-
piatᷣ, abſurda eſt. Neq; eñ quẽ non coinq̃uat
cibus, coinquinat uomitꝰ. Cibus q̃ppe in os
intrat, uomitus ex ore ꝓcedit: ſed procul du
bio priora uerba ptinent ad os carnis, ubi di
cit, nõ quod intrat in os, coinq̃nat hoĩem. Po
ſteriora aũt ad os cordis, ubi ait: Sed qđ ꝓce
Hiero. dit ex ore, coinq̃nat. Si hoc uerũ eſt, q̃re ido-
lothytis nõ ueſcimur? Apoſtolus ait: Nõ po
1. Cor. 8. teſtis calicẽ dñi bibere & calicẽ dæmoniorũ.
Sciendũ igitur quod cibi & oñis dei creatu
ra per ſe munda ſunt, ſed idolorũ & dæmonũ
inuocatio ea facit immunda. M. 15 X

TVnc accedentes diſcipuli eius,
dixerunt ei: Scis q̃a phariſæi au-
dito hoc uerbo ſcandalizati ſunt? At
ille reſpõdens, ait: Omnis plantatio
quam non plantauit pater meus cæ
leſtis, eradicabitur.

Phariſæi quorũ religio eſt in diſcernẽdis
cibis, ſcandalizati ſunt, i. offenſi ſunt. Scanda
lon eñ ſeu ſcandalũ, nos offendiculũ uel rui-
nã & impactionẽ pedis ſiue ſcrupulũ, ut q̃dã
uolunt, poſſumus dicere. Plantationem dicit
hic doctrinas & mandata hominum, quæ à
deo non ſunt. M. 15 L. 6

SInite illos: cęci ſunt, & duces cęco
rũm. Cæcus autẽ ſi cæco ducatũ
præſtet, ambo in foueam cadunt.

Hoc eſt, ſi inſipiens inſipientẽ doceat, am
bo merguntur in peccatorũ ꝓfunditatẽ. Sini
te illos, ſubaudis arbitrio ſuo: quia irreuoca-
Tit. 3. biles ſunt. Vñ Paulus: Hæreticũ hoĩem poſt
primam & ſecundam correctionem deuita.
M. 15 R 12

ET cum introiſſet in domũ a tur
ba, interrogabat eũ Petrus: Ediſ
ſere nobis parabolam iſtam. At il-
le dixit: Adhuc & uos ſine intellectu
eſtis?

Quod apertũ erat, putabãt apoſtoli para
bolice dictũ. Corripiuntᷣ ergo à dño. Ex quo
intelligimus, uitioſũ eſſe auditorẽ, q obſcure
manifeſta, aut manifeſte obſcura uelit intel-
ligere.

Non intelligitis quia omne quod in
trat in os, in uentrem uadit, & in ſe-
ceſſum emittitur?

Hinc calumniantᷣ hæretici q̃dã, quod dñs
phyſicæ diſputatiõis ignarus, putet omnes ci
bos in uentrẽ ire & in ſeceſſum digeri: cum
ſtatim infuſæ eſcę, per artus & uenas & me-
dullas neruoſq́ꝫ fundantᷣ. Vñ & dicunt mul
tos, qui uitio ſtomachi ꝓpterẽ ſuſtinent uomi
tum, poſt cęnas & prandia ſtatim euomere
quæ ingeſſerint, & tñ eſſe corpulentos, quia
ad primũ tactũ liquidior cibus & potus per
membra fundatᷣ. Sed quãuis ſit tenuiſſimus
humor & liquens, eſca, tñ cũ in uenis & artu-
bus cõcocta fuerit eſca & digeſta cũ humo-
re, per occultos meatus corporis (q̃s Græci
poros uocant) ad inferiora dilabitᷣ & in ſeceſ
ſum uadit. Quælibet etiã humorũ purgatio, M.
ueluti per ſudorẽ, ſeu p q̃libet alia, nõ incõ-
grue ſeceſſus intelligitᷣ. Effluũt ſiq̃dẽ elemẽta
quę influũt. Aliter, Emittitᷣ impſonale uerbũ
accipiamus: ut ſit ſenſus, Totum q̃dẽ, uadit
in uentrem, quod p os intrat, & poſtea in ſe
ceſſum emittitur, id eſt, emiſſio fit.

Quæ aũt procedunt de ore, de cor-
de exeunt, & ea coinquinant homi-
nem. De corde enim exeunt cogitati
ones malæ, homicidia, adulteria, for
nicationes, furta, falſa teſtimonia, a-
uaritia, neq̃tiæ, dolus, impudicitia,
oculus malus, blaſphemia, ſuperbia,
ſtultitia. Hæc ſunt quę coinquinant
hominem. Non lotis autẽ manibus
manducare, non coinquinat hoĩem.

Plato putauit rationabile nřm in cerebro, irã Hieron.
in felle, deſideriũ i iecore cõmorari. Si autẽ
de corde exeũt cogitatiões malę, ergo aĩę pri
cipale non eſt ſcđm Platonẽ in cerebro, ſed
iuxta Chřm in corde. Hic etiã arguunt, q co
gitatiões à diabolo immitti putãt: q adiutor
eſſe põt, nõ actor: Nõ eñ occulta cordis ri-
matᷣ, ſed ex corporis habitu rẽ putat: ut ſi pul
chrã mulierẽ nos crebro uiderit reſpicere, in
telligit cor uulneratũ. Homicidę ſũt etiã illi,
q frẽs odio habẽt uſq; ad mortẽ. Vñ Iohã- 1. Ioh. 3.
nes: q frẽm ſuũ odit, homicida ẽ. Adulterare,
eſt thorum alterius uiolare. fornicatio uero
eſt amor à legitimo cõnubio ſolutꝰ & uagus,

Dicitur autem fornicatio à fornicibus, in quibus pagani ſuam turpitudinẽ exercebãt. Furtum ẽ omẽ quod alterius dãno acquirit. Auaritia aũt radix malorũ, ſeruitus eſt idolorum. quia ſicut uoracium deus uenter eſt, ita cupidorũ quoq; iuſtiſſime pecunia deus dici poteſt. Negtia eſt defectus boni, quod neq̃ seru' dicit ſe facere negre. Dolus eſt occulta malitia, blandis uerbis adornata. Im pudicitia eſt omnis incõtinentia ad libidinẽ ptinẽs, uelut illicitus carnis tact' & turpia uerba, & turpis cogitatio. Oculus malus intelligitur inuidia, qđ eſt aliena felicitate torqueri. Superbiæ autẽ ſpecies ſunt, uelle præeſſe, nolle ſubeſſe, nolle parẽ habere. Inter ſtultũ & inſipientẽ hoc intereſt, qđ quãtuſlibet philoſophus inſipiens eſt, ſi dei ſapientia priuet, ſtultus uero nec in tẽporalibus aſtutiam habet.

Mar. 7. Marcus ꝓ coinq̃nat, ponit cõmunicat. quod ꝓprie ſcripturarũ eſt, ſed tñ publico ſermõe nõ terit. Iudęi cõmunes cibos uocãt, qbus omnes utũt hoĩes, ut lepores & huiuſmodi aĩalia q̃ ungulã nõ findũt, nec ruminãt, nec ſquamoſa ſunt in piſcib'. Vñ in actibus apoſtolorũ: Qđ de' ſanctificauit, tu ne cõmune dixeris. Act. 10. Cõmune ergo pro immũdo habẽt. Cõmunicatio tamẽ apoſtolica nõ lota, extendit palmites ſuos uſq; ad mare: munditia uero phariſęorũ ſterilis eſt. M. 71. R. 72.

Caput LXXXV.

ET, inde ſurgens, abijt in fines Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa, gẽtilis, Syrophœniſſa gñe, clamauit dicens: Miſerere mei domine fili Dauid. filia mea male uexaẽ a dęmonio.

Nic. CHananæi terras, in qbus Iudæa eſt, incoluerũt. Qui uel bello conſumpti, uel in loca uicina diſperſi, uel in ſeruitute cõditiõe deuictorũ ſubiecti, nomẽ tantũ ſine patria ſe de circũferunt. Ex illa ergo diſperſiõe inter cætera cõtigit, qđ hæc Chananæa eſt Syrophœniſſa gñe, hoc ẽ, ex Syris & Phœnicib' orta. Gẽtilis itaq; eſt, etſi Iudæis admixta, ꝓſelytorum formã p̃ferat. Merito nanq; exiſtimatur ex lege cognouiſſe, quod Chriſtũ & dñm, & Dauid filiũ cõfitetur. Beda. Typice aũt ſignificat eccleſiam de gentibus, quæ ꝓ filia rogat, cum ꝓ aĩabus nondũ credentibus ſupnę pietati ſupplicat, ut à fraudibus diaboli ſoluant. Bene iuxta Matthæũ de finibus ſuis egreſſa fuit, & iuxta Marcũ ad pedes dñi ꝓcidit, ut ex utroq; colligatur, quod illi recte pro errãtibus orãt, qui priſcas ſuæ perfidiæ manſiones relinquũt, & in eccleſiã ſe pia deuotione transferunt.

Ieſus autem nõ reſpondit ei uerbũ. Et accedẽtes diſcipuli, rogabant eũ dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos.

Poſt ambulantem dominum mulier Chananæa deprecatorias uoces emittit, & poſt in domo ad pedes eius ꝓcidit, ut Marcus cõmemorat. Quod autẽ dñs non reſpondit ei, nõ fuit de ſupcilio ſuperbiæ: ſed ne ſibi cõtrarius uideret, cũ dixiſſet, In uiã gentiũ ne abieritis. & ne occaſionem daret calũniatoribus, ꝑfectam ſalutẽ gentiũ reſurrectiõis tẽpori reſeruans. Pro Chananæa diſcipuli rogabant, neſcientes myſteria domini, uel miſericordia commoti, uel importunitate eius carere cupientes. M. 158. R. 226.

IPſe autẽ reſpõdẽs, ait: Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierũt domus Iſrael.

Hoc dicit quod primũ miſſus ſit ad Iſrael, quẽ negligẽtem euangeliũ dimiſſurus erat, & trãſiturus ad gentes. M. 159. L. 74.

AT illa uenit & adorauit eum, dicẽs: Dñe, adiuua me. Qui dixit: Sine prius ſaturari filios. Nõ eſt enim bonum, ſumere panem filiorũ & mittere canibus.

Beda. Tale eſt quod dicit: futurum eſt ut & uos gentes ſalutem conſeq̃mini. ſed prius oportet ſaltem aliquos Iudæos, q antiqua electiõe filij dei nominantur, pane cæli refici, & ſic tãdem gentibus uitæ pabula miniſtrari. Canes dicuntur ethnici, propter idololatriã: q eſui ſanguinis dediti & cadauerib' mortuorum, ferunt in rabiem. O mira conuerſio. Quondam Iſrael erat filius, nos canes: & poſtea dictũ eſt de eo, circũdederunt me canes multi. Pſal. 21.

At illa dixit: Etiam domine. Nã & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

Senſus eſt: Certe domine uerũ eſt quod dicis, non eſſe bonum, panem filiorum mittere canibus. Sed ideo non deſiſto precari tuam miſericordiam, quã mihi ſcđm ſimilitudinẽ panis & canũ conuenienter facere potes. nã & (pro etiam, id eſt, certe) catelli edunt de micis. Ergo ſi ſum indigna cui integrum panẽ præbeas, ſaltẽ da mihi filiæ meę ſanitatem, q̃ſi micã cõparatione multorum mirabiliũ quæ feciſti. Myſtice, mẽſa eſt ſcriptura ſctã, panẽ uitæ miniſtrãs. Beda. Hinc eccleſia dicit: Paraſti in conſpectu meo menſam. Pſal. 22. Micę ſunt interna myſteria ſcripturarum, qbus humiliũ corda M.

Pſal. 147 reficiuntur, iuxta illud: Adipe frumenti ſati
atte. Non ergo cruſtas edunt catelli: quia cõ
uerſi ad fidem de gentibus, non literę ſuper-
ficiem, ſed ſpiritualem inquirũt medullam.
Et hoc ſub menſa dominorum, dũ uerbis ſa
cri eloquij humiliter ſubditi, officia corpo-
ris & cordis ſupponunt ad implenda præ-
cepta. Vel domini menſæ, poſſunt intelligi
ſcripturarũ compoſitores ſeu interpretes.

Et tunc ait illi: O mulier, magna eſt
fides tua. fiat tibi ſicut uis. & ſanata
eſt filia illius ex illa hora.

Sub perſona mulieris chananitidis, ma-
Hieron. gna fides eccleſię, magna patientia & humili
tas prædicatur, quæ credidit poſſe ſanari fi-
liam. & toties contempta, paſſa eſt in preci-
bus pſeuerare. & humilitate ſe non canibus,
ſed catulis comparauit: quapropter libera-
Beda. ta eſt filia. Vbi datur exemplum catechizan
di & baptizandi infantes, qui per fidem &
confeſſionem parentum in baptiſmo libe-
M. rantur à diabolo. Quod autem dominus pu
erum centurionis & filiam Chananææ, non
ueniens ad eos, ſanat: ſignificat, gentes ad
quas non uenit per præſentiam corporis, ſal
uandas per uerbum ſuum.

R. 74. Caput LXXXVI.

ET iterum exiẽs de finibus
Tyri, uenit per Sidonẽ ad
mare Galilææ, inter medi-
os fines decapoleos.

Beda. Decapolis eſt regio decem urbium, trans
Iordanem ad orientẽ, circa Hippum & Pel-
lam & Gadaram, contra Galilæam. Quod
ergo dicit, quia dominus uenit ad mare Ga-
lilęę inter medios fines decapoleos, nõ ipſos
fines decapolis eum intraſſe ſignificat. Neq;
enim mare trãſnauigaſſe dicitur, ſed potius
uſq; ad mare ueniſſe, & ad ipſum perueuiſſe
locũ, qui medios fines decapolis longe trãs
mare reſpicit. inter, id eſt, contra. Vel Gali-
lææ, quæ eſt inter medios fines.

Et adducunt ei ſurdum & mutum:
& deprecantur eum, ut imponat illi
manum. Et apprehendens eum de
turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in
auriculas eius. & expuens, tetigit lin
guam eius. Et ſuſpiciens in cælum,
ingemuit & ait illi: Effeta, quod eſt,
adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt au
res eius, & ſolutum eſt uinculum lin
guæ eius, & loquebatur recte.

Surdus & mutus eſt, qui nec aures nec os
aperit ad audienda uerba dei & pronunci-
anda. Prima ſalutis ianua eſt, infirmum de
turba ſeduci. Quod fit, cum apprehendens
dominus mentem peccatis languidam, euo
cat eam à cõſuetis moribus, & prouocat ad
ſua præcepta. Mittit digitos in auriculas, cũ
per dona ſanctiſpiritus aures cordis aperit
ad intelligentiam. Expuẽs dominus linguã
tãgit ægroti, cum ad confeſſionem fidei ora
catechizantium inſtruit. Sputum nanq; ſa-
por eſt ſapientiæ. Vnde illud: Ego ex ore al Eccl. 24.
tiſſimi prodij. Suſpexit dominus in cælum:
ut inde mutis loquelam, ſurdis auditũ, cun-
ctis infirmis medelam doceret eſſe quæren-
dam. Ingemuit, ut daret nobis exemplum
gemendi & pro nobis & proximis. Effeta
proprie pertinet ad aures. unde & ſubditur:
Et ſtatim apertę ſunt aures eius: hic notatur
utraq; redemptoris natura. Cælum ſuſpicit
ut homo, curat ut deus. Qui ſic curatur, be-
ne poteſt dicere: Domine, labia mea aperi- Pſal. 50.
es, & os meum annunciabit laudem tuam.
Aliter: Genus humanum tanquam unus ho Hieron.
mo uaria peſte abſumptus in protoplaſto, cę
catur dum uidet, ſurdus fit dum audit, dum
odorat emungitur, obmuteſcit dum loqui-
tur, mancus fit dum manum erigit, incurua
tur dum erigitur, hydropicus fit dum con-
cupiſcit: claudus, dum progreditur: lepra
ſuffunditur, dum nudatur: dæmone imple-
tur, dum diuinitatem appetit: moritur mor
te, dum audacter excuſat. Patriarchæ autem
& prophetæ incarnationem deſiderãtes, mi
ſericordiæ manum precantur imponi. Sem
per à turbulentis cogitationibus & actis in-
ordinatis, ſermonibusq́; incompoſitis, quaſi
de turba educitur, qui ſanari meretur. Digi- Exod. 7.
ti qui in aures mittuntur, ſunt uerba ſpiritus Pſal. 8.
ſancti de quo dicitur: Digitus dei hic eſt.
& opera digitorum tuorum ſunt cæli. Spu
tum ex capite deſcendens, eſt ſapientia ex
patre, quæ ſoluit labia humani generis, ut
dicat: Credo in deum patrem & cætera.
Suſpiciẽs in cęlũ ingemuit. i. gemere nos do
cuit, & in cælum theſaurum noſtri cordis
erigere: quod poſt compunctionem à fri-
bola lætitia carnis purgatur, ut dicitur: Ru- Pſal. 37.
giebam à gemitu cordis mei. Aperiũtur au-
res ad hymnos & cantica & pſalmos. Solui-
tur lingua, ut eructet uerbum bonum, quod
nõ poſſunt minæ nec uerbera cohibere. Vn
de Paulus: Ego uinctus ſum, ſed uerbũ dei 2. Tim. 2.
non eſt alligatum.

Et præcepit illis ne cui dicerent.

R. 75. viii. L. 100.

QVanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant. Et eo amplius admirabantur, dicentes: R. 76. M. 160.

BEne omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

Non in uirtutibus gloriandum eſſe docuit, ſed in cruce & humiliatione. Humilitas enim præcedit ſemper gloriam. Ordo uer-
M. borum eſt: Quanto autem eis magis præci-
Matt. 5. piebat, tanto plus prædicabãt. Ciuitas enim
Beda. in monte poſita, undiq; circunſpecta, abſcõdi non poteſt. Sciebat igitur qui omnia nouit antequam fiant, quia magis prędicarent. ſed hoc prępicipiendo uoluit pigris oſtendere, quanto ſtudioſius quantoq́; frequentius prædicare debeant, quibus iubet ut prædicent: quandoquidem illi qui prohibebãtur, tacere non poterant. A. ℞.

Caput LXXXVII.

OPortebat autem eum tranſire per Samariam. Venit ergo in ciuitatẽ Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob.

Siue dominus de Iudæa in Galilæam, ſeu
M. de Galilæa in Iudæam per Samariã tranſierit, cum ea quę ſequũtur facta fuerint, ex euãgelica lectiõe nequaquam certum eſt: quoniam ſæpiſſime temporum ſeriem præpoſtero ordine permutat. In figura Chriſti, qui eſt legitimus hæres patriarcharum, habens hæreditatem in gentibus, ſuſcepit Ioſeph à Iacob prædij hæreditatem, quam gentes inhabitant, & in qua per typum Samaritanæ mulieris Chriſto adhærent. Vbi aqua in ſuperficie terræ manat, fons dicitur. ubi uero in profundo, & fons & puteus uocatur.

Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontem. Hora autẽ erat quaſi ſexta.

Fatigatur dominus ſecundum carnem, q condidit nos fortitudine ſua. Suſcepit enim omnia quæ ſunt noſtræ infirmitatis ſine peccato, & nutrit quaſi infirmus infirmos. Qđ factus eſt Adam in carne, Eua autem de coſta eius: ſignificat, nos fortes futuros de infirmitate Chriſti. Fortitudo nanq; eius creauit, infirmitas recreauit. Fortitudo fecit, ut quod non erat, eſſet: infirmitas fecit, ut quod erat non periret. Sic uidelicet fatigatus itinere, ſedit tãquam magiſter humilis, docturus accedentes & poſſeſſurus. Sexta hora ſignificat, dominum ueniſſe in ſexta ætate.

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierãt in ciuitatem, ut cibos emerent.

Venit Samaritana in figura eccleſiæ de gentibus, quæ prius hydria cupiditatis hauriebat aquam de puteo, id eſt, uoluptatẽ ſeculi de profunditate tenebroſa: ſed nunc eius fidem ſitit Ieſus, & petit ab ea potari. Petit quaſi accepturus, & affluit tanquam ſatiaturus. In ciuitate diſcipuli emunt cibos à Iudæis, quorum corda prædicatione fidei deo ſtudent comparare.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cũ ſis, bibere a me poſcis quę ſum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudęi Samaritanis.

Samaritani ſolam legem accipebant, id ẽ, M. &
quinq; libros Moyſi. Hi erãt ex origine Per- Ambr.
ſarum & Aſſyriorum. Quos rex Aſſyrio- 4. Re. 17
rũ, ſublatis filijs Iſrael in captiuitatem, poſuit ad incolenda loca Samariæ: & ideo ignẽ colebant more Perſarum. Eos igitur Iudæi execrantur, abſtinendo à cibis eorum & uaſis. ſupplantatoresq́; uocant, quia hæreditatem patriarchę Iacob ſibi uendicant. Cognouit mulier Chriſtum eſſe Iudæum, quia fimbrias in ueſtimentis Iudæi ferebant, ꝑ quod diſcernebantur.

Reſpondit Ieſus & dixit ei: Si ſcires donum dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam uiuam.

Ieſus etſi corporaliter ſitiret, tamen non
niſi potum fidei petebat, cuius merito ſpiri- Auguſt.
tum dare cupiebat. & idcirco Samaritanam
admonet ut petat. Donum dei ẽ ſpiritusſan- Pſal. 35.
ctus. & aqua uiua, de qua dicitur: Apud te ẽ fons uitæ.

Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt. Vnde ergo habes aquã uiuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius & pecora eius?

Quaſi dicat: De hac aqua mihi dare non potes quam promittis, cum hauritorium non habeas, & puteus ꝓfundus ſit. Intelligit ꝗppe aquam uiuam, quæ ubi oritur, excipitur. Sed neforte alium fontem promittere uideretur, ſubdit: Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob? Vocans eum patrem ſuum, tum quia hæreditatem eius poſſidebat, tum quia ſub lege Moyſi uiuebat. De puteo bibũt homines & pecora. Similiter de ratione quæ quaſi deprauata & obſcurata, magno labore foditur & exercetur, bibunt ut hoïes, ꝗ ea ad bonũ utunť: bibũt ut pecora, ꝗ ad malũ.

Reſpondit Ieſus & dixit ei: Omnis qui bibet ex aqua hac, ſitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quã ego dabo dei, nõ ſitiet in æternũ: ſed aq̃ quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſaliẽtis in uitam æternã. Dicit ei mulier: Domine, da mihi hanc aquam,
Auguſt. ut nõ ſitiam, neq; ueniã huc haurire.

Iam manifeſtius loquitur dominus, & mulier adhuc carnem ſapit. Suſpirat tamen habere de illo fonte, de quo poſtquam biberit, non indigeat aqua. Promittit Ieſus ſatietatẽ ſpiritus quæ fiet in reſurrectiõe. Vnde illud: Satiabimur in bonis domus tuę. Et alibi, In-
Pſal.94. ebriabunť ab hubertate domus tuæ. Aq̃ cor-
Pſal.35. poralis deorſum fluit, aqua uero ſpiritualis ſurſum ſalit, id eſt, ſalire facit, cum illos qui eam bibunt, in æternam gloriam ſubuehit. Hãc quippe aquam bibere, eſt in fide & alĳs donis gratiæ ſummopere delectari, & ſic in plenitudinem gloriæ tranſire.

Dicit ei Ieſus: Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc.

Viro ſcilicet duce, ad contemplationem ſpiritualis intelligentiæ aſcendas. Vir carnalis non accipitur hic, ſed uir animę, id eſt, intellectus animæ. Quaſi dicat dominus: Solo intellectu capiuntur quæ dico: uoca uirum, id eſt, præſenta intellectum tuum. Non eñ eſt magnum, habere animã ſine intellectu.
Pſal.31. Vnde Dauid: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Beſtialis uita eſt ſine intellectu. Vir eſt qui regit animam, intellectus ſcilicet. Non tamen aliud eſt intellectus animæ ab anima, ſed eſt aliquid animæ: quomodo oculus non aliud eſt à carne, ſed aliquid eſt carnis, perfundens lucem cæteris membris. Ergo intellectus qui animã illuminat, à deo illuminatur.

Reſpondit mulier & dixit: Non habeo uirum. Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo uirum. Quinque enim uiros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus uir. Hoc uere dixiſti.

Reuera non habebat uirum, ſed neſcio ꝗ non legitimo uiro, ſed adultero utebatur. Quinq; uiri ſecũdum quoſdam, quinq; libri ſunt Moyſi, quibus etiam Samaritani utebãtur: nam inde illis circuncіſio inerat. Sed quoniã anguſtat nos quod ſequitur, & nunc quem habes, non eſt uir tuus: uidetur mihi, quinq; uiros animæ, quinq; ſenſus corporis eſſe. Quando enim quis naſcitur, non poteſt uti ratione, ſed carnis tantum ſenſibus regitur: quia puer quæ mulcent, appetit: quæ offendunt, fugit. Ideo ſenſus ſunt uiri legitimi: quia à deo ſunt animæ dati. At ubi uenerit ad annos exercendæ rationis, ſi optime eſt diſciplinata, ſuccedit uerus uir, qui ad æternitatẽ regit, & qui non tam docet fugere offendicula, ſed bona diſcernere & mala, ut charitatem & odium. Si uero hic uir non ſuccedat, tunc dominatur error, qui hanc mulierẽ uentilabat, non ut uir, ſed ut adulter. Nam cum dominus de ſpirituſancto loqueretur, ipſa de aqua cogitabat.

Dicit ei mulier: Domine, uideo quia propheta es tu. patres noſtri in mõte hoc adorauerunt. & uos dicitis quia Hieroſolymis ẽ locus ubi adorare oportet.

Iam cœpit uenire uir & adulterum excludere. Vnde & prophetam uocat, & quod eã mouebat quærit. Iudæi enim ſe pręferebant Samaritanis pro templo quod ædificauit Salomon, in quo adorabant. E contra uero Samaritani iactabant ſe aduerſum Iudæos pro monte, in quo patres qui deo placuerunt, lõge prius quam templum fabricaretur, orauerunt.

Dicit ei Ieſus: Mulier, crede mihi ꝗa uenit hora, quando neque in monte hoc, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrem.

Quaſi dicat: Veniet eccleſia, & pertranſibit de gente in gẽtem. Crede mihi. niſi enim Iſaie.7.
credideris, non intelliges. & iam adeſt uir ꝗ credere poteſt. Venit hora, id eſt, tempus, ut à parte totum intelligas: uelut in epiſto-
la legitur, Nouiſſima hora eſt. 1.Iohã.2.

Vos adoratis q̃d neſcitis, nos ado-

ramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed uenit hora & nunc eſt, qn̄ ueri adoratores adorabunt patrē in ſpiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum.

In perſona prophetarum omnium qui in Chriſtum credunt, loquitur. Vnde ait: Vos adoratis patrem quem neſcitis, quia nullus adorat patrem, niſi filium adoret, per quem ad patris notitiam uenitur. ſed nos ſcimus filium, & per filium patrem. Vnde ſequitur, q̃a ſalus ex Iudæis eſt. quorum cognitio dei, teſtamentum, prophetia, promiſſa, ex quibus

Rom.9. Chriſtus ſecundum carnem, ex quibus orta eſt fides & primitiua eccleſia. Quamuis autē Iudæi non omnes, ſed electi, præcellant Samaritanos: tamen nō præfero locum Iudæorum loco Samaritanorum. Et hoc eſt quod

M. dicit: Sed uenit hora & nunc eſt, in qua per illuminationem meæ doctrinæ ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate, id eſt, in amore ſpiritusſancti & in cognitiōe ueritatis filij dei.

Spūs eſt deus: & eos qui adorāt eū, in ſpū & ueritate oportet adorare.

Cum deus ſit ſpiritus & non corpus, purā mentem, non corporeum locum quærit in quo adoretur. Ergo neq; Hieroſolymis, neq; in monte aliquis adorandi eligat locum: ſed in ſpiritu & ueritate. i. in ſpū cordis qui ubiq; nobiſcum eſt, & in cognitione ueritatis rerū, quarū figura & umbra ablata eſt. Quod em̄ populus in lege aſperſione ſanguinis agni mundari præceptus eſt, umbra fuit: ueritas uero, qꝺ Chriſtus in cruce paſſus, lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ſic & cæteris abiectis figuris, ueritate rerum figuratarum illuſtremur.

Dicit ei mulier: Scio quia Meſſias uenit, qui dicitur Chriſtus. Cū ergo uenerit, ille annunciabit nobis oīa.

Albinus Sciebat quis eam poſſet docere, ſed docētem nondum agnoſcebat. Digna ergo erat cui manifeſtaretur. Meſſias uenit: quaſi dicat, ueniet. Meſſias hebraice, Chriſtus ē græce, unctus latine. Vnde & Punice meſſe dicitur ungue. Vicinæ enim linguæ ſunt, hebraica, Punica & Syra. Meſſias annunciabit oīa, ad cultum ſuum & patris pertinentia: qualiter uidelicet ſpreto templo uel monte, intus exhibeamus nos templum deo, ubi in ſpiritu & ueritate oremus.

Dicit ei Ieſus: Ego ſum q̄ loq̄r tecū.

Ego ſum Meſſias, quem uenturum expectas. Qua manifeſtatione accepta, mox fact° eſt uir caput mulieris, & Chriſtus caput uiri. Reliquit ergo hydriam cupiditatis, & cucurrit prædicare.

Et continuo uenerūt diſcipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tñ dixit, q̄d q̃ris? aut quid loqueris cum ea?

Bonum mirabantur, non malum ſuſpicabantur: uenerat enim quærere quod perierat, qui gentilē erroneam docet. Et hoc mira M. bantur, ignorantes myſteriū eccleſiæ de gētibus futuræ. Non auſi ſunt interrogare diſcipuli mulierē, quid quæris: aut dn̄m, quid cū ea loqueris: timentes ne ab eo reprehendantur, ſi interrogauerint incaute.

Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite & uidete hominem qui dicit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipſe ē Chriſtus?

Pedetentim inducit ad ueritatem illos ru Albinus. des. nec ſtatim affirmat Chriſtum, ne iraſcerentur & indignarētur. Hydor græce, aqua latine: inde hydria. i. aquarium. quam prius uſui, nunc autem oneri deputans, proijcit. Hinc diſcant euangelizaturi prius deponere curam & onus ſeculi.

Et exierunt de ciuitate, & ueniebāt ad eū. Interea rogabant eum diſcipuli eius, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quē uos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicē: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

Quid mirum ſi mulier nō intelligebat potum ſpūs, ſed carnis? Ecce diſcipuli q̄ cibos uentris attulerāt, nondū intelligūt magiſtrū loqui de cibo mentis: uñ eos inſtruit, non p̄ circuitū, ut illam q̄ uiro carebat, ſed aperte.

Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt ut faciam uoluntatem eius qui miſit me, ut perficiam opus eius.

Voluntas patris eſt, ut credatur in eū, hoc eſt, in filiū quē ipſe miſit. Opus patris eſt no Albinus. ſtra ſalus. Cibus & potus. i. delectabilis refectio Chriſti, eſt noſtra fides & noſtra ſalus. Facit ergo uoluntatem, docendo credere in ſe: facit opus, maturādo myſteriū incarnationis, quoſq; p̄ paſſionē & cætera cōpleat illud.

Nonne uos dicitis, quod adhuc q̄tuor menſes ſunt,&meſſis uenit.

Vos quatuor menſes computatis uſq; ad meſſem: ſed ego uobis aliam meſſem albam & paratam oſtendo.

Ecce dico uobis, leuate oculos ueſtros,& uidete regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem.

Oculis cordis cōſiderate,q̄d tranſacta hyeme infidelitatis, adeſt calor fidei, & parata ſunt corda,ut opera iuſtitię ex eis colligatis.

Et qui metit, mercedem accipit &cōgregat fructū in uitā æternā. ut & q ſeminat, ſimul gaudeat, &qui metit.

Diſparis temporis labores habuerunt ꝓphetæ ſeminantes & apoſtoli metentes: ſed pariter mercedem accipient uitam æternā.

In hoc enim ē uerbum uerum, quia alius ē qui ſeminat,& aliꝰ ē qui metit. Ego miſi uos metere, quod uos non laboraſtis. alij laborauerūt, & uos inlabores eorum introiſtis.

In hoc apparet probabile uerbum euangelij,qa apoſtoli meſſuerunt ubi patriarchæ & prophetæ ſeminauerūt,ſ.in Iudæa. Vnde & iſta mulier fructus maturus erat, cum diceret,Scio quia meſſias uenit:& meſſis matura fuit, q̄ñ aurum apportabat ad pedes apoſtolorū.Electa ſunt de illa meſſe pauca grana,& ſeminauerunt orbem terrarū:& ſurrexit altera meſſis,q̄ in fine ſeculi metenda eſt.
Pſal.122. De qua meſſe dr̄:Qui ſeminăt in lachrymis, in gaudio metent. Huius meſſis nō mō apoſtoli,ſed angeli meſſores erunt, quæ creſcit inter zizania, & expectat purgari in fine. In die iudicij complebitur hōrreū: & tunc oēs qui metunt, gaudebunt cum angelis.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorū,propter uerbum mulieris teſtimonium perhibētis,quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cum ueniſſent ergo ad illum Samaritani,rogauerūt eum ut ibi maneret:&manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt ꝓpter ſermonem eius,&mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelā credimus. Ipſi eñi audiuimus & uidimus, quia hic eſt ſaluator mundi.

Primo audiuimus famam, nunc uero uidemus præſentiam. Sic agitur hodie cū eis qui foris ſunt. Chriſtus annunciat eis tanq̄ ꝑ mulierem,hoc eſt,per eccleſiam. Venīūt ad Chriſtum per famā,& Chriſtus manet apud illos biduo,hoc eſt,dat illis duo ꝓcepta charitatis. A. 1[8] M. 70. R. 40. L. 174

Caput LXXXVIII.

POſt hæc erat dies feſtus Iudæorum,& aſcendit Ieſus Hieroſolymā. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur hebraice Bethſaida, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorū, claudorum, aridorum, expectantiū aquæ motū. Angelus aūt dñi ſecundū tēpus deſcendebat in piſcinā, & mouebatur aqua. Qui ergo priꝰ deſcēdiſſet poſt motū aq̄, ſanus fiebat a quacūq; detinebatur infirmitate.]

Probata græce, oues dicūtur latine. Inde probatica.i. pecualis piſcina fert appellata, quia in eā ſacerdotes hoſtiās lauabant. Piſcina aūt dicitur aqua carens piſcibus, collectā in aliqua concauitate. Aqua aūt quæ quinq; porticibus cingebatur, ſignificat populū illū, qui quinq; libris Moyſi quaſi claudebāt. Ibi multi infirmi iacent: quia lex non ſanat, ſed ꝓdit infirmos, ut aliqñ medicū quærāt. Cæci ibi ſunt, q nō habent lumē fidei. claudi, q quę uident nō poſſunt operari: aridi uero, qui quicquid agant, ſine pinguedine charitatis ſunt. Expectabant aquę motū, in quo ſanitas fiebat per angelum: quia lege conuictī, gratiam redemptionis deſiderabant. Angelus inuiſibilis turbabat aquā: quia filius dei multa miracula faciēdo inter Iudęos, latēs in carne, turbauit eos intm̄, ut eū crucifigerent. Deſcēdere ergo in aquam turbatam, eſt humiliter credere in dñi paſſionem. Vnus ſanatur, ut unitas cōmendetur: quia nemo præter unitatem fidei ſanari poteſt. Alioquin parum fuit in benignitate, nec ualde magnum in poteſtate, unū de tot ſanari ab eo, qui oēs uno poterat erigere uerbo: ſed in his corporalibus plus intendit æternā ſalutē animarū. Albinus. Auguſt.

Erat aūt quidam homo ibi triginta-octo annos habēs in infirmitate ſua.

In quadragenario numero, qui conſtat ex quater decem, ſignificatur perfectio operum, quia lex in decem præceptis data eſt, &

per euãgelium quatuor euangeliſtarum impletur. Quia ergo quadragenarius habet perfectionẽ legis, & lex nõ impletur niſi gemino pcepto charitatis, duo minus de qdraginta habet, quia charitate dei & proximi caret. & ideo merito languet.

Hinc cum uidiſſet Ieſus iacentem, et cognouiſſet quia multũ iam tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Dñe, hominẽ nõ habeo, ut cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinã. Dum uenio eñ ego, alius ante me deſcendit.

Interrogatur languidus an ſanari uelit, ut erigatur in ſpem ſalutatis, de qua iam deſperabat. unde etiam querebatur quod non haberet hominem qui eum mitteret in aquam. Neceſſarius erat languido hõ, ſed hõ deus.

Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo, & ſuſtulit grabatũ ſuum & ambulabat. Erat autem ſabbatum in illo die.

Surge à uitijs mente .i. peccata relinque: ſurge corpore, qd ẽ ſanitatis operatio. Tolle (inquit) grabatum .i. dilige proximũ. Non debemus turbari, ſi per rem inſenſatam dilectio proximi commendatur, qñquidem dominus lapis dictus eſt. Cum eſſes lãguidus, portabat te proximus tuus: ſanus factus es,

Gala. 6. porta proximũ tuum. Inuicem onera ueſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Ambula in dei dilectione de uirtute in uirtutem, feſtinans ad eius uiſionem.

Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanus factus fuerat: Sabbatum eſt. non licet tibi tollere grabatum tuum.

Non obijciebãt ei qd ſanus factus eſſet ſabbato: ſed quod portabat lectum. ne eis opponeretur, quod ipſi ſabbato iumentum traherent de puteo, ſi intus caderet.

A. ℞.

RESpondit eis: Qui me fecit ſanũ, ille dixit mihi: Tolle grabatum tuum & ambula.

Sanatoris mandatis obediens, autoritatẽ ſanationis ſuæ obijcit calumniantibus.

Interrogauerũt ergo eum: Quis eſt ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuum & ambula? Is autẽ qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus autem declinauit a turba conſtituta in loco.

Hic & per fidem ſanatus fuerat, & neſciebat nomine ſeu corporali ſpecie deſignare quis eum ſanaſſet. Sic & nos portantes proximum & ambulantes ad deum, eum ad quẽ ambulamus, nondum uidemus. Sola intentione adhuc uidet deus, non in ſtrepitu turbę. Quiſquis ergo uult ad uiſionem dei peruenire, fugiat turbam prauorum affectuum atq; hominum nequam: & adeat templũ internæ orationis, iuxta quod ſequitur:

Poſtea inuenit Ieſus eũ in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es. iã noli peccare, ne deteri⁹ tibi aliquid contingat.

Innuit quod propter peccata languebat: ſed Ieſus illum ſicut exterius, ita interius ſanauit. Vnde præmonet, ne iterum peccando grauius iudicetur.

Abijt ille homo & nũciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet qui eum ſanum fecit. propterea perſequebãtur Iudæi Ieſum, quia hęc faciebat in ſabbato.

Iſte annunciauit ſalutem ut ſequantur, ſed illi econtra perſequuntur.

Ieſus autẽ reſpondit eis: Pater meus uſq; mõ operatur, & ego operor.

Id eſt, in nullis quæ hucuſque facta ſunt, operatio mea operationi patris defuit. ſed in M. cunctis pariter ego cum patre operor, cum uidelicet diuina potentia nihil niſi per ſapientiam ſuam faciat. Ac ſi dicat: Si me in aliquo quod per mę factum ſit, reprehendere præſumitis, reprehẽdite & deum patrẽ meũ operantem, cuius uos populum peculiarem eſſe iactatis. Non ſex diebus tantum (ut pu Albinus. tatis) operatus eſt deus, ſed uſq; modo operatur: quia qui ſex diebus condidit noua, à quibus requieuit die ſeptima, poſtea operatur uſq; in finem gubernando, ſuſtentando, renouando, propagando, ut permaneant condita. Et cum ſemper operetur deus, conſtat ſacramentum eſſe quod de ſabbati requie legitur. forte igitur dictus eſt dominus requieuiſſe in die ſeptimo ab operibus ſuis, quia ſexta ſabbati reddidit ſpiritum, & ſabbato requieuit in ſepulchro. Quaſi diceret Iudęis: Quid expectatis, ut non operer die ſabbati? Sabbati dies ad ſignificatiõem meam uobis præceptus eſt.

Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrē ſuum dicebat deum, æqualem ſe faciens deo.

Soluebat ſabbatum à mandatis legis, iam *Albinus.* non ad literam conſeruandis. Imponunt q ſolam ſerui formam attendunt, quod per rapinam faciat ſe æqualem deo, ſed ipſe per naturam natus eſt æqualis.

Reſpondit itaq; Ieſus & dixit eis: Amen amen dico uobis, non poteſt filius a ſe facere quicquā, niſi quod uiderit patrem facientē. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc et filius ſimiliter faciet.

Sicut oſtendit patrem nil agere ſine ſe, ſic econuerſo dicit ſe nihil agere ſine patre. ut eadem prorſus operatio intelligatur patris & filij, id eſt, tam diuinæ potentiæ quàm ſapientiæ. Et hoc eſt: Non poteſt filius (id eſt, ſapientia dei, quod ego ſum) quicquam facere per ſe: ſed hoc tantum facere poteſt, quod uiderit patrem pariter faciētem, id eſt, quod recognoſcit à patre ſecum fieri. Pater enim, id eſt, potentia diuina, nihil niſi per ſapientiam ſuam operatur.

Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit: & maiora his demōſtrabit ei opera, ut uos miremini.

Omnia facienda ei demonſtrat, id eſt, cūcta in eius cōſilio ponit. ſicut ille qui aliquē conſulens, quæ facturus eſt, ei oſtendit. Maiora his quæ nunc facta ſunt, eius conſilio peraget: quod eſt, ei demōſtrabit. Vnde & *Prou. 8.* ipſa in prouerbijs ſapientia de ſe dicit: Ego ſapientia habito in cōſilio. Et item, Cum eo *Ibidem* eram cuncta diſponens, Maiora faciet, ut uos miremini, id eſt, unde amplius mirari poſſitis, ſi illa noueritis. Vel in futura uita mirabimini inde, cum cæteris damnatis dicētes: Quomodo hi reputati ſunt inter filios dei?

Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat.

Quæ ſint illa maiora, dicit, ſcilicet reſuſcitatio animarum à peccatis, maior eſt, quàm ſupradicta curatio languidi in corpore, de qua plurimum mirabantur: uel illa ſolutio ſabbati, quam calumniabantur. Quos uult filius uiuificat. Vna quippe eſt patris & filij uoluntas, ſicut & potentia & operatio. Vere pater diligit filium: quia intantum, ut ei omne iudicium concedat. Et hoc eſt:

Neq; enim pater iudicat quenquā, ſed iudicium omne dedit filio: ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.

In iudicio faciendo, ubi conſiderandum eſt quid cuiq; pro meritis debeatur, nō tam potentia quàm ſapiētia exercenda eſt: ut oēs hoc ſcilicet attendentes, quod filij eſt iudicare, etiam ſi non amore, timore ſaltem tātum reuereantur iudicem ſicut & patrem: cuius potentiæ eſt, quęcunq; pro meritis remunerare. Vel ita: Non ſolū uiuificat filius, in pri- *Albinus.* ma uidelicet reſurrectione, quæ eſt animarum: ſed etiam iudicabit in ſecunda reſurrectione, quæ erit corporum. Et hoc eſt: Neq; enim pater iudicat quenquam, ſed iudicium omne dedit filio. Non enim perſona patris in iudicio apparebit, ſed nec Chriſtus in eo quod patri cōſubſtantialis eſt, potius in forma ſerui, quæ ſtetit ſub iudice, iudicabit, ut poſſit & ab impijs uideri. Literam ſic iunge: *M.* Filius quos uult, uiuificat: ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.

A. 42. M. 98. R. 96. L. 116.

QVi non honorificat filium, nō honorificat patrem qui miſit illum.

Honorificatur homo Chriſtus, ſed non *Albinus* ſicut pater deus. Dixit nanq; ſecundum hominem: Pater maior me eſt. Secundum diui *Iohā. 14.* nitatem æqualiter honorantur pater & filius. Quid eſt honorificare patrem, niſi quod habeat filium? Tollis honorem patri, ubi minorem honorē das filio. Nam ſi noluit ęqualem ſibi generare, inuidit: ſi autem uoluit & non potuit, defecit.

A. 43.

AMen amen dico uobis, quia q uerbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet uitam æternā. & in iudicium non ueniet, ſed tranſiet a morte in uitam.

Redit ad commendationē reſurrectionis animarum. Cur ait, audit uerbum meū & credit: non dicens, mihi, ſed ei qui me miſit? Quia uerbū eius eſt in me, imo ego ſum uerbū eius. Qui ergo credit ei, credit uerbo eius, i. mihi; & ſic habet uitā æternam. i. cauſam

cōferentem uitam æternam, uidelicet fidem & obedientiam. Quare in iudicium damnationis nō ueniet, ſed hic tranſiet à morte infidelitatis ad uitam fidei & iuſtitiæ.

Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nūc ē, qn̄ mortui audiēt uocē filij dei, & qui audierint, uiuent.

Dilucidat ſe loqui de reſurrectione animarum. Noli expectare nouiſſimam horā. Venit hora & nunc eſt, in qua mortui in peccatis audient per me, deinde per apoſtolos uerbum ſalutis: & uiuent, qui audierint, hoc eſt, obaudierint. nam propter auditum non uiuent, niſi obediant. Vere per uocem filij uiuent. Vnde ſequitur:

Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo.

Id eſt, genuit filium uitam in ſemetipſo habentem. Hoc ſolum intereſt, quod pater uita eſt non naſcendo, filius uita eſt naſcendo. Vita aūt quæ eſt pater & filius, uiuificat animas, illuminat, paſcit, & ſaginat pariter aīas & angelos, q̄rū eſt per rōnē ſentire uitā ſapientię. Corpora uero ab animabus uiuificant.

Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt.

Sicut uita uitā genuit, ſic potēs iudicare potētē iudicare. Et hoc ē, Dedit ei poteſtatē iudicium facere. Indiuiſe itaq; iudicāt pater & filius, nec non ſpiritusſanctus. Verum quia potentia ſapientiæ cedit in diſcretione iudicij, ubi æquitas magis eſt examinanda, quāuis & potentia exercenda, nec bonitas ſubtrahenda: ideo ſpecialius diſcrimē iudicij attribuitur ſapientiæ. Iuxta hoc igitur ſupradixit, pater non iudicat quenq̄, ſed om̄e iudiciū dedit filio. Quod aūt ſupponit, q̄a filius hoīs eſt: inde maxime pēdere iudiciū declarat, q̄d impij etiā filiū à patre miſſum crucifixerūt, & quotidie cōculcant. Vel ita: Secundū hoc aūt q̄d filius hoīs eſt, poteſtatē dedit ei pater
Albinus iudiciū faciendi. Nā in iudicio hō uidebit ab oībus, deus aūt nō niſi à iuſtis uidendus eſt.

Nolite mirari hoc, quia uenit hora, in qua oēs qui in monumentis ſunt, audient uocem eius. Et procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionē uitæ: qui uero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

Euidenter hic agit de reſurrectione carnis, ut ſupra de reſurrectione mentis. Ne miremini hoc quod ita libere loq̄r de iudicio faciendo per filium, quia ueniet hora in fine ſeculi, in q̄ oēs corporaliter reſurgēt, alij in uitam, ut uideant deū ſicut eſt, alij in dānationē. & tunc diſcretio iudicij apparebit. Audient uocem eius, hoc eſt, ſentient manifeſtationem eius. Vel ipſe iudex uocē emittet hu M.
manam, uel per angelos formabitur. iuxta illud Pſalm. Aſcendit dominus in uoce tubæ.

Non poſſum ego a meipſo quicq̄ facere. ſed ſicut audio, iudico. & iudicium meum iuſtum eſt.

Explanat q̄d dixerat, poteſtatē dedit ei iudicij. Nil poſſum à meipſo facere: q̄ſi dicat,
à meipſo non ſum: ſed à patre, à quo & cū q̄ Albinus.
facio oīa. Sicut audio. i. ſicut intelligo p unitatem ſubſtantiæ ab illo à quo ſum, ita iudico. Vel ita: Ego filius hoīs, nihil à me poſſum: ſed ſicut audio à deo, iudico. A. ꝟ.

SI ego teſtimoniū phibeo de me, teſtimoniū meum non eſt uerꝫ.

Quō aūt uerū, niſi ſc'dm carnē? Vn̄ alibi: Si glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt.

Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia uerū eſt teſtimonium quod perhibet de me.

In ſequentibus oñdit quis ſit ille, ubi ait: Qui miſit me pater, ipſe teſtimoniū perhibuit de me. Hoc teſtimonium fuit in baptiſmo. Quia ueritas ē deus, uera ſunt teſtimonia ei⁹.

Vos miſiſtis ad Iohannē, & teſtimoniū perhibuit ueritati. Ego aūt non ab hoīe teſtimoniū accipio. ſed hæc dico uobis, ut uos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardēs & lucēs. uos aūt uoluiſtis ad horā exultare in luce eius.

Perhibuit Iohannes teſtimoniū de Chriſto, Albinus.
tanq̄ lucerna ad confundendos inimicos. Iā enim p̄dictū erat in pſalmo ſub perſona patris: Paraui lucernā Chriſto meo. Inimicos eius induā cōfuſione: ſuper ipſum aūt efflorebit ſanctificatio mea. Oēs ꝓphetæ & apoſtoli ſunt lucernę. Chriſtus uerū lumē, quod illuminat oēm hoīem uenientē in hūc mundū. Ab hoīe nō accipio teſtimoniū q̄ſi neceſſariū: ſed tn̄ hæc dico de teſtimonio Iohannis, ut per hoīem uos hoīes ad ueritatē ipſam ducamini, & credētes ſalui ſitis. Iohānes eñ erat ardens lucerna ſpiritu charitatis, & lucens lumine ueritatis, oſtendens in ſole iuſtitię exultandum fore. Vos autem uoluiſtis in luce lucernæ quaſi ſufficiat, remanere, dū Iohannem crederetis Chriſtum eſſe.

Ego aūt habeo teſtimonium maius Iohanne. Opera enim quæ dedit mi

hi pater, ut perficiam ea, ipſa teſtimoniū perhibent de me, quia pater me miſit. Et qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me.

Verum quidem & perutile multis fuit teſtimonium Iohannis, ſed habeo maiora teſtimonia. Opera enim patris quæ ego uiſibiliter facio, atteſtantur quia pater me miſit. Et teſtimoniū patris eſt, qui me exterius hominem oculis uiſibilem exhibuit, quod interius corda hominum ad me cognoſcendū accendit. A. M. L.

NEq; uocem eius unquā audiſtis, neq; ſpeciē eius uidiſtis.

In hoc oſtendit ſubſtantiam diuinitatis incomprehenſibilem eſſe & inuiſibilem, uocemq; eius non capi aure carnali, ſed tātum ſpiritualiter intelligi. A.

ET uerbum eius non habetis in uobis manens. quia quem miſit ille, huic uos non creditis.

Verbū quod erat in principio, & per qđ poſſetis ad patris uenire cognitionem, non manet in cordibus ueſtris: quia his quæ audiſtis à me, non creditis, nec etiam ſcripturis. unde ſequitur:

Scrutamini ſcripturas, quia uos putatis in ipſis uitam æternam habere. Et illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis.

Dum me qui ſum uita, abijcitis, uitam in ſcripturis non inuenietis. & tamen per ea q̄ illæ docent, nō uultis uenire ad me. i. credere in me, ut habeatis uitā quā in ipſis q̄ritis.

Claritatem ab hominibus non accipio. ſed cognouiuos, quia dilectionem dei non habetis in uobis.

Humanam laudem nō quæro, nec honorem carnalem, qui ueni dare ſpiritualem: ſed uobis errātibus cōdoleo, q̄a non habetis dilectionē dei, & ad uitā ueritatis reducere uolo.

Ego ueni in nomine patris mei, & nō accepiſtis me. Si alius uenerit in nomine ſuo, illum accipietis.

Probat q̄a dilectio dei non eſt in eis. Ego ueni ut per me pater glorificetur, & non accepiſtis me. i. non credidiſtis in me. ſed inde pœna peccati hęc uobis erit Cū antichriſtus uenerit in nomine ſuo, quia propriam gloriam quęret & ſe deum dicet, illum accipietis.

Hoc eſt quod Apoſtolus ait: Vt credāt mēdacio qui non crediderunt ueritati. *2. Theſ. 2*

Quō poteſtis uos credere, qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriam quæ a ſolo deo eſt, non quæritis?

Non quia non eſt aperta ueritas, non credunt, ſed quia ſuperbia eos excæcat & ambitio laudis, quæ appetit de ſe exiſtimari quod in ſe non habet, & ſuper alios ſe efferre. humilitas uero ſolius dei gloriā quærit, eiq; ſoli placere appetit.

Nolite putare, quia ego accuſaturus ſim uos apud patrē. Eſt qui accuſat uos Moyſes, in quo uos ſperatis. Si enī crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. De me enī ille ſcripſit.

Quod ait, forſitan, irriſio eſt increduli, nō dubitatio loquentis. Ideo non accuſo, q̄a nō ueni damnare, ſed ſaluare. Moyſes uero accuſat, quia increduli eſtis uoci illius qua ait: *Deute. 18* Prophetam uobis ſuſcitabit dn̄s deus de fratrib' ueſtris, tanq̄ meipſm audietis eū. Omis anima quæ non obedierit ꝓphetæ illi, exterminabitur de populo dei.

Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Multo uidelicet minus: quia in lege magiſtri eſſe præſumitis, in uerbis aūt meis neq; magiſtri neq; diſcipuli eſſe uultis. Ibi inchoatio pfectæ uitæ, hic uero conſummatio. Ibi ſum ꝓphetatus, hic uobis dico, ecce aſſum. M. R. Caput LXXXIX.

ET relictis illis, in illis diebus iterū cū multa turba eſſet, conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ, quia ecce triduo iā perſeuerāt mecū, & nō habēt quod manducēt. & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia.

Quia infidelitatis error inſolentiū animos obtinebat, potius reliquiſſe eos q̄ dimiſiſſe ſcribitur. Cōuocat aūt diſcipulos, ut doceat magiſtros cū minoribus cōicare cōſilia ſua uel ideo, ut ex collocutiōe intelligant ſigni magnitudinē. Turba triduo ſuſtinet dnm propter ſanationē infirmorū: & electi in fide trinitatis ſupplicant dn̄o pro languoribus aīarū ſuarū uel ſuorū. Vel triduo ſuſtinet turba dominum, quando fideles cōuertuntur opere, locutione, cogitatione. Qui conuerſi, deficiunt in uia præſentis uitæ, ſi ſine doctrinæ pabulo dimittantur. Marcus refert, quia *Hilarius. Hierony. Beda.*

Paſcit uere, donec paſtos iungat uitæ.

A. 52

PAtres uſ̃ri manducauerũt in deſerto mãna, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cęlo deſcẽdẽs, ut ſi quis ex ipſo manducauerit, nõ moriatur.

Vnde ſuperbitis? An qa patres mãducauerunt mãna? Quare mortui ſunt? Quia quod uidebant, credebant: qđ non uidebant, non intelligebant. Bene ergo dicuntur patres ueſtri, quia ſimiles illorum eſtis. De morte animæ loquit. nã corporaliter oẽs mortui ſunt, & iuſti & iniuſti. Iuſti aũt non ſcđm animam mortui ſunt, quia uiſibilẽ cibũ ſp̃ualiter intellexerunt, ut Moyſes & Aaron. Nos etiã hodie uiſibilem cibũ accipimus, ſed aliud eſt ſacramentũ, aliud eſt uirtus ſacramenti: quod multi de altari accipiũt, & moriuntur. Vnde Apoſtolus: Iudiciũ ſibi manducat & bibit. Non buccella dñica uenenũ fuit Iudæ, cũ in eum inimicus intrauit, ſed bonũ male malus accepit. Ergo panem cæleſtem ſpiritualiter manducate, hunc panem ſignificauit manna, hunc panem ſignificat altare dei. Sacramenta in ſignis diuerſa ſunt: in re quæ ſignificat, paria ſunt. Audi Apoſtolum: Patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & oẽs per mare trãſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcã ſp̃ualem manducauerunt. Sp̃ualem utiq; eandem. nam corporalẽ alterã. ſed p̃res noſtri, nõ patres illorũ. Et adiungit: Et oẽs eundem potũ ſpiritualem biberũt. Aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie uiſibili, quod tamẽ hoc idẽ ſignificaret uirtute ſp̃uali. Quõ eũdẽ potũ? Bibebãt inqt, de ſpirituali cõſequente eos petra. Petra aũt erat Chriſtus. Inde panis, inde potus. Petra Chriſtus in ſigno, uerus Chriſt' in uerbo & in carne. Et quõ biberũt? Percuſſa eſt petra de uirga bis, qđ ſignificat duo ligna crucis. Hic eſt ergo panis de cælo deſcendẽs, ut ſi qs ex eo mãducauerit, nõ moriat in æternũ, ſed quod pertinet ad uirtutẽ ſacramẽti, nõ ad uiſibile ſacramentũ, qui mãducat in corde, nõ qui premit dẽte. Hic. i. in hoc loco eſt panis, & cõſequenter determinat quis panis.

Aug. 1.Cor.11. Ioh.13. 1.Cor.10.

A. 65/1 M. 284 R. 164 L. 266

EGo ſum panis uiuus qui de cælo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum.

Talẽ ſe exhibuit panis uiuus, id eſt, uiuificans & æternus deſcendendo in terram, ut panem angelorum manducaret homo. Ipſa eñ ueritas, ſapientia, uirtus dei, cibus eſt angelorum & hominum. Qui ergo fide & dilectione manducauerit ex hoc pane cæleſti, & ei ſe counierit, in æternum uiuet per iuſtitiã & ueritatem & ſapientiam.

Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita.

Hoc qñ caperet caro, quod dixit panẽ carnem? Vocatur caro, quod non capit caro. & ideo magis non capit caro, quia uocatur caro. Iuxta quod Auguſtinus & Albinus exponũt, & panẽ & carnẽ ſuã uocat hic dñs fideliũ ſocietatẽ in corpore ſuo, quod eſt eccleſia. Panẽ, qa eccleſia quotidie reficit quos recipit: & in ea quo uſq; ad plenã ſocietatẽ perueniant, alter alterũ uerbo & exemplo paſcit. Vnde dñs ad Petrũ: Paſce oues meas. Caro aũt Chr̃i, eccleſia dicit: qa incarnationi uerbi fide & ſacramẽtis unita, uiuit de ſp̃ũ Chr̃i. Sicut eñ corpus uniuſcuiuſq; hois uiuit de ſpiritu ſuo. i. de aĩa ſua, ita fideles animæ uiuunt de ſp̃ũſctõ. Vnde Paulus: Qui non habet ſpiritũ Chr̃i, hic non eſt eius. A. 56

Ioh. 21. Aug. Roma.8.

LItigabãt ergo Iudæi ad inuicem, dicẽtes: Quomõ põt hic carnẽ ſuam nobis ad manducandum?

Ideo litigabant, qm̃ panẽ concordiæ non intelligebant. Vnus panis, u nũ corpus, ſiue una caro Chr̃i, multi ſumus. Vis ſcire quõ cũ Chr̃o unum corpus efficiamur? Si credis quomõ apoſtoli crediderunt, unum cum eis corpus Chr̃i effiçeris. In hoc (ut ait Iohãnes) intelligimus quod in eo manemus & ipſe in nobis, qm̃ de ſp̃ũ ſuo dedit nobis. Qualiter quoq; panis unus efficiamur, Auguſtinus docet in ſermone de ſacramentis fideliũ, feria ſcđa paſchæ: Cõportati, inqt, eſtis laboribus boũ. i. annũciãtiũ euangeliũ, triturati eſtis, qñ catechumeni facti fuiſtis. in horreo ſeruati eſtis, qñ noĩa uſ̃a dediſtis. moli cœpiſtis ieiuniis & exorciſmis. ad aquã ueniſtis, qñ cõſperſi in baptiſmo, unũ facti eſtis. accedente feruore ſp̃ũſſcti cocti eſtis, & ita facti dñic' panis. Quomõ ergo unũ facti eſtis, ſic unum eſtote, unam fidem tenendo, unã ſpem, indiuiduã charitatem. Quod aũt ad inuicem litigantes quærunt, quomõ poſſit dñs carnem ſuam dare ad manducandum, non ſtatim audiunt: ſed adhuc eis dicitur, unde magis moueantur. Dixit ergo eis Ieſus:

Hiero. Aug.

Amen amẽ dico uobis, niſi manducaueritis carnem filij hoĩs & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis.

Aug. Quō detur & quis nam modus ſit mādu-
candi iſtum panem, ignoratis: ueruntamen
niſi māducaueritis, nō habebitis uitam in uo
bis. Et ne iſtā uitam intelligerent, adiunxit:

Qui manducat meam carnem, & bi
bit meum ſanguinem, habet uitā æ-
ternam.

Aug. Qui non manducat carnem dn̄i, nec bibit
eius ſanguinem, nō habet uitam in ſe: & qui
manducat & bibit, habet uitam. Non eſt ita
in temporali eſca: nam qui eam nō ſumit, nō
uiuet. nec tn̄ qui eam ſumit, uiuet. Cibū & po
tum, qui dat uitam æternā, uult intelligi dn̄s
ſocietatē corporis & membrorū̄ ſuorū̄, quod
eſt eccleſia in prædeſtinatis, uocatis, iuſtifi-
catis, glorificatis. Quorū primum iam factū
eſt. i. prædeſtinatio. ſecundum & tertium fa
ctum eſt & fit & fiet. i. uocatio & iuſtificatio.
quartum uero nunc in ſpe eſt, in re autē futu
rum. i. glorificatio. Huius rei ſacramentum,
.i. unitatis corporis & ſanguinis Chriſti, ali
cubi quotidie, alicubi certis interuallis dierū
in dn̄ica menſa præparatur, & de menſa dn̄i
ſumitur: quibuſdam ad uitā, quibuſdā ad ex-
itium, Res uero cuius ſacramentum eſt, omi
homini ad uitam, nulli aūt ad exitium.

Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die.

Hoc ſubiecit, ne cogitarent non mori cor
poraliter.

A. 61. M. 84. R. 165. L. 116.

Caro enī mea uere eſt cibus, &
ſanguis meus uere eſt potus.

Aug. Cum cibo & potu id appetāt hoīes, ut nō
eſuriāt neq; ſitiant: hoc ueraciter nō præſtat
niſi iſte cibus & potus, qui eos à quibus ſumi
tur, immortales & incorruptibiles facit. i. ſo-
cietas ipſa ſanctorū, ubi pax erit & unitas per
fecta. Propterea quippe, ſicut etiam ante nos
intellexerunt hoies dei, Chr̄s corpus & ſan-
guinem ſuum in eis rebus cōmendauit, quæ
ad unum aliquid redigunt ex multis. Aliud
nanq; in unū ex multis granis cōficitur, aliud
in unū ex multis acinis confluit. A. 62.

Qui manducat meā carnem, &
bibit meum ſanguinem, in me
manet & ego in eo.

Aug. Iam exponit quid ſit manducare carnem
eius, & bibere ſanguinē eius, hoc eſt, mandu-
care illā eſcam & illum bibere potū: in Chri
ſto manere, & illū manentē in ſe habere. Ac
per hoc qui non manet in Chriſto, & in quō
non manet Chriſtus, proculdubio nec man
ducat eius carnē, nec bibit eius ſanguinē, etiā
ſi tantæ rei ſacramentū ad iudiciū ſibi mandu
cet & bibat. Manducare & bibere, plena refe M.
ctio nobis eſt. & p carnē Chr̄i, eccleſiā intelligi
m⁹: ut ſupradictū eſt: p ſanguinē quoq; Chri
ſti, eccleſiā intelligimus: quia ſanguis ſedes a- Leui. 17.
nimæ eſt, & eccleſia quodammō ſedes ſpiri-
tusſancti, qui eſt quaſi aīa oīm animarū fideli
um. Manducamus ergo carnē Chriſti & ſan
guinē ei⁹ bibimus, ſi maxime & ſingulariter
gaudemus de participatione eccleſiæ, in qua
Chriſtus tanq̄ caput, & ſpūſſanctus quaſi aīa
in qua ſacramētorū cōmunio & pc̄tōrū remiſ
ſio. Poſſunt q̄q; ad perſonā Chriſti ſingula-
riter hæc ita referri: Panis quē ego dabo, ca-
ro mea eſt pro mundi uita. Tale eſt q̄d dicit
Refectio quā propono, ut ad ſatietatē ſc̄ꝫ di-
uinæ contemplationis perducat, eſt incarna
tio mea, facta ut mundus uiuat. Niſi mandu-
caueritis carnē filij hoīs, & biberitis eius ſan-
guinē, nō habebitis uitā in uobis. hoc eſt, niſi
reficiamini in fide incarnatiōis, ad uitā æter
nam nō peruenietis. Per ſanguinē, intellige
animā, q̄ꝛ ſanguis ſedes animæ ſit. Qui mādu
cat meā carnem & bibit meū ſanguinem, ha
bet uitam æternā. Ac ſi dicat: Qui mentē ſuā
læuificat & paſcit, quia carnē & animā ſumpſi
ut totū hominem ſaluū facerem, in uia ſalutis
eſt. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis me- Ambr.
us uere eſt potus. Id eſt, per carnem meā &
ſanguinem dabo uerā ſatietatem, ſufficiētem
uidelicet atq; æternā. Caro enim ſaluatoris,
pro ſalute noſtri corporis oblata, ſanguis ue
ro pro anima noſtra effuſus eſt: ut nos in ani
ma & corpore ſaluos faceret, ſicut præfigura
tū fuit à Moyſe. Caro, inquit, pro corpore
ueſtro offeret, ſanguis uero pro anima: ideo noſtro
que nō manducandū ſanguinem. Inde igitur M.
nobis cibus & potus ſpūalis, inde uox iubila
tionis & ſonus epulantis: quia ſine intermiſ
ſione quadā, mentis maſticatiōe ruminamus
carnem Chriſti & ſanguinē precium eſſe no
ſtræ redemptionis, & uiam uitæ immortalita
tis, in qua nec ſitis nec eſuries erit. Animal au
tem quod nō ruminat, immundū eſt. Augu-
ſtinus libro tertio de doctrina chriſtiana: In
locutionibus figuratis ſeruabitur hæc regu-
la, ut tandiu uerſetur diligenti cōſideratione
quod legitur, donec ad regnū charitatis in-
terpretatio perducatur. Niſi manducaueri-
tis, inquit, carnem filij hominis & ſanguinē
biberitis, non habebitis uitam in uobis. Faci
nus & flagitium uidetur iubere. figura eſt;
præcipiens paſſioni dominicæ eſſe commu
nicandum, & ſuauiter atq; utiliter reconden
dum in memoria, quod pro nobis caro eius
crucifixa & uulnerata ſit. Qui manducat
meam carnem & bibit meum ſanguinem,
in me manet per conformationem uitæ, &

egoin illo per inhabitantē gratiam,profecto
fides in corde tuo,eſt Chriſtus in corde tuo.
Sicut miſit me uiuēs pr̄,& ego uiuo
propter patrē. Et qui manducat me,
& ipſe uiuet propter me.
Pater me æqualem ſibi miſit.i. hominē fe
Aug. cit. Vt ergo ad illum tanq̄ maiorē referam ui
tam meā,exinanitio mea fecit, in qua me mi
Phil.2. ſit. Manducamus eum.i.accipimus ipſum ui
tam æternam. Vel uiuit filius propter patrē,
quia ipſe eſt ex patre. Sicut enim pr̄ nō eſt in-
digens uita, ſic filius non indiget alterius ui-
tæ. Vtriq; eorum ſunt una uita,q̄a unus deus.
Hic eſt panis qui de cælo deſcēdit.
Non ſicut mādu cauerūt pr̄es ueſtri
manna,& mortui ſunt. Qui mandu
cat hunc panem,uiuet in æternum.
Hic.i.in hoc loco. uel hic,ſc̄s filius hoīs, de
q̄ ſupra,eſt panis de cælo. Nō ſic morient in
uia,qui me cęleſtē panē mādu cant,ſicut pr̄es
uſi manducauerunt manna,& mortui ſunt.
Hæc dixit in ſynagoga, docēs in Ca
pharnaum. Multi ergo audientes ex
diſcipulis eius,dixerūt: Durus ē hic
ſermo. Quis poteſt eum audire?
Ideſt,ei obedire? Mouētur diſcipuli: quid
Aug. ergo inimici? Ecce uentilatur triticū, ſed ſe-
cretum dei intētos debet facere, nō auerſos.
Verba quidē dn̄i ita ſunt ꝓfunda,ut oēs per-
uerſos perturbēt,oēs rectos auditores exer-
ceant. Sic apud ſe diſcipuli dixerunt de duri-
tia ſermonis domini , ut ab eo non audiren-
tur. Vnde ſequitur:
Sciens antē Ieſus apud ſemetipſum,
quia murmurarent de hoc diſcipuli
eius,dixit eis: Hoc uos ſcandalizat?
Aug. Hoc,uic; quia dixi,carnē meam do uobis
manducare & ſanguinem meum bibere.
A. 69. M. 116. R. 111. L. 207.
SI ergo uideritis filium hominis
aſcendentem ubi erat prius.
Hinc ſoluit,quod illos mouerat. Hinc ape
Aug. rit, unde fuerant ſcandalizati. Hinc plana,ſi
intelligerent. Illi enim putabant eum eroga-
turum corpus ſuū. Ille aūt dixit ſe aſcenſurū
in cælum utiq; integrum. Cum uideritis fili
um hoīs aſcendentē ubi erat prius, certe uel
tunc uidebitis: quia nō eo mō quo putatis,e-
rogat corpus ſuū. Certe uel tunc intelligetis,
q̄a gr̄a eius nō cōſumitur morſibus. Nulla q̄
ſtio hic eſſet,ſi ita dixiſſet: Si uideritis filiū dei
aſcendentē ubi erat prius. Nunc aūt dixit fili
um hoīs. Nunquid filius hoīs qui in terra eē Pſal.84.
cœpit,ut illud, Veritas de terra eſt,& iuſtitia
de cælo proſpexit,in cęlo erat prius? Alio aūt
loco ait: Nemo aſcendit in cælū, niſi qui de cę Ioh.3.
lo deſcendit,filius hoīs qui in cęlo eſt. Hic.n.ō
dixit,erat,ſed eſt: & t̄n cum hoc dixit,in ter-
ra loquebatur,& nō dixit,filius dei,ſed filius
hoīs. Quod totum ad hoc pertinet,ut intelli-
gamus unā perſonā eē Chr̄m deū & hoīem.
Chriſtus nanq; unus,eſt uerbū,anima,caro:
& ſecundū unitatē perſonæ,ſic erat filius ho-
minis in cælo q̄n in terra loquebatur: quō fi
lius dei erat in terra in ſuſcepta carne, fili' ho
minis in cælo in unitate perſonæ.
A. 70. M. 117. R. 112.
SPiritus eſt qui uiuificat, caro nō
prodeſt quicquam.
Eo mō quo illi intellexerunt , nō prodeſt. Aug.
Carnē quippe ſic intellexerunt, quō in cada
uere dilaniatur,aut in macello uenditur,non
quō ſpū uegetatur. Proinde ſic dictum eſt,ca
ro non prodeſt quicq̄: quō dictum eſt,ſcien-
tia inflat. Sciētia nanq; ſine charitate inutilis 1.Cor.8.
eſt: eodem mō caro ſine ſpū. A. 71.
VErba quæ ego locutus ſum uo
bis, ſpiritus & uita ſunt.
Hoc eſt,ſpiritualiter intelligenda ſunt.
Sed ſunt q̄dā ex uobis q̄ nō credūt.
Quia nō credunt,ideo nō intelligunt. ut Aug.
ait ꝓpheta: Niſi credideritis, nō intelligetis. Iſa.7.
Per fidē copulamur,ꝑ intellectū uiuificamur
Prius hæreamus per fidē, ut ſit quod uiuifice
tur per intellectum. A. 72.
ET dicebat: Propterea dixi uo-
bis quia nemo pōt uenire ad me,
niſi fuerit ei datum a patre meo.
Fides enim non eſt à ſe quaſi propria,ſed à
deo tanquam gratia.
Ex hoc multi diſcipulorꝫ eius abie-
runt retro, & iam nō cū illo ambula
bant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim:
Nunquid & uos uultis abire?
A. 74. M. 166. R. 81 L. 94.
REſ̄ndit ergo ei Simō Petrus: Dn̄e,
ad quem ibimus. Verba uitæ
æternæ habes,& nos credidimus &
cognouimus q̄a tu es Chr̄s filius dei. Aug.
Recreante ſpiritu ſancto, intellexit Petrus.
Verba uitę æternę habes.i.uitā æternā habes.
in adminiſtratione corporis & ſanguinis tui.
Credidimus,ut cognoſcerem'. nam ſi prius
cognoſcere,deinde credere uellem',nec co-

gnoſcere nec credere ualeremus. Quid cre-
didimus? quia tu es Chriſtus filius dei, id eſt,
quia ipſa uita æterna tu es, & non das in car-
ne & ſanguine tuo niſi qđ es. Vnus ꝑ omni-
bus loquebatur. A. ℣

Reſpondit eis Ieſus: Nonne uos
duodecim elegi, & unus ex uo-
bis diabolus eſt? Dicebat autem de
Iuda Simonis ſcariothis. Hic enim
erat traditurus eum, cum eſſet unus
de duodecim.

Reſpondit cauſa probandi eos. ad ꝑmanē
dū elegit duodecim electione illa, qua dicit.
Mat. 20 Multi uocati, pauci electi. Iudā uero elegit. i.
uocauit, ut per eum diſpēſatio diuinæ miſeri
cordiæ in ſalutē mundi impleret. Vñ boni-
tas dei bene utebat malitia illius, ſicut in uen
Gene. 37 ditiōe Ioſeph bene uſus eſt malitia frm. E cō
tra mali utunt bonis dei ad malū, ſicut igne,
Gen. 50. aqua & cæteris. Iudas ergo cū perijt, ſe exter
minauit, nō numerū ſacratum uiolauit. Hoc
totū quod de corpore ſuo & ſanguine dñs lo
cutus eſt, & quod in eius diſtributiōis grā ui
tā nobis promiſit æternā: & qđ hinc uoluit
intelligi, manducatores & potatores carnis
& ſanguinis ſui ut in illo maneāt & ipſe in il
lis: & qđ non intellexerūt, q nō crediderūt:
& qđ ſpūalia carnaliter ſapiēdo, ſcādalizati
ſunt: & quod eis ſcandalizatis & pereuntibus,
cōſolationi dñs affuit diſcipulis q remanſe-
rūt: hoc inquā totū dilectiſſimi ad hoc nobis
ualeat, ut carnē & ſanguinē Chriſti non eda-
mus tantū in ſacramēto, qđ multi faciūt ma-
li. ſed uſq; ad ſpiritus participationē mandu
cemus & bibamus, ut in dñi corpore tanquā
mēbra maneamus, ut eius ſpū uegetemur, &
non ſcandalizemur, etiā ſi multi mō nobiſcū
manducant & bibūt tēporaliter ſacramēta,
qui habebūt in fine æterna tormenta. Modo
enī corpus Chri mixtū eſt tanq̄ area, ſed no-
2. Ti. 2. uit dñs qui ſunt eius. Notandū qa nōnulli do
ctores aliq̄ de ꝑdictis incidenter ad altaris ſa-
cramēta referunt, ſed in cōtinua expoſitione
nullus. In cētesimo autē quinq̄geſimo ſexto
capitulo huius operis proprie habetur de ſa
crificio altaris. L. ℣ M. 3/4.

Caput LXXXIII.

ROgauit autem illum qui-
dam phariſęus, ut prāde-
ret apud ſe. & ingreſſus,
recubuit. Phariſęus autem cœpit in
tra ſe reputans dicere, quare non ba
ptizatus eſſet ante prandium.

Aug. Id eſt, lotus more Iudęorum. Phariſæi uo-
cabantur nobiliores atq; doctores Iudæi.

Et ait dominus ad illum: Nunc uos
phariſæi quod de foris eſt calicis &
catini, mundatis. quod autē intus eſt
ueſtrū, plenū, eſt rapina & iniqtate.

Mūditiam carnis exterius obſeruatis, & Ambro. & Beda.
animæ turpitudinem retinetis. Calix eſt uas
uitreum: catinum, fictile de terra. Per hæc ſi-
gnificat fragilitas humani corporis, in quo
exterius prætendunt ſanctitatē & ſimulāt iu
ſtitiā, ſed intus ſunt uitiorū ſorde deformes.

Stulti, nonne qui fecit quod de foris
eſt, etiam quod de intus eſt fecit?

Qui utrāq; hominis naturam fecit, utrāq;
mundare deſiderat. Hoc dicitur contra Ma-
nichæos, qui animam tantū à deo, carnem ue
ro putant à diabolo creatam. Hoc etiam con
tra illos, qui corporalia peccata, fornicatio-
nem uidelicet, furtū, rapinam, quaſi grauiſſi-
ma deteſtantur, ſpiritualia uero, quæ nō mi- Col. 3.
nus damnat Apoſtolus, Iram ſcilicet & ſuper
biam & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruit',
ut leuia contemnunt.

Veruntñ quod ſupeſt, date eleemo
ſynā, & ecce oīa mūda ſunt uobis.

Quod neceſſario uictui & ueſtimento ſu Luc. 3.
pereſt, date pauperibus, iuxta præceptū Io-
hannis: Qui habet duas tunicas, det non ha
benti. Vel ita: Quod ſupereſt, remediū facite
de ueſtro ſcelere. Date eleemoſynā, qa ſicut
aqua extinguit ignē, ita eleemoſyna extiguit Eccle. 3.
peccatum. Qui uult ordinate dare eleemoſy-
nam, à ſe ipſo debet incipire, & eam ſibi pri-
mum dare. i. miſericordiam ſibi facere. Eſt
enim eleemoſyna opus miſericordiæ. uerissi
meq; dictum eſt, Miſerere animæ tuæ placēs Eccle. 30
deo. Prima eleemoſyna eſt, cum renaſcimur.
ſecunda, quicquid boni poſtea facimus. Mū-
datis ergo cordibus ꝑ fidem, mūda ſunt oīa,
id eſt, nulla coinquinant mentem. R. ℣

Caput LXXXIIII.

PHariſæi & qdam de ſcribis,
uenictes ab Hieroſolymis,
cū uidiſſent quoſdam ex diſcipulis
cōmunibus manibus (. i. nō lotis) mā
ducare panes, uituperauerunt dicē
tes: M. 14. R. 7.

QVare diſcipuli tui tranſgrediū-
tur traditionē ſeniorū? Non enī
lauant manus ſuas cū panē māducāt.

Phariſæi ſpūalia uerba carnaliter intelligē Beda. 1. ſal. 1.
tes, Lauamini, mundi eſtote: &, Mundamini Iſai. 52.

qui fertis uaſa domini, non recte accipiebāt
hanc munditiam. Nam hoc dictū eſt de cor
dis & operis caſtigatione, & nō ſolum de la
uando corpore, ut ipſi putabant. Igitur aqua
exterius loti, conſcientiæ liuore polluti, non
ad uerbum audiendum, non quaſi ad medi-
cum, ſed ad quæſtionum pugnas concurrūt.
De non lotis itaq; manibus corporis uitupe
rant diſcipulos, cum in operibus eorum ni-
hil immunditiæ inueniant. Animarum nan-
que manus. i. opera, ſolicite lauabant. Com-
munia quidē uocabāt Iudęi omnia immūda.

Ipſe autem reſpondēs, ait illis: Qua-
re & uos tranſgredimini mandatum
dei propter traditionem ueſtram?

Cum uos præcepta dei, propter traditio
nem hominum negligatis, quare meos diſci
pulos arguitis, quod ſeniorum iuſſa paruipē
dant, ut dei ſcita cuſtodiant?

Exo. 20 Nam deus dixit: Honora patrem &
Exo. 21 matrem. & qui maledixerit patri uel
matri, morte moriatur.

Honor in ſcripturis, non tantum in ſalu-
tationibus & officijs deferendis, quantum in
eleemoſynis & munerum oblatione ſentit.
Vnde Apoſtolus: Honora uiduas quæ uere
1. Tim. 5. uiduæ ſunt. Hoc eſt, da eis. Qui ergo debitis
obſequijs parētes indignos iudicauerit, mor
te morietur æterna.

Vos autem dicitis: Quicūq; dixerit
patri uel matri, munus quodcunq;
eſt ex me, tibi proderit. & non hono
rificauerit patrē ſuū aut matrē, & ir-
ritum feciſtis mādatum dei propter
traditionem ueſtram.

Præceperat dominus imbecillitati & pe-
nuriæ parentum conſulens, ut filij eos hono
rarēt in neceſſarijs etiam uitę. Hanc legē pha
riſæi ſubuertentes, ut impietatē ſub nomine
pietatis inducerent, docuerūt filios melius fa
cere, ſi deo uero patri uouerent ea quæ parē-
tibus offerenda erant. Vnde ipſi parētes ege
ni fiebant, & oblatio liberorū ſub occaſione
dei in lucra ſacerdotū cedebat. Sic lege lite-
M. ram: Deus iuſſit, per Moyſen ſcilicet, hono-
rari parentes: ſed quicunq; dixerit patri uel
matri &c. uos illud dicitis: quia quicunque
hoc dicat, uos illum inſtruitis ad dicendum.
Vos, inquam, in hoc inſtruitis malos filios,
ut dicant: O pater, o mater, munusquodcun
que eſt ex me oblatum, ſubaudis in templo, ti
bi proderit in aīa. Vel ita: Filios dicere parē
tib' cōpellitis, munus ꝙdcunq; eſt ex me of-
ferendum deo, in tuos conſumo cibos. tibiq;
prodeſt o pater & mater, ut timeant accipere
deo conſecrata, ne ſacrilegij crimen incur-
rant. uel ita poteſt legi ſub interrogatione:
O pater, o mater, munus quod ex me tibi da
tur ad uictum & ueſtimentum, proderit tibi
ad ſaluādam animam? Minime, quia tu non
curas niſi de corpore. Aliter: Iuuenes cū da-
mno & dedecore parentum præſumētes of
ferre, inſtinctu ſacerdotum dicebant: Mun'
quod eſt pro me, proderit tibi pater, non tu
illud offeras. Ac ſi dicerēt: Ad illam ætatem
peruenimus, ut iam ſacerdotum iudicio pro
nobis ipſis offeramus. R. ℣.

PHariſæi enim & omnes Iudæi ni
ſi crebro lauent manus, nō man
ducāt, tenentes traditiones ſeniorū.
& a foro, niſi baptizentur, nō come-
dunt, & alia multa quæ tradita ſunt
illis ſeruare, baptiſmata calicum &
urceorum & æramentorum & lecto
rum, & alia ſimilia his faciūt multa.

A foro, ſubaudis redeuntes, niſi lauentur, Beda.
non comedunt. fruſtra ſic baptizantur, dum
in nomine ſaluatoris non abluuntur. bapti-
ſmata urceorum & calicum dicit ablutiones
uaſorū, quas faciunt Iudæi, ut ipſi mūdi uide-
antur in corpore, non curantes peccata infi-
delitatis à ſe expellere. At uero in uanum ua
ſorum baptiſmata ſeruant, qui cordium ſuo-
rum & corporum ſordes negligunt. Vnde 1. The. 4
Paulus: Voluntas dei eſt, ut abſtineatis uos
à fornicatiōe, ut ſciat unuſquiſq; ueſtrum ſu
um uas poſſidere in ſanctificatione & hono
re. Superſtitioſa hominum traditio pręcepit
ſæpius lauari ob manducandum, & alia hu-
iuſmodi inutilia: ſed neceſſaria doctrina ueri
tatis iubet eos qui panem uitæ mādućare de
ſiderant, crebro eleemoſynarum, lachryma
rum aliorumq; iuſtitiæ fructuum fomento
ſua opera purgare M. ¼ R. 7

IRritū feciſtis mādatū dei propter
traditionem ueſtram. Hypocritę,
bene prophetauit de uobis Iſaias, Iſai. 29.
dicens: Populus hic labijs me hono
rat, cor aūt eorū longe eſt a me. Sine
cauſa autem colunt me, docentes do
ctrinas & mādata hominum. Relin-
quentes enim mādatum dei, tenetis
traditionem hominum. Aug. &

Latratum phariſæorū ſurca rōnis obtūdit, Hieron.

id eſt, Moyſi & Iſaiæ increpatione, ut & nos hæreticos uerbis ſcripturæ uincamus. Simulatores Iudæi ſtrepitu quidem labio-
Mat. 22 rum dicũt: Magiſter, ſcimus quia uerax es, exterioremq́ꝫ mũditiã cõmendant: ſed quia immũda mẽte ueritati cõtradicũt, nequaꝗ mercedem cũ ueris laudatoribus habituri ſunt.

Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hoiem: ſed q̃d ꝓcedit ex ore, hoc coinqnat hoiem.

Aug. Hæc ſentẽtia ſi tota de ore corporis accipiat̃, abſurda eſt. Neq; eñ quẽ non cõinqnat cibus, coinquinat uomit⁹. Cibus quippe in os intrat, uomitus ex ore ꝓcedit: ſed procul du bio priora uerba ptinent ad os carnis, ubi dicit, nõ quod intrat in os, cõinqnat hoiem. Poſteriora aũt ad os cordis, ubi ait: Sed qđ ꝓce-
Hiero. dit ex ore, coinqnat. Si hoc uerũ eſt, q̃re idolothytis nõ ueſcimur? Apoſtolus ait: Nõ po-
1. Cor. 8. teſtis calicẽ dñi bibere & calicẽ dæmonioꝝ. Sciendũ igitur quod cibi & oĩs dei creatura per ſe munda ſunt, ſed idoloꝝ & dæmonũ inuocatio ea facit immunda. M.

TVnc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei: Scis quia phariſæi audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt? At ille reſpõdens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur.

Phariſæi quorũ religio eſt in diſcernẽdis cibis, ſcandalizati ſunt .i. offenſi ſunt. Scandalon eñ ſeu ſcandalũ, nos offendiculũ uel ruinã & impactionẽ pedis ſiue ſcrupulũ, ut quidã uolunt, poſſumus dicere. Plantationem dicit hic doctrinas & mandata hominum, quæ à deo non ſunt. M. L.

SInite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum. Cæcus autẽ ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueam cadunt.

Hoc eſt, ſi inſipiens inſipientẽ doceat, ambo merguntur in peccatorũ ꝓfunditatẽ. Sinite illos, ſubaudis arbitrio ſuo: quia irreuoca-
Tit. 3. biles ſunt. Vñ Paulus: Hæreticũ hoiem poſt primam & ſecundam correctionem deuita. M. R.

ET cum introiſſet in domũ a turba, interrogabat eũ Petrus: Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: Adhuc & uos ſine intellectu eſtis?

Quod apertũ erat, putabãt apoſtoli parabolice dictũ. Corripiunt̃ ergo à dño. Ex quo intelligimus, uitioſũ eſſe auditorẽ, q obſcure manifeſta, aut manifeſte obſcura uelit intelligere.

Non intelligitis quia omne quod intrat in os, in uentrem uadit, & in ſeceſſum emittitur?

Hinc calumniant̃ hæretici quidã, quod dñs phyſicæ diſputatiõis ignarus, putet omnes cibos in uentrẽ ire & in ſeceſſum digeri: cum ſtatim infuſæ eſcę, per artus & uenas & medullas neruosq́ꝫ fundant̃. Vñ & dicunt multos, qui uitio ſtomachi ꝑpetẽ ſuſtinent uomitum, poſt cęnas & prandia ſtatim euomere quæ ingeſſerint, & tñ eſſe corpulentos, quia ad primũ tactũ liquidior cibus & potus per membra fundat̃. Sed quãuis ſit tenuiſſimus humor & liquens, eſca, tñ cũ in uenis & artubus cõcocta fuerit eſca & digeſta cũ humore, per occultos meatus corporis (quos Græci poros uocant) ad inferiora dilabit̃ & in ſeceſ-
M. ſum uadit. Quælibet etiã humorũ purgatio, ueluti per ſudorẽ, ſeu p quãlibet alia, nõ incõgrue ſeceſſus intelligit̃. Effluũt ſiquidẽ elemẽta quę influũt. Aliter: Emittit impſonale uerbũ accipiamus: ut ſit ſenſus, Totum quidẽ, uadit in uentrem, quod p os intrat, & poſtea in ſeceſſum emittitur, id eſt, emiſſio fit.

Quæ aũt procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, auaritia, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia. Hæc ſunt quę coinquinant hominem. Non lotis autẽ manibus manducare, non coinquinat hoiem.

Plato putauit rationabile nr̃m in cerebro, irã
Hieron. in felle, deſideriũ i iecore cõmorari. Si autẽ de corde exeũt cogitatiões malę, ergo aĩę principale non eſt ſcdm Platonẽ in cerebro, ſed iuxta Chr̃m in corde. Hic etiã arguunt̃, q cogitatiões à diabolo immitti putãt: q adiutor eſſe põt, nõ actor. Nõ eñ occulta cordis rimat̃, ſed ex corporis habitu rẽ putat: ut ſi pulchrã mulierẽ nos crebro uiderit reſpicere, intelligit cor uulneratũ. Homicidę ſũt etiã illi, q frẽs odio habẽt uſq; ad mortẽ. Vñ Iohã-
1. Ioh. 3. nes: q frẽm ſuũ odit, homicida ẽ. Adulterare, eſt thorum alterius uiolare. fornicatio uero eſt amor à legitimo cõnubio ſolut⁹ & uagus.

Dicitur autem fornicatio à fornicibus, in quibus pagani ſuam turpitudinē exercebāt. Furtum ē oĩe quod alterius dāno acquirit. Auaritia aūt radix malorū, ſeruitus eſt idolorum. quia ſicut uoracium deus uenter eſt, ita cupidorū quoq; iuſtiſſime pecunia deus dici poteſt. Neqtia eſt defectus boni, quod neq̄ ſeru⁹ dicit ſe facere negre. Dolus eſt occulta malicia, blandis uerbis adornata. Im pudicitia eſt omnis incōtinentia ad libidinē ptinēs, uelut illicitus carnis tact⁹ & turpia uerba, & turpis cogitatio. Oculus malus intelligitur inuidia, qđ eſt aliena felicitate torqueri. Superbiæ autē ſpecies ſunt, uelle præeſſe, nolle ſubeſſe, nolle parē habere. Inter ſtultū & inſipientē hoc intereſt, qđ quātuſlibet philoſophus inſipiens eſt, ſi dei ſapientia priuet, ſtultus uero nec in tēporalibus aſtutiam habet.

Mar. 7. Marcus p coinquinat, ponit cōmunicat. quod pprie ſcripturarū eſt, ſed tñ publico ſermōe nō terit. Iudęi cōmunes cibos uocāt, qbus omnes utūt hoīes, ut lepores & huiuſmodi aīalia q̄ ungulā nō findūt, nec rumināt, nec ſquamoſa ſunt in piſcib⁹. Vñ in actibus apoſtolorum: Qđ de⁹ ſanctificauit, tu ne cōmune dixeris. Act. 10. Cōmune ergo pro immūdo habēt. Cōmunicatio tamē apoſtolica nō lota, extendit palmites ſuos uſq; ad mare: munditia uero phariſęorū ſterilis eſt. M. 91. R. 72.

Caput. LXXXV.

ET inde ſurgens, abijt in fines Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa, gētilis, Syrophœniſſa gñe, clamauit dicens: Miſerere mei domine fili David. filia mea male uexat a dęmonio.

Hila. CHananæi terras, in qbus Iudæa eſt, incoluerūt. Qui uel bello conſumpti, uel in loca uicina diſperſi, uel in ſeruitute cōditiōe deuictorū ſubiecti, nomē tantū ſine patria ſecum circūferunt. Ex illa ergo diſperſiōe inter cætera cōtigit, qđ hæc Chananæa eſt Syrophœniſſa gñe, hoc ē, ex Syris & Phœnicib⁹ oria. Gētilis itaq; eſt, etſi Iudæis admixta, pſelytorum formā pferat. Merito nanq; exiſtimatur ex lege cognouiſſe, quod Chriſtū & dñm, & Dauid filiū cōfitetur. Beda. Typice aūt ſignificat eccleſiam de gentibus, quæ p filia rogat, cum p aīabus nondū credentibus ſuperſtitioni pietati ſupplicat, ut à fraudibus diaboli ſoluant. Bene iuxta Matthæū de finibus ſuis egreſſa fuit, & iuxta Marcū ad pedes dñi pcidit, ut ex utroq; colligatur, quod illi recte pro errātibus orāt, qui priſcas ſuæ perfidiæ manſiones relinquūt, & in eccleſiā ſe pia deuotione transferunt.

Ieſus autem nō reſpondit ei uerbū. Et accedētes diſcipuli, rogabant eū dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos.

Poſt ambulantem dominum mulier Chananæa deprecatorias uoces emittit, & poſt in domo ad pedes eius pcidit, ut Marcus cōmemorat. Quod autē dñs non reſpondit ei, nō fuit de ſupcilio ſuperbiæ: ſed ne ſibi cōtrarius uideret, cū dixiſſet, In uiā gentiū ne abieritis. & ne occaſionem daret calūniatoribus, pfectam ſalutē gentiū reſurrectiōis tēpori reſeruans. Pro Chananæa diſcipuli rogabant, neſcientes myſteria domini, uel miſericordia commoti, uel importunitate eius carere cupientes. M. 153. R. 226.

IPſe autē reſpōdēs, ait: Nō ſum miſſus niſi ad oues quæ perierūt domus Iſrael.

Hoc dicit quod primū miſſus ſit ad Iſrael. quē negligētem euangeliū dimiſſurus erat, & trāſiturus ad gentes. M. 154. L. 74.

AT illa uenit & adorauit eum, dicēs: Dñe, adiuua me. Qui dixit: Sine prius ſaturari filios. Nō eſt enim bonum, ſumere panem filiorū & mittere canibus.

Beda. Tale eſt quod dicit: futurum eſt ut & uos gentes ſalutem conſeq̄mini. ſed prius oportet ſaltem aliquos Iudæos, q antiqua electiōe filij dei nominantur, pane cæli refici, & ſic tādem gentibus uitæ pabula miniſtrari. Canes dicuntur ethnici, propter idololatriā: q eſui ſanguinis dediti & cadauerib⁹ mortuorum, ferunt in rabiem. O mira conuerſio. Quondam Iſrael erat filius, nos canes: & poſtea dictū eſt de eo, circūdederunt me canes multi. Pſal. 21.

At illa dixit: Etiam domine. Nā & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

Senſus eſt: Certe domine uerū eſt quod dicis, non eſſe bonum, panem filiorum mittere canibus. Sed ideo non deſiſto precari tuam miſericordiam, quā mihi ſcđm ſimilitudinē panis & canū conuenienter facere potes. nā & (pro etiam, id eſt, certe) catelli edunt de micis. Ergo ſi ſum indigna cui integrum panē præbeas, ſaltē da mihi filiæ meę ſanitatem, q̄ſi micā cōparatione multorum mirabiliū quæ feciſti. Myſtice, mēſa eſt ſcriptura ſctā, panē uitæ miniſtrās. Hinc eccleſia dicit: Paraſti in conſpectu meo menſam. Micę ſunt interna myſteria ſcripturarum, qbus humiliū corda Beda. Pſal. 22. M.

Pſal.147 reficiuntur, iuxta illud: Adipe frumenti ſatiat te. Non ergo cruſtas edunt catelli: quia cõuerſi ad fidem de gentibus, non literę ſuperficiem, ſed ſpiritualem inquirũt medullam. Et hoc ſub menſa dominorum, dñi uerbis ſacri eloquij humiliter ſubditi, officia corporis & cordis ſupponunt ad implenda præcepta. Vel domini menſæ, poſſunt intelligi ſcripturarũ compoſitores ſeu interpretes.

Et tunc ait illi: O mulier, magna eſt fides tua. fiat tibi ſicut uis. & ſanata eſt filia illius ex illa hora.

Hieron. Sub perſona mulieris chananitidis, magna fides eccleſię, magna patientia & humilitas prædicatur, quæ credidit poſſe ſanari filiam. & toties contempta, paſſa eſt in precibus pſeuerare. & humilitate ſe non canibus, ſed catulis comparauit: quapropter liberata eſt filia. *Beda.* Vbi datur exemplum catechizandi & baptizandi infantes, qui per fidem & confeſſionem parentum in baptiſmo liberantur à diabolo. *M.* Quod autem dominus puerum centurionis & filiam Chananææ, non ueniens ad eos, ſanat: ſignificat, gentes ad quas non uenit per præſentiam corporis, ſaluandas per uerbum ſuum.

R. 74. X. Caput LXXXVI.

ET iterum exiẽs de finibus Tyri, uenit per Sidonẽ ad mare Galilææ, inter medios fines decapoleos.

Beda. Decapolis eſt regio decem urbium, trans Iordanem ad orientẽ, circa Hippum & Pellam & Gadaram, contra Galilæam. Quod ergo dicit, quia dominus uenit ad mare Galilęę inter medios fines decapoleos, nõ ipſos fines decapolis eum intraſſe ſignificat. Neq; enim mare trãſnauigaſſe dicitur, ſed potius uſq; ad mare ueniſſe, & ad ipſum perueniſſe locũ, qui medios fines decapolis longe trãs mare reſpicit. inter, id eſt, contra. Vel Galilææ, quæ eſt inter medios fines.

Et adducunt ei ſurdum & mutum: & deprecantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius. & expuens, tetigit linguam eius. Et ſuſpiciens in cælum, ingemuit & ait illi: Effeta, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt uinculum linguæ eius, & loquebatur recte.

Surdus & mutus eſt, qui nec aures nec os aperit ad audienda uerba dei & pronunciãda. Prima ſalutis ianua eſt, infirmum de turba ſeduci. Quod fit, cum apprehendens dominus mentem peccatis languidam, euocat eam à cõſuetis moribus, & prouocat ad ſua præcepta. Mittit digitos in auriculas, cũ per dona ſancti ſpiritus aures cordis aperit ad intelligentiam. Expuẽs dominus linguã tãgit ægroti, cum ad confeſſionem fidei ora catechizantium inſtruit. Sputum nanq; ſapor eſt ſapientiæ. Vnde illud: Ego ex ore altiſſimi prodij. *Ecci.24.* Suſpexit dominus in cælum: ut inde mutis loquelam, ſurdis auditũ, cunctis infirmis medelam doceret eſſe quærendam. Ingemuit, ut daret nobis exemplum gemendi & pro nobis & proximis. Effeta proprie pertinet ad aures. unde & ſubditur: Et ſtatim apertę ſunt aures eius: hic notatur utraq; redemptoris natura. Cælum ſuſpicit ut homo, curat ut deus. Qui ſic curatur, bene poteſt dicere: Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. *Pſal. 50.* *Hieron.* Aliter: Genus humanum tanquam unus homo uaria peſte abſumptus in protoplaſto, cęcatur dum uidet, ſurdus fit dum audit, dum odorat emungitur, obmuteſcit dum loquitur, mancus fit dum manum erigit, incuruatur dum erigitur, hydropicus fit dum concupiſcit: claudus, dum progreditur: lepra ſuffunditur, dum nudatur: dæmone impletur, dum diuinitatem appetit: moritur morte, dum audacter excuſat. Patriarchæ autem & prophetæ incarnationem deſiderãtes, miſericordiæ manum precantur imponi. Semper à turbulentis cogitationibus & actis inordinatis, ſermonibusq́; incompoſitis, quaſi de turba educitur, qui ſanari meretur. Digiti qui in aures mittuntur, ſunt uerba ſpiritus ſancti de quo dicitur: Digitus dei hic eſt. *Exod.7.* & opera digitorum tuorum ſunt cæli. *Pſal.8.* Sputum ex capite deſcendens, eſt ſapientia ex patre, quæ ſoluit labia humani generis, ut dicat: Credo in deum patrem & cætera. Suſpiciẽs in cęlũ ingemuit. i. gemere nos docuit, & in cælum theſaurum noſtri cordis erigere: quod poſt compunctionem à friuola lætitia carnis purgatur, ut dicitur: Rugiebam à gemitu cordis mei. *Pſal. 37.* Aperiũtur aures ad hymnos & cantica & pſalmos. Soluitur lingua, ut eructet uerbum bonum, quod nõ poſſunt minæ nec uerbera cohibere. Vnde Paulus: Ego uinctus ſum, ſed uerbũ dei non eſt alligatum. *2.Tim.2.*

Et præcepit illis ne cui dicerent.

Quaſi dicat: De hac aqua mihi dare non po-
tes quam promittis, cum hauritorium non
habeas, & puteus ꝓfundus ſit. Intelligit ꝗp-
pe aquam uiuam, quæ ubi oritur, excipitur.
Sed neforte alium fontem promittere uide-
retur, ſubdit: Nunquid tu maior es patre no
ſtro Iacob? Vocans eum patrem ſuum, tum
quia hæreditatem eius poſſidebat, tum quia
ſub lege Moyſi uiuebat. De puteo bibūt ho
mines & pecora. Similiter de ratione quæ
quaſi deprauata & obſcurata, magno labo-
re foditur & exercetur, bibunt ut hoīes, q ea
ad bonū utunť: bibūt ut pecora, q ad malū.

Reſpondit Ieſus & dixit ei: Omnis
qui bibet ex aqua hac, ſitiet iterum.
Qui autem biberit ex aqua quā ego
dabo ei, nō ſitiet in æternū: ſed aq̄
quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquę
ſaliētis in uitam æternā. Dicit ei mu
lier: Domine, da mihi hanc aquam,
August. ut nō ſitiam, necꝫ ueniā huc haurire.

Iam manifeſtius loquitur dominus, & mu
lier adhuc carnem ſapit. Suſpirat tamen ha-
bere de illo fonte, de quo poſtquam biberit,
non indigeat aqua. Promittit Ieſus ſatietatē
ſpiritus quæ fiet in reſurrectiōe. Vnde illud:
Satiabimur in bonis domus tuę. Et alibi, In-
Pſal. 94. ebriabunť ab hubertate domus tuæ. Aq̄ cor
Pſal. 35. poralis deorſum fluit, aqua uero ſpiritualis
ſurſum ſalit, id eſt, ſalire facit, cum illos qui
eam bibunt, in æternam gloriam ſubuehit.
Hāc quippe aquam bibere, eſt in fide & aliꝭs
donis gratiæ ſummopere delectari, & ſic in
plenitudinem gloriæ tranſire.

Dicit ei Ieſus: Vade, uoca uirum tu
um, & ueni huc.

Viro ſcilicet duce, ad contemplationem
ſpiritualis intelligentiæ aſcendas. Vir carna
lis non accipitur hic, ſed uir animę, id eſt, in-
tellectus animæ. Quaſi dicat dominus: Solo
intellectu capiuntur quæ dico: uoca uirum,
id eſt, præſenta intellectum tuum. Non em̄
eſt magnum, habere animā ſine intellectu.
Pſal. 31. Vnde Dauid: Nolite fieri ſicut equus & mu
lus, quibus non eſt intellectus. Beſtialis uita
eſt ſine intellectu. Vir eſt qui regit animam,
intellectus ſcilicet. Non tamen aliud eſt in-
tellectus animæ ab anima, ſed eſt aliquid ani
mæ: quomodo oculus non aliud eſt à carne,
ſed aliquid eſt carnis, perfundens lucem cæ-
teris membris. Ergo intellectus qui animā
illuminat, à deo illuminatur.

Reſpondit mulier & dixit: Non ha
beo uirum. Dicit ei Ieſus: Bene di-
xiſti, quia non habeo uirum. Quin-
que enim uiros habuiſti: & nunc
quem habes, non eſt tuus uir. Hoc
uere dixiſti.

Reuera non habebat uirum, ſed neſcio q̄
non legitimo uiro, ſed adultero utebatur.
Quinq; uiri ſecūdum quoſdam, quinq; libri
ſunt Moyſi, quibus etiam Samaritani ute-
bātur: nam inde illis circumciſio inerat. Sed
quoniā anguſtat nos quod ſequitur, & nunc
quem habes, non eſt uir tuus: uidetur mihi,
quinq; uiros animæ, quinq; ſenſus corporis
eſſe. Quando enim quis naſcitur, non poteſt
uti ratione, ſed carnis tantum ſenſibus regi-
tur: quia puer quæ mulcent, appetit: quæ of-
fendunt, fugit. Ideo ſenſus ſunt uiri legitimi:
quia à deo ſunt animæ dati. At ubi uenerit
ad annos exercendæ rationis, ſi optime eſt
diſciplinata, ſuccedit uerus uir, qui ad æterni
tatē regit, & qui non tam docet fugere offen
dicula, ſed bona diſcernere & mala, ut chari
tatem & odium. Si uero hic uir non ſucce-
dat, tunc dominatur error, qui hanc mulie-
rē uentilabat, non ut uir, ſed ut adulter. Nam
cum dominus de ſpirituſancto loqueretur,
ipſa de aqua cogitabat.

Dicit ei mulier: Domine, uideo quia
propheta es tu. patres noſtri in mō-
te hoc adorauerunt. & uos dicitis
quia Hieroſolymis ē locus ubi ado-
rare oportet.

Iam cœpit uenire uir & adulterum exclu
dere. Vnde & prophetam uocat, & quod eā
mouebat quærit. Iudæi enim ſe præferebant
Samaritanis pro templo quod ædificauit Sa
lomon, in quo adorabant. Econtra uero Sa-
maritani iactabant ſe aduerſum Iudæos pro
monte, in quo patres qui deo placuerunt, lō
ge prius quam templum fabricaretur, ora-
uerunt.

Dicit ei Ieſus: Mulier, crede mihi q̄a
uenit hora, quando neque in monte
hoc, necꝫ in Hieroſolymis adorabi
tis patrem.

Quaſi dicat: Veniet eccleſia, & pertranſi-
bit de gente in gētem. Crede mihi. niſi enim Iſaie. 7.
credideris, non intelliges. & iam adeſt uir q
credere poteſt. Venit hora, id eſt, tempus,
ut à parte totum intelligas: uelut in epiſto-
la legitur, Nouiſſima hora eſt. 1. Iohā. 2.

Vos adoratis q̄d neſcitis, nos ado-

ramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed uenit hora & nunc eſt, qñ ueri adoratores adorabunt patrẽ in ſpiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum.

In perſona prophetarum omnium qui in Christum credunt, loquitur. Vnde ait: Vos adoratis patrem quem neſcitis, quia nullus adorat patrem, niſi filium adoret, per quem ad patris notitiam uenitur. ſed nos ſcimus filium, & per filium patrem. Vnde ſequitur, qa ſalus ex Iudæis eſt. quorum cognitio dei, teſtamentum, prophetia, promiſſa, ex quibus
Rom.9. Chriſtus ſecundum carnem, ex quibus orta eſt fides & primitiua eccleſia. Quamuis autẽ Iudæi non omnes, ſed electi, præcellant Samaritanos: tamen nõ præfero locum Iudæorum loco Samaritanorum. Et hoc eſt quod
M. dicit: Sed uenit hora & nunc eſt, in qua per illuminationem meæ doctrinæ ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate, id eſt, in amore ſpiritusſancti & in cognitiõe ueritatis filij dei.

Spũs eſt deus: & eos qui adorãt eũ, in ſpũ & ueritate oportet adorare.

Cum deus ſit ſpiritus & non corpus, purã mentem, non corporeum locum quærit in quo adoretur. Ergo neq; Hieroſolymis, neq; in monte aliquis adorandi eligat locum: ſed in ſpiritu & ueritate. i. in ſpũ cordis qui ubiq; nobiſcum eſt, & in cognitione ueritatis rerũ, quarũ figura & umbra ablata eſt. Quod eñ populus in lege aſperſione ſanguinis agni mundari præceptus eſt, umbra fuit: ueritas uero, qđ Chriſtus in cruce paſſus, lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ſic & cæteris abiectis figuris, ueritate rerum figuratarum illuſtremur.

Dicit ei mulier: Scio quia Meſſias uenit, qui dicitur Chriſtus. Cũ ergo uenerit, ille annunciabit nobis oĩa.

Albinus Sciebat quis eam poſſet docere, ſed docẽtem nondum agnoſcebat. Digna ergo erat cui manifeſtaretur. Meſſias uenit: quaſi dicat, ueniet. Meſſias hebraice, Chriſtus ẽ græce, unctus latine. Vnde & Punice meſſe dicitur ungue. Vicinæ enim linguæ ſunt, hebraica, Punica & Syra. Meſſias annunciabit oĩa, ad cultum ſuum & patris pertinentia: qualiter uidelicet ſpreto templo uel monte, intus exhibeamus nos templum deo, ubi in ſpiritu & ueritate oremus.

Dicit ei Ieſus: Ego ſum q loq̃r tecũ. Ego ſum Meſſias, quem uenturum expectas. Qua manifeſtatione accepta, mox facta eſt uir caput mulieris, & Chriſtus caput uiri. Reliquit ergo hydriam cupiditatis, & cucurrit prædicare.

Et continuo uenerũt diſcipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tñ dixit, qd q̃ris? aut quid loqueris cum ea?

Bonum mirabantur, non malum ſuſpicabantur: uenerat enim quærere quod perierat, qui gentilẽ erroneam docet. Et hoc mira M.
bantur, ignorantes myſteriũ eccleſiæ de gẽtibus futurę. Non auſi ſunt interrogare diſcipuli mulierẽ, quid quæris: aut dñm, quid cũ ea loqueris: timentes ne ab eo reprehendantur, ſi interrogauerint incaute.

Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite & uidete hominem qui dicit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipſe ẽ Chriſtus?

Pedetentim inducit ad ueritatem illos ru Albinus.
des. nec ſtatim affirmat Chriſtum, ne iraſcerentur & indignarẽtur. Hydor græce, aqua latine: inde hydria. i. aquarium. quam prius uſui, nunc autem oneri deputans, proncit. Hinc diſcant euangelizaturi prius deponere curam & onus ſeculi.

Et exierunt de ciuitate, & ueniebãt ad eũ. Interea rogabant eum diſcipuli eius, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quẽ uos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicẽ: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

Quid mirum ſi mulier nõ intelligebat potum ſpũs, ſed carnis? Ecce diſcipuli q cibos uentris attulerãt, nondũ intelligũt magiſtrũ loqui de cibo mentis. uñ eos inſtruit, non p circuitũ, ut illam q̃ uiro carebat, ſed aperte.

Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt ut faciam uoluntatem eius qui miſit me, ut perficiam opus eius.

Voluntas patris eſt, ut credatur in eũ, hoc eſt, in filiũ quẽ ipſe miſit. Opus patris eſt no Albinus.
ſtra ſalus. Cibus & potus. i. delectabilis refectio Chriſti, eſt noſtra fides & noſtra ſalus. Facit ergo uoluntatem, docendo credere in ſe: facit opus, maturãdo myſteriũ incarnationis, quſq; p paſſionẽ & cętera cõpleat illud.

Nonne uos dicitis, quod adhuc q̄tuor menſes ſunt, & meſſis uenit.

Vos quatuor menſes computatis uſq; ad meſſem: ſed ego uobis aliam meſſem albam & paratam oſtendo.

Ecce dico uobis, leuate oculos ueſtros, & uidete regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem.

Oculis cordis cōſiderate, q̄d tranſacta hyeme infidelitatis, adeſt calor fidei, & parata ſunt corda, ut opera iuſtitię ex eis colligatis.

Et qui metit, mercedem accipit & cōgregat fructū in uitā æternā. ut & q ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit.

Diſparis temporis labores habuerunt, ꝓphetæ ſeminantes & apoſtoli metentes: ſed pariter mercedem accipient uitam æternā.

In hoc enim ē uerbum uerum, quia alius ē qui ſeminat, & ali⁹ ē qui metit. Ego miſi uos metere, quod uos non laboraſtis. alij laborauerūt, & uos inlabores eorum introiſtis.

In hoc apparet probabile uerbum euangelij, qa apoſtoli meſſuerunt ubi patriarchæ & prophetæ ſeminauerūt, ſ. in Iudæa. Vnde & iſta mulier fructus maturus erat, cum diceret, Scio quia meſſias uenit: & meſſis matura fuit, qñ aurum apportabat ad pedes apoſtolorū. Electa ſunt de illa meſſe pauca grana, & ſeminauerunt orbem terrarū: & ſurrexit altera meſſis, q̄ in fine ſeculi metenda eſt.

Pſal. 122. De qua meſſe dr̄: Qui ſeminăt in lachrymis, in gaudio metent. Huius meſſis nō mó apoſtoli, ſed angeli meſſores erunt, quæ creſcit inter zizania, & expectat purgari in fine. In die iudicij complebitur horreū: & tunc oēs qui metunt, gaudebunt cum angelis.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorū, propter uerbum mulieris teſtimonium perhibētis, quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cum ueniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerūt eum ut ibi maneret: & manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt ꝓpter ſermonem eius, & mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelā credimus. Ipſi eñ audiuimus & uidimus, quia hic eſt ſaluator mundi.

Primo audiuimus famam, nunc uero uidemus præſentiam. Sic agitur hodie cū eis qui foris ſunt. Chriſtus annunciat eis tanq̄ ꝑ mulierem, hoc eſt, per eccleſiam. Veniūt ad Chriſtum per famā, & Chriſtus manet apud illos biduo, hoc eſt, dat illis duo ꝑcepta charitatis. A. [illegible] M. 70. R. [illegible] L. [illegible]

Capui LXXXVIII.

POſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymā. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur hebraice Bethſaida, quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorū, claudorum, aridorum, expectantiū aquæ motū. Angelus aūt dñi ſecundū tēpus deſcendebat in piſcinā, & mouebatur aqua. Qui ergo pri⁹ deſcēdiſſet poſt motū aq̄, ſanus fiebat a quacūq; detinebatur infirmitate.

Probata græce, oues dicūtur latine. Inde probatica. i. pecualis piſcina fert appellata, quia in ea ſacerdotes hoſtias lauabant. Piſcina aūt dicitur aqua carens piſcibus, collectā in aliqua concauitate. Aqua aūt quæ quinq; porticibus cingebatur, ſignificat populū illū, qui quinq; libris Moyſi quaſi claudebat. Ibi multi infirmi iacent: quia lex non ſanat, ſed ꝓdit infirmos, ut aliqn̄ medicū quærāt. Cæci ibi ſunt, q nō habent lumē fidei. claudi, q quę uident nō poſſunt operari: aridi uero, qui quicquid agant, ſine pinguedine charitatis ſunt. Expectabant aquę motū, in quo ſanitas fiebat per angelum: quia lege conuicti, gratiam redemptionis deſiderabant. Angelus inuiſibilis turbabat aquā: quia filius dei multa miracula faciēdo inter Iudęos, latēs in carne, turbauit eos intm̄, ut eū crucifigerent. Deſcēdere ergo in aquam turbatam, ēſt humiliter credere in dñi paſſionem. Vnus ſanatur, ut unitas cōmendetur: quia nemo præter unitatem fidei ſanari poteſt. Alioquin parum fuit in benignitate, nec ualde magnum in poteſtate, unū de tot ſanari ab eo, qui oēs uno poterat erigere uerbo: ſed in his corporalibus plus intendit æternā ſalutē animarū.

Albinus.

Auguſt.

Erat aūt quidam homo ibi trigintaocto annos habēs in infirmitate ſua.

In quadragenario numero, qui conſtat ex quater decem, ſignificatur perfectio operum, quia lex in decem præceptis data eſt, &

per euãgelium quatuor euangeliſtaꝝ impletur. Quia ergo quadragenarius habet perfectionē legis, & lex nō impletur niſi gemino ꝓcepto charitatis, duo minus de q̃draginta habet, quia charitate dei & proximi caret. & ideo merito languet.

Hinc cum uidiſſet Ieſus iacentem, et cognouiſſet quia multū iam tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Dñe, hominē nō habeo, ut cū turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinā. Dum uenio em̃ ego, alius ante me deſcendit.

Interrogatur languidus an ſanari uelit, ut erigatur in ſpem ſalutatis, de qua iam deſperabat. unde etiam querebatur quod non haberet hominem qui eum mitteret in aquam. Neceſſarius erat languido hō, ſed hō deus.

Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo, & ſuſtulit grabatū ſuum & ambulabat. Erat autem ſabbatum in illo die.

Surge à uitijs mente. i. peccata relinque: ſurge corpore, q̃d ē ſanitatis operatio. Tolle (inquit) grabatum. i. dilige proximū. Non debemus turbari, ſi per rem inſenſatam dilectio proximi commendatur, qn̄quidem dominus lapis dictus eſt. Cum eſſes lãguidus, portabat te proximus tuus: ſanus factus es,
Gala. 6. porta proximū tuum. Inuicem onera ueſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Ambula in dei dilectione de uirtute in uirtutem, feſtinans ad eius uiſionem.

Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanus factus fuerat: Sabbatum eſt. non licet tibi tollere grabatum tuum.

Non obijciebãt ei q̃d ſanus factus eſſet ſabbato: ſed quod portabat lectum. ne eis opponeretur, quod ipſi ſabbato iumentum traherent de puteo, ſi intus caderet.

A. ℟.

RESpondit eis: Qui me fecit ſanū, ille dixit mihi: Tolle grabatum tuum & ambula.

Sanatoris mandatis obediens, autoritatē ſanationis ſuæ obijcit calumniantibus.

Interrogauerũt ergo eum: Quis eſt ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuum & ambula? Is autē qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus autem declinauit a turba conſtituta in loco.

Hic & per fidem ſanatus fuerat, & neſciebat nomine ſeu corporali ſpecie deſignare quis eum ſanaſſet. Sic & nos portantes proximum & ambulantes ad deum, eum ad quē ambulamus, nondum uidemus. Sola intentione adhuc uidet deus, non in ſtrepitu turbę. Quiſquis ergo uult ad uiſionem dei peruenire, fugiat turbam prauorum affectuum atq; hominum nequam: & adeat templū internæ orationis, iuxta quod ſequitur:

Poſtea inuenit Ieſus eū in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es. iã noli peccare, ne deteri⁹ tibi aliquid contingat.

Innuit quod propter peccata languebat: ſed Ieſus illum ſicut exterius, ita interius ſanauit. Vnde præmonet, ne iterum peccando grauius iudicetur.

Abijt ille homo & nūciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet qui eum ſanum fecit. propterea perſequebãtur Iudæi Ieſum, quia hęc faciebat in ſabbato.

Iſte annunciauit ſalutem ut ſequantur, ſed illi econtra perſequuntur.

Ieſus autē reſpondit eis: Pater meus uſq; mō operatur, & ego operor.

Id eſt, in nullis quæ hucuſque facta ſunt, operatio mea operationi patris defuit. ſed in M.
cunctis pariter ego cum patre operor, cum uidelicet diuina potentia nihil niſi per ſapientiam ſuam faciat. Ac ſi dicat: Si me in aliquo quod per mę factum ſit, reprehendere præſumitis, reprehẽdite & deum patrē meū operantem, cuius uos populum peculiarem
eſſe iactatis. Non ſex diebus tantum (ut putatis) operatus eſt deus, ſed uſq; modo operatur: quia qui ſex diebus condidit noua, à quibus requieuit die ſeptima, poſtea operat uſq; in finem gubernando, ſuſtentando, renouando, propagando, ut permaneant condita. Et cum ſemper operetur deus, conſtat ſacramentum eſſe quod de ſabbati requie legitur. forte igitur dictus eſt dominus requieuiſſe in die ſeptimo ab operibus ſuis, quia ſexta ſabbati reddidit ſpiritum, & ſabbato requieuit in ſepulchro. Quaſi diceret Iudęis; Quid expectatis, ut non operer die ſabbati? Sabbati dies ad ſignificatiōem meam uobis præceptus eſt. Albinus.

Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrē ſuum dicebat deum, æqualem ſe faciens deo.

Albinus. Soluebat ſabbatum à mandatis legis, iam non ad literam conſeruandis. Imponunt quia ſolam ſerui formam attendunt, quod per rapinam faciat ſe æqualem deo, ſed ipſe per naturam natus eſt æqualis.

Reſpondit itaq; Ieſus & dixit eis: Amen amen dico uobis, non poteſt filius a ſe facere quicquā, niſi quod uiderit patrem facientē. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc et filius ſimiliter faciet.

Sicut oſtendit patrem nil agere ſine ſe, ſic econuerſo dicit ſe nihil agere ſine patre. ut eadem prorſus operatio intelligatur patris & filij, id eſt, tam diuinæ potentiæ quàm ſapientiæ. Et hoc eſt: Non poteſt filius (id eſt, ſapientia dei, quod ego ſum) quicquam facere per ſe: ſed hoc tantum facere poteſt, quod uiderit patrem pariter faciētem, id eſt, quod recognoſcit à patre ſecum fieri. Pater enim, id eſt, potentia diuina, nihil niſi per ſapientiam ſuam operatur.

Pater enim diligit filium, & omnia demonſtat ei quæ ipſe facit: & maiora his demōſtrabit ei opera, ut uos miremini.

Omnia facienda ei demonſtrat, id eſt, cūcta in eius cōſilio ponit. ſicut ille qui aliquē conſulens, quæ facturus eſt, ei oſtendit. Maiora his quæ nunc facta ſunt, eius conſilio peraget: quod eſt, ei demōſtrabit. Vnde &
Prou. 8. ipſa in prouerbijs ſapientia de ſe dicit: Ego ſapientia habito in cōſilio. Et item, Cum eo
Ibidem eram cuncta diſponens. Maiora faciet, ut uos miremini, id eſt, unde amplius mirari poſſitis, ſi illa noueritis. Vel in futura uita mirabimini inde, cum cæteris damnatis dicētes: Quomodo hi reputati ſunt inter filios dei?

Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat.

Quæ ſint illa maiora, dicit, ſcilicet reſuſcitatio animarum à peccatis, maior eſt, quàm ſupradicta curatio languidi in corpore, de qua plurimum mirabantur: uel illa ſolutio ſabbati, quam calumniabantur. Quos uult filius uiuificat. Vna quippe eſt patris & filij uoluntas, ſicut & potentia & operatio. Vere pater diligit filium: quia intantum, ut ei omne iudicium concedat. Et hoc eſt:

Neq; enim pater iudicat quenquā, ſed iudicium omne dedit filio: ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.

In iudicio faciendo, ubi conſiderandum eſt quid cuiq; pro meritis debeatur, nō tam potentia quàm ſapiētia exercenda eſt: ut oēs hoc ſcilicet attendentes, quod filij eſt iudicare, etiam ſi non amore, timore ſaltem tātum uereantur iudicem ſicut & patrem: cuius potentiæ eſt, quēcunq; pro meritis remunerare. Vel ita: Non ſolū uiuificat filius, in pri- Albinus.
ma uidelicet reſurrectione, quæ eſt animarum: ſed etiam iudicabit in ſecunda reſurrectione, quæ erit corporum. Et hoc eſt: Neq; enim pater iudicat quenquam, ſed iudicium omne dedit filio. Non enim perſona patris in iudicio apparebit, ſed nec Chriſtus in eo quod patri cōſubſtantialis eſt, potius in forma ſerui, quæ ſtetit ſub iudice, iudicabit, ut
poſſit & ab impijs uideri. Literam ſic iunge: R.
Filius quos uult, uiuificat: ut omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.

A. 41. M. 98. R. 96. L. 116.

QVi non honorificat filium, nō honorificat patrem qui miſit illum.

Honorificatur homo Chriſtus, ſed non Albinus
ſicut pater deus. Dixit nanq; ſecundum ho-
minem: Pater maior me eſt. Secundum diui Iohā. 14.
nitatem æqualiter honorantur pater & filius. Quid eſt honorificare patrem, niſi quod habeat filium? Tollis honorem patri, ubi minorem honorē das filio. Nam ſi noluit æqualem ſibi generare, inuidit: ſi autem uoluit & non potuit, defecit.

A. 42.

AMen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet uitam æternā. & in iudicium non ueniet, ſed tranſiet a morte in uitam.

Redit ad commendationē reſurrectionis animarum. Cur ait, audit uerbum meū & credit: non dicens, mihi, ſed ei qui me miſit? Quia uerbū eius eſt in me, imo ego ſum uerbū eius. Qui ergo credit ei, credit uerbo eius .i. mihi; & ſic habet uitā æternam .i. cauſam

cōferentem uitam æternam, uidelicet fidem & obedientiam. Quare in iudicium damnationis nō ueniet, ſed hic tranſiet à morte infidelitatis ad uitam fidei & iuſtitiæ.

Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nūc ē, q̄n mortui audiēt uocē filij dei, & qui audierint, uiuent.

Dilucidat ſe loqui de reſurrectione animarum. Noli expectare nouiſſimam horā. Venit hora & nunc eſt, in qua mortui in peccatis audient per me, deinde per apoſtolos uerbum ſalutis: & uiuent, qui audierint, hoc eſt, obaudierint. nam propter auditum non uiuent, niſi obediant. Vere per uocem filij uiuent. Vnde ſequitur:

Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo.

Id eſt, genuit filium uitam in ſemetipſo habentem. Hoc ſolum intereſt, quod pater uita eſt non naſcendo, filius uita eſt naſcendo. Vita aūt quæ eſt pater & filius, uiuificat animas, illuminat, paſcit, & ſaginat pariter aīas & angelos, q̄rū eſt per rōnē ſentire uitā ſapientię. Corpora uero ab animabus uiuificant.

Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt.

Sicut uita uitā genuit, ſic potēs iudicare potētē iudicare. Et hoc ē, Dedit ei poteſtatē iudicium facere. Indiuiſe itaq; iudicāt pater & filius, nec non ſpirituſſanctus. Verum quia potentia ſapientiæ cedit in diſcretione iudicij, ubi æquitas magis eſt examinanda, quā uis & potentia exercenda, nec bonitas ſubtrahenda: ideo ſpecialius diſcrimē iudicij attribuitur ſapientiæ. Iuxta hoc igitur ſupradixit, pater non iudicat quenq̄, ſed omē iudiciū dedit filio. Quod aūt ſupponit, q̄a filius hoīs eſt: inde maxime pēdere iudiciū declarat, q̄d impij etiā filiū à patre miſſum crucifixerūt, & quotidie cōculcant. Vel ita: Secundū hoc aūt q̄d filius hoīs eſt, poteſtatē dedit ei pater iudiciū faciendi. Nā in iudicio hō uidebit ab oibus, deus aūt nō niſi à iuſtis uidendus eſt. *Albinus*

Nolite mirari hoc, quia uenit hora, in qua oēs qui in monumentis ſunt, audient uocem eius. Et procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionē uitæ: qui uero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

Euidenter hic agit de reſurrectione carnis, ut ſupra de reſurrectione mentis. Ne miremini hoc quod ita libere loq̄r de iudicio faciendo per filium, quia ueniet hora in fine ſeculi, in q̄ oēs corporaliter reſurgēt, alij in uitam, ut uideant deū ſicuti eſt, alij in dānationē. & tunc diſcretio iudicij apparebit. Audient uocem eius, hoc eſt, ſentient manifeſtationem eius. Vel ipſe iudex uocē emittet humanam, uel per angelos formabitur, iuxta illud Pſalm. Aſcendit dominus in uoce tubæ. *M.*

Non poſſum ego a meipſo quicq̄ facere. ſed ſicut audio, iudico. & iudicium meum iuſtum eſt.

Explanat q̄d dixerat, poteſtatē dedit ei iudicij. Nil poſſum à meipſo facere: q̄ſi dicat, à meipſo non ſum: ſed à patre, à quo & cū q̄ facio oīa. Sicut audio, i. ſicut intelligo ꝑ unitatem ſubſtantiæ ab illo à quo ſum, ita iudico. Vel ita: Ego filius hoīs, nihil à me poſſum: ſed ſicut audio à deo, iudico. A. ℣. *Albinus.*

SI ego teſtimoniū ꝑhibeo de me, teſtimoniū meum non eſt uerū.

Quō aūt uerū, niſi ſcd̄m carnē? Vñ alibi: Si glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt.

Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia uerū eſt teſtimonium quod perhibet de me.

In ſequentibus oñdit quis ſit ille, ubi ait: Qui miſit me pater, ipſe teſtimoniū perhibuit de me. Hoc teſtimonium fuit in baptiſmo. Quia ueritas ē deus, uera ſunt teſtimonia ei⁹.

Vos miſiſtis ad Iohannē, & teſtimoniū perhibuit ueritati. Ego aūt non ab hoīe teſtimoniū accipio. ſed hæc dico uobis, ut uos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardēs & lucēs. uos aūt uoluiſtis ad horā exultare in luce eius.

Perhibuit Iohannes teſtimoniū de Chriſto, tanq̄ lucerna ad confundendos inimicos. Iā enim ꝑdictū erat in pſalmo ſub perſona patris: Paraui lucernā Chriſto meo. Inimicos eius induā cōfuſione: ſuper ipſum aūt efflorebit ſanctificatio mea. Oēs ꝑphetæ & apoſtoli ſunt lucernę. Chriſtus uerū lumē, quod illuminat oēm hoīem uenientē in hūc mundū. Ab hoīe nō accipio teſtimoniū q̄ſi neceſſariū: ſed iñ hæc dico de teſtimonio Iohannis, ut per hoiem uos hoīes ad ueritatē ipſam ducamini, & credētes ſalui ſitis. Iohānes eñ erat ardens lucerna ſpiritu charitatis, & lucens lumine ueritatis, oſtendens in ſole iuſtitię exultandum fore. Vos autem uoluiſtis in luce lucernæ quaſi ſufficiat, remanere, dū Iohannem crederetis Chriſtum eſſe. *Albinus.*

Ego aūt habeo teſtimonium maius Iohanne. Opera enim quæ dedit mi

hi pater, ut perficiam ea, ipſa teſtimoniũ perhibent de me, quia pater me miſit. Et qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me.

Verum quidem & perutile multis fuit teſtimonium Iohannis, ſed habeo maiora teſtimonia. Opera enim patris quæ ego uiſibiliter facio, atteſtantur quia pater me miſit. Et teſtimoniũ patris eſt, qui me exterius hominem oculis uiſibilem exhibuit, quod interius corda hominum ad me cognoſcendũ accendit. A. 4/111 M. 112. L. 113.

NEq; uocem eius unquã audiſtis, neq; ſpeciẽ eius uidiſtis.

In hoc oſtendit ſubſtantiam diuinitatis incomprehenſibilem eſſe & inuiſibilem, uocem'q; eius non capi aure carnali, ſed tãtum ſpiritualiter intelligi. A. 4/X

ET uerbum eius non habetis in uobis manens. quia quem miſit ille, huic uos non creditis.

Verbũ quod erat in principio, & per q̃d poſſetis ad patris uenire cognitionem, non manet in cordibus ueſtris: quia his quæ audiſtis à me, non creditis, nec etiam ſcripturis. unde ſequitur:

Scrutamini ſcripturas, quia uos putatis in ipſis uitam æternam habere. Et illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis.

Dum me qui ſum uita, abijcitis, uitam in ſcripturis non inuenietis. & tamen per ea q̃ illæ docent, nõ uultis uenire ad me. i. credere in me, ut habeatis uitã quã in ipſis q̃ritis.

Claritatem ab hominibus non accipio. ſed cognouiuos, quia dilectionem dei non habetis in uobis.

Humanam laudem nõ quæro, nec honorem carnalem, qui ueni dare ſpiritualem: ſed uobis errãtibus cõdoleo, q̃a non habetis dilectionẽ dei, & ad uitã ueritatis reducere uolo.

Ego ueni in nomine patris mei, & nõ accepiſtis me. Si alius uenerit in nomine ſuo, illum accipietis.

Probat q̃a dilectio dei non eſt in eis. Ego ueni ut per me pater glorificetur, & non accepiſtis me. i. non credidiſtis in me. ſed inde pœna peccati hęc uobis erit. Cũ antichriſtus uenerit in nomine ſuo, quia propriam gloriam quęret & ſe deum dicet, illum accipietis.

Hoc eſt quod Apoſtolus ait: Vt credãt mẽdacio qui non crediderunt ueritati. 2. Theſ. 2

Quõ poteſtis uos credere, qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriam quæ a ſolo deo eſt, non quæritis?

Non quia non eſt aperta ueritas, non credunt, ſed quia ſuperbia eos excæcat & ambitio laudis, quæ appetit de ſe exiſtimari quod in ſe non habet, & ſuper alios ſe efferre. humilitas uero ſolius dei gloriã quærit, eiq; ſoli placere appetit.

Nolite putare, quia ego accuſaturus ſim uos apud patrẽ. Eſt qui accuſat uos Moyſes, in quo uos ſperatis. Si eñ crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. De me eñ ille ſcripſit.

Quod ait, forſitan, irriſio eſt increduli, nõ dubitatio loquentis. Ideo non accuſo, q̃a nõ ueni damnare, ſed ſaluare. Moyſes uero accuſat, quia increduli eſtis uoci illius qua ait: Prophetam uobis ſuſcitabit dñs deus de fratrib' ueſtris, tanq̃ meipſum audietis eũ. Omis anima quæ non obedierit ꝓphetæ illi, exterminabitur de populo dei. Deute. 18

Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Multo uidelicet minus: quia in lege magiſtri eſſe præſumitis, in uerbis aũt meis neq; magiſtri neq; diſcipuli eſſe uultis. Ibi inchoatio pfectæ uitæ, hic uero conſummatio. Ibi ſum ꝓphetatus, hic uobis dico, ecce aſſum. M. 160/VI R. 76. Caput LXXXIX.

ET relictis illis, in illis diebus iterũ cũ multa turba eſſet, conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ, quia ecce triduo iã perſeuerãt mecũ, & nõ habẽt quod manducẽt. & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia.

Quia infidelitatis error inſolentiũ animos obtinebat, potius reliquiſſe eos q̃ dimiſiſſe ſcribitur. Cõuocat aũt diſcipulos, ut doceat magiſtros cũ minoribus cõicare cõſilia ſua uel ideo, ut ex collocutiõe intelligant ſigni magnitudinẽ. Turba triduo ſuſtinet dñm propter ſanationẽ infirmorũ: & electi in fide trinitatis ſupplicant dño pro languoribus aĩarũ ſuarũ uel ſuorũ. Vel triduo ſuſtinet turba dominum, quando fideles cõuertuntur opere, locutione, cogitatione. Qui conuerſi, deficiunt in uia præſentis uitæ, ſi ſine doctrinæ pabulo dimittantur. Marcus refert, quia Hilarius. Hierony. Beda.

celebrata eſt in monte: quia utrunq; teſtamentum altitudinem mandatorum dei & illius montis altitudinem, qui eſt mons domus dei in uertice montium, conſona uoce nobis prædicat. Iſai. 2.

Et ſtatim aſcendens nauem cum diſcipulis ſuis, uenit in partes Dalmanutha.

Turba ſatiata dimittitur. & quia omnibus diebus uitæ noſtræ nobiſcum dominus manet, nauem, id eſt, eccleſiam credentium, plebem comitatus, ingreditur. Vbi Matthæus ponit Magedā, Marcus ponit Dalmanutha. Idem enim locus duobus ſubeſt nominib⁹: unde pleriq; codices ſecūdum Marcum habent Magedan. Sciendum quod illa capitula nō ſunt putanda penitus abeſſe, quorum concanonica continētur in hoc opere. Præterea commode quædam prætermiſſa ſunt, ueluti centeſimū ſexageſimū ſecundū capitulū Matthæi, qđ ut Hieronymus ait, in pleriſq; codicibus non habetur. Hic quoq; nimirum ſubtrahitur centeſimū ſexageſimū primū capitulum Matthæi: cuius ſententia cōtinetur in centeſimo uigeſimo ſeptimo cap. eiuſdem, iuxta quod dn̄s diuerſis temporibus diuerſiſq; locis eadem ſæpius dixit. de multoties enim dictis ſufficit in hoc opere nōnulla ſemel haberi. Quod etiam de cæco illuminato ſolus Marcus narrat capitulo 81. non incongrue reticetur in hoc libro, plurima de cæcorum illuminatione referente. Sic de ſimilibus. Suum enim eſt, ſcribentis euāgelium, nonnulla ex induſtria omittere, ad inſinuādum uidelicet multa ſupereſſe. Vnde Iohannes in fine libri ſui ait alia eſſe multa quæ fecit Ieſus: & ſi ſcriberent omnia, nec ipſe mūdus ſufficeret capere ea. M. 161/VI. R. 71. (Auguſt.) (Iohā. 21.)

ET cum ueniſſent diſcipuli eius transfretum, obliti ſunt panes accipere: & niſi unum panem nō habebant in naui.

Indicatur q̄ modicam carnis curam haberent in reliquis, qui nec uiaticum ſumpſerūt intētione dominici comitatus. Vnus panis, panem uitæ ſignificat. Transfretū abijt dominus, qn̄ ſecutus eſt eum gētium populus. (Beda.)
M. 162/II. R. 164. L. 144.

ET præcepit eis, dicens: Intuemini & cauete a fermento phariſæorum & Saducæorum, & a fermēto Herodis.

Qui cauet à fermento Phariſæorū & Saducæorum, literæ præcepta non ſeruat, traditiones hominum negligit, ut dei mandata faciat. Fermentum nanq; phariſæorum eſt, decreta legis diuinæ traditionibus hominū poſtponere. uel prædicare legem uerbis, & impugnare factis. Fermētum etiam eorum eſt, dominum tentare, nec doctrinæ aut operibus eius credere. Fermētum Herodis eſt, adulterium, homicidium, temeritas iurandi, ſimulatio religionis. De hoc fermento ait Apoſtolus: Modicum fermentum totā maſſam corrumpit. Sicut uis parui fermenti mixtum farinæ creſcere facit & ad ſaporē ſuū trahit; ita modica ſcintilla doctrinæ hæreticorum, ſi in tuum pectus iniecta fuerit, cito ingens flamma ſuccreſcet, & te totum ad ſe trahet. M. 163/VI. R. 81. (Beda.) (1. Cor. 5.)

AT illi cogitabāt inter ſe, dicētes: quia panes non habemus.

Cogitabant qđ panes non habemus: ideo ait nobis, ut caueamus à fermēto, id eſt, à panibus phariſæorum: Sciens autem Ieſus eos male intellexiſſe, cauete à fermento phariſæorum, redarguit eos inde, & inducit ad ſanū intellectum. & hoc eſt quod ſequitur.

Sciens autem Ieſus, dixit: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis neq; recordamini? adhuc cæcatum habetis cor ueſtrum? Oculos habentes non uidetis? & aures habentes non auditis? Neq; recordamini quādo quinque panes fregi in quinq; millia, & quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & ſeptem panes in quatuor millia, quot ſportas fragmētorum ſuſtuliſtis? Et dicūt ei: Septem. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi uobis, Cauete a fermento Phariſæorum & Saducæorum? Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum a fermēto panum, ſed a doctrina phariſæorum & Saducæorum.

Vtiq; cauendum erat, ne doctrina phariſæorū Chriſtū neſciens, effectus ueritatis euangelicæ corrūperet. Si autem fermentū phariſæorum & Herodis, traditiones peruerſas & hæretica ſignificat dogmata: cōſtat, quia

M. cibi quibus paſtus ē populus dei, ueram do-
ctrinam integramq́; ſignificant. Quoniam
crebro de fide in euangelio legitur, ne nuſ-
quam dictum ſit, breuiter aperiamus quid
ſit fides, de quibus habeatur, ſecundum quid
Fides q̄d modica uel magna dicatur. Fides eſt exiſti-
ſtimatio rerum non apparentium, hoc eſt,
ſenſibus corporeis non ſubiacentium, ſupra
opinionem & infra agnitionē cōſtituta. Su
pra opinionem, quia plus eſt credere quàm
opinari. Infra agnitioēm, quia minus eſt cre
dere quàm agnoſcere. Ideo enim credimus,
ut aliquando cognoſcamus. Quæ autē ſunt
apparentia, fidem non habent, ſed agnitio-
nem. Hoc enim ueraciter dicitur credi, quod
non ualet uideri. Nam credi iam non pōt,
quod uideri poteſt. Attamen ex rebus quas
uidemus, agitur in nobis: ut ea credantur,
quæ non uidemus. Hæc ita eſſe, affirmāt Au
guſtinus ſæpiſſime ſuper Iohānem, & in epi
ſtola de fide ad Marcellam clariſſimā, Gre-
gorius in quarto libro dialogorum, & in ſe-
cundo libro homiliarum euangelij, cæte-
riq́; doctores. Fides ergo eſt, quod non ui-
des, credere: per fidem eīm ambulamus, non
per ſpeciem. Cum autem uenerit quod perfe
ctum eſt, uidebis quod credidiſti. Et quoniā
minus ē credere quàm uidere, ceſſabit fides,
quia uidebitur ſpecies. Ceſſabit credēdi exi-
ſtimatio, quando manifeſta erit ueritatis co
gnitio. Fides igitur (ut ait Apoſtolus) eſt ar-
Heb.11. gumentum non apparentium, id eſt, oſten-
ſio. Arguere enim dicebāt antiqui, oſtende
re. Itaq; corporei ſenſus iudicant nobis ap-
parentia. Fides uero extenditur ad non ap-
parentia, ſuo modo oſtendens ea, quouſque
uera intelligentiæ uiſio ſuccedat. Fides itaq;
eſt ſubſtantia ſperandarum rerum. quia dū
ea quæ nō uidemus, credimus aut fuiſſe, aut
eſſe, aut futura eſſe, ipſa fides facit ea ſubſiſte
re in nobis credendo. Verbi gratia: Reſurre
ctio generalis cum nondum ſit, per fidem ta
men iam ſubſiſtit in anima noſtra, quaſi pr̨
oculis eam habeamus. Eſt ergo fides tam de
præſentibus uel præteritis quàm de futuris,
tam de bonis quàm de malis, ut Auguſtinus
in principio enchiridion diſſerit. Spes autē
de bonis eſt tātum & de futuris. Eſt eīm ſpes
futurorum bonorum expectatio cum fidu-
tia adipiſcēdi ex gratia dei & ex bona cō ſci-
entia. Spes enim ſine meritis, nō eſt ſpes, ſed
præſumptio. Expectatio uero alicuius incō
modi non dicit̄ ſpes, ſed deſperatio, hoc eſt,
diffidentia à bono. Hoc igitur diſtat inter
ſpem & illam etiam partem fidei, quæ eſt de
bonis futuris in nobis: q̄a fide intelligimus
futura nobis bona, & ſpe confidenter expe-
ctamus ea. Poſtquam ergo tenebitur res,
iam non erit expectatio ſpei. Ex fide autem
tanquam fundamento omnium bonorum,
ſpes & charitas oriuntur. Quid enim ſpera
ri uel ſperatum amari poteſt, niſi credatur?
Credi autem poteſt, ſi nō ſperetur uel ame-
tur. Inde ergo diligimus, quia credim⁹: in-
de etiam ſperamus, quia credimus & diligi-
mus. Cum enim ſit ſpes expectatio fida futu
ri commodi, ex fide naſcitur expectare, &
ex charitate fidutia impetrandi. Hinc Augu
ſtinus quinquageſimoquarto capitulo enchiri
dion: Qui recte amat, proculdubio recte cre
dit & ſperat. Qui uero non amat, inaniter
credit & ſperat, q̈uis ad uerā felicitatē ptine
ant. Licet eīm ſperare nō poſſit fieri ſine amo
re, tn̄ pōt fieri ut id non amet, ſine q̄ ad id q̄d
ſperat, non pōt perueniri: ut ſi quis ſperet ui
tam æternam, & non amet iuſtitiam. Idem
in primo de doctrina Chriſtiana: Tria hæc
ſunt, quibus & ſcientia omnis, & prophe-
tia militat: fides, ſpes, charitas. ſed fidei ſucce
dit ſpes, quam uidebimus. & ſpei ſuccedit be
atitudo ipſa, ad quam peruēturi ſumus. cha
ritas aūt etiā iſtis decedentibus, augebit̄ po
tius. ſi enim credendo diligimus quod non-
dum uidemus, quāto magis cum uidere cœ
perimus? & ſi ſperando diligimus quo non-
dum peruenimus, quanto magis cum perue
nerimus? Ideo maior eſt charitas: quia fide
& ſpe decedentibus, ipſa permanet. Idem in
octauo de trinitate capitulo octauo: Ex una
eademq́; charitate deū proximumq́; diligi-
mus: ſed deum propter deum, nos autem &
proximum propter deum. Illud quoq; ſciē-
dum eſt, quod interdum fidei nomen tranſ-
fertur ad deſignandam certitudinem mani-
feſtę uiſionis, quam habituri ſumus. Hoc au
tem fit uel ex illa regula, qua nomen cauſæ
ponitur pro effectu: uel ex alia, ſecundū quā
ſignificata res per ſimilitudinem ſuſcipit rei
ſignificantis nomen. Eſt enim ip̄a fides qua
nūc per ſpeculū in ænigmate deū cernimus,
ſacramentum illius futuræ uiſionis, qua de-
um facie ad faciem, ſicuti eſt, uidebimus, &
per fidem ducimur illuc. Auguſtin⁹ in libro
ſecundo quæſtionum euangelij, ducenteſi-
mo capitulo Lucæ: Eſt etiam fides rerum,
quando non uerbis, ſed rebus ipſis præſenti
bus creditur. Quod futurum eſt, cum iam p̱
ſpeciem manifeſtam ſe contemplandā præ-
bebit ſanctis ipſa dei ſapientia. De qua fide
rerū luciſq́; ipſius præſentia forſitā Paulus Rom.1.
dicit: Iuſtitia eīm dei in eo reuelat̄ ex fide in
fidē. Dicit eīm in alio loco: Nos eīm reuelata 2.Cor.5.
facie gloriam dei ſpeculantes, in eādem ima
ginem informabimur à gloria in gloriam.

Sicut enim hic dicit, de gloria in gloriam: ita & ibi, ex fide in fidem. De gloria ſcilicet euangelij, quo nūc credentes illuminantur, in gloriam manifeſtæ ueritatis. Sunt autem plura etiam ad deum pertinentia, quæ ſiue credantur, ſiue non, nihil noſtra intereſt. Siue enim credamus deum cras pluuiam daturum, ſiue non: ſi etiam credamus Chriſtum huius uel illius ſtaturæ fuiſſe, uel non: uel in hac ſeu in illa ciuitate prædicaſſe, uel nō, nullum incurrimus periculū. Ea uero duntaxat, quæ ad fidem catholicam ſpectant, ſi nō credantur, damnationem pariunt. Eſt autem fides catholica, id ē, uniuerſalis, quæ ita omnibus neceſſaria eſt, ut nemo diſcretus abſque ea ſaluari poſſit. Vnde Athanaſius cum præmiſiſſet, hæc eſt fides catholica, ſtatim illud aperiēs, unde ſit dicta catholica, addidit: quā niſi quiſq; crediderit, ſaluus eſſe nō poterit. Vel dicitur catholica, id eſt, communis, ad differentiam fidei hæreticorum, non ubique cum eccleſia dilatatæ, ſed quaſi in angulo latitantis. Fides autem catholica partim circa ipſam diuinitatis naturam, partim circa diuina beneficia & quaſcunq; dei rectiſſimas diſpenſationes uel ordinationes conſiſtit, quæ nobis apoſtolorum & ſanctorum patrum ſymbolis ſunt expreſſa. Et ſciendum quia fides non dicitur magna uel parua, eo quod ad multas uel paucas res pertineat, ſed quoniam firmiter uel tepide creditur ea. Intenſam quippe fidem atque conſtantem laudat dominus ubi dicit: O mulier, magna eſt fides tua. Et de fide centurionis: Non inueni tantam fidem in Iſrael. Apoſtolorum uero multo plura credentium, fidē remiſſam increpat, dicens: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei quia panes non habetis? Vtique ſi inter cætera firmiter crederent, quia non q̄d intrat in os, coinquinat hominem, non cogitarēt dominum prohibere phariſæorum panes.

Mat. 15. *Matt. 8.*

FINIS SECVNDI LIBRI.

ZACHARIAE EPISCOPI CHRYSOPOLITANI, IN VNVM EX Quatuor, Liber Tertius.

Caput XC.

VEnit aūt Ieſus in partes Cæſareæ Philippi.

Hierony. & Beda in homil.

Philippus frater Herodis, tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionum, imitatus Herodem patrem ſuum, qui in honorem Auguſti Cæſaris appellauit Cæſareā ciuitatem, quæ prius Turris Stratonis uocabatur, conſtituit ciuitatem in termino Iudææ contra ſeptentrionem, quam appellauit Cæſaream Philippi in memoriā ſui nominis & honorem Tiberij Cæſaris, ſub quo ipſe regnabat. Iſte locus Cæſareæ Philippi, nunc Paneas dicitur. & eſt in prouincia Phœnicis, ubi Iordanis ad radicē Libani orit. duoq; fontes ſunt ibi Ior & Dan. q̄ mixti, Iordanis nomē efficiūt.

Et interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis?

Beda. Exploraturus fidē diſcipulorū, dn̄s prius uulgi ſentētiam inquirit, ne apoſtolorum fides firmata uideatur uulgari opinione, ſed ueritatis agnitione. Vnde & Petro dicitur: Caro & ſanguis non reuelauit tibi. hoc eſt, humana doctrina. Pulchre dixit, homines, quia homines ſunt qui de filio hominis loquūtur: dij uero, q̄ de diuinitate intelligunt. *Hierony.*

At illi dixerunt: Alij Iohannem Baptiſtam, alij autē Eliam, alij uero Ieremiam, aut unum ex prophetis.

Quærenti quare hæc opinio fuerit de Iohanne uel Elia uel Ieremia, reſpōdeamus q̄a alieni erroris noſtrum nō eſt reddere rōnē.

Dicit illis: Vos autem quem me eſſe dicitis?

Supra homines erant apoſtoli quaſi dij, iuxta illud Pſalmiſtæ: Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omēs. Quos interrogat dominus, non quaſi neſciens ſententiam de ſe, ſed ut confeſſionem fidei illorū digne remuneret. *Beda in homil.* *Pſal. 81.*

Reſpondens Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus filius dei uiui.

Petrus reſpondit pro cæteris, licet cæteri apoſtoli ſcirent. Finis fidei meæ de Chriſto eſt, q̄d filius ſit dei. Non licet mihi ſcire gene *Beda.*

rationis ſecretū, non licet tamen neſcire generationis fidem. *Hierony. & Beda in homil.* Dei uiui, id eſt, incōmutabilis & æterni, dictū eſt, ad differentiam deorum, quos gentilitatis demētia uel de mortuis hoibus, uel de opere manuum ſibi inſtituit ad adorandū. *Hilarius* Dixit ſe dominus filiū hominis, quod contemplatio corporis præferebat. ſed addendo, quem me eſſe dicitis, ſignificauit præter id quod in ſe uidebatur, eē aliud occultum ſentiendum, de quo quærebatur, in quod ſe credentium fides debebat extendere. Fides itaq; Petri, dei filium in homine uidens, utrunq; complexa eſt, dicens: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Hęc enim confeſſionis ratio tenēda eſt, ut ſicut dei filium, ita & filium hominis meminerimus, quia alterum ſine altero nihil ſpei tribuit ad ſalutē. *Auguſt. de cōcordia euangeliſt.* Poteſt mouere quod Lucas dixit dominum interrogaſſe diſcipulos ſuos, quem illum dicerent homines, cum eſſet ſolus orans, Marcus autē dicit illos in uia hoc interrogatos. Sed eum mouet, qui nunquam orauit in uia. Nuſquam cum diſcipulis oraſſe inuenitur dominus. Vbiq; ſolus obſecrat, quia dei cōſilium humana uota non capiunt, nec quiſquā poteſt interiorū particeps eſſe cū Chriſto. M. $\frac{16}{x}$

RESpondens autem Ieſus, dixit: Beatus es Simon bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt.

Hierony. In Petro reſpondet omnibus mercedem uerę cōfeſſionis. Quaſi dicat: Quod caro & ſanguis reuelare nequiuit, ſpiritusſancti gratia tibi reuelauit. Ergo ex confeſſione ſortitur uocabulum. quia bariona ſonat, filius columbæ. Alij dicunt quod Simon (id eſt, Petrus) filius ſit Iohannis. *Iohā. 21.* ut illud, Simon Iohānis, diligis me? & uolunt deprauatū hoc eſſe uitio ſcriptorum, ut pro Bariohanna, id eſt, pro filio Iohannis, Bariona ſcriptum ſit, detracta una ſyllaba. Iohāna interpretatur, domini gratia. Vtrunq; nomen myſtice intelligitur, quia & columba ſpiritumſanctum, & gratia domini donum ſignificat ſpirituale. Pater quippe filio columbæ reuelauit, quia una eſt gratia patris & filij & ſpiritusſancti. Bariona Syrum eſt & Hebræum.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.

Tu dixiſti me eſſe filium dei uiui. & ego, *Hieron. in epiſto. ad Gala.* cuius dicere facere eſt, dico tibi, quia tu es Petrus. Princeps apoſtolorū, nunc Petrus, nunc Cephas dr, non ſenſu diuerſo, ſed quā nos latine & græce petram uocitamus, hanc Hebræi & Syri cepham uocant. *Hieron.* Meruo accipit hoc nomen Petrus, qui in petrā Chriſtū credebat. & ſcdm metaphorā petræ dicitur ei: Aedificabo eccleſiā meā ſuper hanc petram, hoc eſt, ſuper hoc firmamentū fidei. *Beda in homil.* Vel ita. Super hanc petram quam confeſſus es, id eſt, ſuper meipſm. Hinc Apoſtolus ait: *1. Cor. 3.* Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id qd poſitū eſt, qd ē Chriſtus Ieſus.

Et portę inferi non pręualebūt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cęlorum.

Peccata & doctrinæ hæreticorū, ſunt portę inferi. Claues regni cælorum, ipſam diſcernendi ſcientiam potentiamq; nominat, qua dignos recipere in regnum, indignos ſecludere deberet à regno. Vnde ſubditur:

Et quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatū & in cęlis. Et quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Super terram inquit: nam in alligatione defunctum nuſquā dixit abſoluendū. *Hieron.* Iſtum locū epiſcopi & presbyteri nō intelligētes, aliquid ſibi de phariſæorū aſſumūt ſupercilio: ut uel dānent innocentes, uel ſoluere ſe noxios arbitrentur, cū apud deū nō ſententia ſacerdotū, ſed reorū uita quæratur. Legim⁹ *Leui. 14.* in Leuitico de leproſis, ubi iubet ut oſtēdant ſe ſacerdotibus, & immundi fiant ſi lepram habuerint: non quod ſacerdotes leproſos faciant & immundos, ſed qđ habeant notitiā leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus, quive immundus ſit. Quō ergo ibi leproſum ſacerdos immundum facit, ſic & hic alligat epiſcopus & presbyter uel ſoluit, non eos q inſontes ſunt uel noxij. ſed ꝓ officio ſuo cū pctōrū uarietates audierit, ſcit qui ligandus ſit, quive ſoluendus. Senſus *M.* ergo eſt: Quęcunq; ſuper terrā.i. dū uixerit, ligaueris eliminādo ab eccleſia: ligatus erit in celis, hoc eſt, uniuerſæ eccleſiæ quibus notum fuerit, uitabūt illū. Vel ligatus erit in cælis.i. cæleſtis ſententia confirmabit quod cū præſens eccleſia uitet. Et quęcunq; dum uixerit, ſolueris ab excōicatione recōciliādo, ſolutus erit in cælis.i. eccleſię quæ hoc ſciēt, cōicabunt ei. Vel ſolutus erit in cælis.i. cæleſtis ſententia confirmabit ut à pręſenti eccleſia recipiat. Grandis honor, ſed graue pondus. Durū quippe eſt, ut q neſcit tenere moderamina uitæ ſuæ, iudex fiat alienæ. Vnde fit ut ipſa ligandi & ſoluēdi poteſtate ſe priuet, qui hanc pro ſuis uoluntatibus gratiam

ſequendo uel odium, non pro ſubiectorum
Ezec.13. meritis exercet. Vnde propheta: Mortifica
bant animas quæ non moriuntur, & uiuifi-
cabant animas quæ non uiuunt. Non mori-
entē mortificat, qui iuſtum damnat. Non ui
uentē uiuificare nitit, qui reum abſoluere co
Iohā. 11. nat. Soluerūt diſcipuli uiuētē Lazarū, quem
magiſter ſuſcitauerat: nam ſi mortuū ſolue-
rent, fœtorem magis oñderent q̄ uirtutē. Er
go nos illos debemus ſoluere, quos in con-
feſſione nouimus gratia dei uiuificatos eſſe,
Vñ & Lazaro non dicitur, reuiuiſce: ſed, ue
Beda in ni foras. Ideo Petrus claues regni cælorū &
homil. principatum iudiciariæ poteſtatis ſpecialiter
accipit, ut oēs credentes intelligant, quia q-
cunq; ab unitate fidei & ſocietatis illi⁹ ſemet
ipſos ſegregāt: nec uinculis pctōrum abſol-
ui, nec ianuam poſſunt regni cæleſtis ingre-
Auguſt. di. Pax enim eccleſiæ dimittit peccata, & ab
in libro 3. eccleſiæ pace alienatio tenet peccata, nō ſecū
de bapti- dum arbitrium hoim, ſed ſcd̄m arbitriū dei.
ſmo. Petra tenet, petra dimittit: colūba tenet, co-
lūba dimittit. Foris quippe nec ligari quid
poteſt uel ſolui, qñ extra eccleſiā non eſt qui
M. ligare poſſit aut ſoluere. Sciendum quia diſ-
cernendi ſcientia incipit eſſe clauis eccleſiæ,
ubi ligandi ſoluendiq; autoritas ei additur.
Hoc aūt fit per miniſterium epiſcopale in or
dinatione presbyterorum, uel (quod uerius
uidetur) cum eis aīarum cura iniungit. Nulli
enim licet excōicare alterius parochianum,
quia talis excōicatio uires nō habet. Nullus
enim alterius iudicis niſi ſui, ſententia tene-
bitur aut damnabit. Sunt autē qui dicunt po
tentiam ligandi uel ſoluendi. i. claudendi ec
cleſiam peccatoribus uel aperiendi, plurali-
ter dici duas claues, propter hos ſ. duos effe
ctus: quod ea peccator ligātur, hoc eſt, extra
eccleſiam eijcitur. & ea ſoluitur, i. in eccleſiā
reducitur. M. 163 14. R. 84. L. 95. & 206.

TVnc precepit diſcipulis ſuis, ut
nemini dicerent quia ipſe eſſet
Ieſus Chriſtus.

Ambro. Iubet taceri q̄d ſit filius dei, ut fallat prin-
cipem mundi, & doceat humilitatem, & ne
adhuc rudes & imperfecti diſcipuli, maioris
p̄dicationis mole opprimerentur. Comple-
to autem paſſionis ſacramēto, opportunius
Matt.28. dicitur apoſtolis: Euntes docete oēs gētes.

Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſci
pulis ſuis, quia oportet eum ire Hi
eroſolymam, & multa pati a ſeniori
b⁹ & ſcribis & principibus ſacerdo
tū, & occidi, & tertia die reſurgere.

Exinde. i. ꝓpterea ut diſcipuli melius te-
nerent preceptum dñi, cœpit eis Ieſus oñde
re paſſionis ſuæ articulum. Simulq; ne hor-
rerēt mortis periculū, ſi diligerēt regni glo
Hieron. riam. Quaſi diceret: Tunc me prædicate cū
paſſus fuero, quia non prodeſt maieſtatem
eius uulgari in populis, quē poſtmodum ui-
Ambr. debunt flagellari & crucifigi. Sapientia dei
hoiem ad exemplum, quo recte uiueremus,
ſuſcepit pertinet autem ad uitam rectā, ea q̄
non ſunt metuenda, non metuere. Mors au
tē metuenda nō eſt. Oportuit ergo idipſum
illius hois quem dei ſapientia ſuſcepit, mor-
te mōſtrari. Sunt autem hoies, qui q̄uis mor
tē ipſam non timeant, genus tñ aliquid mor
tis horreſcunt. Nihilominus autem ut ipſa
mors, ita etiam nullum genus mortis bono
& recte uiuenti homini metuendum eſt. Ni
hilominus igit hoc quoq; illius hominis cru
ce oñdendum fuit. Nihil enim erat inter oia
genera mortis, illo gñe execrabilius & for-
midoloſius. Ideo quoq; uenit dñs in carne,
ut ſpem reſurgendi nobis oſtenderet. Quod
aliter non poterat fieri, niſi carnem indueret
mortalem. Deus enim mori non poterat.
M. 169 VI. R. 84.

ET aſſumens eum Petrus, cœpit
increpare illum, dicens: Abſit à
te domine, non erit tibi hoc.

In græco habetur, Propicius tibi ſis dñe.
Hieron. quod melius eſt, q̄, abſit à te dñe. Non putat
Petrus fieri poſſe, ut filius dei occidatur, aſſu
mitq; eum in affectum ſuum. uel ſeparatim
ducit, ne præſentibus cæteris condiſcipulis
magiſtrum uideatur arguere.

Qui conuerſus dixit Petro; Vade
poſt me ſathana, ſcandalum es mihi,
quia non ſapis ea quæ dei ſunt, ſed
ea quæ hominum.

Quia cōtraria loqueris uoluntati meæ, de-
bes aduerſarius appellari. Sathanas interpre
tatur aduerſarius ſiue contrarius. Multi pu-
tant quod non ſit Petrus correctus, ſed mali
gnus ſpiritus, hæc dicere ſuggerens ei. ſed
mihi nunq̄ uidebitur incentiuum diaboli, er
ror de pietatis affectu ueniēs. Vade poſt me
. i. ſequere meam ſententiam, ut granum tri-
tici cadēs in terram, multos fructus afferat.
Volendo enim præire ſcandalum mihi es. i.
me offendis. Sciat prudens lector, Petro hāc
beatitudinē, quodcunq; ligaueris ſuper ter-
ram & cætera, in futuro promiſſam. nam ſi
ſtatim data eſſet ei, nunq̄ in eo prauæ confeſ
ſionis error locum inueniſſet.
M. 72 14. R. 84. L. 96.

TVnc conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis: Si qs uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem & ſequatur me.

Beda. Prædicta apoſtolis paſſione & reſurrectione, hortatur ad ſequendum tam eos q̃ turbam. Grego. Qui deponit ueterem hoĩem cum operibus eius, denegat ſemetipſum, alter factus ex altero, dicens: Viuo aũt iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus. Gala. 2. Tunc enim noſmet ipſos abnegamus, cũ uitamus quod per uetuſtatẽ fuimus: & adhoc nitimur, q̃ per nouitatem uocamur. Qui ſuperbus fuit, ſi hũilis fiat, relinqt ſe. Cõuerſi nanq; impij nõ erunt, non quod nõ ſint in eſſentia, ſed nõ erunt in impietatis culpa. Niſi quis à ſeipſo deficiat, ad eum qui ſuper ipſum eſt, nõ appropinqt, nec ualet apprehendere quod ultra ipſum ẽ, ſi neſcierit mactare quod eſt. Qui autem ſe à uitijs abnegat, ut in uirtutibus creſcat, crucem ſuam tollat, uel per abſtinentiã affligẽdo corpus, uel per compaſſionem animum.
1. Cor. 9. Inde Paulus: Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo. De compaſſione proxi-
2. Cor. 11. mi ait: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Baiulãtes autem crucem, debemus ſequi dominũ, aĩam ponẽdo pro fratribus noſtris & pro amore ſuo, ſicut ipſe pro nobis. quia uolens aĩam ſuã ſaluare hic, perdet eam in futuro. Et hoc eſt quod dicit:

Qui enim uoluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autẽ perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Qui tpe perſecutionis præſentem uitã carnis perdiderit propter me, inueniet (.i. recipiet) eam in reſurrectione ſaluã. Sic iſtud dr̃ fideli, ac ſi dicat̃ agricolæ: Frumentum ſi ſeruas, perdis. ſi ſeminas, renouas. Vnde putreſcit in puluere, inde uirideſcit in renouatione. Perdenda ẽ aĩa in hoc ſeculo ꝓpter me, ſubaudis, non retinẽda ꝓ deſiderijs terrenis.

Quid enim prodeſt homini, ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur?

Hoc ideo dictum eſt, quia dum licet uiuere, libet etiam ambire. Duo tpa ſignificat eccleſiæ. aliud ꝑſecutiõis, qñ ponenda eſt anima antequam deum negemus: aliud pacis, quando frangenda ſunt deſideria terrena.

Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?

Pro anima hũana illa ſola eſt retributio, quã Pſalmiſta canit: Quid retribuã dño pro oĩbus q̃ retribuit mihi? Calicẽ ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. M. 171. X. Pſal. 115.

FIlius enim hominis uenturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis. Et tunc reddet unicuique ſecundum opus eius.

Noli timere, quia triſtibus lęta ſuccedũt. Hieron. Quaſi dicat: Times mortem? audi gloriam triumphantis. Vereris crucem? auſculta angelorũ miniſteria. M. 172. R. 87. L. 99.

Caput XCI.

AMen dico uobis, ſunt quidam de hic ſtãtibus, qui nõ guſtabunt mortem donec uideant filium hominis uenientem in regno ſuo.

Poterãt tacita cogitatione apoſtoli hmõi ſcandalum ſuſtinere: Occiſionem & mortẽ nunc dicis eſſe uenturam. gloria autem quã promittis, in lõga tpa differt̃. Ne ergo deſperatione uel tædio frãgerent̃, occultorum cognitor præſentem timorem præſenti compẽſat præmio. Quaſi dicat: Ob incredulitatẽ Beda. ueſtram qualis in regno glorię futurus ſim, uobis in præſenti tempore monſtrabo. Vel promittit aliquos de diſcipulis uiſuros dilatationem eccleſiæ, anteq̃ per mortem recedant de mundo, ut in præſenti contra mũdi gloriã erecta, certius credat̃ in cælo regnatura. Decenter dictum eſt, guſtabũt: qa ſtantes cum Chriſto, mortem corporis guſtant, uitam uero animæ retinent. Vel etiam ex cõ Hilarius. ditione guſtus tenuem quãdam fidelibus libationem mortis oſtendit.

Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum, ut oraret.

Lucas octo dies ponit, Matthęus & Mar Hieron. cus ſex. Ibi primus additur & extremus, hic medij ponuntur dies. Octaua die dñs futu- Beda. ram beatitudinis gloriam diſcipulis manifeſtat, quia octauo die gaudium reſurrectionis uenturum erat. Nos etiam poſt ſex huius ſeculi ætates, & ſeptimam quietis animarum poſt mortem, quaſi octaua ætate reſurgemus: ſecundum Matthæum & Marcum, poſt ſex ætates quieſcendum eſt ſanctis. De reſurrectione ſextus pſalmus pro octaua inſcribitur: quia per ſex ætates quibus operari licet, precibus eſt inſtandũ, ne in octauo retributiõis tẽpore corripiamur ab irato

iudice. unde pſalmus ita incipit: Domine,
Pſalm. 6. ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua
corripias me. Vt uero precibus inſtemus,
inſtruimur hic à domino, qui aſcēdit in mon
tem ut oraret. Mons in quem aſcendit, ſigni
ficat ut mente in excelſis habitent, qui in de-
Hierony. core ſuo Chriſtum uidere deſiderant. In tri
bus apoſtolis oſtenditur priuilegium digni
Beda. tatis eorum. Ducuntur ſeorſum, quia multi
uocati, pauci uero electi. Tres ſecum domi-
nus ducit, ut tribus idoneis teſtibus mūdus
credat: & ut ſignificetur eos illic æterna uiſi-
one lætari, qui hic fide ſanctæ trinitatis ſunt
imbuti. Vel per Petrum præpoſiti ſiue con-
iugati, per Iacobum pœnitentes ſeu actiui,
per Iohannem uirgines uel theorici intelli-
M. guntur. Notandum quod Matthæus hic di-
cit Iacobum fratrem Iohannis; quia quidā
falſo commentati ſunt, alterū interfuiſſe Ia-
cobum, qui primus Hieroſolymitarum epi-
ſcopus ordinatus eſt ab apoſtolis.

Et factum eſt dum oraret, transfigu
ratus eſt ante eos. & reſplenduit fa
cies eius ſicut ſol, ueſtimenta autem
eius facta ſunt alba ſicut nix, ſplen-
dentia candida nimis, qualia fullo ſu
per terrā nō poteſt candida facere.

Transfiguratus eſt, dicitur: quia talis ap-
Hieron. paruit apoſtolis, qualis futur' eſt in iudicio,
ubi omnes & boni & mali uiſuri ſunt ipſum
iudicem, unuſquiſq; ad ſuam retributionē.
Nemo putet eum amiſiſſe corporis ueritatē,
& aſſumpſiſſe corpus ſpirituale uel aerium.
Vbi enim ſplendor faciei & cādor ueſtium
deſcribitur, non ſubſtantia tollitur. Tranſ-
formatio igitur ſplēdorem addidit, faciē nō
ſubtraxit. Veſtitus domini, chorus eſt ſan-
ctorū, ut Apoſtolus ait: Quotquot in Chri-
Gala. 3. ſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Qui
ueſtitus in terra deſpectus, in monte reful-
get: quia nondum apparet quid erimus, ſed
1. Iohā. 3. cum ipſe apparuerit, ſimiles ei erimus. Bene
dicit Marcus de ueſtimentis eius, qualia ful
lo ſuper terram non poteſt candida facere.
quia Chriſtus uerus fullo, non poteſt (quia
non debet recto iudicio & uera promiſſio-
ne) fidelibus in terra dare claritatem, quę eos
manet in cælis. Fullo, eſt animarum doctor
atque mundator ab inquinamento carnis &
ſpiritus.

Et ecce apparuit illis Moyſes & Eli
as, cum eo loquētes in maieſtate. &
dicebant exceſſum eius, quem com
pleturus erat in Ieruſalem.

Vt apoſtolorum augeat fidem, dat ſignū Hieron.
de cælo, Elia inde deſcendente quo conſcen
derat, & Moyſe ab inferis reſurgēte. Quod
& Achaz per Iſaiam præcipitur, ut petat ſi- Iſaie. 7.
bi ſignum de excelſo aut de inferno. Ideo au
tem uiuus & mortuus apparent, ut ſignifi-
cent Chriſtum moriturum & iterum uictu-
rum, ut nos uiui ſimus deo, mortui mundo.
Moyſes, id eſt, legiſlator, & Elias propheta Beda.
rum eximius apparent, ut oſtendant ipſum
eſſe, quē legis & prophetarū ſcripta promi
ſerunt. Apparent autem non in infimis, ſed
in monte: quia illi ſoli digni ſunt dei maie-
ſtate, q ſcripturā petunt ſublimi mente. De-
niq; Iudæi nō potuerūt ſeq Moyſen ad dn̄m
in montana conſcendentem. atque ſolus Eli
ſeus cum filijs prophetarum contemplatus
eſt aſcendentis Eliæ triumphum. Ipſi dice-
bant complenda in Ieruſalem. & lex & pro-
phetæ uſq; hodie docent diſpenſationis do-
minicæ myſterium. Diſcipuli ſecundum Lu
cam euigilantes, uiſionem uiderūt. quia ſan-
cti poſt mortem excitati, maieſtatem domi
ni uidebunt. Moyſen & Eliam tunc ſpecu-
labuntur in gloria, quia tunc melius intelli-
gent, quomodo iota unum aut apex unus Matt. 5.
non præterijt à lege, & quomodo dominus
legem & prophetas non uenit ſoluere, ſed
adimplere. Aliter: Per Moyſen mortuū ſi-
gnantur ſancti, qui ab initio mundi uſq; ad
diem iudicij defuncti, in ipō iudicio ſunt re-
ſuſcitandi: per Eliam uiuentem, qui uiui in-
uenientur. Iſti in maieſtate uidentur, & ex-
ceſſum domini dicūt, quia ſancti cum Chri
ſto regnabunt glorioſi. & miſericordiā eius
laudabunt, quoniam pro ſalute eorū digna-
tus eſt pati.

Reſpōdens autem Petrus, dixit ad
Ieſum: Domine, bonum eſt nos hic
eſſe. ſi uis, faciamus hic tria taberna
cula, tibi unum, Moyſi unū, & Eliæ
unum.

Qui ad montana conſcenderat, non uult Hierony.
ad terrena deſcendere. Erras Petre, ut Mar-
cus & Lucas teſtantur. Vnum tantum ta-
bernaculum eſt euangelij. Si tria quæris ta-
bernacula, fac unum quaſi tria patri & filio
& ſpiritui ſancto, nequaquam ſeruos confe-
rens domino. O quanta felicitas, uiſioni dei-
tatis inter angelos adeſſe perpetuo, ſi tātum
humanitas Chriſti duorumq; ſocietas ſan-
ctorum ad punctum uiſa delectat: ut eis, ne
diſcedant, Petrus præſtare uelit obſequium.

Qui & ſi ut homo neſcit quid dicat, inſiti tamen ſibi ardoris indicium mōſtrat, Oblitus erat regnum dei non eſſe promiſſum in terra ſanctis, ſed in cælo: & domum manu factam non eſſe neceſſariam, ſed manſionem cæleſtem. Adhuc hodie imperitiæ notatur, quicunque legi, prophetis, & euangelio tria tabernacula facere cupit, cum hæc nequaq̄ ualeant abinuicem ſeparari, unum habentia tabernaculum eccleſiam dei. M. Notandum q̄d quidam Moyſi & Eliæ ſpecies angelorū miniſterio, alij autem ipſos in proprijs corporibus apparuiſſe credunt. Apoſtoli uero qui non antea nouerant illos, eorum formas in maieſtate diſcreuerunt, eo ſcilicet munere gratię, quo quiſque ſanctorum uniuerſos poſt reſurrectionem cognoſcet.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos.

Beda. Qui materiale tabernaculum quæſiuit, nubis accepit obūbraculum, ut diſceret in reſurrectione ſanctos non eſſe protegendos tegmine domorum, ſed ſpiritusſancti* (*gratia) gloria. Hinc Pſalmiſta: Filij autem hominum in Pſal. 35. tegmine alarum tuarum ſperabunt. Et Iohannes in Apocalypſi: Apoc. 21. Templum non uidi in ea. dominus enim omnipotens templum illius eſt & agnus.

Et ecce uox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. ipſum audite.

Quia Petrus ſtulte interrogauerat, ideo Hierony. non meretur reſponſionem. ſed pater pro filio reſpondit, ut uerbum domini compleretur: Ego teſtimonium non dico pro me, ſed pater qui me miſit. Senſus eſt: Meo filio eſt tabernaculum obtemperandi conſtitutum, cuius ſerui ſunt Moyſes & Elias. Hinc de eo Deute. 18 Moyſes ſcripſit: Ipſum audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit uobis. Nota, ſicut domino Beda. in Iordane baptizato, ſic in monte trinitatis myſterium declarari. quia gloriam illius quam in baptiſmate confitemur, in reſurrectione uidebimus. Nec fruſtra ſpiritusſanctus hic in lucida nube, illic apparet in colūba: quia qui nunc ſimplici corde fidem ſeruat, tunc luce apertæ uiſionis quod crediderit, contemplabitur.

Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt ualde.

Hierony. Triplicem ob cauſam terrentur. Se erraſſe cognouerunt. nubes lucida operuit eos, tabernaculum de frondibus aut tentorijs q̄rentes: uoce patris audita, non poterant homines fragiles ſuſtinere maioris gloriæ cōſpectum. Denique, quanto quis ampliora quæſierit, tāto magis ad inferiora dilabitur, ſi ignorauerit menſuram ſuā. Qui deo uult facere tabernaculum, præparet ei penetralia cordis ſui.

Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite & nolite timere.

Conſolatorio tactu & uerbo metum fugat, membra ſolidat, ut poſtea doctrina tribuatur.

Leuantes autem oculos ſuos, neminem uiderunt niſi ſolum Ieſum.

Si Moyſes & Elias non euanuiſſent, uideretur incertum, cui uox patris dediſſet teſtimonium. Bene uident illos euanuiſſe: quia poſtquam umbra legis & prophetarum diſceſſit, quæ q̄ſi nube apoſtolos texerat, euangelium remanſit. Ieſum ſolum, dictum eſt: quia cum manifeſtauerit ſe electis, erit deus omnia in omnibus, imo ipſe cum ſuis unus per omnia Chriſtus, id eſt, caput cum corpore ſplēdebit. Propter quam unitatem alibi dicit: Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, filius hominis qui eſt in Iohan. 3. cælo.

Et deſcendentibus illis de monte, præcepit Ieſus, dicens: Nemini dixeritis uiſionem, donec filius hominis a mortuis reſurgat.

Non uult hoc prædicari modo in populo, ne incredibile eſſet propter rei magnitudinem, & ne ſequens crux ſcandalum faceret rudibus poſt tantam gloriam. Vtique doctoris eſt, audientium cōſiderare perſonas, ne prius irrideatur quàm audiatur.

M. ℣. R.

ET interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes: Quid ergo ſcribæ dicunt, quia Eliam oportet primum uenire?

Senſus eſt: Quandoquidem Elias tam cito receſſit à nobis, ergo quid eſt quod ſcribæ dicunt de Elia? Quomodo intelligemus illud? Tradunt ſcribæ iuxta Malachiam p- Mala. 4.

phetam Eliam præceſſurum ſaluatoris aduentum. Aeſtimant ergo diſcipuli hanc aduentus gloriam eſſe quã uiderant, & dicunt: Si iam ueniſti in gloria, quomodo præcurſor tuus non apparet? Maximeq́ꝫ hoc dicũt, quia Elias receſſerat.

At ille reſpondens, ait illis: Elias quidem uenturus eſt, & reſtituet omnia.

Hoc dictum eſt ſecundum Malachiam, in quo legitur, quia reducet cor patrum ad filios & filiorum ad patres, & reſtituet omnia in antiquum ſtatum. Hic Marcus addit, (Beda.) quia quomodo de Chriſti paſſiõe multi ſcripſerunt, ſic & Elias cum uenerit, multa paſſurus eſt & contemnendus ab impijs.

Dico autem uobis, quia Elias iam uenit, & non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Tunc intellexerunt diſcipuli quia de Iohanne baptiſta dixiſſet.

(Hierony.) Qui uenturus eſt in ſecundo ſaluatoris aduentu corporaliter, iam per Iohannem uenit in uirtute & ſpiritu. Et ſicut in Iohannis nece phariſæorũ factio conſenſit, ita & in occiſione domini Herodes uolũtatem iunxit, qui eum deſpectum remiſit Pilato ad crucifigendum.

R. 13.

ET cum ueniſſet ad turbam, uidit ſcribas conquirentes cum illis. Et confeſtim omnis populus uidens eum, ſtupefactus eſt. & expauerunt, & accurrẽtes ſalutabant eũ. Et interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis?

(M.) Scit & interrogat, ut confeſſio pariat ſalutem, & murmur cordis noſtri ſermonibus ſoluatur. ut eſt, Dic iniquitates prius, ut iuſtificeris. (Eſaiæ. 43. iuxta lxx.) Quid autem quærerent, euãgeliſta non dicit.

L. 74.

Caput XCII.

ET acceſſerunt quidam phariſæorũ, dicentes illi: Exi & uade hinc, qa Herodes uult te occidere.

Exi de Galilæa ubi dominatur Herodes, (Beda.) & tranſi in locum ubi non habeat poteſtatem.

Et ait illis: Ite, dicite uulpi illi.

Propter dolos & inſidias Herodem appellat uulpem. Quod animal fraudis plenũ eſt, & in fouea latens & putens, & non rectis itineribus, ſed tortuoſis anfractibus currẽs. Quæ cuncta hæreticis, quorum Herodes typum tenet, congruunt: qui Chriſtum occidere, id eſt, humilitatem fidei Chriſtianæ credentibus eripere moliuntur.

Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras. & tertia die conſummor.

Myſtice hæc intelligenda ſunt. quaſi dicat, Nec Herodes nec hæretici, quorum ipſe figura eſt, poterunt perturbare quod intendo facere. Intendo autem eijcere dæmonia de cordibus hominum, ut relictis uanitatibus in me credant: & perficere ſanitates, ut ſecundum præcepta mea uiuant. poſtea conſummabor in corpore meo, quod eſt eccleſia, quando in die reſurrectionis glorificatã ad conſortium angelorum perducam. Prima ergo dies eſt, per gratiam dei abrenunciare uanitatibus: ſecunda, concordare ueritati moribus & uita: tertia eſt ultima glorificatio.

Verumtamen oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Ieruſalem.

Non poterit perturbare Herodes quin ita agam & ita cõſummer. ſed nec mortem corporis mei poterit operari, quam in Ieruſalem oportet fieri, ubi non ipſe, ſed Pilatus dominatur. Non enim capit, ſubaudis aliqua ſcriptura, me prophetam perire extra Ieruſalem. Sæpe quidem dictum eſt, & adhuc dicimus importunitati de ſerie hiſtoriæ contendentiũ, ut quæ capitula putauerit non ſua propria loca obtinere, intelligat more iſtius ſcripturæ, præoccupando uel recapitulando locata eſſe.

M. 74. R. 11. L. 11.

FActum eſt autem, in ſequenti die acceſſit ad eum homo prouolutis genibus, & exclamauit, dicens: Domine, miſerere filio meo, quia unicus eſt mihi, & lunaticus eſt. &

Et factus ē ſicut mortuus, ita ut multi dicerent quia mortuus eſt.

Sanatis dicitur: Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. *Col. 3.* Vñ & infirmitas Chriſtianorũ nō eſt mors, ſed mortis ſimilitudo.

Ieſus autem tenens manum eius, eleuauit eum. & ſurrexit, & curatus eſt puer ex illa hora, & reddidit illum patri eius.

Beda. Qui peccantem uult ſanare, uitium debet arguere & depellere: ſed hominem amando refouere, donec ſanatum ſpiritualibus reddat patribus eccleſiæ.

M. 75 V. L. 100.

TVnc acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum ſecreto, & dixerunt: Quare nos nō potuimus eijcere illum? Dicit illis: Propter incredulitatem ueſtram.

Hilarius Domino in monte demorante, & ipſis cũ turba reſidentibus, eorum fides tepuerat.

Amen quippe dico uobis, ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit uobis. Hoc autem genus dæmoniorum nō eijcitur, niſi per orationem & ieiunium.

Beda. Ieiunio paſſiones corporis, oratione ſanantur peſtes mentis. Sic ergo grauior diabili proteruitas ſuperatur: ſic quoq; ira domini cum in ultionem noſtrorum ſcelerum fuerit accenſa, tanquam ſingulari remedio placatur. *Hierony.* Cum Paulus dicat, ſi totam fidē habuero, ita ut montes transferam: *1. Cor. 13.* magna eſt fides quę grano ſinapis comparatur, nō parua, ut quidam putant. Montis tranſlatio nō eius ſignificatur, quem oculis carnis aſpicimus, ſed illius qui à domino tranſlatus fuerat ex lunatico. *Beda.* Vnde ſtulti ſunt, dicentes apoſtolos nec paruam fidem habuiſſe, quia montes nullus eorum tranſtulit. Granum ſinapis tritum & cribratum, tepidæ pingui muſſæ admixtum, ſi ieiunus contra ſolē uel in balneo gargarizes, omnem noxium humorem de capite purgat, & imminentiũ imbecillitatum facit pericula uitari. Sic fides tētationum piſtillo probata, & ab omni leuiũ cogitationum ſuperficie cribro diſcretionis caſtigata, & perfectæ dilectionis melle dulcorata, omnes de corde quod eſt interioris noſtri hominis caput, uitiorum ſentinas nō ſolum ad præſens exhaurit, ſed & in futurũ, ne recolligi ualeant, præcauet. Sic ergo lege: Si habueritis fidem efficacem ſicut granum ſinapis, dicetis mōti, hoc eſt, dicere poteritis ſuperbo diabolo, ut tranſeat de homine obſeſſo, & nihil incōmoditatis impoſſibile erit uobis ad curandum. *Ambr.* In Luca habetur, dicetis huic arbori moro, eradicare & trāſplātare in mare, & obediet uobis. Fructus mori in flore albet, formatus rutilat, maturitate nigreſcit. ſic diabolus flore angelicę naturæ & poteſtate rutilanti, præuaricādo tetro inhorruit odore, qui p fidem excluditur. *Beda.* Vel per morum, cuius fructus & uirgulta rubent, unde & à Latinis rubus appellatur, euangeliũ crucis exprimitur. quæ per fidem apoſtolorum de gente Iudæorum uerbis prædicationis eradicata eſt, & in mare gentiũ tranſplantata. Folia etiā mori ſerpēti superiecta, *subiecta* necem inferunt. quia uerbum crucis ut cuncta ſalutaria confert, ſic noxia tollit. Aliter: Per montem transferendum, per arborem morum eradicandam & tranſplantandam, poteſt intelligi: quia conſummatæ fidei indicium ſit, ubi ratio poſtulat elementis imperare: ut quod de his ſpecialiter dictum eſt, de omnibus hoc generaliter ſentiatur.

M. 77 V. R. 91. L. 102.

Caput XCIIII.

COnuerſantibus autē eis in Galilæa, dixit illis Ieſus: Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eũ, & tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt uehementer.

Hierony. Semper dominus proſperis miſcet triſtia, ut cum repente uenerint, non terreant apoſtolos. *Beda.* Et ſi eos contriſtat quod occidendus eſt, debet lætificare reſurrectio. Quod autē iuxta Marcum & Lucam aliqui uerbũ ignorabant, non tam ingenij tarditate, quā amore contingebat: quia quem deum uerum cognoſcebant, moriturum credere nequibāt. Et quia per figuras ſæpe loquebatur, putabant hoc figurate dictum. M. 77 X.

ET cum ueniſſent Capharnaum, acceſſerũt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter ueſter non ſoluit didrachma? Ait: Etiam.

Hoc eſt, uere non ſoluit. Poſt Auguſtum Cæſarem facta eſt Iudæa tributaria. ſed pro ſignorum magnitudine, non auſi ſunt de tributo dominum appellare. Conueniūt ergo diſcipulum. Vel malitioſe hoc fecerunt, uolentes ſcire an Cæſari contradiceret. Hierony.

Et cum intraſſet domū, præuenit eū Ieſus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? reges terræ a quibus accipiūt tributum uel cenſum? a filiis ſuis, an ab alienis? & ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filii.

Dominus noſter & ſecūdum carnem & ſecūdum ſpiritum erat filius regis. Ergo nō debebat tributum, ſed humilitate ſoluit. Prępuenit autem Petrum, nolēs expectare poſtulationem tributi, ne apoſtoli ſcandalizarentur.

Vt autem non ſcandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum. & cū piſcem qui primus aſcēderit, tolle. & aperto ore eius, inuenies ſtaterē. illum ſumens, da eis pro me & te.

Quid primum mirer hic neſcio, an pręſcientiam ſtateris in ore piſcis, an magnitudinem uirtutis, ſi ad uerbū eius mox ſtater in ore piſcis creatus eſt. Iſte piſcis qui in maris gurgitibus erat, myſtice intelligitur primus Adam liberatus à ſecūdo Adam. Piſcator hominum Petrus, doctrinæ hamum miſit in ſeculo, ut appoſiti cibi dulcedine uagātes ex eo fluctuanteſq; protraheret. Stater ē confeſſio Stater dicitur, qui duo didrachmata habet, quo caro ſerui & dñi liberant. Bene datur idem preciū, ſed diuiſum: quia dñs per ueritatis confeſſionem tranſiuit à uoluntariis paſſionibus ſuis ad impaſſibilitatem carnis, ſed nos à peccati captiuitate & neceſſaria corruptiōe liberauit. Vel ſimpliciter hoc intellectum, ædificat auditorem, cum dominus tantæ paupertatis fuerit, ut unde tributa redderet, non haberet. Si quis obiiciat Iudam portare pecuniam in loculis, reſpondemus dominum nefas putare, ut res pauperum in ſuos uſus conuerteret. R. 24. x.

Caput XCIIII.

In illa hora cū domi eſſent, interrogabat eos: Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem in uia inter ſe diſputauerant quis eſſet illorū maior.

Inde ortа iubetur diſputatio diſcipulorū de primatu, quia uiderant Petrum & Iacobū & Iohannem ductos in montē ſcorſum, ad aliquid ſecretum eis credendum. Sed & Petro audierāt claues regni cælorū promiſſas, eccleſiamq; ſupra petram fidei, à qua ipſe nomen acceperat, ædificandā, atq; tributū pariter pro Petro & dño redditū. Putabant ergo uel illos tres cæteris, uel oībus Petrum eſſe prælatum. Quod intelligens dominus, uult deſiderium gloriæ ſanare humilitatis contentione. M. 78. ii. R. 95. L. 92. Beda.

Et acceſſerunt diſcipuli ad Ieſū, dicentes: Quis putas maior eſt in regno cælorum? & aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico uobis, niſi cōuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, nō intrabitis in regnum cælorum.

Illi euntes, diſputauerant de principatu. dñs in domo docet eos ſuperbiā in humilitatem mutare. Principes enī laborāt, hūiles quieſcūt. Paruulus nō perſeuerat in ira. nō meminit læſionis. non in pulchra muliere delectatur. honorem ambitione non appetit. Tale eſt ergo quod dr: Niſi innocentiā pueri habueritis, nō intrabitis in regnū cælorū. Quod aūt Marco referēte cōplexus ē puerū, ſignificat humiles dignos eſſe ſuo cōplexu, qui uere poſſunt gloriari & dicere: Læua eius ſub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Hieronys. Beda. Cant. 8.

Quicūq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior ē in regno cælorum. Si quis uult primus eſſe, erit omniū nouiſſimus & miniſter. Et qui ſuſceperit unum paruulū talem in nomine meo, me ſuſcipit.

In futuro quidē ſanctorum collegio, nulla erit officiorum prælatio. Veruntamen ibi ſanctitate maior eris inter aliquos, uel etiam unus de primis, ſecundum quod hic iuuante rationis induſtria magis ſequeris formā uirtutis, quam natura duce puer obſeruat. Qui autem ſine meritis ſola baptiſmi gratia ſaluantur, magni quidem erunt, ſed non aliquibus maiores. Qui uult ergo de maioribus eſſe, ſuſcipiat paruulos pro amore Chriſti, quod eſt ipſum ſuſcipi in eis. i. puerili ſimplicitate adhuc* infirmos ad maiora confoueat. *infirmos

HincPaulus uocat Philippenſes gaudiũ ſuũ & coronam. Illo autem uſu, quo de certiſſime futuris ut iam de exiſtẽtibus loquimur, accipe dictum, hic eſt maior in regno cælorum: & ſuperius, quis putas maior eſt? Vel ita: Hic eſt maior. i. habens cauſam quę eum faciat maiorem. M. 162. ii. R. 99. L. 117.

QVi autem ſcãdalizauerit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Hierony. Qui ſcandalizatur, paruulus eſt. maiores enim ſcandala non recipiunt. Recte igitur q ſcandalizari põt, puſillus appellatur. qa magnus qcquid patiaẽ, non declinat à fide. Secundũ ritũ prouinciæ loquiẽ de mola aſinaria, quo maiorũ criminũ iſta apud ueteres Iudæos pœna fuit, ut in profundum, ligato ſaxo ad collum, rei demergerentur. Hæc ſentẽtia generalis eſt tam ad oẽs q̃ ad apoſtolos, q ſi de honore contendere perſiſterent, quis eorum maior eſſet, perderẽt per ſuũ ſcandalum illos, quos ad fidẽ uocabant. Senſus eſt: Expedit, id eſt, multo melius eſt, pro culpa breuem pœnam accipere, quàm æternis ſeruari cruciatibus. *Nahũ. I. iuxta lxx.* Non enim iudicabit deus bis in idipſum. Vel ita: Expedit. i. multo utilius eſt, innoxium pœna atrociſſima temporali tñ finire uitam corpoream, q̃ lædendo fratrem, mortẽ aĩæ promereri perpetuã. Si tñ de ueritate ſcandalum ponitur, utilius permittitur ſcandalũ naſci, quàm ueritas relinquatur. *Hilarius.* Aliter: Per molam aſinariã ſecularis uitæ circuitus ac labor exprimitur. & p profundum maris, extrema damnatio ſignatur. Qui ergo ad ſanctitatis ſpeciẽ deductus, uerbo ſiue exemplo cæteros deſtruit: melius eſſet ei, ut terrena acta conſtringerent eum ſub exteriori habitu ad mortem. quia ſi ſolus caderet, tolerabilius in inferno cruciaretur. *Hilarius* Aliter: Molæ opus, eſt labor cæcitatis. Nam clauſis iumentorũ oculis agũtur in gyrũ. Sub aſini quidẽ noĩe, gẽtilis populus frequenter in ſcripturis nuncupaẽ. Hic alligatus eſt ad molã, hoc eſt, ad lapideos deos, circa quos cæcis oculis erroris ſui gyro ptrahiẽ. & ſic cum ſua ſacrilega mola demergiẽ fluctibus iudicandi ſeculi. Senſus ergo eſt: Melius eſſet Chriſtiano, per cuius ſcandalũ fratres ſui uel ſubditi ſibi pereũt, ſi paganus eſſet: quia non tantam pœnam pagani patiuntur in inferno, quantam Chriſtiani falſi.

R. 97. viii. L. 101.

Capũt XCV.

REſpondens autem Iohannes, dixit: Magiſter, uidimus quendam in nomine tuo eiicic̃tem dęmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum. Ieſus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo eſt enim qui faciat uirtutem in nomine meo, & poſſit cito mala loqui de me. Qui eñ nõ eſt aduerſus uos, pro uobis eſt.

Non eſt cõtrarium quod alibi dicit: Qui *Auguſt.* uos ſpernit, me ſpernit: & qui mecũ non eſt, aduerſum me eſt. Hoc enim uult intelligi, in tñ cum illo non eſſe aliquẽ, inquantum eſt aduerſus eum: & intñ aduerſus illũ non eẽ, inquãtũ cum illo eſt; ſicut iſte qui in hoc q̃d in nomine Chriſti uirtutes faciebat, nõ erat contrarius diſcipulis: ſed in hoc, quod in ſocietate eorũ nõ erat. Vnde dñs dixit eis: Nolite prohibere eum. Vnitatem eccleſię debebant ei ſuadere, nõ illud in quo cũ illis erat, phibere. ſicut catholica eccleſia nõ improbat in hęreticis ſacramenta communia in qbus nobiſcum ſunt, ſed diuiſiones à nobis & ſententias ueritati aduerſas. Hac ſententia *Beda.* doctus dicit Apoſto. Siue occaſiõe, ſiue ueritate Chriſtus annuncietur, in hoc gaudeo *Philip. I.* & gaudebo. M. 172. ii. R. 93. L. 107.

VAe mũdo ab ſcãdalis. Neceſſe ẽ eñ ut ueniãt ſcãdala. Verũtñ uæ homini p quẽ ſcandalũ uenit.

Sicut neceſſe eſt ignem calere, niuem uero frigere: ita etiam neceſſe eſt, ut iniquitas mundi erroribus pleni, ſcandala pariat: pfectorũ uero charitas, pietatis operibus luceat. Veruntamen quia nulla neceſſitas cogit humana corda eſſe iniqua, quæ tñ quia iniq̃ ſunt, neceſſario ſcandala mouent, ideo uæ illi cuius uitio ueniunt. In qua generali ſententia percutitur Iudas. Ideo enim maxime ait uenire ſcandala, quia ad ſacramẽtum reddendæ nobis æternitatis omnis in eo paſſionis humilitas eſſet explenda. In hoc nanque ignorantia plurimum detineẽ humana, q̃d ſub deformitate crucis, æternæ gloriæ dñm nolit accipere. Et qd mũdo tã periculoſum, *I. Cor. I.* q̃ non recepiſſe Chriſtũ? M. 172. vi. R. 100.

SI autem manus tua uel pes tuus ſcãdalizat te, abcide eum & proijce abs te. Bonum eſt tibi ad uitam ingredi debilẽ uel claudũ, q̃ duas

manus uel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum.

Beda. Quia ſupra docuit, ne ſcādalizaremus credentes, admonet quantum cauere debemus eos qui ſcandalizāt, cum parum diſtet in uitio fallere uel falli. Scandalizat autem, qui dicto uel facto minus recto occaſionē dat ruinę. Aut bonum lege hic pro melius, aut * p quam non, ſicut ibi. Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in homine.

* ꝗ pro Pſal. 117.

Et ſi oculus tuus ſcādalizat te, erue eum & proÿce abs te. Bonum eſt tibi luſcum in uitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehēnam ignis.

Auguſt. Notandum quod ille de ꝗ Iohannes ſuggeſſerat, non ita ſeparabatur à diſcipulis, ut eos tanquam hæreticus improbaret. ſed ſicut facere ſolent homines nodum Christi ſacramenta ſuſcipere audentes, & tamen nomini Chriſtiano fauentes. Tales etſi iā non tuti ſibi debeant uideri ex hac beneuolentia, quia nondum ſunt abluti baptiſmo: tamen miſericordia dei iam ita eos gubernat, ut ad eam perueniant, atq; ita ſecuri de hoc ſeculo abſcedant. Qui profecto aliquando etiā priuſquā Chriſtiani fiant, utiliores ſunt quàm falſi Chriſtiani: qui alÿs ea perſuadēt, ut eos ſecum in æternam pœnā pertrahant. Quos membrorum corporalium nomine tanquā manum uel oculum ſcandalizantem, iubet dominus erui à corpore, hoc eſt, ab unitatis ſocietate, ut ſine his potius eatur ad uitā, quàm cum eis in gehennam. Et ſi omnibus bonis quibus de eis notitia eſt, hac peruerſitate innoteſcunt, ab omnium penitus ſocietate atq; ab ipſa diuinorum ſacramentorum participatione ſeparentur. Si autem quibuſdam nota eſt eorū peruerſitas, pluribus autem ignota: ita tolerandi ſunt, ſicut ante uentilationem palea toleratur in area, ut neq; illis ad iniquitatis conſentiatur communionem, nec propter illos bonorū ſocietas deſeratur. Hoc faciunt qui habēt in ſeipſis ſalem, & pacem habent inter ſe. R. [illegible]

VBi uermis eorum nō moritur, & ignis nō extinguitur. Omīs enim igne ſalietur, & omnis uictima ſale ſalietur.

Beda. In uerme putredinem gehennæ, in igne ardorem deſignat. Sic enim uermem dicit ſeram ſcelerum pœnitudinem, quæ nunquā in tormentis cōſcientiam mordere ceſſabit; ut ignis ſit pœna extrinſecus, uermis dolor interius. Ideo autem per ignem tribulationis euellas amicos ita tibi utiles, ut manus, pes, oculus, ſi te ad gehēnam trahere uelint: quia omnis qui uictima dei eſt, purgatorio igne examinabitur: & interim ratione ſapientiæ ſalitur, dum ſanguinis corruptio quæ putredinis cuſtodia eſt & uermium mater, conſumitur. Fœtor enim uermiū, ſolet naſci de corruptiōe carnis & ſanguinis. Ideoq; caro recens ſale conditur, ut exiccato humore ſanguineo, uermeſcere nequeat. Caro ergo & ſanguis uermes creat: quia delectatio carnalis cui condimentum continentiæ non reſiſtit, pœnam luxurioſis generat æternā. Cuius fœtorem quiſquis uitare deſiderat, corpus ſale continentiæ & mentem ſtudeat condimento ſapientiæ ab erroris & uitiorum labe caſtigare. Aliter: Mire dictum eſt, omnis igne ſalietur. Quæ enim uictima ſale ſalitur, uermis putredinem arcet: quæ uero igne ſale aſperſo, carnem quoq; conſumit. Hoc ſecundum legem in hoſtÿs fiebat, quæ in altari cremabātur, ubi in omni uictima ſal offerri preceptum eſt. Sal ergo, dulcedinem ſapientiæ: ignis, ſpiritusſancti gratiam deſignāt. Et ita omnis igne ſalietur: quiā electi ꝑ amorē ſanctiſpiritus deo uictima digna conſecrātur. Et quia ſale ſapientię ſe à uitÿs emūdāt, bene addidit, & oīs uictima ſale ſalietur. Itaq; uictima talis nō ſolum ſale aſpergitur, ſed & igne conſumitur: quia non peccati tātum contagio pellitur, ſed ab electorum mēte ipſa etiam uitæ præſentis quę in carne eſt, delectatio tollitur. Vñ Apoſtolus: Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Vel ita: Altare dei, cor electorum eſt. hoſtiæ in hoc altari offerendæ, bona opera ſunt. In omnibus autem ſacrificÿs ſal debet offerri, quia nullū eſt opus bonum ſine ſapientia. Ignis in altari ſacrificia conſumit, de quo Iohannes ait: Ipſe uos baptizabit in ſpirituſancto & igni. uel ignis tribulationis quo patientia fideliū exercetur, ut perfectum opus habeant. Oīs igitur qui cauere uult uermē æterni tormenti, igne caſtigabitur, ut omne opus ſuū ſit uictima deo ſale condita. M. [illegible]

Leui. 2. Pſal. 30. Matt. 3.

Caput XCVI.

VIdete ne contemnatis unū ex his puſillis.

Auſteritatem qua præceperat amicos propter deū amputandos, temperat dicens: Sic præcipio ſeueritatem, ut clementiam doceam. Quantum in uobis eſt, nolite contemnere: ſed per ueſtram ſalutem etiam illorū quærite ſanitatē.

Si non poteſtis, melius eſt uos ſaluari, quàm cum illis perire.

Dico enim uobis, quia angeli corũ in cælis ſemper uident faciem patris mei qui in cælis eſt. Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.

Quaſi dicat: Si contemnitis unũ ex puſillis, angeli uidebũt, & pater meus ulciſcetur. Quod ideo dico uobis, quia quod ego ueni ſaluare, uos non debetis cõtemnere. Magna dignitas animarum, ut unaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiã ſui angelum delegatum. Singulæ quoq; gentes uel eccleſiæ
Iſido. præpoſitos angelos habere creduntur, quod oſtenditur teſtimonio angeli Danieli loquẽ
Dan.9. tis. Ego, inquit, ueni ut nunciarem tibi, ſed princeps regni Perſarum reſtitit mihi. Et poſtea: Non eſt qui me adiuuet, niſi Michael
Hiero. princeps ueſter: Et in Apocalypſi: Angelo
Apo.2. Epheſi & Thyatiræ & angelo Philadelphię, & angelis quatuor reliquarum eccleſiarum ſcribe hæc. Apoſtolus quoq; pręcepit uelari ca-
1.Cor.11. pita fœminarum in eccleſiis ꝓpter angelos.

M. 131. L. 187.

ET ait ad illos parabolam iſtam, dicẽs: Quid uobis uidetur? ſi fuerint alicui cẽtum oues, & errauerit una ex eis, nonne relinquit nonaginta nouem in mõtibus uel in deſerto, & uadit quærere eam quæ errauit? Et ſi cõtigerit ut inueniat eam, imponit in humeros ſuos gaudens. & ueniens domum, cõuocat amicos & uicinos, dicẽs illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ meã ꝙ perierat.

Quia centenarius numerus eſt perfectus, dominus centum oues habuit, poſtquã homines & angelos creauit. Sed una ouis periit cum homo deliquit. Dimiſit autem, dum ſeipſum exinaniuit diues paſtor, cuius nos oẽs cẽteſima portio ſumus, nonaginta nouem in montibus, hoc eſt, in cæleſtibus, uel in deſerto, quia choros angelorum reliquit in cælo. Cur autem cælum deſertum uocatur, niſi ꝙd deſertum dicitur derelictum? Tunc enĩ cælũ
*Quem homo deſeruit cũ peccauit. * Ouem domin⁹ humeris impoſuit, quia humanam naturam ſuſcipiẽs, peccata nr̃a portauit. Humeri Chriſti, crucis brachia ſunt. illic peccata mea depoſui, in illa nobilis patibuli ceruice requieui. Oue inuenta domũ rediit, q̄a reparato homine cęlum intrauit. Angeli ſunt eius amici, quia uoluntatẽ eius ſtabiliter cuſtodiunt. Idẽ ſunt uicini, quia claritate uiſionis illius fruuntur. Notandũ quod nõ dicit, Congratulamini oui, ſed mihi, q̄a uita nr̃a gaudiũ eſt ei⁹. M

Amen dico uobis, quia gaudebit ſuper eã magis, ꝙ̃ ſuper nonaginta nouem quæ non errauerunt, & non indigent pœnitentia.

Licet paſtor multo plus nimirum diligat oues nonaginta, ꝙ ſolam centeſimam, tacitis tamẽ aliis, de reſtaurata multis modis ſe gaudere oſtendit. Sic quoq; ſaluator de reparatione generis humani magis gaudet, hoc eſt, magis & pluribus argumẽtis ſe gaudere oſtendit, ꝙ de angelorum ſtabilitate. Vel ita: Magis gaudet. i. magis gaudere nos inde facit.

Sic nõ eſt uoluntas ante patrem ueſtrum qui in cęlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis.

Sicut non eſt uoluntas paſtoris unam ouẽ perire, ſic non eſt uoluntas ante patrem, hoc eſt, ſic non uult pater ut unus puſillus ꝑeat.

L. 188. X.

AVt ꝗ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nõne accendit lucernã & euertit domũ, & quærit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit, cõuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.

Drachma eſt nũmus certæ quantitatis, ha [illegible]
bẽs imaginem regis. Mulier ergo (id eſt, dei ſapientia) decem drachmas habuit, cum nouem ordinibus angelorũ eſt additus homo decimus, ut cõpleretur electorum numerus. Mulier drachmã perdidit, quãdo homo qui conditus ad imaginẽ dei fuerat, peccauit. Sed mulier lucernã accendit, quia ſapiẽtia dei in carne apparuit. Lucerna lux eſt in teſta. i. di- Pſal.21
uinitas in carne. De qua teſta ſui corporis dicit ipſa ſapiẽtia: Exaruit tãꝗ teſta uirtus mea. Teſta in igne ſolidatur, & uirtus eius exaruit, qñ aſſumptã carnẽ ex tribulatione paſſionis roborauit ad gloriã reſurrectiõis. Accẽſa autẽ lucerna, i. carne ꝑ diuinitatẽ glorificata, domus euertitur. q̄a humana cõſcientia reatus ſui cõſideratiõe ꝑturbatur. Sic ergo drachma reperitur, quia in homine ſimilitudo creatoris reparatur. Amicas & uicinas dicit poteſtates angelicas, quę tãto ſunt iuxta ſupnã ſapiẽtiã, q̃nto eã uicinius contẽplãtur. Has autẽ

conuocat, dum per exhibitionem gratiæ hominibus impensæ, ad amorem sui uehementius accendit. L. ꝟ. M. ꝟ.

ITa dico uobis, gaudiũ erit in cælo corã angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia.

Plerunq; hi qui nullis ſe oppreſſos peccatorũ molibus ſciũt, pigri remanẽt ad exercẽda bona, ut ſecuri quod non cõmiſerunt mala grauiora. At contra nõnunquã hi qui ſe illicita egiſſe meminerunt, ipſo dolore compuncti, inardeſcunt ad amorem dei. Maius ergo gaudium fit in cælo de peccatore conuerſo, quàm de ſtante iuſto. Nam & dux in prælio plus illum militem diligit, qui poſt fugam reuerſus hoſtem fortiter premit, quàm illum qui nũquam terga præbuit, & nunquã

Albi. fortiter aliquid fecit. Quod uero angeli, utpote rationales, gaudent de reconciliato ſibi homine, incendit nos ad probitatem, ut agamus quod illis gratum ſit, quorum & affectare patrocinium, & offenſam timere debemus. In tertia quidem parabola de peccatorum ſuſceptione, non ſuum tantũmodo ſuorumq; dominus gaudiũ demonſtrat, ſed & inuidentiũ murmur reprehendit. L. ꝟ.

Caput XCVII.

A Itaũt: Homo quidã habuit duos filios, & dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem ſubſtantię quę me contingit. Et diuiſit illis ſubſtantiam.

Beda. Homo qui duos filios habuit, de⁹ pater intelligitur, duorum populorũ creator. Maior filius eſt, qui permanſit in cultura unius dei: minor uero, qui idola coluit. Subſtantia diuiſa, ſenſus rationalis eſt in homine. Hanc minor filius à patre expetit, quando per liberũ arbitrium abſq; dei gratia ſe regere putauit. Fidelibus præſtat deus auxilium gratię ſuæ,

Aug. infidelibus uero concedit beneficium ingenij naturalis. Qui uult ergo ſua poteſtate uti; ut nullo regente uiuat, ſicut deus non habet à quo regatur, à ueritate recedens euaneſcit. hoc diabolus fecit. Homo quoq; cũ nihil deeſſet, niſi q ſua poteſtate uti uoluit, ut nullo ei dominante, eſſet ſicut deus: per inobedientiã tetigit pomũ ſibi uetitum, & inuenit ſuppliciũ.

Et nõ poſt multos dies congregatis omnibus, adoleſcẽtior filius peregre profectus eſt in regionẽ longinquã, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuẽdo luxurioſe.

Non longo tẽpe poſt inſtitutionẽ humani generis placuit animæ ad uagationem uires ſuas extendere. Adoleſcentior itaq; profectus eſt longe, non locũ mutando, ſed animũ: quia quanto quiſq; delinquit, tanto longius à dei gratia recedit, & eo citius ornamenta naturę luxuriando cõſumit. Nec putandũ quod aliqua gratia inſima ſit ad regnũ dei poſſidendũ, uel quod fides grauetur annis: ſed quicunq; recedit à pr̃e, exul patriæ & ciuis mundi factus, merito patrimonium uaſtat. Beda. Amb. & Beda.

Et poſtq̃ omnia cõſumpſiſſet, facta eſt fames ualida in regione illa, & ipſe cœpit egere.

A pr̃e acceperat facultatem, ut inuiſibilia eius per ea quæ ſunt uiſibilia, cognoſceret, & ex pulchritudine creaturarũ conſequenter intelligeret creatorẽ. Nunc uero fames in regione longinqua eſt, indigentia uerbi ueritatis in obliuione creatoris. Egere cœpit, quia nihil prodigæ ſatis eſt uoluptati.

Et abijt, & adhæſit uni ciuiũ regiõis illius. & miſit illum in uillam ſuam, ut paſceret porcos.

Vnus ciuium cui ſe ſponte illaqueauit, ille eſt, qui concupiſcentijs terrenis merito prauitatis ſuæ præpoſitus, princeps mundi uocatur. Hic miſit eum in uillam ſuã, ſubiugando cupiditati ſubſtantiæ mũdalis. Porcos paſcere, eſt ea operari quibus gaudent ſpiritus immundi. Vt enim porcus ſordibus delectatur, ſic diabolus in idolis cruore pecorũ paſcitur, ſed morte hois pręcipue ſaturat. Miſit ergo eum in poſſeſſionẽ ſuam. i. ſuum fecit famulum, ut paſceret porcos immolans ei animam ſuam. Hiero.

Et cupiebat implere uentrem ſuũ de ſiliquis quas porci manducabant. & nemo illi dabat.

Siliqua cibus porcorum. i. dæmonum, eſt ebrietas, fornicatio, & huiuſmodi, quæ blanda ſunt, & ad ſui uſum prouocant. unde luxurioſi maxime curant implere uentrem, quorum deus uẽter eſt. ſed in his nulla ſaturitas, quia uoluptas ſemper habet famem ſui. Inſuper diabolus cum aliquem ſuũ facit, ultra ad uitiorum abundantiam non prouocat, ſciẽs iam eſſe mortuum. Vel ſiliquæ ſunt doctri- Beda. Philip. 3.

næ ſeculares, ſterili ſuauitate reſonantes, de quibus dæmonia delectantur uario ſermone fabularum atque carminum contextis. Vnde cum paſcens porcos cuperet ſaturari, & ſolidum aliquid inuenire ad beatam uitam, non poterat: quia nemo illi dabat aliquod rectum iter ad beatitudinem.

In ſe aũt reuerſus, dixit: Quãti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus, ego aũt hic fame pereo.

Aug. Si deus eſt beatitudo noſtra, quid erit recedẽti ab illo niſi miſeria? Redi ergo poſt miſeriam & dic: Dñe, quis ſimilis tibi? Quantas

Pſal. 70. oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas: & conuerſus uiuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me. Ad ſe quidẽ rediẽs,

Beda. recognouit mercenarios patris ſui panibus abundare: quia hi qui ſatagunt digna deo operari, reficiuntur alimonijs supernæ gratiæ. At illi qui ſine fide uiuentes, ſtudẽt inani philoſophiæ, pleni ſunt uanitate: ſicut ſiliqua in

Hi. tus eſt inanis, & foris mollis. Siliqua aũt nõ ut quidam putant, fructus eſt arboris, ſed genus leguminis ſonoris follibus & uacuis, quod uentrem magis onerat quàm reficiat.

Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccaui in cælũ & coram te: iam non ſum dignus uocari filius tuus. fac me ſicut unum ex mercenarijs tuis.

Vſque huc iacui, quia à patre meo receſſi: nunc autem ſurgam, & ei ſeruiam. In cælum

Beda. peccare, eſt coram ſpiritibus angelicis ſanctisque animabus deum deſerere. Coram deo peccat, qui etiam malum facere cogitat. Mercenarium ſe fieri optat, quia filium ſe nominari non uſurpat.

Et ſurgens, uenit ad patrem ſuum.

Venire ad patrem, eſt redire ad eccleſiam ubi confeſſio fit fructuoſa.

Cum autem adhuc longe eſſet, uidit illum pater ipſius.

Anteq̃ intelligeret deum, ſed tamen cum iam pie quæreret, dilexit illum præſcius futurorum. Ante oculos enim haberi, non niſi qui diliguntur, dici ſolent.

Et miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collũ eius, & oſculatus eſt eum.

Accurrit pater miſericordia incarnationis uerbi, ne quis impediat uenientem. Super collum eius cecidit, & oſculatus eſt eum, quia humiliauit ſe ad miſericordiam, & reddidit ei ſuam gratiã. Incubuit pater ſuper collũ reuertẽtis, quia brachiũ ſuum (.i. filium) in amplexu eius

Hiero. humiliauit, uel quia leue iugũ dilectiõis ſibi impoſuit. Rediens aũt, oſculum charitatis à patre accipit, dum per gratiam certificatur de indulgentia.

Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non ſum dignus uocari filius tuus.

Peccaui contra cælum, quia cæleſtem Ieruſalẽ dereliqui: & cõtra te, quia te deſerto idola colui. Conſtitutus in eccleſia, facit cõfeſſionẽ: nec dicit quod dicturum ſe promiſerat, fac me

Beda. ſicut unum de mercenarijs tuis: quia per gratiam intendit ſibi fieri, unde per merita indignus extiterat. Intelligit namque inter filiũ & mercenarium & ſeruum non minimã diſtantiam eſſe: ſeruũ uidelicet eſſe, qui metu gehennæ ſiue legum præſentium, non audet peccare: mercenariũ, qui ſpe regni cælorũ ſe temperat à uitijs: filium, qui affectũ boni habet amore uirtutũ. Huic ait Apoſtolus: Nunc manẽt fides, ſpes, charitas, tria hæc. Maior aũt horum

1. Cor. 13 eſt charitas. Fides declinat uitia, ob metũ iudicij ac ſuppliciorum: ſpes contemnit uoluptates expectatione cæleſtiũ præmiorum: charitas ſuccendit nos ad mortem, & ad fructum ſpiritualium uirtutum.

Dixit aũt pater ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolã primã, & induite illũ: & date anulum in manu eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite uitulum ſaginatũ, & occidite: & manducemus, & epulemur. quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Et cœperũt epulari.

Stola prima eſt ueſtis innocentiæ, quam hõ bene conditus accepit, ſed male perſuaſus amiſit. Serui ſunt prædicatores, qui ſtolã annunciant reconciliato. Anulus eſt ſignaculũ ſimilitudinis Chriſti & expreſſio ueritatis, uel pignus ſpiritusſancti propter partitionẽ quæ digito bene ſignatur. Vel ita: Anulus eſt ſignũ fidei, uel pignus nuptiarum eccleſiæ Chriſto coniunctæ. Quibus in manũ datur, ut per opera fides clareſcat, & per fidẽ opera firmentur. Calceamenta denunciant officiũ euangelij, ut curſus mentis ad cæleſtia tendens, inuiolatus à terrenis ſeruetur, piorumque munitus exemplis, ſuper ſerpentes & ſcorpiones ſecurus incedat. Vitulus ſaginatus, eſt ipſe dñs. Et bene ſaginatus eſt, quia caro eius adeo eſt ſpiritualiũ

opima uirtutum, ut pro totius mundi ſalute ſufficeret et offerri in odorē ſuauitatis. Adducere uitulū ſaginatū & occidere, eſt Chriſtū prędicare, & mortem eius inſinuare. Tunc enim cuiq; quaſi recens occiditur, cum credit occiſum. Tunc caro eius comeditur, cum eius paſſionis ſacramentum & ore ad emundationem percipitur & corde ad imitationem cogitatur. Non ſolum filius inuentus epulatur, id eſt, reficitur carne ſacroſancti uituli, uerū & pater & ſerui illius: quia patris cibus, ſalus eſt noſtra: & patris gaudium, remiſſio eſt peccatorum noſtrorum. Notandū quod ſtola prima & anulus & calceamenta ante pſtantur, quàm uitulus immoletur: quia niſi quiſq; ſpē immortalitatis induerit, niſi anulo fidei opera pręmunierit, niſi fidem cōfitendo prædicauerit, non poteſt ſacramentis intereſſe cæleſtibus. Iſtæ epulæ celebrantur p dilatationem eccleſiæ in toto mundo.

Erat autē filius eius ſenior in agro.

Id eſt, in terrenis operibus longe à patris conſilio. Iſte filius eſt Iſraeliticus populus, q licet ad colenda idola non elongauerat, tamē domi non erat, quia interiora legis & prophetarum non intellexit, ſed literæ terrena

Hiero, expectando adhæſit. Hic eſt qui agrū emit & quinq; iuga boum, legiſq; onere preſſus, terrenis ſenſibus fruitur, & uxorē ducit in affectu carnis.

Et cū ueniret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniā & chorū.

Appropinquas domui, id eſt, eccleſię, im probato ſeruilis operis labore, audiuit ſymphoniam, id eſt, concordiā legis & euangelij: audiuit chorū, id eſt, concordia charitatis uiuere eccleſiaſticum cœtū. Male autē quidam de latinis, ſymphoniā putant eſſe genus organi. nā ſymphonia in latinū cōſonantia exprimitur. Chorus quoq; eſt, ubi diuerſæ chordæ unū canticum faciunt.

Et uocauit unum de ſeruis, & interrogauit quæ hæc eſſent. Iſq; dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum ſaginatum, quia ſaluū illum recepit. Indignatus eſt autem & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus, cœpit rogare illum.

Beda. Vnus de ſeruis quem uocat, eſt aliquis de prophetis quem legit, quærens unde talia feſta celebrentur in eccleſia. Quod cū ibi inuenit, quaſi reſpondente ei propheta, indignatur & nō uult introire, id eſt, credere.

Pater tamen egreſſus ad eum per prædicatores, rogat illum ut introeat. ſed adhuc hodie propter inuidiam fratris, uoluntatem patris neſciēs, foris ſtat. Introibit tñ in fine, poſtq̃ gentium plenitudo intrauerit.

At ille reſpondens, dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunq̃ mandatū tuum præterij.

Quęritur quomodo populus* ille nūquā mandatū dei præterijt, ſed facile ſolutio occurrit. Non eſt hoc dictum de omni mandato, ſed de hoc quod iuſſus eſt colere nullum alium deum quàm ipſum creatorem omniū. Et iſte tenet hic perſonam illorū, qui nunquā ab uno deo ad ſimulacra conuerſi ſunt. Qui quamuis in agro fuerint uel ſint, terrena deſiderando, ea tamen cupierunt, & cupiunt ſibi dari à uero deo. Vnde & ſtatim ſequitur: Fili, tu ſemper mecum es. Ideo quoq; multi tāquā mercenarij legē cuſtodierūt, ne ob eius præuaricationem deus terrenam felicitatem ſubtraheret.

*Iſrael

Et nunquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer.

Hœdus ſolet ſignificare peccatorē. ſed hic ſignificat Chriſtū, non quia peccatum unq̃ fecerit, ſed quia Iudęi reputauerūt eū pctōrē. Hic hœdus nōdum datus eſt Iudęis ad epulandum, q̄a nondū crediderunt in eum. Quod dicit, cum amicis, intelligitur ex perſona principum, ut cum plebe: uel ex perſona populi Hieroſolymitani, ut cū cæteris tribubus Iſrael epularent. Erras Iſrael in agro, q̄a taces de epulis patris, q̄ſi abſq; eo uera iucunditas eſſe poſſit. Qui in fine ſeculi hœdū. i. antichrīm ſibi immolabunt, illi ſine patre cū amicis dæmonib' ſaturabunt. Vñ dicit: Tu cōfregiſti draconem, dediſti eū eſcam populis æthiopum, id eſt, nolentibus conuerti. Hiero. Pſal. 73.

Sed poſtquam hic filius tuus qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, uenit, occidiſti illi uitulum ſaginatum.

Meretrices ſunt gentium ſuperſtitiones, cū quib' dicit fratrē minorē fornicatū eſſe. Talis eſt ergo Iſraelis cōqueſtio ad patrem: Mihi tecū perſiſtenti & promerenti nunq̃ fuit ad refectionē ille, quē reputo hœdū legiſq; prophanatorē. Illū aūt eundē, ut dicis, filium tuū occidiſti idololatris ad plenā redēptiōis iucūditatē. Aliter: Hœdus pōt dici quilibet ſctūs, cōparatiōe filij dei. Dicit ergo Iſrael ad patrē: Tantus ſanguis iuſtorum effuſus eſt, &

nullus cruor nobis reddidit libertatē. Ecce adhuc Romano ſubiacemus imperio. Tot ſancti cęſi ſunt, & nullus eorū neq; ſacerdos neq; propheta immolatus eſt nſæ ſaluti. Et pro luxurioſo filio, uidelicet, ꝑ immeritis gētibus, ut mundus clamat, glorioſus ſanguis filij tui effuſus eſt.

At ipſe dixit illi: Fili, tu ſemper mecū es, & omnia mea tua ſunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.

Beda. Mortuus per infidelitatē, reuixit per fidē. ꝑierat recedendo à conſortio iuſtorū: & inuentus eſt, redditus matri eccleſiæ. Non q̄ſi mentientē redarguit pr̄ maiorē filiū, ſed ſecū ꝑſeuerantiā eius laudās, ad perfruitionē potioris exultatiōis inuitat. Quod dicit, omnia mea tua ſunt: nō putandū eſt ita dictū, quaſi nō ſint & frīs. Sed ſi minor habet partē ibi, quō ſunt oīa maioris? Poſt hanc uitam ſic à iuſtis habentur omnia, & ut ſint omnium ſingula, & ſingulorum omnia. Cum ergo beatitatem illam obtinuerimus, noſtra erunt ad uiuendum ſuperiora, ad cōuiuendū æqualia, ad dominandū inferiora. Congaudeat itaq; maior frater minori reuerſo, ſiue placeat duos frēs accipi duos populos ſiue duos quoſlibet hoīes pœnitētē & iuſtū, uel q ſibi iuſt⁹ uideat. Mox ſiqdē ut mūdus factus eſt, cœperūt eſſe ciues Babyloniæ & Ieruſalē. i. mali & boni. Pōt igit minor filius ſignificare malos oēs, ad pœnitentiā uenientes: maior uero, oēs in cultu dei ꝑſiſtentes, licet in aliq̄ pctā uelut in inuidiā frīs deuiantes. Iuxta hoc igit accipiemus ꝑ uitulū ſaginatū maiora grāæ dona, & in eorꝝ cōparatiōe ꝑ hœdū minora, ſicut uniuerſa hoīm iuſtitia deo cōparata, reputat iniuſtitia. Tres parabolæ uno fine miſericordiæ claudunt. Albin. Ouis à paſtore lapſa reuocatur: drachma q̄ perierat, inuenit: filius ad pr̄em ꝓprijs ueſtigijs redit, & à patre honorat. Ouis ſum⁹, petam⁹ paſcua: drachma ſum⁹, habeamus p̄cium: filij ſumus, feſtinemus ad patrem. L. 98. M. 84.

Caput XCVIII.

ATtēdite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit L. & pœnitentiam egerit, dimitte illi, M. & lucratus eris fratrem tuum.

M. QVia deus gaudet de pctōre cōuerſo, cauete ne puſillos contēnatis. ſed peccātē, ut cōuertat, corripite, & pœnitentē ſocia charitate colligite, & ſic ꝑ alterius ſalutē uobis ſalus acqrit. Acute intuēdū eſt, qa nō paſſim peccāti dimittere iubemur, ſed pœnitētiā agenti. Primū ergo eſt peccātē increpare, ut poſtea pœnitenti poſſimus dimittere. Ita cū peccat, q peccātē uidet & tacet, ſicut qui pœnitēti nō indulget. Nā q dixit, ſi pœnituerit, dimitte: pręmiſit, ſi peccauerit, increpa: ut neq; difficilis ſit uenia, nec remiſſa indulgētia. Dimittemus ergo debitorib⁹ nřis debita pœnæ peccati, ſi pœniteant in nōs peccaſſe. Dimittere uero qd̓ qs in deū peccat, nō eſt noſtri arbitrij. Peccat aūt frater in nos, ſi etiam nobis ſcientibus peccet: qa q̄ntū in eo eſt, exemplō corrūpit, quos teſtes ſuę iniqtatis efficit. Quādo me audiente, frī meō qſq; facit iniuriā, abſit ut illā iniuriā à me putem alienā. Ergo ut Apoſtolus præcipit Timotheo, quæ peccantur corā oībus, corripienda ſunt corā oībus, ut cæteri timorē habeāt. Si aūt tu ſolus noſti pctm̄ fratris, tunc uere in te ſolū peccauit. Quid eſt, in te peccauit? Tu ſcis qa peccauit. Et quia ſecreto in te peccauit, ſecrete corrige. Nā ſi ſolus nōſti, & eū uis coram oīb⁹ arguere, nō es corrector, ſed proditor, forte qd̓ ſcis ego ſcio. ſed nō corā te corripio, quia curare uolo, nō accuſare. ſunt hoīes adulteri in domibus ſuis. In ſecreto peccāt, nobis ꝓdunt ab uxoribus ſuis; plerūq; zelātib⁹, aliqñ maritorū ſalutē quærentibus. Nō ꝓdimus palā, ſed in ſecreto arguim⁹. Ideo quoq; corripiendus eſt frater ſeorſum, ne ſi ſemel pudorē amiſerit, ꝑmaneat in pctō. M.

Beda. Ambr. & Aug. Hiero. Aug. 1. Tim. 5.

SI aūt non te audierit, adhibe tecū adhuc unū uel duos, ut in ore duorꝝ uel triū teſtiū ſtet oē uerbū. Qd̓ ſi nō audierit eos, dic eccleſiæ.

Tale quid & in deuteronomio legimus: Ne oderis fratrē tuū in corde tuo, ſed publice argue illū, ne habeas ſup illo pctm̄. Adhibendus eſt tertius uel corrigendi ſtudio, uel cōueniendi eū ſub teſtibus. Si tūc nō audierit, multis dicendū eſt, ut qui ꝑ pudore ſaluari non potuit, opprobrijs ſaluetur.

Beda. Leui. 19. Hiero.

Si autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

Publicani ſcd̄m tropologiā, ſunt lucra ſeculi ſectātes, & fraudes & furta & periuria. Et qñ dicitur, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, maioris deteſtatiōis eſſe oſtenditur, qui ſub noīe Chriſti agit opera infideliū, quam qui aperte gentiles ſunt. Eū ordinem ſeruan de charitatis nobis dn̄s impoſuit, quē ipſe in conſeruando Iſrael tenuerat. Ipſe enim

Hila.

ſacrificantē dijs alienis populū Iudaicū maie ſtatis ſuæ aduētu corripuit, cū idē populus ꝑ ſentis ptātis terrorē, licet extra monte poſit⁹, ferre nō potuit. Deinde inobediētē lex & ꝓphetæ, atq; Iohānes tanꝙ teſtes cōuenerunt, ut peccare deſineret. Tertio ipſo dñi aduentu tanꝙ cœtu inſpectāris eccleſiæ admonitus eſt. Fruſtraq́ꝫ habitis obiurgatiōibus his, publicani atq; ethnici uilitate negligitur.

M. ˢ⁄ᵥᵢᵢ A. 24.

AMē dico uobis, quæcūqꝫ alligaueritis ſup terrā, erūt ligata & in cælo. Et quæcūqꝫ ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.

Hiero. Poteſtatē tribuit apoſtolis, ne ab aliq̄ contemnant. Acſi dicat: Si aliqs noluerit correcti oñē uſam audire, & eū uinculo anathematis alligaueritis in terra, alligatus erit etiā in cælo: hoc eſt, cęleſti ſententia cōfirmante. Vel ita ut ſupra: Quoſcūq; ab eccleſia in hac uita eieceritis, uel in eccleſiā induxeritis, rata erit ſentētia etiā in cęlo. i. in tota eccleſia. Siue aūt iuſte, ſiue iniuſte hoc fiat, nihil refert qn ſubiectus obedire debeat.

Grego. Sētētia em̄ paſtoris, ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit, timēda eſt, ne tumidà tñſiōe q prius culpabilis nō erat, poſtmodum culpabilis fiat.

M. ¹⁸⁶⁄ₓ

ITerꝫ dico uobis, quia ſi duo ex uobis cōſenſerint ſup terrā de om̄i re quācunqꝫ petierint, fiet illis a patre meo q in cælis eſt. Vbi em̄ ſunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

Remi. Vere ſententia uſa firma ſtabit, in abijciendo cōtumacē, et recipiendo pœnitentē: quia poſtq̄ duo de uobis cōſentient, non dico tm̄ de his, ſed de om̄i repetenda unitatis merito fiet à pr̄e meo cōſenſ⁹ illius petitio. Ego em̄ pax & charitas, ego ſummū & cōe bonū, ſedē mihi in pacificis cōſtitui.

Hiero. Ecce præmiū concordię, ad quā totus iſte ſermo uocat. Pōt & hoc typice intelligi, ut ubi ſpūs & aīa & corpus conſenſerint, oēm rem bonā impetrent quam petierint.

M. ¹⁸⁷⁄ᵥ L. 199.

TVnc accedēs Petr⁹ ad eū, dixit: Dñe, q̄ties peccabit in me frater meus, & dimittā ei? uſqꝫ ſepties? Dicit illi Ieſus: Nō dico tibi uſqꝫ ſepties, ſed uſqꝫ ſeptuagies ſepties.

Beda. Id eſt, q̄dringentis nonaginta uicibus, ut toties. ſ. fratri dimittaꝭ, q̄ties in die peccare nō poſſit. Aliꝭ: Solet per ſeptē cuiuſqꝫ rei aut tpis uniuerſitas indicari. Vñ qđ in pſalmo caniꝭ, Septies in die laudē dixi tibi, nihil eſt aliud q̄ ſemp laus eius in ore meo. Vndenarius ꝟo tr̄aſgreſſionē ſignificat, q̄a recedit à denario, in quo decalogus cōſiſtit. Cū ergo multiplicatur per ſeptē, ut ſepties undecim ſint ſeptuaginta & ſeptē, oīs intelligiꝭ trāſgreſſio. Præcipiꝭ ergo dimittendū eē ſeptuagies ſepties, .i. ſeptuaginta & ſeptē uicibus, hoc eſt, uniuerſam tranſgreſſionē. Vbi dicit, & dimittā ei, &, lege pro etiā. pſal. 118. pſal. 33.

M. ¹⁸⁸⁄ₓ

Caput XCIX.

IDeo aſſimilatū eſt regnū cælorū hoī regi, qui uoluit rōnē ponere cū ſeruis ſuis.

Familiare eſt Syris & maxime Palæſtinis, ad oēm ſermonē ſuū parabolas iungere, ut q per ſimplex ꝓceptū teneri nō pōt, per ſimilitudinē teneat. Regnū cęlorꝫ intellige Chrm, ideo terreno regi aſſimilatū, ut oñdat ſine numero oportere ueniā dare cōſeruis pœnitentibus, cum per euangelij gratiam omnium omnino peccaminum ueniam nobis deus ſuo munere, non noſtro merito, largitus ſit. Hiero.

Et cū cœpiſſet rationē ponere, oblatus eſt ei unus qui debebat decē millia talenta. Cū aūt non haberet unde redderet, iuſſit eū dominus uenundari, & uxorem eius & filios & oia quæ habebat, & reddi.

Chriſtus meritorꝫ examinator, iam ꝑ ſcripturas cum ſeruis rationem ponit. Decē millia talenta debebat, qui de innumerabilibus peccatis uel criminalibus rationē redditurus erat. Cum aūt non haberet uires, neq; gratiam unde ſatisfacere poſſet, ſenſit in ſcripturis quia tales iubet deus uenundari. i. æterno incendio mācipari cum uxore & filijs: hoc eſt, cum inſipientia & cogitatiōibus malis. Iuſtos ꝟo cū uxore ac filijs, i. cū ſapiētia & cogitationibus bonis ſe glorificaturꝫ ꝓmittit. Preciū quippe uenditi, ſuppliciū damnati intelligiꝭ. Remig.

Procidens aūt ſeruus ille, orabat eū dicens: Patientiam habe in me, & oia reddam tibi.

Timore gehennæ humiliatus, dicit: Parce mihi dñe, & ego credens ac pœnitens charitate operiam multitudinem peccatorum.

Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eū, & debitum dimiſit ei.

Peccator rogans, accipit donum decē millium talentorum. i. ueniam ſuorum commiſ

ſorum, cum ſibi aſſumit medelam quam de' ad hoc inſtituit. Hoc autem fit, ſi lauacrū baptiſmi non ficte, uel ſi poſtea baptiſmum pœnitentiæ deuote ſuſcipiat. Dimiſſus itaq; à uinculis præcedentis timoris, egreditur in ſpem ſalutis.

Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit unum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios. Et tenens ſuffocabat eū, dicēs: Redde quod debes.

Centum denariorum debitor erat, quē de aliquibus cōmiſſis in fratrē ſatiſfacere oportebat. Conſeruum autem ſuffocare, eſt in fratrem per uindictam exardere.

Et procidens conſeruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Emendabo ſcilicet conſilio uel iudicio eccleſiæ quod deliqui.

Ille aūt noluit, ſed abijt & miſit illū in carcerē, donec redderet debitū.

Noluit ſe ipſum conſiderare, ut in ſpiritu lenitatis miſericorditer ageret: ſed receſſit à bono gratiæ quā ſuſceperat, mittens conſeruum in carcerē diræ tribulationis, quaſi ad hoc fortaſſis, ut ita peccati debitum ſolueret, ne quid in futuro grauius ulciſcendum remaneret. Euenit itaq; iuxta Apoſtolum, quod ille triſtitia abſorbetur, & iſte perit qui fratrem odit, & in rigore iuſtitiæ excedit. Pro quo exceſſu ſcriptum eſt: Eſt iuſtus qui perit in iuſtitia ſua.

2.Cor.2. — Eze.33.

Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, cōtriſtati ſunt ualde. Et uenerunt & narrauerunt domino ſuo oīa quæ facta fuerant.

Spirituales qui omnia iudicant, talia uidētes, contriſtantur & nunciāt domino, ad corrigendum implorantes auxilium.

Tunc uocauit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, qm̄ rogaſti me. Nōne ergo & te oportuit miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſert9 ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoaduſq; redderet uniuerſum debitum.

Vocatio hæc fit intus in conſciētia, ſcilicet cū quis in deſperationem incidit. Deus autem, apud quem nulla eſt tranſmutatio nec uiciſſitudinis obumbratio, mō miſertus dicitur, quia opera miſericordiæ inpēdit: modo iratus, quia in perpetuum puniendū iuſto iudicio tartareis tradit miniſtris.

Iac.1.

Sic & pater meus cæleſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordibus ueſtris.

Conſtat q̄a ſi hoc qđ in nos delinquitur, ex corde nō dimittim': & illud rurſum à nobis exigiť, qđ nobis iā p pniam dimiſſum fuiſſe gaudebam'. Vniuerſum ſiq̄dē debitū merito pſoluēt duplices aīo & incōſtātes in oīb' uijs ſuis, q̄s parabolæ & cōcluſio ſpecialiter pcutit. Ipſi nanq; ficte cōuerſantes in eccleſia, nec pximū ſyncero affectu diligūt, nec pure ſolius dei intuitu aliq̄d faciūt. Quod ergo rogātib' dimiſerat deus, in hoc uicȝ, q̄a ſacramētorū cōmunionē cōtulerat; in uanū gaudent ſibi eſſe dimiſſum, quorū fictio impediuit, ne uerā ſuſciperēt remiſſionē. Rurſus eñ exigetur, q̄uis p pniam dimiſſum fuiſſe reputetur. Orōes nāq;, ieiunia, eleemoſynæ & ſimilia, cū ſit directe q̄rētib' ſummū bonū remedia pctōrū, fictis uaga mentis fluctuatiōe uertūtur in falſæ ſpei ſecuritatē, & in pctī fomentū. Hic eſt illud: Orō eius fiat in pctm̄. Poſt acceptā quoq; plenā pctōrū donationē, & intimæ grē adhęſionē, multi criminaliter corruūt, ut Petrus & Dauid, q fortiores ſurrexerūt. Iuſtus eñ ſi ceciderit, nō collidet. q̄a dn̄s qui rapit iuſtū, ne malitia immutet ei' ſenſum, cadenti ſupponit manū ſuā, ut q cadit p infirmitatē carnis, p pniam reſurgat. Quis ergo audeat dicere de ſic aſſūptis in grā, ut deus queq̄ labi pmittat uſq; ad dānationē? Verūtñ ſi q̄s dānari cōtingat, dicūt quidā iuxta parabolā, q̄a pctā prius dimiſſa & etiā iudicio eccleſiæ tēporaliter punita, redeūt ut æternaliter puniant. Sicut eñ iuſtitia delet anacta pctā, ſic iniuſtitia ſuccedēs iuſtitiā perimit: q̄ dānata, cōtra priora pctā nulla remanet medicina. Dicit eñ dn̄s p pphetā: q̄a q̄cunq; die iuſtus peccauerit, omnes iuſtitiæ eius in obliuione erunt. Vbi ergo fuerit charitatis perſeuerantię, nulla ſufficiens eſt pnia. Vnde à pctis ſoluto dicit: Vade, & amplius noli peccare. Seculares quoq; leges pp̄ter ingratitudines q̄ſdam reuocant manu miſſos ad priorem ſeruitutē. Opponūt aūt illud pphetæ, nō cōſurget duplex tribulatio. uel iuxta aliā trāſlationē, nō iudicabit de' bis in id ipſū. Sed nō eſt (ut aiūt) duplex, imò una tribulatio & una punitio, cū, qui nō eſt hic ſufficienter punitus, poſtea punitur. Non irrationabiliter quoq; putant priores peccandi affectus rediſſe, iuxta parabolam, in qua ſpiritus immundus ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe aſſumens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui.

Mt. — Pſal.108. — Pſal.36. — Eze.33. — Iob — Nahū.1. — Luc.11.

Etem̃ peccator in actu criminalis uni⁹ appa-
rēs, multa intelligēdus eſt habere in affectu,
ſicut iuſtus multo plures habet uirtutes affe-
ctu quā actu. Alijs uero uidet, q̃ pro illis pec
catis de quibus hō deo p̄ pniam ſatis fecit, nō
ſit amplius puniēdus, & ſi poſt ea uel ſimilia
uel grauiora cōmittat, peccator quidē fit ſic-
ut prius erat, & per ingratitudinē miſeđiæ ſi
bi impenſę magis reus efficit. Vniuerſum er
go debitū p̄ſoluendū dicunt, non illud q̃ iā
condonatū erat, ſed potius miſericordiā quā
alijs impendere debuit, pro eo quod miſeri-
cordiā acceperat. Vnde & alibi: Qua menſu
ra menſi fueritis, remetiet uobis. Talis ergo
Mat. 7. eſt parabola, ac ſi dicat: Si alijs nō uultis miſe
reri, ſicut deus miſertus eſt uobis pctā cōdo-
nando, pater cœleſtis hoc debitū exiget à uo-
bis. Aeſtimāt igit ad terrorē dictū eſſe, q̃ ex
poſitores cōiter aſſerūt rurſus exigi, quod p̄
pniam dimiſſum erat. Nūc autē de remiſſioe
pctō4 diligentius uideamus. In recōciliatio
ne pctōris ad deū tria conſideranda ſunt, uiꝫ
cordis cōtritio, oris confeſſio, ope4 ſatisfa-
ctio. Precipit em̃ ſcriptura ſcindere corda, nō
Ioel. 2. ueſtimenta: cōfiteri alterutrū pctā, & facere
Iacob. 5. dignos fructus pœnitētiæ. Et notādū quod
Mat. 3. multi pro pctis gemunt, nō q̃ pctā diſplice
ant eis ꝓpter deū, ſed ꝓpter pœnā. Talis er-
go triſtitia ſiue gemit⁹ nō eſt cordis cōtritio
ad ſalutē, ſed mentis cōſternatio ad damnatio
nem. Sic etem̃ mali in futuro dolebunt. Non
nullos etiā pœnitet peccaſſe pro ſola pecca-
ti turpitudine, iuxta illud philoſophi: Si ſcirē
Seneca. deos cōdonaturos, & hoīes ignoraturos, nō
peccarē. Fructuoſa aūt cordis cōtritio eſt, cū
quis de pctō quo deū offendit, dolet & inde
turbat: quia iniquitas amore iuſtitiæ ſibi diſ-
Ezech. 18 plicet. Hinc eſt illud: Pctōr quacunq; hora in
gemuerit, ſalu⁹ erit. Etem̃ cū deo nihil tardū
ſit, nihil abſens: quātocyus aliquis uere pœ-
nitet, tātocyus q̄ ē p̄ſens, dimittit. Vn̄ & Da
uid: Dixi, cōfitebor aduerſum me iniuſtitiā
Pſalm. 31 meā, dn̄o & tu remiſiſti impietatē pcti mei.
Deliberaui ſcꝫ in corde meo, firmiterq; diſpo
ſui illud q̄d cōmiſi cōtēnēdo deū, execrari pro
pter deū accuſando meipſum. Vn̄ illud: Iuſt⁹
in principio ſermōis accuſator ē ſui. Eſt aūt
Pro. 18. deū pctm̄ dimittere, æternam pœnā pro illo
debitā, relaxare per collationē præſentis gra
tiæ. Hoc equidē fit in paruulis, cū baptiſmi
lauacrū ſuſcipit: hoc & in adultis, cū mētis cę
citas cōpunctiōe ſoluit. Hinc doctores ſacri
eloquij ſcripſerūt, originale pctm̄ in bapti-
ſmo tranſire reatu, ſed remanere actu: quia ſu
pereſt corpis diſſolutio, & numeroſa tpaliū
defectuū multitudo. Q̃ ad hoc plurimū ua
2. Cor. 12 let, q̄a oīs uirtus in infirmitate pficit, ſimul eti

am neq; baptiſmi grām ob pn̄tis uitæ felici-
tatē peteret: & hic nec iſtā digne haberet, nec
ad æternā p̄ueniret. Sic quoq; actualis pcti p̄
uiuificationē mētis æterna pœna relaxata, re
linquit tpalis: ut q̄d illicita aīæ delectatiōe ſi-
ue etiā carnali uoluptate cōmiſſum eſt, ſatiſ-
factionis amaritudine digne purget ab hoīe
dū licet, ne diſtricti⁹ à deo puniat in futuro.
Nullū em̃ malū p̄terit impunitū. Cōfeſſio igi
tur cōuenienter cōſtituta eſt, ut q̄ in ſua ptāte
poſit⁹, à deo diſceſſerat: ſub alio poſit⁹, cū hu
militate & deuotiōe rediret. Ideoq; ſacerdotē
de⁹ inſtituit ſui uicariū, & q̄ſi medicū cui pctō
rum uulnera ad ſanādū detegerēt, ut pctōr
nō à ſe, ſed ab alio maioris humilitatis cauſa
ſatisfactiōis medicinā ſuſcipiat. Sunt em̃ ſa-
cramēta q̄ſi q̄dam emplaſtra. Euenit itaq;, cor
prius cōtritū & humiliatū cōfirmari in cōfeſ
ſione. & plerunq; pctōr ſolo timore uel eccle
ſiæ cōſuetudine ſacerdoti p̄ſentatus, p̄ ſacer-
dotale officiū uere cōpungit, ac plenus chari
tate recedit. Nōnulli etiā nec tunc ex corde
redeunt, ſed tn̄ formā pœnitētiæ quā ſuſcipi
unt, paulatim nutrit in eis humilitatē cū cha
ritate. Pleriſq; ſimiliter cū reſipiſcāt, prodeſt
baptiſmus, ad quē tn̄ ficte acceſſerūt. Menſu
ram aūt tpis in agenda pnia idcirco canones
in arbitrio ſacerdotis intelligentis ſtatuunt:
q̄a apud deū nō tā ualet mēſura tpis, quā do-
loris, nec abſtinentia tm̄ cibo4, q̄tū morti-
ficatio uitio4. Propter q̄d pœnitētię tpa fide
& cōuerſatiōe pœnitētiū abbreuiāda p̄cipiūt
& negligentia ꝓtelanda exiſtimāt. Tn̄ p̄ qui-
buſdā culpis modi pœnitētiæ ſunt impoſiti,
iuxta q̄s cæteræ p̄pendēdæ ſunt culpæ, cū ſit
facile per eoſdē modos uindictā & cenſurā
canonū æſtimare. Sciendū tn̄ quanto q̄s tpe
morat in pctis, tāto ei agēda eſt pnia. Cū igi
tur arbitrio ſacerdotū tpalis pœna peccati p̄
telletur uel abbreuiet, de ea plures intelligūt
hoc eſſe dictū: Quo4 remiſeritis pctā, remit Ioh. 20.
tuntur eis: & quo4 retinueritis, retenta ſunt.
Pœna em̃ peccati uocatur peccatū, iuxta q̃
nomen cauſæ transfert ad effectū. Ex prædi
ctis itaq; manifeſtū eſt, q̃ alijs dimittit deus
per miniſteriū ſacerdotū & peccatū & pœnā
peccati, alijs ſolā temporalē pœnā, q̄a iā pec
cati tenebras & gehēnæ uinculū ſoluerat, q̄d
per Lazarum oſtēdit. Acceſſit enim & uocauit Io. 11.
eum, & uocatū uiuificauit. & uiuificato ait, exi
foras. & de eo dixit diſcipulis, ſoluite eū, & ſi-
nite abire. Similiter uenit ad peccatorē, & uo
cat eum p̄ internā inſpirationē: & morte pec
cati diſcedente, uiuificatur. & eo uiuificato,
dicit ut exeat foras. i. per confeſſionē ſe ſacer
dotibus oſtendat, de quo & ſacerdotibus ait,
ſoluite eum. i. reuocate ad eccleſiam & ſinite

abire: hoc eſt, cum alijs fidelibus conuerſari
& permanere. Dimittit ergo deus peccata ex
ſemetipſo & per ſemetipſum quando uult.
Iſa. 43. Vnde ait per prophetam: Ego dñs ſolus de-
leo iniquitates & pctã popun. Inde Ambro
ſius: Ille ſolus peccata dimittit, qui ſolus pro
peccatis mortuus eſt. Sacerdotes tamen di-
cuntur interdum pecccata dimittere, non ex
ſe, ſed ex gratia in eis & per eos operante, ſe-
cundum arbitrium non eorum, ſed dei. Sic ẽ
Pſal. 71. illud: Tu es ſolus qui facis mirabilia, cũ mul
ti hoĩes miracula fecerint, ſed non ex ſe ſicut
Mar. 10. deus. Itẽ nemo bonus niſi ſolus de⁹, q̃a ex ſe
bon⁹: & multi hoĩes boni ſunt, ſed no eo mõ
q̃ deus. Nullus igiť niſi deus poteſt alium ſal
uare. quod quidem faceret, ſi ex ſe peccata di
Pſal. 118. mitteret. Quod etiam nemo præter noſmet-
ipſos poſſit nos damnare, oſtẽditur ibi: Ani-
ma meam manibus meis ſemper. Notandũ
quod ſi is qui uult confiteri, articulo neceſſi-
tatis imminente nõ põt, quod ei miniſtraret
uiſibilis ſacerdos ſi adeſſet, hoc ſupplere non
dedignatur inuiſibilis, de quo in Eccleſiaſti-
Eccl. 50. co: Ecce ſacerdos magnus. Et Apoſtolus:
Plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco q̃d mor
Heb. 7. te prohiberentur permanere. Hic autem ma
net in æternum, ſacerdotium habens ſempi-
ternum. Si quis uero ex cõtemptu uel ex ne-
gligentia non confiteatur, conſtat quia nõ ha
bet ueram cordis contritionem, & tum pro
illo peccato quod non uult confiteri, tum q̃a
inſtituta eccleſiæ negligit, æternaliter puni-
endus eſſe conuincitur. Dicunt autem Leo,
Ambroſius de ſacramentis, & Maximus: La
Mat. 26. chrymas Petri lego, confeſſionem non inue
nio. Delent ergo lachrymæ Petri peccata q̃
pudor eſt confiteri. Sed ſciendum quia con-
feſſionis inſtitutio nondum promulgata fu-
erat in primitiua eccleſia, uel quia Petrus con
feſſus fuerit, licet ſcriptura non referat: ſicut
credere cogimur apoſtolos baptizatos fuiſ-
ſe, quod quando uel quomodo factũ ſit, non
legimus. Quibuſdam tamen uidetur, ex diſ-
penſatione Petrum reticuiſſe confeſſionẽ de
negatione: quia ſi hunc tãtum eccleſiæ archi
tectum tam grauiter alij adhuc infirmi corru
iſſe nouiſſent, multum aduerſus eum ſcanda
lizati fuiſſent. Quo fit, ut ſalubri diſpenſatio-
ne ita quod non propterea æternaliter puni
retur, reticeret aliquis id, unde teſtaretur ei
conſcientia, quod ſi alicui diceret, celari non
poſſet: & ſi ſciretur, eccleſia inde ſcandaliza-
retur. Si uero propter ſuam perſonam hoc fa
ceret, ne ſcilicet infamis uel contemptibilis
apud alios fieret, ſuperbia ualde damnabilis
eſſet. Patet ex antedictis, quia pœnitentia eſt
medicamentum uulneris, ſpes ſalutis, & no-
men ipſum ſumptum eſt à pœna, qua anima
cruciatur, & caro mortificať. & dicta eſt pœ-
nitentia quaſi punitẽtia. Qui pœnitentiã agũt,
ideo capillos & barbã nutriunt, ut monſtrẽt
abundantiam criminum quibus peccator
grauatur. Cilicium indicat recordationem
peccatorum propter hœdos ad ſiniſtram fu- Mat. 25.
turos. Quod autem cinere aſperguntur pec-
catores, oſtendit quia cinis ſunt & in pulue- Gen. 3.
rem reuertentur. Lachrymæ pœnitentium,
apud deum pro baptiſmate reputantur. Du-
plex eſt pœnitentiæ gemitus: uel dum plan-
gimus quod male geſſimus, uel dum plangi-
mus quia non egimus quod agere debuim⁹.
Ille uero pœnitentiam agit, qui nec pœnite-
re præterita negligit, nec pœnitenda cõmit-
tit. Qui uero lachrymas indeſinenter fundit,
& tamen peccare non deſinit: hic lamentum
habet, ſed mundationem non habet: quia dũ
ipſam quã flendo impetrare poterit, ueniã cõ-
temnit fletibus ſuis mundiriã ſubtrahit, & an
te dei oculos ſordidas etiã ipſas lachrymas
facit. Qui uero à deſiderio mentis quædã ui-
tia reſecant, dum in alijs grauiter perdurant,
pauciora quidem mala diligũt quàm prius:
ſed niſi minus malum diligant, non fiunt mi-
nus mali. Tantus enim nonunq̃ affectus ma
li eſt in uno crimine, ut magis alienerã deo,
quàm etiã multa. Illud aũt certũ eſt, quod dũ
quis in morte unius criminis iacet, in alio ir-
rigari & uiuificari non põt, ut prorſus deleа-
tur. ſed interdũ ad minutionem pœnæ com
pluitur, iuxta illud prophetę: Pluit dñs ſuper Amos. 4
unam ciuitatem, & non pluit ſuper aliã. Quo
rũ aũt peccata in publico ſunt, in publico de
bet eſſe pœnitentia per tpa quę epiſcopus diſ-
cernit. Eorũ etiam reconciliatio in publico eſ-
ſe debet ab epiſcopo ſiue à preſbyteris, iuſſu
tñ epiſcoporũ, ſicut canones Africani conci
lij teſtantur. De hac quidem ſolenni pœnitẽ-
tia, ut ait Auguſtinus ad Macedoniũ, intelli-
gi oportet quod dicitur: Nõ eſt locus ſecun- Aug.
dæ pœnitẽtię. Quis ergo caute ſalubriterq́;
prouiſum ſit, ut locus huius humilimæ pœni-
tentię ſemel in eccleſia cõcedať, ne medicina
uilis minusve utilis eſſet ęgrotis, quæ tanto
magis ſalubris eſt, quanto minus contempti
bilis fuerit, quis tñ audeat deo dicere, quare
huic hoĩ qui poſt primã pœnitẽtiã rurſus ſe
laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterũ par
cis? Quis audeat dicere, erga iſtos nõ agi qđ
Apoſtolus ait: Ignoras quia patientia dei Rom. 2.
ad pœnitentiam te adducit? aut ad iſtos non
pertinere quod ſcriptum eſt, beati omnes q Pſal. 2.
confidunt in eo? & quod dř, Viriliter agite,
& conforteť cor ueſtrum omnes qui ſperatis Pſalm. 30
in dño? Cui⁹ aũt peccata occulta ſunt, & ſpõ-

tamen cōfeſſione ſoli preſbytero uel epiſcopo reuelata, occulta debet eſſe pœnitētia, ne infirmi in eccleſia ſcādalizentur, uidētes pœnas eorū quorū penitus ignorāt cauſas. Et ſciendū q̄a ſimiliter circūuenit ſathanas p nimiā duritiā, ut peccatores pereant deſperando, quomodo in nimia remiſſione corrigēdo. Vñ Salomon: Non declines ad dexteram neq; ad ſiniſtram. M. 189/vi R. 109

Pro. 4.

Caput C.

ET factū eſt, cū conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos, migrauit a Galilea uenit in fines Iudææ trāsIordanem. & ſecutæ ſunt eū turbæ multæ, & curauit eos ibi.

Remig. Galilæos in Iudæa curare uoluit, ut gentes in eā ueniā quæ Iudææ parabat, admitteret. Omnis quidē Iudæorū prouincia ad diſtinctionē aliarū gentiū, Iudæa dicit. ſed ſpecialius meridiana plaga, ad differentiā Samariæ, Galilææ, decapolis, & cæterarū regionum eiuſdem prouinciæ.

Et acceſſerunt ad eū phariſæi tentātes eū, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorē ſuā q̄cunq; ex cauſa?

Hiero. Factio phariſæorū uolebat deum capere quaſi cornuto ſyllogiſmo, ut uel oſtenderēt eū docere contraria caſtitati, uel loqui cōtraria Moyſi. Sed dominus tranſijt decipulam eorū, temperando reſponſionem.

Qui reſpondens, ait illis: Non legiſtis quia q̄ fecit ab initio, maſculū & fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erūt duo in carne una.

Dixit hoc deus per Adā, cui non fœminas, ſed fœminā de latere formauit. Propter hoc ſcz, q̄a ex uiro eſt uxor, dimittet homo patrē & matrē, & adhęrebit uxori. Nō dixit, uxoribus, ut oñderet non unā ducendā ſup alterā, id eſt, ut relicta prima, duceret altera.

Chryſo. Sicut herbæ ex humore naſcunt & creſcunt, ſic hoïes p amorē incipiūt & augent. Humor de radicibus aſcendit in herbā, & trāſmittit in ſemē, ſed ad radicē nō reuertitur. Sic charitas de parentibus aſcendit ad filios, ſed nō conuertitur. Et ideo parentes plus diligunt filios, quā ab eis diligantur, q̄a filij tranſmittunt affectū ad alios pcreandos.

Itaq; iam nō ſunt duo, ſed una caro.

Sicut aīę multorū q̄ ſpūaliter ſe diligūt, q̄ſi una dicunt: ut illud, Multitudinis credētium erat cor unū & aīa una: ſic uir & uxor q̄a carnaliter ſe diligūt, una caro dicūtur. Vel ideo una caro, quia una lege aſtringunt ad carnis debitū pſoluendum. Sicut eñ mulier nō habet poteſtatem ſui corporis, ſed uir: ita & uir non habet poteſtatē ſui coporis, ſed mulier. Act. 4. M

Quod ergo deus coniunxit, homo non ſeparet. Hiero.

Homo ſeparat, quando propter deſiderium ſecundæ primam dimittit. Deus ſeparat, quando ex conſenſu propter ſeruitutem dei, uxores habemus quaſi non habentes.

Dicūt illi: Quid ergo Moyſes mādauit dari libellū repudij & dimittere?

Aperiunt calūniā quam parauerant, quaſi dicant: Quādoquidē deus ſic ordinauit, quare Moyſes ſuper ordinauit?

Et ait illis: Quoniā Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit uobis dimittere uxores ueſtras. Ab initio autem non fuit ſic.

Non dixit, propter duritiā cordis uři pmiſit uobis deus, ſed Moyſes. Cū enim uideret Moyſes illos occidere primas uxores, propter deſideriū pulchriorum, dedit eis conſilium. Repudium malū eſt, tamē licitum eſt cū ratione. Vir male moratā caſtiget, & teneat. Quomodo? Tribus modis. Primo, docendo ſecundū deum. ſi timorē dei nō ſentit, improperando, ut uel homines erubeſcat. ſi nec pudorē ſentit frequenter confuſa, faciat illi qđ p̄cepit illi Salomon: Durū baculo percute. Chryſo.

M. Non legiſtis, iſtud non, & illud ſuperius, nō ergo oportuit, lege pro nonne.

M. 190/ii R. 105 L. 191

DIco autem, quia quicunq; dimiſerit uxorē ſuam, niſi ob fornicationē, & aliā duxerit, mœchatur. Et q̄ dimiſſam duxerit, mœchatur.

Ex hoc loco nonnulli æſtimant, quod qui uxorem fornicariam dimiſerit, illa uiuente, aliā legitime ducere poſſit. Si q̄s uero nō ob fornicationē, ſed pp̄ter aliud dimiſerit uxorē, facit quod nō licet: & ſi duxerit aliā uiuente illa, cōſtat quia mœchus eſt. Quacūq; aūt ex cauſa dimiſſam q̄cunq; duxerit, reatū adulterij incurrit. Etenī ſi uir repudiauit eā, non tñ ob fornicationē, manet ex utraq; pte cōiugiū, ſed fit ei uiolētia p repudiū. Si uero uxor repudiata fuit, q̄a unā carnē in aliam diuiſerit, & ſe fornicatiōe a marito ſeparauerit, culpa ſua (ut autumāt) a uinculo cōiugij uirum ſoluit, ſed ipſa manet obligata. Hinc Ambro

ſuus in primā epiſtolam ad Corinthios: Hoc uult Apoſtolus, ut ſi mulier diſcedat ꝓpter malam conuerſatione̅ uiri, aut innupta maneat, aut uiro ſuo recōcilietur. nō em̄ permittitur mulieri ut nubat, ſi uirū ſuum cauſa fornicatiōis dimiſerit aut apoſtaſiæ, aut ſi impellente laſciuia, uſum quærat uxoris inuertere, *quia inferior non hac lege omnino utitur qua potior. Si tamen apoſtatet uir aut uſum quærat uxoris inuertere*, nec alij poteſt nubere mulier, nec reuerti ad illum. Et uir uxorem non dimittat, ſubauditur, excepta cauſa fornicationis.

His locus legatur cautè.

1.Cor.7. Ideo non ſubiecit ſicut de muliere, dicens: quod ſi diſceſſerit manere ſic. quia uiro licet ducere uxorem, ſi dimiſerit uxore̅ peccante̅: quia non ita lege conſtringitur uir ſicut mulier, caput enim mulieris, uir eſt. Idem in eandem: Vxorem certe licet haberi. ſed ſi fuerit fornicata, abijcienda eſt. Ita & carnem licet edere. ſed ſi idolis oblata fuerit, reſpuat. Autoritates quide̅ multæ uidentur opponi poſſe: ſed dicūt non eſſe aſſertione̅, imō ſalubre̅ admonitionem, ut qui non propter libidine̅, ſed propter iniuriam dimittit uxorem, expertus infelices priores nuptias, nouarum ſe nō immittat periculo. Notandum, hic loqui dominum de matrimonio *ſolū, quod inter fideles contrahitur. & quia lex diuina non tollit ſecularem conditionem, nō eſt ratum ſeruorū coniugium ſine licentia dominorū. Inter liberos quoq; & ſeruos non eſt firmū coniugium, niſi liber ſeruilem ſciat cōditionem, & uelit cohabitare. M. 19.

* Secundū quod decreto dei factum eſt.

Dicūt ei diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa hominis cū muliere, nō expedit nubere. Qui dixit: Non omnes capiunt uerbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

Hieron. Hoc eſt, non caſu uel fortuna uirgines fiunt, ſed qui à deo petunt uirginitatem, & laborant ut accipiant. In alijs experiri poſſumus qualia ſint anteq̄ habeamus, in uxore minus licet. Itaq; non expedit nubere, cū nullomodo niſi propter fornicatione̅ dimittenda ſit uxor. Si fuerit iracunda, ebrioſa, ſtriugata, tri x& maledica, ſeu quidlibet huiuſmodi, uelimus nolimus, ſuſtinenda eſt. Cū em̄ liberi eſſemus, uolūtate nos ſubiecimus ſeruituti.

Sunt em̄ eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt. Et ſunt eunuchi, q̄ facti ſunt ab hoībus. Et ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerūt, ꝓpter regnū cælorum. Qui poteſt capere, capiat.

Triplex eſt genus eunuchorum. duo carnalium, tertium ſpirituale. Duobus primis nullum omnino debetur præmium; tertio generi promittitur: quia cū uiri eſſe poſſint, uoluntate ſunt eunuchi. In primo gn̄e ſunt eunuchi. qui tam frigidæ naturæ dicuntur, ut libidinem non appetant. In ſecūdo genere ſunt, qui uel abſciduntur, uel perſuaſione hæretica ſimulant caſtitatem ſub ficta religiōe. Sed nulli horum trium promittitur præmium, niſi qui ſe caſtrat propter deum. Unde infert hortando milites ſuos: Qui poteſt capere, capiat. ut unuſquiſq; conſideret, utrum uirginalia poſſit implere præcepta. M. 19. R. 10. L. 18.

Capuꝶ CI.

TVnc oblati ſunt ei paruuli, ut manus eis imponeret & oraret.

PVeros de caſtitate mundos obtulerunt. putabant em̄ ut corpore mundos tantū laudaret, & non uoluntate: neſcientes quia dominus non beatificauit eunuchos, pueri itẽ neceſſitate caſtos, ſed continentiæ uirtute. Chryſo.

Diſcipuli autem increpabant eos.

Non quid nollent eis benedici, increpabāt: ſed nondum pleniſſimā fidem habentes, putabant deum importunitate laſſari. Hiero.

Ieſus uero ait illis: Sinite paruulos, & nolite ꝓhibere eos ad me uenire.

Si ſancti futuri ſunt, quid uetatis filios ad patrem uenire? Si peccatores futuri ſunt, ut quid ſententiā condemnationis profertis, ante q̄ culpam uideatis? Quales ſunt modo, meum eſt: quales futuri, ipſorū. Quod ergo meum eſt, honorate: quod ipſorū erit, miſeremini. Chryſoſt.

Talium eſt enim regnum cælorum.

Non ait iſtorū, ſed talium: ut oſtenderet non ætatem regnare, ſed mores. & his qui ſimile̅ habent innocentiam & ſimplicitate̅, præmium ꝓmittit, de quibus Paulus: Nolite pueri fieri ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſu autem perfecti. Hiero. 1.Cor.14

Et cū impoſuiſſet eis man⁹, abijt inde.

Paruulis manus impoſuit, ut humiles ſua bn̄dictione dignos ſignificaret. Et quotidie imponit, cum humilibus gratiam auxilij tribuit. Myſtice, infantes hi, gētiū forma ſunt, quibus per fidē & auditū ſalus reddit. At diſcipuli qui pro Chananæa muliere ſupplicauerant, forraſſe iam myſterium ſciebant, quæ utriuſque populi uocatio deberetur. ſed cum adhuc ordinem neſcirent, ex affectu primum ſaluandi Iſrael, pueros inhibebant accedere. Talium eſt regnum cælorum. Mun⁹ enim & donū ſpūſſancti ꝑ impoſitione̅ man⁹ Remi. Hila.

& precationē ceſſante legis opere, erat gentibus largiendum. Hic Marcus & Lucas addunt, quod regnum dei .i. doctrinam euāgelij ſicut puer accipiamus: quia puer in diſcendo neq; contradicit doctoribus, neq; rationes cōponit aduerſum eos, ſed fideliter ſuſcipit, obtemperat & quieſcit.

M. ⁿ L. ⁿ A. ⁿ

ERant aūt appropinquātes ei publicani & peccatores multi, ut audirent eū. Et murmurabant ſcribę & phariſæi, dicentes: quia hic peccatores recipit & manducat cum illis.

A. ⁿ

POſt hęc ambulabat Ieſus in Galilæam. non enim uolebat in Iudæam ambulare, quia quærebāt eū Iudæi interficere.

Non perdiderat poteſtatem, ſed noſtram conſolabatur fragilitatem. Futurum enim erat ut aliquis fidelis ſe abſconderet. & ideo p̄ceſſit in capite, ne membro pro crimine poſtea obijceretur. L. ⁿ Cap. CII.

ADerant autē quidam ipſo tpe nūciantes illi de Galilæis quę ſanguinē Pilatus miſcuit cū ſacrificijs eorū.

Beda. Hi Galilæi, qui ab impio præſide inter ſua ſacrificia ſunt necati, ſuorum ſcelerum pœnas ſcelerata morte ſoluerunt. Quibus tamē non ipſa mors obfuit, ut in ſecundam mortē mitterentur, ſed uita improba. Nam & bonos ſic ſæpe mortuos martyrum gloria declarat: ad correctionem uiuentiū, ut flagel-
Pro. 19. lato peſtilente, ſtultus ſapientior fiat: uel ad exemplum corrigi nolētium, ideoq; peſſime periturorum, taliter multi moriuntur, & peſſima morte mulctantur. Vnde ſequitur:

Et reſpondens, dixit illis: Putatis q̄d hi Galilæi præ oibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Non, dico uobis, ſed niſi pœnitentiā habueritis, oēs ſimiliter peribitis: ſic ut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloam, & occidit eos.

Ordo eſt: Dico uobis, non ſoli Galilæi fuere peccatores, ſicut & Hieroſolymitæ, quos turris oppreſſit, non ſoli peccauerunt: ſed etiam oēs uos Iudęi peribitis ut hi Galilęi, ſi pœnitere nolueritis. Proſeq̄t de Hieroſolymitis.

Putatis quia & ipſi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Ieruſalem? Nō, dico uobis: ſed ſi nō pœnitētiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.

Preſſi ruina turris, ſignificant Iudæos qui pœnitere noluerint, cum ſuis mœnibus eſſe perituros. Nec fruſtra decē & octo fuerunt, qui numer⁹ apud græcos per ι & η, quibus nomē Ieſu incipit, exprimitur. Indicāt enim eos meruiſſe damnari, qui nomen ſaluatoris ſpreuerūt. Turris illa ſignificat eū qui turris fortitudinis eſt. nā & ipſum Siloæ nomē, q̄d
interpretatur miſſus, deſignat eundē à patre Ioh. 9.
miſſum in mūdū, qui omnes ſuper quos ceciderit, cōteret. Pilatus aūt deſignauit, quod Romani poſt paſſionem domini incipiētes à Galilæa, impœnitentē Iudæorū gentē occiderūt, & atria ſacrificiorū & ipſum tēplū humano ſanguine fœdātes deſtruxerūt. Significauit etiā Pilatus, nominis cuius interpretatio eſt, os malleatoris, diabolum, ſemper animas occidere paratū. Sāguis exprimit peccatū, & ſacrificia bonas actiones. Pilatus ergo ſanguinē Galilæorū cū ſacrificijs eorū miſcet, q̄ndo diabolus eleemoſynas, preces, ieiunia, cæteraq; bona fideliū cōmaculat, uel mortifera carnis & ſanguinis delectatione, uel odij meditatione, uel inuidię furore, uel humanæ laudis ambitiōe, uel alia q̄libet nefaria peſte, ut quamuis oblata dño uideātur, nihil tñ proſint offerētibus, ſed potius interdū fiāt in peccatū. De Iuda em̄ qui inter ſacrificia ꝑditionē dominici ſanguinis cogitabat, ſcriptū Pſal 108.
eſt. Et oratio eius fiat in peccatū. L. ⁿ

DIcebat aūt hāc ſimilitudinē: Arborē fici habebat quidā plantatam in uinea ſua. & uenit quęrēs fructum in illa, & non inuenit.

Ficulnea cōuenieñter intelligitur genus hu Aug.
manū. quia q̄n prim⁹ homo peccauit, folijs ficulneis pudenda uelauit, unde nati ſumus. Gen 3.
Hæc arbor bene dicitur plātata, quia ad auto
ris ſui ſimilitudinē eſt creata. & quāuis ad ho Grego.
mines generaliter reſpiciat, ſpecialiter tamē Beda.
ſynagogę typū portat. Sicut em̄ ſterilis ficus folijs exuberās, ſpe fructus poſſeſſorē decipit: ſic doctores ſynagogæ opibus in fœcūdi, inani umbra legis uerborū gloriātes, ſubiectis nullū operis boni exemplū miniſtrāt. Vinea ergo dñi ſabaoth, dom⁹ eſt Iſrael. ſynagoga aūt in eadem domo cōdita, fici arbor eſt in uinea. dñs fructū quæſiuit in illa, ſed in phariſæorū mente non inuenit.

Dixit aũt ad cultorē uineę: Ecce anni tres ſunt ex quo uenio, quęrēs fructum in ficulnea hac, & nō inuenio.

Cultor uineæ, eſt ordo apoſtolorũ & doctorũ, quorũ precibus ac monitis plebi ſuggeritur cura de deo. His etenim dñs ſæpe de Iudæis infructuoſis querebatur, ꝙ per tres annos ſuę uiſitationis, in legalibus edictis & propheticis cōteſtationibus & in gr̃a coruſcantis euãgelij negligentes extiterint. Vel ita: Nullus in ſynagoga per tres annos fructus eſſe potuit, quia neq; tēpore circũciſionis purificari poterãt, qui circũciſionē animi nō quęrebãt: nec per legem ſanctificabãtur, qui carnalia tantũ in lege ſequebantur: neq; in gratia iuſtificabãtur, qui de peccatis pœnitere nolebãt. Cũ ergo merito eſſent excidendi, quod quidē per Romanos factum eſt, iubetur illis qui in circũciſione laborabant, ut ſucciſionis cladem annũciando pœnitentiam ſuggerant. Et hoc eſt:

Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat?

Annuncia ſc; Iudæis, quod perdituri ſunt locum & gentem, pro quo ſeruando occidunt Chriſtum & ſuos. Cur etiã tẽpali copia utuntur? Terram occupat, qui locum quem tenet bonis opibus non exercet, qui exemplo prauitatis impedimentũ præſtat cæteris. Pōt etiam per terram ſterili fructu occupatã, Iudaica plebs figurari: quę noxia præpoſitorũ umbra preſſa fuit, ne ueritatis lumen reciperet, & ne ſole dilectiōis ſupernę calefieret, iuxta
Mat. 23. illud: Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui clauditis regnũ cęlorũ ante homines.

At ille reſpondens, dixit illi: Domine, dimitte illã & hoc anno, uſq; dum fodiam circa illã & mittam ſtercora.

Id eſt, reducam ei ad animum abominationem quam fecit, ut compunctione ſuſcitet quaſi de putredine ſtercoris. Peccata carnis, ſtercora uocantur. Vnde propheta: Compu
Ioel. 1. truerũt iumenta in ſtercore ſuo. Hoc eſt, carnales uitam finiuere in fœtore luxuriæ ſuæ. Nouit cultor terrã excolere, qui nouit uitia reprehendere. Intelligens igit̃ duritiam & ſuperbiam Iudęorũ cauſam eſſe ſterilitatis, pollicetur ſe fodere donec radicem infructuoſę mentis ligone inuectionis bis acutæ humiliet, incutiens uic; & p̃ſentium preſſuram, & æternæ damnationis horrorem. Foſſa qui pꝑe in imo eſt, & increpatio dum mentem ſibi demonſtrat, humiliat.

Et ſiquidem fecerit fructum: ſin aũt, in futurum ſuccides eam.

Qui hic non uult pingueſcere per increpationem, illic cadet, ubi per pniam non reſurget. Cum diceret, & ſiquidem fecerit fructũ, nō ſubiunxit, aliqd ſed ſuſpendit ſententiã, qa uidebat ſynagogam procliuiorem ad negãdum deum, quàm ad confitendum. Cum ꝓo adderet, ſin aũt: continuo iudiciũ uenturæ damnatiōis annexuit, dicēs: In futurũ ſuccides eam. Et ſiquidē fecerit fructũ, ſubaudis quod uix credi poteſt, reſerua eam.

Caput. CIII.

Erat aũt docēs in ſynagoga eorũ ſabbatis. Et ecce mulier quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decē & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere.

Dicta de ficu parabola, dñs in ſynagoga docuiſſe narrat̃. ut intimaret hoc eſſe fructũ in ficulnea quærere, & non inuenire, ꝙd uerbum ſynagogæ prædicabat, nec recipiebat. Quam tñ ne totã extirpandam pro ſterilitate putares, ſed reliquias per gratiã ſaluandas eſſe ſcires, mox ibidem ſanatio eius in parte ſub incuruæ mulieris ſpecie ſubſequit̃. Idem enim ſignificat ficulnea reſeruata, quod mulier erecta. & idem tertio dñm ueniſſe ad ficulneã infructuoſam, quod mulierē decē & octo annis fuiſſe incuruatã. Senari⁹ enim in quo mundi creatura pfecta ſubſtitit, operũ pfectionem oñdit: & in trigonũ duct⁹, decem & octo facit. Quia ergo hō qui ſexto die factus eſt, opera perfecta habere uoluit, ſed in tribus temporibus dñicæ uiſitationis, ſc; ante legem, ſub lege, in exordio inchoãtis gratiæ, per infirma opa languit, decē & octo annis mulier curua fuit. Nec poterat ſurſum aſpicere, quia Iudæa terrena ſapiens, de cæleſtibus non cogitabat, audiens per prophetã: Iſai. 1.
Si uolueritis & me audieritis, bona terræ mãducabitis. Quo contra membris eccleſiæ dicit Apoſtolus: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non Col. 3.
quæ ſuper terram.

Quam cũ uidiſſet Ieſus, uocauit ad ſe, & ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi man⁹ & cōfeſtī erecta ē, & glorificabat deũ.

Vidit prędeſtinando per gr̃am, uocauit illuſtrando per doctrinam, impoſuit manus, donis ſpiritualibus adiuuando illam, erexit in operibus bonis ad dei glorificationē. Quos, inquit Apoſtolus, prædeſtinauit, hos & uo- Rom. 8

cauit. & quos uocauit, hos & iuſtificauit. quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. Hæc mulier non niſi poſt decē & octo annos eri gi potuit: quia humana natura hanc corruptionem deponere, & ad incorruptelam æternę beatitudinis erigi non potuit, niſi prius impleuerit legem, quæ in decem præceptis continetur: & gratiam, in qua Chriſti reſurrectio facta eſt, & noſtra expectatur.

L. 165/21 M. 116. R. 23.

RESpondens aūt archiſynagogus indignans quia ſabbato curaſſet Ieſus, dicebat turbę: Sex dies ſunt in quibus oportet operari. in his ergo uenite & curamini, & non in die ſabbati.

Hiero. & Beda Canti 2. Sabbato curauit Ieſus, oſtendens iam eſſe tempus, ut ſecūdum prophetiam cantici canticorū, aſpiraret dies & remouerent umbræ. Neſciebat archiſynagogus ſex dies ſignificare ſex ætates, in quibus licet operari. ſabbatū uero ſignificare requiem æternam, in qua nō ceſſabunt iuſti à bono opere cum laudabunt deum. Vtiq; deus ab operibus mūdi ſabbato quieuit, ſed in operibus ſanctificationis uocādo, iuſtificando, gubernando, iugiter perſeuerat. Vnde lex in ſabbato nō hominem curare, ſed ſeruilia opera facere. i. peccatis grauari prohibuit.

Reſpondens autem Ieſus, dixit: Hypocritæ, unuſquiſq; ſabbato non ſoluit bouem ſuum aut aſinum a præſepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit ſathanas ecce decē & octo annis, nō oportuit ſolui a uinculo iſto die ſabbati?

Altiori ſenſu bos & aſinus ſignificant Iudæum & Græcum, de quorum uocatiōe ſcriptum eſt: Bos cognouit poſſeſſorem ſuum,
Iſa.1. & aſinus præſepe domini ſui. Qui uterq; peccati uinculis abſolutus per prędicationem, depoſuit ſitim huius mundi hauſtu fontis dominici. Filia Abrahæ, eſt eccleſia de utroque populo, quæ impleto tempore legis & dominicæ reſurrectionis, per gratiam ſanctiſpiritus euaſit uincula longę captiuitatis.

L. 65/X

ET cum hęc diceret, erubeſcebāt omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat in uniuerſis quæ glorioſe fiebant ab eo.

Qui de dictis ſaluatoris erubeſcunt, ficulneæ ſterili ſe comparandos oſtendunt: qui gaudent de miraculis eius, ad filiam Abrahæ, hoc eſt, ad eccleſiam fidei ſe pertinere declarant.

A. X

Caput CIIII.

ERat autē in proximo dies feſtus Iudæorum ſcenopegia.

Scena eſt umbraculum, inde dicitur ſcenopegia, id eſt, tabernaculorum conſtructio Aug.
uel fixio. Scenopegia erat feſtiuitas, in qua menſe ſeptimo à Martio Iudæi ſeptem dieb⁹ habitabant in tabernaculis in memoriam illorum, in quibus patres eorum habitauerunt in deſerto. Dicuntur autem more eorum dies ſeptem, propter unam feſtiuitatem dies feſtus.

Dixerūt autem ad eum fratres eius: Tranſi hinc, & uade in Iudæam, ut & diſcipuli tui uideant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo. Neq; eīn fratres eius credebant in eum.

Cum auditis fratres domini, Mariæ cognate conſanguinitatem. Opera domini diuinis laudibus & non populari fauore efferenda, ueri diſcipuli ſciebāt, ſed iſtos fratres domini, .i. conſanguineos dñi latebant, qui credere nolentes, dabant ei conſilium conſequēdæ ſecularis gloriæ. Ac ſi dicerent: Mira facis, ſed in abſcondito. tranſi in Iudæam, ubi eſt principatus gentis & ciuitas caput regni, ut laudcris ab omnibus, & nos cognati glorię participes efficiamur. Si hæc facis, ergo manifeſta teipſum. Vel ſi, pro quia legitur.

Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem neſtrum ſemper eſt paratum.

Id eſt, gloria mundi quam affectatis, ſemper eſt parata. Ego autem cum accepero tem Pſal 74
pus gloriæ, ad quam perueniendum eſt humilitate impleta, iuſtitias iudicabo. Modo enim non eſt tempus iudicandi, ſed iniquos tolerandi.

Non poteſt mundus odiſſe uos. me autem odit, quia teſtimonium perhibeo de illo, quia opa eius mala ſunt.

Non accuſo quidem mundum apud pa-

trem, ſed arguo de peccatis, & ideo nunc nõ eſt tempus meum, ſed ueſtrũ. quia uos mundi amatores & falſi teſtes, dicitis bona mala, & mala bona.

Vos aſcendite ad diem feſtum hũc. Ego nõ aſcendo ad diem feſtũ iſtũ, quia meum tempus nondum impletum eſt.

Non eſt præceptum, ſed permiſſio quod dicit, aſcendite ad diem feſtum hunc, ubi humanam gloriam quæritis, ubi extendere carnalia gaudia uultis. Tempus autem gloriæ meæ manebit in æternum. Ipſa feſtiuitas erit gaudium ſine fine, æternitas ſine labe, ſerenitas ſine nube.

Hæc cum dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſte, ſed quaſi in occulto.

Non dixit ad diem feſtum hunc, quia nõ cupiebat gloriari temporaliter, ſed aliquid docere ſalubriter. Non uacat quod latenter aſcendit, quod latebat in illo die feſto. Om̃ia antiqua, umbra futurorum fuerunt. Ergo & ſcenopegia. Nam nos educti ſumus de Aegypto, ubi diabolo tanquam Pharaoni ſeruiebamus. Clamauit enim nobis Chriſtus,
Mat.11. quaſi lateres facientibus: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis. Educti ſumus p baptiſmum tanquam per mare rubrum, q̃ Chriſti ſanguine conſecratum, mortuis inimicis, id eſt, peccatis noſtris. Modo ergo antequam ad terram promiſſionis ueniamus, id eſt, ad regnum æternũ, in tabernaculis huius deſerti ſumus. Cum autem corpus Chriſti ſit q̃d ſumus nos, eſt in tabernaculis, Chr̃s ẽ in tabernaculis. Sed tunc latenter, modo manifeſte: quia remota umbra, uenit lux, in qua omnia iam agnoſcimus.

Iudæi ergo quærebant eum, & dicebant: Vbi eſt ille?

Occaſionem quærẽdi præbebat quod nõ aſcenderat cum fratribus qui ei conſilium de gloria dabãt, unde dixit eis: Non aſcendam ad diem feſtum hunc, quem uultis, id eſt, primum uel ſecundum.

ET murmur multus erat de eo in turba. Quidam em̃ dicebant quia bonus eſt. Alij autem dicebãt, non, ſed ſeducit turbas.

Col.3. De omnibus ſeruis Chriſti hoc idem dicitur, quia uita noſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo, ſed tãdem deus manifeſte ueniet.

NEmo tamen palam loquebatur de illo, propter metũ Iudæorũ.

Nemo ſcilicet illorũ, qui dicebant, bonꝰ ẽ.

Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum & docebat.

Cum iam uidelicet illius feſti tot dies præteriſſent, quot futuri erant, aſcendit. Quod latuit, exemplum eſt uitandi malos. quod palam loquitur, & non tenetur ab his qui quærebant, poteſtatis eius indicium eſt.

Et mirabantur Iudæi, dicẽtes: Quomodo hic literas ſcit, cũ nõ didicerit?

Inde mirabantur, quia multi nouerãt quẽadmodum educatus eſſet, & nunquam eũ uiderant literas diſcentem.

Reſpõdit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.

Videtur contraria loqui. Quod ſi dixiſſet, iſta doctrina nõ eſt mea, nulla eſſet quæſtio. Nunc autem in hoc eſt ſolutio, quia doctrina patris eſt uerbum patris, id eſt, filius ex patre. Ac ſi diceret: Ego non ſum à meipſo, ſed à patre. Quid enim tam tuum quàm tu? & quid tam non tuum quàm tu, ſi alicuius eſt quod es? Hinc alibi dicit dominus. Hoc eſt opus dei, ut credatis in eum quem ille miſit. Ioh.6.
Qui credit in eum, credit ei. ſed non conuertitur, quia dæmones credunt ei, non in eum. Nos etiam credimus Petro & Paulo, ſed nõ credimus in Petrum & Paulum. Quid eſt ergo in deum credere? Credendo in eum ire & eius membris incorporari. Hæc ſentẽtia, q̃d filius doctrina patris eſt, diſſoluit Sabellianam hæreſim, qui auſus eſt dicere, patrem & filium duo nomina eſſe, ſed unã rem. Alicuius eſt enim doct[illegible] ſi ſua nõ eſt.

Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina utrũ ex deo ſit, an ego a meipſo loquor.

Senſus eſt: Si quis me credit filium dei, intelliget quod doctrina mea eſt eius.

Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit.

De antichriſto dicit, qui non à deo miſſus ſed uenire permiſſus, extollet ſe (ut ait Apoſtolus) ſupra omne quod dicitur deus aut q̃d colitur. 2.The.2

Qui autem quærit gloriam eius qui

miſit illum, hic uerax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

Hoc de ſe dicẽs, dat humilitatis exemplũ, ut omnia bona deo tribuamus.

Nonne Moyſes dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Quid me quæritis interficere?

In lege quidem gloriamini, ſed contra legem quæ occidere uetat, quæ me nunciat, de morte mea tractatis.

Reſpondit turba & dixit: Dæmoniũ habes. Quis te quærit interficere?

Quid poterat aliud dicere turba turbulenta? Quid poſſet aliud olere cœnum cõmotum? Turbauit claritas lucis turbam lippitudinis. Oculi enim non habentes ſanitatem, nõ poſſunt ferre luminis claritatem.

Reſpondit Ieſus & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyſes dedit uobis circunciſionem, nõ quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. & in ſabbato circunciditis hominem.

Vnum opus fuit, quod hominem ſanum feci ſabbato. Propterea, uidelicet propter tale opus, id eſt, ut ſalus hominis conſequatur, bene factum eſt ut acciperetis circunciſionẽ à Moyſe. Conuincit uos Moyſes, quia in lege accepiſtis ut circunciderεtis octauo die, accepiſtis etiã ut uacetis ſeptimo die. Quid igitur facietis, ſi octaua dies natiuitatis occurrat die ſabbati? Noui quia circunciditis. Circunciſio enim pertinet ad aliquod ſignaculũ ſalutis. Et nõ debent homines ſabbato uacare à ſalute. Ergo ne mihi iraſcamini, quia ſaluum feci totum hominem ſabbato. Et hoc eſt quod dicit:

Si circunciſionem accipit hõ in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moyſi, mihi indignamini quia totum hominẽ ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Non eſt iudicandum ſecundum faciem, id eſt, acceptionem perſonarum: ſed iuſtum iudicium. i. ſecundũ ueritatẽ rerũ. Quia cognita, nec me, nec Moyſen damnabitis, nec me contrariũ illi dicetis. In quo illos arguit, nos inſtruit, ne in iudicandis cauſis perſonas accipiamus, non quod pro diuerſitate graduũ diuerſo modo perſonas nõ honoremus, Notandum quia credens Abraam ſe filium habiturum, huius rei ſignum circunciſionẽ accepit: ut quod credens iuſtificatus ſit, cerneretur. Quod ſignum ideo accipiebant filij Iſrael, ut ſciretur eſſe filij eius, qui credens deo, hoc ipſum acceperat. Ideo etiam præceptum eſt circuncidi, ut agnoſceretur dei populus inter gentes, ſiue ut corpora eorum agnoſcerentur in bello. Deniq; quando ſoli erant in eremo, non circuncidebantur. Præterea circuncιſio facta in uirili membro, per quod generatur creatura mortalium, caſtitatẽ mentis debere obſeruari indicat. Ideo autem quiſq; cum præputio naſcitur, quia cum uitio propaginis naſcitur. Ambro. Hiero. Auguſt.

Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis: Nonne hic eſt quem quærunt interficere? Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus?

Qui nouerant qua ſæuitia quærebatur, mirabantur qua potentia non tenebatur.

Sed hunc ſcimus unde ſit. Chriſtus autem cum uenerit, nemo ſcit unde ſit.

Hæc opinio, nemo ſcit unde ſit, non inaniter eſt nata. Nam ſcripturæ dixerunt, quoniam Nazaræus uocabitur. Ergo prædixerunt unde ſit. Rurſus conuocatis ſcribis ab Herode, & inquiſitis ubi Chriſtus naſceretur, dixerunt: In Bethleẽ Iudæ. Sed & Iſaias dixerat: Generationem eius quis enarrabit? Hoc autem ſecundum diuinitatem. Et ſecundũ hoc iſti neſciebant unde Chriſtus eſſet, ſed ſecundum carnem eum agnoſcebant. Mat. 2. Iſa. 53.

A. iii M. L.

CLamabat ergo docens in templo Ieſus, & dicens: Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis, & a meipſo non ueni. ſed eſt uerus qui miſit me, quẽ uos neſcitis. Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Et ſi dixero quia neſcio eũ, ero ſimilis uobis mendax.

Me ſcitis, dictũ eſt de facie hominis, quæ nota eis erat. Vnde ſim ſcitis, ſcilicet à Nazareth. A meipſo non ueni, tale eſt, quaſi dicat: ſecundum diuinitatem me neſcitis, deum enim nemo uidit unquam. Ego autem ſcio eũ quia ſum ueritas ab ipſo, qui ex ſe uerus eſt.

ergo à me quærite, in me credite, quia uenit ad patrem cui uoluerit filius reuelare.

A. P. M. R. L.

QVærebant ergo eum apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia nondũ uenerat hora eius.

Non horam dixit qua cogeretur mori, ſed qua dignaretur occidi.

A.

DE turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cum uenerit, nunquid plura ſigna faciet quam quæ hic facit?

Vtique ſi duo non erunt, hic eſt Chriſtus. Hæc turba fuit commota miraculis, quæ in eum credens, hoc dicebat.

L.

Caput. CV.

AIt autem quidã ei de turba: Magiſter, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me conſtituit iudicẽ, aut diuiſorem ſuper uos?

MErito refutatur hic frater, qui magiſtro ſupernæ pacis uult ingerere moleſtiam terrenæ diuiſionis. Merito homo uocatur, id eſt, carnalis, ut Paulus ait: Cum enim ſit inter uos zelus & contentio, nõne carnales eſtis? Nonne homines eſtis, & ſecũdum hominem ambulatis? Bene autẽ terrena declinat, qui propter diuina deſcenderat: nec dignatur eſſe iudex litium uel arbiter facultatum, qui uiuorum & mortuorum habet iudicium & meritorum arbitrium. 1. Cor. 3.

Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquã uita eius eſt ex his quæ poſſidet.

Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in uerbo dei: nec tempora uitæ diuitiarum multitudine protenduntur. Prouidete, inquit, oculo ſcilicet rationis, & non ait, cauete ab auaritia, ſed omni adiunxit: quia nonnulla ſimpliciter hominibus geri uidentur, quæ internus arbiter cernit qua intentione fiant. Quis cũ fratre hæreditatẽ diuidi, fructus agri in horrea recondi, pro crimine deputaret? Sed ipſe teſtis eſt deus, quia nõ bona intentione hoc faciebat. Vnde & exemplum ſtultitiæ ſuæ ponit ei.

Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiuſdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos?

Ecce nimia ſolicitudo ex auaritia ſtudente bona ſua in futurum luxuriæ reſeruare, & ex ſolicitudine ſequitur deliberatio.

Et dixit: Hoc faciam, deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ ſunt nata mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe epulare.

Congregabo (inquit) quæ nata ſunt plus ſolito mihi, id eſt, meo labore, uel ꝑpter me ſolum. Dicens, requieſce: peſti auaritiæ peſtẽ iungit deſidiæ, ut nec pro temporalibus deum interpellet. Comede ac bibe, contra eſuriem & ſitim, & epulare luxurioſe magno deliciarum paratu.

Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te. quæ autem paraſti, cuius erunt?

Non ſunt hominis bona, quæ ſecum afferre non poteſt, ſed ſola miſericordia comes eſt defunctorum. Non tamen in eo reprehenditur iſte diues, quod terram coluerit & fructus ſeruare uoluerit, ſed quod oẽm uitæ ſuæ fiduciam in ſua abundantia poſuerit, & nil pauperibus erogare cõſtit uerit, iuxta imperium domini dicentis: Quod ſupereſt, date eleemoſynam. In nocte auſertur anima illius, qui cõſiderationis lucem habere negligit, ut quod poteſt pati pudeat. Vnde Paulus dicit: Vos autem fratres non eſtis in tenebris, ut uos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis eſtis, & filij diei. Pſalmiſta etiam cum de auaro quolibet præmiſiſſet, ſed & fruſtra conturbatur, adiunxit: Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea. Dicere autem dei ad peruerſos, eſt prauas eorum machinationes ſubita animaduerſione compeſcere. Luc. 11. 1. The. 5. Pſal. 38.

Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in deum diues.

Sic eſt, uidelicet ſtultus, & in nocte à diui-
nis iudicijs rapiendus, cuius expectatio non
eſt dominus, qui tráſitoria nó diſtribuit pau
peribus, ut ab eis reciperetur in æternis taber
naculis. In deum autem diues eſt, cuius ſub-
ſtantia (id eſt, conſcientiæ poſſeſſio, qua ſuſ-
tentatur & paſcitur) eſt apud deum, non in
ſacculis terræ.

R. [illegible] M. [illegible] L. [illegible]

Caput CVI.

ET cum egreſſus eſſet in
uia, procurrens quidam
genuflexo ante eum, ro-
gabat eum: Magiſter bo
ne, quid boni faciam ut habeam ui-
tam æternam? Qui dixit ei: Quid me
interrogas de bono? Nemo bonus
niſi unus deus.

Aug. POnuit utrunque dici & ſecundum Mat-
thæum, quid me interrogas de bono? &
iuxta alios, quid me dicis bonum? ut alte
rum referatur ad illud quærentis, quid boni
faciam: alterum ad id quod ait, magiſter bo-
Beda. ne. Quia ergo uocauerat magiſtrum boní,
& non deum uel dei filiú, diſcit quemuis ſan-
ctum hominem comparatione dei non eſſe
pſal. 117 bonum. De quo in pſalmo: Confitemini do
mino, quoniam bonus. Solus enim deus na-
tura eſt bonus: nam alij boni non habent bo
nitatem à ſe, ſed à deo. Non igitur Chriſtus
ſe bonum negat, ſed eſſe deum ſignificat. nec
ſe magiſtrum bonum non eſſe, ſed abſq; deo
nullum bonum eſſe teſtatur.

Si autem uis ad uitam ingredi, ſer-
ua mandata. Dixit illi: Quę? Ieſus au
tem dixit: Non occides, non adulte-
rabis, non furtum facies, non falſum
teſtimonium dices. Honora patrem
tuum & matrem tuam. & diliges pro
ximú tuum ſicut teipſum.

Nota quia iuſtitia legis ſuo tempore cu-
ſtodita, non ſolum bona terræ, ſed & uitam
conferebat æternam. Notandum etiam quia
Paulus præcipit uiris, ut quiſque diligat uxo
rem ſuam ſicut ſeipſum. Si ergo unuſquiſque
ſicut ſeipſum diligere debet proximum & u-
xorem, nulla erit differétia inter proximi &
uxoris dilectionem, quod ualde abſurdum
eſt. Sed in proximo, ſicut, aduerbium eſt ſi-
militudinis. In uxore autem, ſicut, non ſimili-
tudinem, ſed approbationem & affirmatio-
nem cum quodam pondere ſonat: quomo-
do dicim⁹, quaſi uir fecit. Et de ſaluatore: Vi- Ioh. 1.
dimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti
à patre. non quo ſaluator gloriam habuerit
ad comparationem alterius unigeniti.

Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cu
ſtodiui a iuuentute mea. Quid ad-
huc mihi deeſt?

R. [illegible] M. [illegible] L. [illegible]

IEſus autem intuitus eum, dilexit
eum, & dixit illi: Vnum tibi deeſt.
Si uis perfectus eſſe, uade, & uende
quæ habes & da pauperibus, & ha-
bebis theſaurum in cælo. & ueni, ſe-
quere me.

Non eſt putandus hic de cuſtodia manda
torum eſſe mentitus, ſed ſimpliciter eſſe con
feſſus. quia ſi mēdacij noxa reus teneretur,
nequaquam intuitus arcana cordis eius, eú
diligere diceretur Ieſus. Diligit enim eos qui
mandata legis cuſtodiunt. ſed quod ſibi mi-
nus eſt, his qui perfecti eſſe uolunt, adiúgit.
Qui uult ergo perfectus eſſe, uendat quæ ha
bet, non ex parte ut Ananias & Sapplura, & Act. 5.
det pauperibus. Nec hoc ad perfectionem
ſufficit, niſi ſaluatorem ſequatur: id eſt, niſi re Hiero.
lictis malis, faciat bona. Vel ita: Iſte adole- & Chry.
ſcens, & diues & ſuperbus & tentator erat.
atque per inanem iactantiá tanq̃ glorians in
lege, mentitus eſt ſe mādata cuſtodiſſe. Ieſus
uero quaſi uera acciperet uerba illius, docu-
it quæ perfectionis ſunt. Et oculis miſericor M.
diæ, quibus dignatur impium iuſtificare, qui Luc. 22.
bus reſpexit Petrum ut fleret amare, intui-
tus eſt iſtum. & ita dilexit in eo non quod pri
us erat per ſuperbiam, ſed quod cœpit eē per
gratiam. Iuxta hoc igitur quæcunque dicú-
tur de adoleſcentulo iſto, accipienda ſunt de Cryſoſt.
populo Iudaico. qui adoleſcens erat, non æ-
tate, ſed leuitate: immaturis moribus, non
annis. Conſidera quia non interrogat quid
credat, ſed quid faciendo uitam ęternam poſ
ſideat: quia Iudæus ſpem omnino habet in
operibus ſine fide. Vnde Apoſtolus: Gentes
quæ nó ſectabantur iuſtitiam, ad legis iuſti- Rom. 9.
tiam peruenerunt: quia non ex operibus,
ſed ex fide. Iſrael autem ſectando legis iuſti-
tiam, in legē iuſtitiæ non peruenit: quia non
ex fide, ſed ex operibus. Prima iuſtitia eſt,
cognoſcere trinitatem: nouiſſima, benè ope-
rari. Natiuitas Iudæorum fuit, ex tempore
Abrahæ uſque ad exitum ex Aegypto: & uſ-
que tunc fuit quaſi infans. Iuuentus fuit, ex

tempore Moyſi uſq; ad reges. Virilitas, ex tẽpore regum uſq; ad tranſmigrationem Babyloniæ. Senectus, inde uſq; ad Chriſtũ, q̃n mortuus eſt populus ille, propriam interficiens uitã. Mentit ergo quod cuſtodierit mandata à iuuẽtute, ſed nec adhuc cuſtodit in ſenectute. Ieſus tñ intuetur eũ & diligit, in hoc
Hila. uidelicet, ut reliquiæ ſaluę fiãt. In eo qđ bona ſua uendere & dare pauperibus ad perfectionem iubet, confidentiã legis & ſacrificiorũ, quibus carnaliter utebatur, relinquere admonetur. Omnia mãdantur felici cõmercio mutari, & ut meminerit umbrã ueritatis in eis eſſe, quæ deinceps gentibus ſpiritualiter pauperibus ſint ſub ipſius corporis ueritate diuidenda. Hæc aũt neminẽ poſſe efficere indicat, niſi qui ſequi cœperit Chr̃m. Sed Iudaicus populus, auditis his, triſtis receſſit. multam eñ opulẽtiæ fiduciã habebat ex lege.

M. 10. R. 10. L. 18.

CVm audiſſet autẽ adoleſcẽs uerbũ, abijt triſtis. Erat eñ diues ualde, & multas poſſeſſiones habẽs.

Be. Multi quippe diuitias amore dei relinquũt, dolentes tñ & flentes. Licet enim proximũ diligant, ſeipſos iure magis diligunt, & ideo ſuis uſibus diuitias potius cupiunt quã alijs, quibus tñ totas diſtribuũt, monẽte deo quẽ ſibi præferunt. Sic & martyres carnẽ ſuam
in uita nimirũ quã diligũt, †inuiti martyrio tradũt: ſed tñ propter deũ tradere non dubitant.

Et circunſpiciens Ieſus, ait diſcipulis ſuis: Quam difficile qui pecunias poſſident, in regnum dei introibunt. Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnũ cęlorum.

Occaſiõe huius habẽtis diuitias, ingreditũ ſermonẽ de auaro ſub noĩe diuitis. Vbi ergo difficile ponit, nõ impoſſibilitatẽ prætendit, ſed raritas demonſtratur. difficulter enim diuitiæ contemnuntur, & uix aliquis res ſeculi ſine ſeculi ipſius uitijs aſſequitur. Hæ ſunt enim ſpinæ & tribuli, qui ſemen dei ſuffocauerunt. quare tutum eſt, nec habere nec amare diuitias.

Et iterum dico uobis: Facilius eſt camelum per foramẽ acus trãſire, quã diuitem intrare in regnum cælorũ.

Facilius, i. minus difficile eſt, & ideo miñ difficile, q. minus impoſſibile. Impoſſibilius eſt enim, cupidum intrare in regnum cælorũ, quã per foramẽ acus tranſire camelũ. Charitas eñ cuius dilatatio iungit deo, contraria eſt cupiditati, cuius anguſtia ſeparat à deo. Sicut ergo impoſſibiliſſimum eſt, nigrũ dum fuerit nigrum, albere, quia nigrum albo contrarium eſt: ita nihil impoſſibilius eſt, q̃ cupidũ deo iungi dũ fuerit cupidꝰ. Quis no uidet cõparationis gradꝰ inter impoſſibilia?
Beda. Vtiq; impoſſibilius eſt equũ uerti in lapidem quàm in aſinũ, à quo minꝰ differt. Quõ ergo plurimi diuites intrauerũt regnũ dei, niſi qa deo inſpirante, diuitias pro nihilo habuerũt?
Pſal. 24. Nunquid Dauid in diuitijs cõfidebat, de ſeipſo canens, quia unicus & pauper ſum ego?
Pſal. 61. Alios etiã ita hortatur: Diuitię ſi affluãt, nolite cor apponere. Myſtice, facilius eſt Chr̃m pati p dilectoribus ſeculi, q̃ dilectores ſeculi ad Chr̃m cõuerti. Camelus dr̃ Chriſtus, qa ſponte humiliatus, infirmitatis noſtræ onera ſuſtinuit. Vnde illud: Quãto magnus es,
Eccle. 3. humilia te in omnibus. Per acum ſignificat punctiones in paſſione ſuſceptas. Foramen ergo acus dicit anguſtias paſſionis, qua naturæ noſtræ quaſi ſciſſa ueſtimenta reſarcire
Chryſo. dignatus eſt, id eſt, reparare poſt lapſum. Aliter: Facilius eſt gentes tortuoſas animo, intrare per anguſtũ oſtium regni cæleſtis, quã Iudæos diuites uiſos in lege & prophetis. Gentes habebãt gibbũ idololatriæ, ſicut camelus habet gibbũ, qui nõ permittit eum erigere collum. Acus eſt filius dei, cuius prima pars ſubtilis & acuta, ſignificat diuinitatem eius: nouiſſima incarnationẽ. Totus eſt rectus filius dei ut acus, nõ habens ſcrupulũ peccati, per cuius uulnus paſſionis gentes ingreſſæ ſunt in uitam æternam. Ab eo conſuta eſt immortalitatis tunica, quę conſciſſa erat in Adam. Hic acus conſuit ſpiritum carni, & Iudaicũ populum gentili. Vnde Apo-
Ephe. 2. ſtolus: Ipſe eſt pax noſtra, q fecit utraq; unũ. Hic acus copulauit diruptam amicitiã angelorum & hominum: hic acus figit & pertrãſit, & uulnus non facit.

Auditis autem his diſcipuli mirabãtur ualde, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe?

Beda. Intellexerunt diuitiarum amatores, etiam ſi nõ habeãt, in diuitũ numero deputari. Aliter eñ, cũ multo plures ſint paupes quàm diuites, non dicerent, quis poterit ſaluus eſſe?

Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud deum autem omnia poſſibilia ſunt.

Hoc nõ ita accipiẽdũ, qđ cupidi ſint intraturi in regnũ dei, ſed q; poſſibile eſt deo, ut q

uerbum eius à cupiditate temporalium, ad charitatem conuertantur æternorum.

Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſum⁹ te. Quid ergo erit nobis?

Grãdis fiducia. Petrus piſcator erat, diues non fuerat, uictum manu & arte quærebat. & tamen loquitur confidẽter, Dimiſimus omnia. Et quia non ſufficit dimittere, hoc enĩ & Socrates philoſophus fecit, iungit quod ꝑfectũ eſt: Et ſecuti ſumus te, quod eſt credẽtium. Fecimus quod iuſſiſti. Quid ergo nobis dabis præmij? M. 196. X

IEſus autem dixit illis: Amen dico uobis, qđ uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,

M. 197. V L. 271.

SEdebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

In prima reſurrectiõe regeneratꝰ aĩa per fidem. In ſcđa regenerabitꝰ caro per incorruptionẽ. Hinc duæ adoptiões, duę reſurrectiones dicuntꝰ. De ſede autẽ dei audi prophetã:
Pſal. 46. Regnabit deus ſuper gentes. deus ſedet ſuꝑ ſedem ſanctã ſuam. Omnes credentes ſunt ſedes maieſtatis eius. Vide qa nõ hic de tẽpore futuri iudicij dicit, ſed de uocatione omniũ gentium. Non enim dixit, cum uenerit fili⁹ hominis ſedẽs, ſed cum ſederit. Ex eo cœpit ſedere in ſede maieſtatis ſuæ, ex quo gentes cœperunt credere in eum. Ex eo etiam tempore apoſtoli ſederũt ſuper duodecim thronos, id eſt, in omnibus chriſtianis, ſecundum diuerſitates animarum. Suſcipientes uerbũ Petri, thronus eius fuerũt. Sic de cæteris apoſtolis. Hinc ait propheta: Ieruſalem quæ ædi
Pſal. 121. ficatur ut ciuitas & cætera. Ieruſalem eſt eccleſia. apoſtoli ſunt ſedes dei, fideles homines, ſunt ſedes apoſtolorũ. Doctrinis itaq; & exemplis patrum condemnantur quotidie nolẽtes credere de duodecim tribus Iſrael. Tribus autem Leui quæ tertiadecima eſt, ſubintelligitur in duodecim. qa in diuiſione terræ promiſſionis nõ accipiens partẽ, diuiſa eſt per duodecim tribus, quarũ decimas & oblatiões obtinuit. Aliter: Sedere in ſede ma
Hiero. ieſtatis, erit, in iudiciaria ꝑtãte regẽ gloriæ apparere. Sedere nãq; iudicantis eſt. Sedebunt ergo, id eſt, iudices apparebunt, q ad iuſtitiã
Dan. 12. erudiunt multos, fulgentes quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Erunt itaq; meritorũ dignitate ſuper duodecim ſedes. i. ſuꝑ uniuerſitatẽ bonorum, quos in Chriſto docuerint. Duodenarius enĩ uniuerſitatẽ ſignificat, ſicut & ſeptenarius: cuius (partes. i. tria & quatuor) altera per alteram multiplicatæ, duodecim fiunt. Quod ergo minus à Iudæis putabatur, contẽptores euangelij de duodecim tribubus Iſrael, nedũ cæteras gentes, cõdẽnabunt doctores ſancti in die iudicij.

M. 198. II R. 110. L. 211.

AMen dico uobis, omnis qui reliquerit domum aut parentes, uel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorẽ, aut filios, aut agros propter regnum cælorum & nomen meũ & propter euangelium: centuplum accipiet, nunc in hoc tempore domos & fratres & ſorores & matres & filios & agros cum perſecutionibus, & in futuro ſeculo uitam æternam poſſidebit.

Hiero. Beda. Senſus eſt, Qui pro ſaluatore oẽs diuitias dimiſerit, & carnis affectus cõtẽpſerit, in ſpiritualibus centuplũ accipiet, quæ cõparatiõe carnaliũ & merito ſui, ita erũt qſi paruo numero centenari⁹ comparetꝰ. Qui enĩ propter regnũ dei tẽporalia ſpernũt, etiã in hac uita perſecutiõibus plena, eiuſdẽ regni gaudia fide certa deguſtabũt, & oĩm electorũ ſyncera dilectiõe fruuntꝰ. Cũ igitꝰ à conſortib us propoſiti ſui multo gratiorẽ recipiãt charitatẽ, oia ſpũali glutino colligatõe tanq̃ ſua credũt, qa multitudinis credentiũ erat cor unũ
Actu. 4. & anima una, nullusq; egẽs erat inter eos. In cõtinentia etiã cõiugali maior eſt ſuauitas in honore ſctificatiõis, quã in laſciuia carnis præbeatꝰ. Myſtice, pater eſt diabolus, mater
Chryſo. ignorãtia, ꝑ quã diabolus generat filios. frẽs & ſorores, ſunt ſocij & ſociæ erroris. Si credat ille q fuit ſacerdos gentilis, relinqt idololatriã qſi cõiugẽ ſuã, ꝑ quam gñabat filios & filias. Si crediderit magiſter cuiuſlibet ꝓfeſſionis malæ, relinquẽs ipſam ꝓfeſſiõem, qſi agrũ fructiferũ relinqt. Relinquẽs dignitatem ſecularẽ, qſi domũ ſe adumbrantẽ deſpicit. Relinquentẽ ſorores, ſuſcipiunt gr̃æ dei qſi chariſſimæ ſorores. Nec alia ſoror ſic dulciter complectitur fratrem, ut gratia dei animam ſanctam.

M. 199. II R. 111. L. 212.

MVlti autem erunt primi nouiſſi, & nouiſſimi primi.

Multi prius feruent, poſtea torpent: multi prius frigidi, ſubito inardeſcunt. Vide Iudam in apoſtatam uerſum de apoſtolo, & latronem in cruce factum cōfeſſorem. Aliter: Multi in ſeculo deſpecti, in futuro ſunt glorificandi, apud homines alij glorioſi, in futuro dānādi: Vel gētiles q diu ſine lege uixerant, ad fidē ſunt uocādi, Iudæi excæcādi. L. $\frac{192}{x}$

AVdiebant aūt oīa hæc phariſæi, q erant auari, & deridebāt illū.

Diſputantem de contemptu mundi deridebant, cum lex ſuis obſeruatoribus bona terræ promitteret: non attēdentes quia in lege carnalibus minora, in euangelio ſpiritualibus maiora iure præcipiuntur.

Et ait illis: Vos eſtis qui iuſtificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda ueſtra. quia quod hominibꝰ altū eſt, abominatio eſt añ deū.

Coram hominibus ſe iuſtificant, qui peccatores contēnūt, & ſe iuſtos eſſe aſſerūt, eleemoſynarū remedia negligētes. Sed hęc auara altitudo quam iuſte damnanda ſit, in ſequenti exēplo docet ille, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſi-
1.Cor.4. lia cordium. L. $\frac{196}{x}$

Caput CVII.

ITerum dixit: Homo quidā erat diues, & induebat purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide.

IN diuitijs notatur concupiſcētia oculorum, in precioſis ueſtibus ſuperbia uitæ, in ſplendida epulatione concupiſcentia carnis. Idcirco diues iſte quaſi ignotus apud de-
Aug. um, nomine non deſignatur. Quę eſt iſta auiditas, cum ipſæ beluæ modum habeant? Tūc enim rapiunt, quando eſuriunt: parcunt uero prędę, cum ſentiunt ſaturitatem. Inexplebilis eſt auaritia diuitum: ſemper rapit, & nūquam ſatiatur. nec deum timet, nec hominē reueretur. Non patri parcit, non matrē agnoſcit, non fratri obtemperat, nō amico fidem ſeruat. Viduam opprimit, pupilli rem inuadit. Quæ eſt hęc inſania, acquirere aurum & perdere cælum? Hic tamen diues non abſtu-
Beda. liſſe aliena reprehēditur, ſed propria non dediſſe; quamuis in lege non tenacia, ſed rapina damnetur. Conchulæ marinæ ferro circumciſæ, lachrymas purpureas emittunt, quibus lana tingitur. unde purpura texitur. Byſſum uero genus eſt lini candidiſſimi & molliſſimi, qđ grçci papatem uocant.

Et erat quidam mēdicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, hulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebāt, & lingebāt hulcera eius.

Nec à ſe ciues remouere poterat, nec ullus tator erat qui remoueret. Nota cum parabolæ ꝓpria non ponant noīa, & dñs per humilitatis approbationē pauperis huius nomen dicat, nō parabola, ſed rei geſtæ narratio hęc eſt. Mēdici huiꝰ hulcera diues faſtidioſus exhorret, ne inter ꝓcioſas epulas unguētatosq́ conuiuas fœtorē hulcerū lambentibus canibus ſuſtineat. Cum ergo añ ianuam iaceret, & ex uiſione pauperis diuiti non miſerenti cumulus damnatiōis infertur, & rurſum ex uiſione diuitis tentatus quotidie pauper ꝓbatur. Quem ad maiorem ipſius ꝓbationem paupertas ſimul & ægritudo, & uiſa diuitis copia, & nulla ſibi adhibita conſolatio, affici unt. Cauendum ergo ne pauperes deſpiciamus, & ſi qua in eis reprehēſibilia uidemus, quia fortaſſe quos morū infirmitas uulnerat, medicina paupertatis curat.

Chryſo.

Ambr.

Beda.

Factum eſt autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrææ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.

Sinus Abrææ, requies eſt beatorū pauperū, ſepultura inferni, ſupbis & immiſericordibꝰ profunditas eſt pœnarū. Vnde Gregorius decimo in Iob: Nō iuſtorū aīas ad infernū dicimus deſcendiſſe, ut in locis pœnalibus tenerentur, ſed ut in ſuperioribus requieſcerēt. Idem tertiodecimo: Tædiū quo iuſti deſiderabāt uidere ſaluatorem, uocat Iob tenebras, ubi ait: In tenebris ſtraui lectulum meū. Idē in octauo: Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendit. Ac ſi aperte loqueretur Iob, dicens: In
Iob.17. altum currēdo deficit, qui ſuperbiendo ad inferiora tendit. Quem ſi ſemel culpa ad pœnā pertrahit, miſericordia ulterius ad ueniam non reducit.

Eleuatus autem oculos ſuos, cum eſſet in tormētis, uidit Abraam a longe & Lazarum in ſinu eius.

Beda. Cum dicamus Abraam ſecūdum fidē patrem noſtrum, cœtus credentium liberatorem expectantiū, ſinus erat Abrae: ad quem miniſterio angelorum directus fuit Lazarus, de mendico diues factus. Infideles aūt iuxta uarietatem culparum, per diuerſas manſiões in imo pœnarū poſiti, fideles ſuper ſe in requie à longe conſpiciunt, quia illuc per meritum non attingunt.

Et ipſe clamans, dixit: Pater Abraā, miſerere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremū digiti ſui in aquā, ut refrigeret linguam meā, quia crucior in hac flamma.

Sicut diuinitas figurate per tranſlationē oculos, linguam, digitos, cæteraq́ humana membra dicitur habere, ita animæ à corporibus ſeparatæ. Petit ergo diues linguam ſuā refrigerari. i. pœnā quā cum lingua ſua meruit, relaxari. In conuiuijs enī quia loquacitas ſolet abundare, perhibetur diues ex lingua grauius ardere. Optat igitur ab extremo digiti ſe tangi. i. operatione iuſtorū uel ultima recreari: & ſic per aquā uiuam gratię dei, miſericorditer ſibi ſubueniri.

Et dixit illi Abraam: Fili, recordare quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nūc autem hic conſolatur, tu uero cruciaris.

Torquetur ante iudicium, quia luxurioſo carere delicijs pœna eſt. Abraam cæteriq́ patres fideles, nequaq̄ ſecundum carnem filios à tormentis liberare ſtudent, quos à fide deuiaſſe conſiderant. Forte diues iſte aliquid boni habuit, quo felicitas tranſeuntis uitę remunerauit: & Lazarus aliqd mali, ſed ignis inopię purgauit. Vel in hoc recepit bona, qa omne ſuū gaudium felicitatem tranſitoriam putauit. Iuſti uero & ſi mundana bona habeant, qui ad æterna ſanctis deſiderijs æſtuant, quę aſſunt, minime bona uidentur.

ET in his omnibus inter nos & uos chaos magnū firmatū eſt, ut hi qui uolūt hinc tranſire ad uos, nō poſſint, neq́ inde huc tranſmeare.

Chaos ſiue chaus, ut ueteres codices habent, ſignificat perpetuā diſſimilitudinem inter bonorū malorumq́ uoluntates. quia poſt mortem nequeunt merita mutari. Nō eſt dubium quin reprobi à pœnis tranſire cuperent, ſicut adhuc faciunt, ad ſortem beatorū. Tranſire autem iuſtorum, eſt mente ire per miſericordiam ad poſitos in tormētis, eosq́ uelle liberare. Sed non poſſunt, quia iuſtorū animę, quāuis in ſuæ naturæ bonitate miſericordiam habeant, tanta tamen rectitudine autoris ſui conſtringuntur, ut nulla compaſſione ad reprobos moueantur. Aliter: Iuſti tranſire uolunt. i. exiſtimantur à multis tranſire uelle ad illos pſertim eripiēdos à pœnis, qui eis in hac uita maiori affectu iungebant.

Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domū patris mei. habeo enī quinq́ fratres, ut teſtetur ne & ipſi ueniant in locum hunc tormentorū.

Poſtq̄ ardenti de ſe ſpes tollitur, animus ad propinquos recurrit: quia reproborū mētem pœna ſua inutiliter erudit quandoq́ ad charitatem, ut iam tunc ſuos etiam ſpiritualiter diligant, qui hic dum peccata diligerent, nec ſe amabant. Seruatur ergo diuiti ad pœnam & cognitio pauperis quem deſpexit, (Grego.) & memoria fratrum quos reliquit. Et boni ſiquidem bonos & mali malos, & boni malos, & mali cognoſcent bonos. In qua uicq cognitione utriuſq; partis cumulus retributionis excreſcit, ut & boni amplius gaudeant, quia ſecum eos lætari conſpiciunt quos amauerunt. & mali dum cum eis torquentur, qs illi hoc mūdo dilexerunt, eos nō ſolū ſua, ſed etiam eorum pœna conſumat. Fit autem in electis quiddam uenerabilius, quia non ſolum eos agnoſcunt quos hic nouerāt, ſed uelut uiſos ac cognitos recognoſcunt bonos quos nunquam uiderunt.

Et ait illi Abraam: Habent Moyſen & prophetas, audiāt illos. At ille dixit: Non pater Abraam; ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiā agent.

Diues iſte, ſerus magiſter incipit eſſe, cum iam nec diſcendi tempus habet, nec docēdi. Et quia uerba dei deſpexerat, hæc audire nō poſſe ſuos ſequaces æſtimat.

Ait autem illi: Si Moyſen & prophetas non audiunt, neq́ ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. (Ambr.)

Beda. Qui uerba legis deſpiciunt, reſuſcitato credere renuent. Iſte diues Iudaicum populum ſignificat, qui cultum uitæ exterius habuit, & acceptæ legis delicijs inutiliter uſus fuit. Lazarus hulceribus plenus, gentilis eſt populus. qui dum cõuerſus ad deum peccata confitetur, uirus quod intus latebat, quaſi rupta cute foras emittit. Lazarus cupiebat micas diuitis, & nemo illi dabat: quia gentilem populum ſuperbus Iſrael deſpiciebat. Qui dum de doctrina legis quaſi de acceptis opibus tumuit, uerba fluebant ei de ſciẽtia quaſi micæ cadentes de menſa. Canes in ſacro eloquio ſolent intelligi prædicatores: qui dũ peccata confitentes uulnerũt, quaſi uulnus mentis per linguam tangunt: et dũ loquendo à peccatis corripiunt, ad ſalutẽ reducunt, ſicut canes curant uulnera, dũ ea tangunt lingua. Vnde bene Lazarus interpretatur adiutus, quia illi gentiles adiuuant, qui eorũ uulnera p linguæ correctionẽ curant. Põt etiam per lingua lectionem canũ, lingua ſignari adulantiũ, qui uulnera lingunt, dũ mala noſtra improbo fauore attollunt. Abrahæ ſinus ſignificat cælorum requiẽ, in qua recumbent uenientes ab oriente & occidente cũ Abraam & Iſaac &

Mat. 8. Iacob. ſed filij regni huius, purpura & byſſo induti, foras ejcient. Infidelis populus legẽ in ore tenuit, ſed opere ſeruare contẽpſit: & ideo ibi amplius ardebit. Diues in hac uita guttã aquæ mendicans, in altera dicit ſe habere quinq; fratres. qa iudaicus populus ex magna iam parte damnatus, nouit ſequaces ſuos ſuper terrã relictos, quinq; libris Moyſi carnaliter intellectis, uel quinque ſenſibus

Aug. corporis deditos. Quõigitur in quinq; uir-

Mat. 25. ginibus & in centũ quinquaginta tribus piſ-

Ioh. 21. cibus innumera multitudo ſanctorũ intelligitur: ita in quinq; fratribus diuitis, multa millia populi Iudæorũ intelligũtur, quos ad ſpiritualem intelligentiam non aſſurgere gemit.

Beda. Optat igitur ad eos mitti Lazarum, ſiue alium de fidelibus. ſed et nõ crederẽt, ſi Moyſen & prophetas non audiunt. Ex mortuis dominus reſurrexit, ſed Iudaic⁹ populus qa Moyſi non credidit, domino credere contẽpſit. Cumq; Moyſi uerba ſpiritualiter intelligere renuit, ad eum quem prædixerat Moyſes, non peruenit. Vnde ueritas: Si crederetis

Ioh. 5. Moyſi, crederetis utiq; & mihi. L.

Caput CVIII.

DIcebat autem ad diſcipulos ſuos: Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum, & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius.

NVnc ad auaros ſuperbósq; phariſæos, nunc ad diſcipulos illis audientibus loquitur dñs, ut reſipiſcant. Villicus proprie gubernator & cuſtos uillæ eſt, unde & à uilla nomẽ accepit. Hic uero ponit pro œconomo. i. diſpenſatore, q ſcilicet uniuerſam ſubſtantiam domus diſpenſat. Oeconomos enim, tam pecuniæ quã frugũ & omnium quæ dominus poſſidet, diſpenſatorẽ ſignificat. Villicus ergo eſt, cui deus aliqs pecunias ad erogandũ cõmiſit. Diſſipat igitur, uel dum male congregat, uel quando non bene expendit. *Hiero.*

Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ. Iam enim non poteris uillicare.

Vocat deus, qñ incutit timorem æternæ damnationis. Reddit homo rationẽ, ſi cogitans uillicationẽ cum iſta uita finiendam, magis de acquirẽdis amicis quàm de congregãdis diuitijs tractat.

Ait autem uillicus intra ſe: Quid faciã quia dominus meus aufert a me uillicationem? Fodere non ualeo, mẽdicare erubeſco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a uillicatione, recipiant me in domos ſuas.

Ablata uillicatione, fodere non ualemus: quia poſt hanc uitam non licet nobis inquirere fructum bonæ conuerſatiõis ligone deuotæ compunctionis. Mendicare confuſionis eſt, eo modo quo fatuæ uirgines mendicabãt. Domus ſanctorum, quibus tempore huius uillicationis miſericordiam impendimus, cæleſtes mãſiões ſunt in domo pris. *Beda.* *Mat. 25.*

Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus dñi ſui, dicebat primo: Quantũ debes domino meo? At ille dixit: Cẽtum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam & ſede, cito ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta.

Accipe literas, ſubaudis in quibus debitũ ſcripſeras. Cautio ẽ, undecunq; cauet cõtra iniuſtitiã, ut iuſtitia teneat. Cad⁹ græce, amphora ẽ cõtinẽs urnas tres. cor⁹ uero modijs triginta cõplet. Qđ autẽ uni medietas, alteri

quinta pars dimittiẽ: ſimpliciter acceptũ, docet quia omnis qui indigentiã cuiuſlibet pauperis ſanctorum uel ex dimidia, uel ex quinta parte releuauerit, certa miſericordiæ ſuæ mercede donandus ſit. Vel ſic accipiatur, ut cum Iudæi decimas dicant debere dari ſacerdotibus & leuitis, nos ſuper iuſtitiã eorũ abundantes iuſtitia Chri, demus medietatẽ bo-
Luc. 19. norũ nroꝶ, ſicut & Zachæ9 fecit, nõ ſolũ de fructib9 ſed de oĩbus bonis ſuis. Aut certe duplicem9 illoꝶ decimas, eccleſiæ dãdo gratias.

Et laudauit dominus uillicũ iniquitatis quia prudẽter feciſſet, quia filij huius ſeculi prudẽtiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.

Cuius quiſq; opera agit, ei9 & filius dicit. Vnde boni, ſunt filij lucis æternę: mali uero,
Iſai. 5. filij ſeculi. i. tenebrarũ, de quibus * Salomon ait: Vę qui ſapientes eſtis in oculis ueſtris, & corã nobiſmetipſis prudentes. In hoc diſpẽſatore non debemus exẽplũ ad imitandũ ſumere, ut uel domino fraudem, uel de fraude eleemoſynã faciamus, ſed interdum ſimilitudines e contrario ducuntur, ut hic & de iudice iniquo, unde Lucas in ducenteſimo tertiodecimo capitulo. Si ergo dominus diſpẽdium paſſus, tamen laudat prudentiã diſpenſatoris, non quod aduerſus eum fraudulenter, ſed ꝓ ſe prudenter egerit, multo magis Chriſtus q nullum damnum ſuſtinere poteſt, & pronus eſt ad clementiam, laudabit diſcipulos ſi ad ei9 præceptũ miſericordes fuerint. Vnde ſequitur:

Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cũ defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.

Hiero. Mãmona Syroꝶ lingua diuitiæ nũcupantur, & iniqtatis additũ eſt, qꝛ de iniqtate collectæ ſint. Vnde uulgata ſentẽtia dicitur, q diues aut eſt iniquus, aut hæres iniqui. Docet ergo de diuitijs iniquitatis amicos facere
Albi. nõ qſlibet pauperes, ſed eos qui nos poſſint recipere in cæleſtes mãſiones. Vel ita: Faciam9 amicos de iniquo mãmona, ut largiẽdo
Grego. pauperibus, angelorũ nobis cęteroꝶq; ſanctorum grãm coparemus. Hoc qdam male intelligẽdo, rapiunt ut quaſi bene diſpẽſent, ſed grauant potius q̃ adiuuent. Hoſtię eñ impiorũ abominabiles. Hinc per * Salomonem
Eccle. 34 dicit: Qui offert ſacrificiũ de ſubſtantia pauperis, quaſi q uictimet filium in cõſpectu pr̃is.

Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.

In minimo eſt fidelis, q habet uiſcera pietatis & opa miſericordiæ, dando eleemoſynas & diligẽdo * proximos. In maiori eſt fidelis, q oĩo adhæret creatori, & unus ſpũs cum eo deſiderat effici. Qui eñ frem non diligit quẽ uidet, nec miſeret egeni, quõ diliget deũ quẽ nõ uidet, & quõ ſeipm deo tribuet? Beda. *paupes 1. Ioh. 4.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod uerũ eſt, quis credet uobis?

Diuitiæ mundi undecũq; congregentur, mãmona iniquitatis dicuntur. & fallunt, q uel deſerũt, uel deſerũtur. Cęleſtes uero & ſpiritales diuitiæ ueræ ſunt, quas cum habuerimus, perdere non poſſumus. Aug.

Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod ueſtrum eſt, quis dabit uobis?

Seculi facultates ſunt à nobis alienę, id eſt, Albi.
extra naturã noſtrã ſitę. Nihil eñ intulim9 in 1. Ti. 6.
hunc mundũ, & nihil hinc auferemus. Noſtra autem ſunt, q̃ proprie homini deputata ſunt. Chriſtus noſter eſt, quia uita eſt noſtra. & ideo beatus cuius eſt dñs deus eius. Pſal. 143.
Virtutes noſtræ ſunt, quia teſte Salomone, redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ eius. Pro. 13.
Demus ergo aliena, ut ſuſcipiamus noſtra: præbeamus parua, ut recipiamus magna: ſeminemus in benedictione, ut metamus benedictionem. Qui enim parce ſeminat, parce & 2. Cor. 9.
metet. Theophilus Antiochenus, qui quatuor euangeliſtarum in unũ opus dicta compinxit, hęc ſuper hanc parabolam in ſuis cõmentarijs eſt locutus: Diues habẽs uillicum uel diſpenſatorẽ, omnipotẽs eſt. Huius diſpẽſator fuit Paulus, legẽ dei diſcẽs à Gamaliele. Qui cum cępiſſet chriſtianos perſeq, & domini ſui ſubſtantiã diſſipare, correctus eſt à domino, audiẽs: Durũ eſt tibi cõtra ſtimulũ calcitrare. Dixitq; in corde ſuo: Quid faciã? Acts 9.
Magiſter fui & uillicus, nunc cogor eſſe diſcipulus & operarius. Fodere nõ ualeo, mãdata eñ legis terræ incũbẽtia, deſtructa ſũt. Mẽdicare erubeſco, ut q doctor fuerã Iudæoꝶ, nũc incipiã doctrinam ſalutis mendicare ab Anania. Faciam igitur ut me recipiant Chriſtiani, cum eiectus fuero de uillicatione mea. Cœpitq; eis qui prius uerſabantur in lege, & ſic in Chriſtum crediderãt, ut arbitrarentur ſe in lege iuſtificandos, dicere legem abolitam, ꝓphetas præteriſſe: & quæ antea pro lucro fuerant, reputari in ſtercora. Vocauit itaque duos de plurimis debitoribus. Primum, qui debebat centum cados olei, congregatos uidelicet ex gentibus, dei miſericordia indigentes. Et de cẽtenario numero

qui plenus eſt & perfectus, fecit ſcribi quin-
quagenarium, qui proprie pœnitẽtium eſt,
iuxta iubileum annum & illam parabolam,
Lucæ.7. in ſeptuageſimoquarto capitulo Lucæ, in q̃
alteri quingenti, alteri debitori quinquagin
ta denarij remittuntur. Secundum autẽ uo-
cauit populum Iudæorum, qui tritico man-
datorum dei nutritus erat, & debebat ei cẽ-
tenarium numerum. & coegit ut de centum
faceret octoginta, id eſt, crederet in reſurre-
ctionẽ domini octaua die factam, octogin-
ta enim completur de octo decadibus, & de
ſabbato trãſiret ad primam ſabbati. Ob hãc
cauſam à domino prędicatur benefeciſſe, q̃d
de legis auſteritate mutatus ſit in euangelij
clementiam. Quod ſi quæſieris, quare uoce
tur uillicus iniquitatis in lege dei, ſcias quia
iniquus erat uillicus, qui bene quidem offe-
rebat, ſed non bene diuidebat, credens in pa
trem, ſed filium perſequens: habens deum
omnipotentẽ, ſed ſpiritumſanctum negans.
Prudentior itaq; fuit Paulus in tranſgreſſio
ne legis, filijs quondam lucis, qui in lege uer
ſati, Chriſtum qui dei patris uerũ lumen eſt,
perdiderunt. Si autem de mammona iniqui
tatis bene diſpenſato, recipiuntur in æterna
tabernacula: quanto magis ſermo diuinus,
in quo nulla eſt iniquitas, qui apoſtolis cre-
ditus eſt, bonos diſpenſatores leuabit in cæ-
lum? Quamobrẽ qui fidelis eſt in minimo, i.
in carnalibus: & in maiore fidelis erit, id eſt,
in ſpiritualibus. Qui autem in paruo iniquus
eſt, ut nõ det fratribus ad utendum, quod à
deo pro omnibus creatum eſt: iſte & in ſpi-
rituali pecunia diuidenda iniquus erit, ut nõ
pro neceſſitate, ſed pro perſonis doctrinam
domini diuidat. In minimo fidelem eſſe, ma-
Auguſt. gnum eſt. Nam ſicut ratio rotunditatis (id
eſt, ut à puncto medio omnes lineę pares in
extrema ducantur) eadẽ eſt in magno diſco,
quæ in nummulo exiguo: ita ubi parua iuſtę
geruntur, non minuitur iuſtitię magnitudo.

L. 92.

ILle autẽ ſeruus qui cognouit uo
luntatem domini ſui, & non præ-
parauit, & non fecit ſecundum uolũ
tatem eius, uapulabit multis.

Beda. Multi exiſtimantes ſe minus uapulaturos,
ſi neſciant quid operari debeant, auertũt au-
rem ne audiant ueritatem. Sed cum poſſent
ſcire, ſi uellent ſtudium adhibere, non neſci
entes, ſed contemptores iudicantur.

Qui autem non cognouit & fecit
digna plagis, uapulabit paucis.

Non cognoſcere dicendus eſt, qui appre
hendere uult, ſed non ualet. Merito ergo mi
nus punitur, cui minus commiſſum eſt. Qui
enim ignorans peccat, in nocte peccat: qui
uero ſciens, tanquam in die peccat. Viui er-
go deſcendũt in infernũ, qui ſcienter peccãt.

Omni autem cui multum datum eſt,
multum quæretur ab eo: & cui com
mendauerunt multum, plus petent
ab eo.

Ordo uerborum eſt: Ab omni autem cui M.
multum datum eſt, multum quæretur. Qua- Beda.
re adiecit, & cui commendauerunt multum,
ſubaudis diuina iudicia, niſi quia per hoc ex-
ponit quæ prædixerat? Vel forte utrunque
ordinem, & rectorum uidelicet & ſubdito-
rum, innuit. Multis ſubiectis ſæpe datur &
cognitio dominicæ uoluntatis, & facultas
implendi. Prælatis autem committitur cum
ſua ſalute cura paſcendi gregis. Itaq; poten- Sapiẽ.6.
tes potenter tormẽta patientur, hoc eſt, ma
iori gratia donatos, ſi deliquerint, maior uin
dicta ſequetur. Mitiſſima autem pœna erit
eorum, qui originali peccato proprium pec
catum non addiderunt. & in illis qui addide
runt, tanto tolerabilior erit damnatio, quan-
to hic minorem habuerint iniquitatem.

L. 160. M. 91.

IGnem ueni mittere in terram. &
quid uolo niſi ut accendatur?

Neſcitis quia uolo ut ignis diuinus in cor
dibus fidelium accendatur & ardeat? Ne ſi-
tis igitur ſicut ſeruus qui ſcit uoluntatem do
mini & non facit, ſed ex charitate in minimo
& in maiori fideles eſtote. Ignem dicit ſpiri- Beda.
tusſancti feruorem, qui ſecreta cordis illumi
nans, uitia quaſi ſpinas & tribulos combu-
rit, aurea uaſa probando & meliorando: li-
gna, fœnum, ſtipulam conſumendo.

Baptiſmo autem habeo baptizari. et
quomodo coartor uſq; dum perfi-
ciatur?

Veni, inquit, ignem mittere in corda cre-
dentium, ut terrena deſpiciant, ſuperna ap-
petant, ſpirituſancto inflammãte. ſed ad hoc
prius habeo baptizari, hoc eſt, tingi & pfun
di baptiſmo i. tinctione ſubaudis mei ſangui
nis. Quod eſt dicere: Anteq̃ mittam ſpm̃ ſan
ctum, dabo me crucifigendum. Vnde illud:
Non erat ſpiritus datus, quia nondum Ieſus Iohã.7.
fuerat glorificatus. Coartor multũ uſq; dum
perficiatur ipſa paſſio. ſed nihil me poteſt co
gere, quin fiat quod fieri ſtatui de me. Qui-
dã codices habent, angor, pro coartor. Qui
in ſe nihil habebat unde doleret, noſtris tñ

angebatur ærumnis, ut ſe crucifigi dimitteret. M. x.

Caput CIX.

Simile eſt regnum cælorum homini patriſamilias, qui exijt primo mane conducere oparios in uineã ſuã.

Grego. Regnum cælorum(id eſt, Chriſtus) comparatur patrifamilias, qui primos fecit nouiſſimos, & nouiſſimos primos. Ipſe enim Chriſtus uerus paterfamilias, totius hũani generis curam habens, omni tempore uniuerſos ad culturam uineæ uocat. Qui quando non agnoſcitur, in ſecreto eſt: ſed quando agnoſcitur, exit conducere operarios, ex occulto procedẽs ad notitiam. Vinea autem eſt eccleſia, quæ ab Abel iuſto uſq; ad ultimum electum quaſi tot palmites mittit, quot ſanctos profert. Operarij uero ſunt prædicatores & unuſquiſq;, dum fide recta perſiſtit in diuinæ legis obedientia.

Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in uineam ſuam.

Remigi. Conuentio fuit confirmata promiſſio, q̃d ad imaginẽ dei reformandi eſſent, ſi eccleſiã ædificando decalogi mandatis inſiſterẽt. In denario igitur figurã regis habẽte, qui olim pro decem nũmis cõputabatur, & obedientiæ præmium, & quia ex decalogi obſeruantia operarijs datur, manifeſte ſignificatur.

Et egreſſus circa horã tertiam, uidit alios ſtãtes in foro ocioſos. & dixit illis: Ite & uos in uineã meã. & q̃d iuſtum fuerit, dabo uobis. Illi aũt abierunt.

Chryſo. Per forũ mundus accipitur, in q̃ calũniæ, iniuriæ, contentiones, diuerſorũ negociorũ difficultates ſemper tumultuoſæ, et ubi oia uenalia ſunt. Peccatores dicũtur mortui, nõ ocioſi. Sicut enim ſurdus apud deum dr̃, qui non audit quæ dei ſunt, ſed quæ diaboli: cæcus, per cuius oculos diabolus uidet, nõ deus: ſic qui diabolo uiuit, mortuus eſt deo. Raptor nõ eſt ocioſus, ſed mortuus. Ebrioſus, fornicarius, non ſunt ocioſi, ſed mortui. Ille aũt qui nihil tollit, eſt ocioſus, niſi de ſuis det impotentibus. Vis non eſſe ocioſus? Nihil tollas, & de tuis des pro deo, & non tibi uiuas, ſed deo. Vis non eſſe ocioſus? Ieiuna, & da pro deo quod manducare debes & bibere. Vis non eſſe ocioſus? Si ſine uxore es, ne quæſieris uxorem, ſed operare uitem caſtitatis. Si dicis, non poſſum abſtinere, oſtẽdo tibi ut & uxorem habeas, & caſtitatis uitem colas. Abſtine te à mẽſtruata & à prægnante. erubeſce facere quod animalia non faciunt. Vt quid ſeruus accipiens mnam à domino ſuo, audiuit: Serue nequam? & ut q̃d miſſus eſt in tenebras? quia nihil lucratus eſt de ea. Si ergo ille nõ erit impunis in die iudicij, qui ocioſus ſtetit in foro, quid faciet peccator & mnam ſuam perdens?

Iterum autem exijt circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter. Circa undecimam uero exijt, & inuenit alios ſtantes, & dicit illis: Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicũt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineam.

Hieron. Prima hora uolunt Adam miſſum in uineam, & reliquos patriarchas uſq; ad Noe. Tertia ipſum Noe, & reliquos uſq; ad circũciſionem Abrã. Sexta ab Abraam uſque ad Moyſen, quando lex data eſt. Nona, Moyſen & prophetas. Vndecima, apoſtolos & gentium populum, qui prius tota die ſtabat ocioſus, id eſt, omni tempore pro ſalute laborare negligens. Lex quidem conduxerat Iſrael, dicens: Hoc fac, & uiues, ſed gẽtes nemo conduxit. Debitum namq; erat, per orbẽ terrarum euangelium prædicari, & gentes fidei iuſtificatione ſaluari. Aliter: Mane eſt pueritia. tertia, adoleſcẽtia proficiſcens in altum quaſi ſol. ſexta, iuuẽtus. nona, ſenect⁹. undecima, decrepita ætas. Videtur itaq; primæ horæ operarios eſſe, Samuelem & Ieremiam & Iohannem baptiſtam. Tertiæ illos, qui à pubertate deo ſeruire cœperũt. Sextæ, qui à matura ætate. Nonæ, qui iam declinãte ætate ad ſenium. Vndecimæ, qui ultima ſenectute. Torpentes ergo uſq; ad ultimã ætatem, recte increpantur de ocio, ut uel in ultimis reſipiſcant. nullus quippe conduxit tales, licet eis uitæ uias prædicaret, quia ſolius dei eſt intus docere, cui nondum obedierũt.

Hilarius

Grego.

Cum ſero autem factum eſſet, dicit dominus uineæ procuratori ſuo.

Chryſo. Hoc eſt, uel pater dicit filio, uel filius ſpiritui ſancto.

Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouiſſimis uſque ad primos.

Conſidera quia ſero, non alio mane red-

dit mercedē. Ergo adhuc ſtante ſeculo iſto, iudicium erit propter duas rationes. primū, quia uentura beatitudo eſt merces iuſtitiæ: deinde, ne peccatores uideāt beatitudinem, dicente propheta: Tollatur impius ne uideat gloriam dei.

Cum ueniſſent ergo qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt ſingulos denarios.

Auguſt. Quamuis felicitatem reſurrectionis oēs iuſti ſimul accepturi ſint, tamen quia alij accipient poſt unam horam, alij poſt multas: illi dicuntur priores accipere, qui poſt modicū temporis accipiēt. Itaq; nouiſſimi in labore, erunt primi in præmio: & primi in labore, nouiſſimi in præmio. Et quia denarius ille uita æterna eſt, æquales erunt in illa mercede primi, ſicut Abel, Noe, tanquam prima uel tertia hora uocati ad regnum. & nouiſſimi, qui ab aduētu corporeo domini quaſi in undecima hora ſine aliqua tarditate perueniunt. Meritorum quidem diuerſitate fulgebunt, alius magis, alius minus. ideoq; paterfamilias promiſit ſe daturum ſingulis quod iuſtum fuerit. Veruntamen æqualis erit uita æterna omnibus, nulli longior uel breuior, quia non habebit finem. Aliter: Sero factum
Grego. eſt, cuicunq; finis uitę uenit. A nouiſſimis paterfamilias denarios reddere cœpit, qui ad paradiſi requiem prius latronem quàm Pe-
Luce. 23. trum perduxit. Qui latro & ſi per ætatem nō uenit ad undecimā, uenit tamen ſero per pœnam. Sic aliquando prius remunerantur ſero uenientes, qui prius de corporibus exeunt, quàm qui in pueritia uocati ſunt.

Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi. Acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.

Remigi. Eandem ſcilicet æternitatem cum gentibus iuſtificatis accipient retro uocati, cōformati corpori claritatis Chriſti. Cum tamen primo uenirent, quia populus dei ab initio extiterant, arbitrati ſunt quod gentes prius idolis ſeruientes, minus eſſent accepturæ.

Et accipientes, murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi una hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus?

Grego. Antiqui qui poſt longa inferni tempora ad cælum peruenerunt, quaſi poſt murmurationem denarium accipiunt. Nos autem ſine murmuratione: quia mox ut de corpore eximus, ſine mora præmium accipimus. Et notādum quia denarius iſte non totus in ſimul accipitur: ſed ueri cultores ſpiritualis uineæ in hac uita centuplum, deinde cælum, & poſt iudicij remunerationem duplicē ſtolam habebunt. Denarium igitur accipiētes, non ex inuidia gratiæ murmurant aduerſus nouiſſimos operarios, ſed ex ignorātia ſecretorum aduerſus patremfamilias. Talis ergo eſt piæ ſuperiorum inquiſitionis murmuratio: Quid cauſæ eſt, quod tam diu diſtuliſti ignem cæli in terram mittere & accendere? Aut quare ad hoc tempus nō reſeruaſti nos, uel nouiſſimi cur tempora noſtra nobiſcum non habuerunt? aut unde fit, quòd nouiſſimi non habuerūt tēpora noſtra, & nos tempora nouiſſima? Quare etiam diſpari uocatione par datur præmium? Et plurima in hūc modum conquiruntur. Pondus ſignificat *Chryſo.* opus iuſtitiæ, ęſtus concupiſcentiam ſeculi. Hoc ideo dicitur, quia olim omnibus bonis mundus proſperabatur. Et ideo qui tunc fuerunt, cum maiori difficultate iuſtitiam ſeruauerunt: quia felicitas mundi, impedimentum eſt animæ. Multum ergo tunc erat bonus, qui iuſtus poterat eſſe. Multū uero malus, qui nō fugit ad deum, cum pluribus aduerſitatibus premi uideat mundum. Pondus etiam poſſunt intelligi oneroſa mandata legis. æſtus uero, urens error tentationum, q̄s conflabant ſpiritus maligni in antiquos, ad æmulationem gentium eos irritantes.

At ille reſpondēs uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario cōueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & uade.

Vni dicitur reſpondiſſe, quia par erat in omnibus murmurādi occaſio. Amicus iſte, protoplaſtus intelligitur & illo tempore credentes. Cum dicit, ex denario, tale eſt quaſi dicat: Mercedem promiſſam recepiſti, hoc eſt, imaginem & ſimilitudinem meam. nec alterius conſortio minuitur tibi præmium meriti. Quaſi quæris amplius? Vade, id eſt, perſeuera in adepta iuſtitia.

Volo autem & huic nouiſſimo dare, ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?

Volo ut coæqualis & concorporalis tibi *M.* fiat gentilis populus. Nonne poteſtas eſt iudicis, uel iuſtitiam facere, uel miſericordiam

cui uult impedere? Caue ergo ne occaſione bonitatis meæ inuido oculo proximum reſpicias. mihi autem ſoli inuiſibili, immorta-
I Tim. 1. li, ſeculorum regi ſecreta mea, honor & gloria in ſecula ſeculorum.

Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi.

Chryſo. Sic, uidelicet ut oſtenſum eſt, æquabuntur nouiſſimi & primi. Sicut enim in corona nec initium eſt nec finis, ita inter ſanctos quantum ad tempus, in illo ſeculo nemo nouiſſimus dicitur, nemo primus.

Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi.

Hoc non ad ſuperiores ſanctos, ſed ad *fidem gẽtes pertinet. quia plures ad * eccleſiam ueniunt, plures eccleſiæ parietes implent, ſed
M. ad regnum pauci perducuntur. Aliter: Nonnulli per primos intelligunt non ſolum bonos, ſed & quoſdam qui cœperunt in uinea, & non pſeuerauerunt. Hi ex inuidia nouiſſimorum murmurant, uelut illi qui in initio naſcentis eccleſiæ uocatis ex gentibus ſe ꝑferebant. Itaq; de communiter dictis quædam referũtur ad bonos, ut illud: Volo ſic ut tibi & huic nouiſſimo dare. Ad alios uero falſo putantes denarium ſe accepturos,
Remigi. quædam pertinent, ut illud: Et accipientes murmurabant. Et deinde, An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Erunt, inquit, nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi, quia Iudæi de capite uertantur in caudam, & nos de cauda mutemur in caput. Vnde Moyſes in Deuteronomio: Aduena qui tecum moratur, aſcendet ſuper te, ille erit in
Deute. 28 caput, & tu eris in caudam. Quod tamen multi tam nouiſſimi quàm primi reprobentur, terribili ſententia ſubditur: Multi enim ſunt uocati ad fidem, pauci uero electi ad regnum.

L. 176.

Caput CX.

ET factum eſt, cum intraret in domum cuiuſdã principis phariſæorum ſabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

Beda. Hydropis morbus ab aquoſo humore uocabulum trahit. græce enim hydor, aqua uocatur. Eſt autem humor ſuccutaneus, de uitio ueſicæ natus, cum inflatione & anhelitu fœtido. Propriumq; eſt hydropici, quãto magis abundat humore inordinato, tãto amplius ſitire. Et ideo recte comparatur ei, quem fluxus carnalium uoluptatum exuberans aggrauat. comparatur & diuiti auaro, qui quanto eſt copioſior diuitiꝭs quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiſcit.

L. 177. M. 116. R. 15.

ET reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos & ad phariſæos, dicens: Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt.

Merito tacent, qui contra ſe dictum quicquid dixerint, uident. Si enim curare licet, cur obſeruant ſi ſabbatum ſoluerit? ſi non licet, cur pecora curant? Dixit dicens, talis poſitio eſt, qualis expectans expectaui, ſignifi- Pſal. 39.
cans perſeuerantiam loquẽtis, donec expleat quod intendit.

Ipſe uero apprehẽſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondẽs ad illos, dixit: Cuius ueſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die ſabbati? Et nõ poterant ad hęc reſpondere illi.

Ideo ante phariſæos hydropicum ſanat, & mox cõtra auaritiam diſputat, ut per eius ęgritudinem corporis, in illis exprimeretur ægritudo mentis: & corporalis exemplo curationis, diſcerent ſpiritualiter curari. Congruenter etiam hydropicum animali, quod cecidit in puteum, comparat. humore enim laborabat. Bos & aſinus ſapientes & hebetes ſignificant. uel bos populum ſignificat iugo legis attritum, aſinus gentilem populum, nulla ratione domitum, quaſi animal ſtolidum & brutum. Hos à puteo concupiſcentiæ ſaluator extrahit. omnes enim pec- Rom. 3.
cauerunt.

L. 178.

DIcebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco. ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi, da huic locum: & tunc incipias cum rubo-

re nouiſſimum locum tenere.

Intendens quomodo de primis accubitibus laborarent, uel intendẽs in doctrina ſua quomodo debeant accubitus eligere in eccleſia, docet humilitatem non ſolum apud deum, ſed etiam apud homines. Et quoniam hæc admonitio ab euangeliſta uocatur parabola, intuendum eſt quid ſignet. Nuptiæ ſunt cõiunctio Chriſti & eccleſiæ. unde Matthæus ait in ducenteſimo uiceſimoprimo capitulo: Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Ad has nuptias quilibet inuitatus, id eſt, eccleſiæ membris coniunctus: non diſcumbat in primo loco, hoc eſt, non extollat ſe gloriando de meritis ſuis, quaſi ſublimior cæteris. Studeat ueſte nuptiali ueſtiri, hoc eſt, uirtutum fulgore coruſcare, ſed cum humilitate. Honoratiori inuitato dat locum, qui de alijs meliora cognoſcens, quicquid de ſua operatione celſum ſentiebat, paruum reputat, & cum
Pſal. 87. propheta ſe humiliat, dicens: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus. Merito cum rubore pœnitens nouiſſimum locũ in eccleſia tenet, qui ſe ſuper alios exaltat plus quàm debet.

Sed cum uocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.

Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te, cum Pſal-
Pſal. 118. miſta dicẽs: Humiliatus ſum uſquequaque domine, uiuifica me ſecundum uerbum tuũ. Veniens dominus ad iudicium uel ad quotidianam uiſitationem eccleſiæ, præcipit aſcẽdere quẽ magis inuenerit ſe humiliare. Vn-
Mat. 18. de illud: Quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruulus, hic eſt, maior in regno cælorum. Pulchre dicit, tunc erit tibi gloria: ne nũc ad plenum uelis recipere, quod tibi ſeruatur in fi-
Prou. 20. ne. Hinc Salomon ait: Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, benedictiõe carebit in nouiſſimo. In hac etiam uita humilis ſublimatur eccleſia, ad maiora dona ſpiritualiũ ſanctĩ impetranda.

L. 179 v. M. 231.

QVia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Qui ſe incaute de meritis alleuat, humiliabitur à domino, etſi nõ coram hominibus: & qui prouide ſe de benefactis humiliat, exaltabitur ab eo. L. 180 x.

DIcebat autem & ei qui ſe inuitauerat: Cum facis prandiũ aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos, neq; uicinos diuites: neforte & ipſi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis cõuiuium, uoca pauperes, debiles, cæcos, claudos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

Pauperes non habent, ſubaudis unde poſſint retribuere tibi. deus aũt retribuet. Amicos & fratres non quaſi ſcelus interdicit, ſed ad promerenda uitæ cæleſtis præmia nil ualere oſtẽdit. Vnde alibi: Si bene feceritis his Luc. 6.
qui uobis bene faciunt, quæ uobis eſt gratia? Siquidem & peccatores hoc faciũt. Sunt etiam quædam conuiuia, quæ non ſolum in pſenti retribuuntur, ſed etiam damnationem generant in futuro. Vnde Paulus opera tenebrarum annuncians, ait: Non in comeſſa- Rom. 13.
tionibus & ebrietatibus. Ergo qui guloſos ac luxurioſos propter laſciuiam inuitat, pœna plectetur æterna. Qui uero amicos & diuites uocat, ut & ipſe ab eis uocetur, recipit mercedem ſuam. Sed & ſi hoc propter deũ Iob. 1.
facit in exemplũ filiorum beati Iob, ipſe qui iuſſit, ſicut cætera fraternæ dilectionis officia remunerat.

Hæc cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbẽtibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno dei.

Illectus dulcedine auditæ reſurrectionis & glorioſæ retributionis iuſtorum, in laudem eorum prorumpit. Panis qui manducatur in regno dei, nõ iuxta Cerinthum corporalis eſt. ſed ille utiq; qui ait, Ego ſum pa- Iohã. 6.
nis uiuus qui de cælo deſcendi.

A. 42 L. M. 274. R. 116. L. 180.

Caput CXI.

POſt hęc in proximo erat paſcha dies feſtus Iudæorum.

Paſcha nõ eſt græcũ nomẽ, ſed Hebræũ. Opportune tamen concurrit in hoc nomine congruentia utriuſq; linguæ. Qui cũ patitur, græce paſchi dicitur. Ideo paſcha paſ- natiuo

ſio putata ẽ. ſed in ſua lingua, hoc eſt, in Hebræa, tranſitus dicitur. quia tunc primum paſcha celebrauit populus dei, quando mare rubrum tranſijt. Ideo ſcilicet paſcha hebraice dicitur phaſe, id eſt, trãſitus, quia exterminator uidens ſanguinẽ in foribus Iſra
Exo. 12. elitarum, pertranſierit, nec eos percuſſerit. Vel ideo à tranſitu nominatur, quod dominus præbens auxilium populo ſuo, deſuper ambulauit. Tranſitus autem noſter fit, ſi dimittentes Aegyptum mundi, ad cæleſtia feſtinemus.

L. 2ea. x.

ET factum eſt dum iret in Ieruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam caſtellũ, occurrerunt ei decẽ uiri leproſi. Qui ſteterunt a longe, & leuauerunt uocem, dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri.

Beda. Leproſi ſunt, qui ſcientiam ueræ fidei non habentes, uarias erroris doctrinas profitentur. Vera falſis inordinate permiſcent, quaſi diuerſos lepræ colores oſtendentes. Hi uitandi ſunt ab eccleſia. & longe remoti, neceſſe habent ut magno labore clamẽt, quouſq; per cognitionem præceptoris redeãt ad formam ſalutis.

Quos ut uidit, dixit: Ite, oſtendite uos ſacerdotibus. Et factum eſt, dũ irent, mundati ſunt.

Solos leproſos inuenitur dominus miſiſſe ad ſacerdotes: quia ſacerdotium Iudæorũ, figura erat ſacerdotij quod nunc eſt in eccleſia. Et quiſquis uel hæretica prauitate, uel gẽtili ſuperſtitione, uel Iudaica perfidia, uel etiam fraterno ſchiſmate per dei gratiam mundatus caruerit: neceſſe eſt ut ad eccleſiã ueniat, coloremq; fidei uerum alijs ſimilem oſtendat. Vnde Paulus ad Ananiam miſſus
Actu. 9. eſt, ut ſacramẽtum fidei perciperet, & uerus eius color approbaretur, nõ quia dominus omnia per ſe nequeat, ſed ut ipſa ſocietas fidelium inuicem communicando, unam ſpe
Actu. 10. ciem ueri coloris in fide confirmet. Cornelius etiã, precibus eius audiris, iuſſus eſt mittere ad Petrum, propter unitatem confirmandam.

Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna uoce magnificans deum. & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. & hic erat Samaritanus.

Vnus qui regreſſus eſt, gratias agens, ſignificat humilitatem unitatis eccleſiæ. Samaritanus interpretatur cuſtos, quo nomine ille ſignificatur, qui omne robur ſuum deo attribuit, iuxta Pſalmiſtam: Fortitudinem Pſal. 58. meam ad te cuſtodiam, quia tu es deus ſuſceptor meus. In faciem cadit, qui de malis perpetratis erubeſcit. De perſecutoribus uero domini ſcriptum eſt, quia abierunt retror- Iohã. 18. ſum & ceciderunt. Qui ante ſe cadit, uidet quo cadat. qui autem retro cadit, non uidet. Iniqui ergo retro cadunt, quia cor ante ruinam exaltatur, ut nõ uideant quid ſequatur eos. iuſti uero ante cadunt, quia compuncti humiliantur.

Reſpondens aũt Ieſus, dixit: Nonne decem mundati ſunt? & nouem ubi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret & daret gloriam deo niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te ſaluum fecit.

Si fides hũc ſaluauit, perfidia nouem perdidit. Vnum ſi addatur ad nouem, quædam effigies unitatis impletur. quo fit tanta complexio, ut ultra non progrediatur numerus, niſi ad unum redeatur. Nouem itaque indigent uno ad quandam unitatem. unum uero non indiget eis ad unitatem ſui. Quamobrem unus qui gratias egit, ſignificat illos qui in unitate ſunt eccleſiæ: nouem uero, illos qui extra ſunt. Dominus quærit ubi ſunt: quia ſcire dei, eligere eſt: neſcire uero, reprobare. Quando mundati ſunt, cognouerunt M. deum, ſed abierunt retrorſum. De talibus dicit Apoſtolus: Qui cum cognouiſſent deũ, Rom. 1. non ut deũ magnificauerunt aut gratias egerunt. Sciẽdum quia unus dicitur prima unitas, decem uero ſecunda. Et illa confertur deo, quia in ſe multiplicata, nec augetur nec minuitur: hæc eccleſiæ, quia in ſe multiplicata, creſcit in centenarium. Quia ergo in denario qui eſt unitas centenarij, uarietas per ſui multiplicationem generatur: bene dicũtur fuiſſe decem leproſi, qui à fide dei unius fuerant diuerſi. & ſicut omnes fideles per denarium ſignari poſſunt, ob cuſtodiam mandatorum decem: ſic omnes infideles eodem numero ſignari poſſunt econtrario, ob negligentiam eorundem mandatorum. Vnus qui redijt ad dominum curatus, dicitur alenigena: uel quia prius alienus fuit ab

eccleſia, uel quia ſe alienauit à ſociorum ſuorum perfidia.

M. 101. II. R. 112. L. 111.

Caput CXII.

ASſumens autem iterũ duodecim, ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim principibus ſacerdotum & ſcribis, & tradẽt eum gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, & crucifigetur, & die tertia reſurget.

Chryſo. Si apoſtoli toties præmoniti de morte domini, tamẽ eum quando comprehenſus eſt reliquerunt, quanto magis ſcandalizarentur, ſi pręmoniti non fuiſſent? Crebro igitur Beda. prædixit eis & paſſionis pœnam, & reſurrectionis gloriam: ut cum morientem cernerent, etiam reſurrecturum non dubitarent. Quod oſtendit prophetarum præſagijs, ad deſtructionem hæreticorum in eccleſia futurorum.

M. 102. VI. R. 111.

TVnc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo.

Chryſo. Mater filiorum Zebedæi eſt Salome, & interpretatur pacifica, quia genuit filios pacis. Intra tempus uocationis apoſtolorum & paſſionem domini, mortuus eſt Zebedæus. & ſic illa ſecuta eſt Ieſum.

Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut ſedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtrã tuam in regno tuo.

Hieron. Interrogat dominus ut inconſideratam confeſſa petitionem, corrigatur. Audierat illum mulier tertia die reſurrecturum, & putabat implendum in primo aduentu, quod promittitur in ſecundo. Ergo auiditate fœminea, immemor futurorum, cupit præſentia. Non eſt mirum, ſi iſta mulier arguitur imperitiæ, cum Petrus uolens facere tria tabernacula, erraret.

Reſpondens autem Ieſus, dixit eis: Neſcitis quid petatis.

Chryſo. Ego uos uocaui de ſiniſtris ad dexteram, & uos curritis ad ſiniſtram. Regnare uultis, qui non meruiſtis culmen honoris. Mater poſtular, & dominus diſcipulis loquitur, intelligens preces matris deſcendere ex filiorum uoluntate. Ideo forſitan res per fœminam agebatur, quia diabolus per eos nõ ualebat aduerſus eos, Qui ut Adam ſpoliauit per mulierem, ita iſtos ſeparare uolebat per matrem ſuam. Sed iam non poterat perditio introire per mulierem, ex quo de muliere ſalus noſtra proceſſit.

Poteſtis bibere calicem quem ego biburus ſum? aut baptiſmo quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei: Poſſumus.

Calix, paſſio eſt: baptiſma, mors. Et dicitur baptiſma, ad ſimilitudinem lanæ intinctæ. Sicut enim intingitur & accipit alicuius coloris dignitatem lana, ſic & nos in mortẽ deſcendimus corporales, & reſurgimus ſpirituales. Vnde Apoſtolus: Seminamur in infirmitate, ſurgimus in uirtute. Seminatur I. Cor. 15. corpus animale, ſurgit corpus ſpirituale. Omnis mors habet paſſionem, ſed non oĩs paſſio mortem. Confeſſores enim paſſi fuerunt, & non occiſi. Omnes ergo calicem biberunt domini, non tamẽ omnes baptiſmo eius baptizati ſunt. Caſſiodorus pſalmo decimo: Calix dictus eſt eo, quod aſſidue calidam ſoleat ſuſcipere potionem. Macrobius Theodoſius dicit gentem. Cylicranorum vetriclanorum fuiſſe iuxta Heracleam, compoſito nomineã potu cylicos, quod poculi genus una litera immutata, calicem dixit. Vnde hoc nomen memoriæ conſtat infixum. Idem pſalmo ſeptuageſimoquarto: Calix dicit à calida potione, qua utuntur conuiuantes. Idem pſalmo centeſimo quintodecimo: Calix dicitur paſſio & martyrium, quia cum menſura bibitur.

Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, & baptiſmo meo quo ego baptizor, baptizabimini.

Quæritur quomodo ambo biberint paſ- Hierony. ſionem, cum Iacobus ab Herode capite trun Actu. 12. catus ſit, Iohannes autem propria morte uitam finierit. Sed ſi noſcamus eum miſſum in feruẽtis olei dolium, uidebimus eius animũ martyrio non defuiſſe, & eum calicem confeſſionis bibiſſe. Hinc Auguſtinus de bono coniugali: Sicut non eſt impar meritum patientiæ in Petro q̃ paſſus eſt, & in Iohanne q̃ paſſus nõ eſt: ſic nõ eſt impar meritũ cõtinẽtiæ in Iohãne q̃ nullas expertus ẽ nuptias, & in Abraã q̃ filios generauit. Hinc etiã Hieron. in maiori breuiario, pſalmo cẽteſimo quin-

todecimo: Monachi debent habere puritatem martyrum, ſiquidem & ipſi martyres ſunt. Quod enim faciunt angeli in cœlis, hoc monachi pſallentes die ac nocte faciunt in terris.

Sedere autem ad dexteram meã & ſiniſtram, nõ eſt meum dare uobis, ſed quibus paratũ eſt a patre meo.

Non eſt meum dare uobis quadam prærogatiua, ut intenditis, ſingulariter: quia nõ eſt perſonarum acceptio apud deum, ſed timentium eum. Ergo uos quoq; regnum dei accipietis, ſi digni fueritis. Vel ita: Non eſt meum dare uobis, ſcilicet ſuperbis. hoc eñ adhuc erant. Si uultis accipere, prius humiliamini.

M. 203./11. R. 114. L. 170.

ET audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus.

Chryſo. Si turbati ſunt apoſtoli quia iſti auſi ſunt hoc per matrem petere, quanto magis turbarentur, ſi petitio eorum ſuſcepta fuiſſet? Ideo neq; dixit, non ſedebitis, ne duos confunderet: neq; ſedebitis, ne cæteros irritaret. Sed tanquam benignus pater ſic reſpondit, ut inter fratres concordia non rumperetur, ſed omnes ſperarent. Nam quod uni aut duobus ſpecialiter non promittitur, à cunctis ſperatur.

Ieſus autem uocauit eos ad ſe, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum. & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter uos. ſed quicunque uoluerit inter uos maior fieri, ſit ueſter miniſter. Et quicunque uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter ſeruus.

Hieron. Fruſtra & illi immoderata quæſierant, & iſti inde dolebant, cum ad ſummitatem uirtutum nõ potentia, ſed humilitate ueniatur.

Beda. Nobis enim forma datur, ne ſequamur dominos ſeculares, ſed humiliemus nos inuicẽ & in nobis cõmiſſos. Vnde recte per quendam ſapientem dicitur: Ducem te conſtituerunt? noli extolli, ſed eſto in illis quaſi unus ex illis. Hinc etiam Petrus: Non dominantes in clero, ſed forma facti gregis. Et tamẽ nonnunquam grauius delinquitur, ſi inter peruerſos plus æqualitas quàm diſciplina teneatur. Quia enim falſa pietate ſuperatus, ferire Eli delinquentes filios noluit, apud diſtrictum iudicem ſeipſum cum filijs crudeli dãnatione percuſſit. Vnde neceſſe eſt ut rectorem ſubditis & matrem pietas, & patrem exhibeat diſciplina: atq; ſolicite prouidendũ, ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa. Principes gentium dominãtur eorũ, id eſt, populorum gẽtium. & ſit relatio pronominis ad intellectum. M.

(margin: Eccl. 32. — 1. Pet. 5. — 1. Reg. 2.)

M. 204./11. R. 115. A. 91. & 115.

SIcut filius hominis non uenit ut miniſtraretur ei, ſed ut miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis.

Sui proponit exemplum. Pro multis, inquit, id eſt, pro credentibus, non pro omnibus hominibus. Vult quidem deus omnes ſaluos fieri, ſed ſi accedãt ad eum. Non enim ſic uult, ut nolentes ſaluentur, ſed uolentes. Medicus in publico oſtendit ſe uelle ſaluare, ſi tamen ab ægris requiratur. Non eſt eñ uera ſalus, ſi nolenti tribuatur. Fides eſt enim quæ dat ſalutem, quam niſi mens ſuſceperit tota uoluntate, nõ ſolum nihil proderit, ſed & oberit. L. 172./V. M. 15.

Caput CXIII.

ET ait illi quidam: Domine, ergo pauci ſunt qui ſalui fiant? Ipſe autem dixit ad illos: Contendite intrare per anguſtam portam. quia multi (dico uobis) quærunt intrare, & non poterunt. Lege xl. ca. huius operis.

M. 171. L. 60.

CVm autem intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, & incipietis foras ſtare & pulſare oſtium, dicentes: Domine, aperi nobis. Et reſpondẽs, dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis.

Non nouit lux tenebras, id eſt, non aſpicit. quia ſi aſpiceret, tenebræ non eſſent. Paterfamilias eſt Chriſtus, qui ubiq; totus eſt ex diuinitate. Intus ergo eſt illis, quos in cæleſti patria lætificat. ſed quaſi foris eſt adhuc eis, quos in hac peregrinatione certantes occultus adiuuat. Intrabit autẽ, cum totam eccleſiam ad ſui contemplationem perducet. claudet oſtium, cum reprobis tollet locum pœnitentiæ. Qui foris ſtantes, pulſabunt, id eſt, à iuſtis ſeparati, miſericordiam quam cõtempſerunt, fruſtra implorabunt.

Tunc incipietis dicere: Manducauimus corā te & bibimus,& in plateis noſtris docuiſti.

Hoc ſimpliciter poteſt intelligi de Iudæis,myſteria fidei ſpernentibus,& arbitrantibus ſe placere domino, ſi uictimas ad templum deferant,& ibi coram domino epulentur,prophetarum lectioni attēdentes,& neſcientes non eſſe regnum dei in eſca & potu,ſed in iuſtitia & ſpirituſancto. Vel myſtice poteſt ſentiri coram domino manducare & bibere eos, qui uerbi pabulum auiditate ſuſcipiunt,ſed opera non faciunt. unde ſeqtur,& in plateis noſtris docuiſti. Scriptura ſacra cibus eſt in locis obſcurioribus, quia exponendo quaſi frangitur & glutitur. Potus uero eſt in apertioribus, quia ita ſorbetur ut inuenitur.

Et dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Diſcedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Non legalium feſtiuitatum epulatio adiuuat,quem fidei pietas non cōmendat: non ſciētia ſcripturarum deo notum facit, quem operum iniquitas obtutibus eius indignum oſtendit.

L. 172. V. M. 65.

CVm uideritis Abraam & Iſaac & Iacob & om̄es prophetas intrare in regnum dei, uos autem expelli foras.& uenient ab oriente & occidente & aquilone & auſtro, & accumbent in regno dei.

L. 177. II. M. 109. R. 111.

ET ecce ſunt nouiſſimi qui erāt primi, & ſunt primi qui erant nouiſſimi.

L. 223. X. Caput CXIIII.

ET ingreſſus Jeſus perābulabat Iericho. Et ecce uir nomine Zachæus,et hic erat princeps publicanorum, & ipſe diues. Et quærebat uidere Ieſum quis eſſet.& nō poterat præ turba, q̄a ſtatura puſillus erat. Et præcurrens, aſcendit in arborem ſycomorum,ut uideret illū, quia erat inde tranſiturus.

Ecce camelus depoſita gibbi ſarcina, per foramen acus tranſit, hoc eſt, diues & publicanus relicto onere diuitiarum, contempto cenſu fraudium, anguſtam portam arctamq́ꝫ uiam quæ ad uitam ducit, aſcendit. Et quia deuotione fidei ad uidendum ſaluatorē,quod natura minus habet,aſcenſu ſupplet arboris, iuſte quod rogare non audebat,dominicæ ſuſceptionis benedictionem accipit,quam deſiderabat. Quia etiam turba imperitæ confuſio multitudinis eſt,quæ uerticem ſapientię uidere nequit:merito non in turba,ſed plebem trāſgreſſus * inſciam, quē deſiderat, aſpicit. Zachæus autem interpretatur iuſtificatus, & ſignificat credentes ex gentibus,per occupationem temporaliū depreſſos ac minimos, ſed à domino ſanctificatos. Ingreſſum Iericho ſaluatorem uidere quærunt,dum gratiæ fidei quam ſaluator attulit,participare cupiunt. ſed turba noxiæ uitiorum conſuetudinis tardat. Itaq; neceſſe eſt ut puſillus turbæ obſtaculum tranſcendat,terrena relinquat,arborem crucis aſcendat. Sycomorus,ficus fatua dicitur,arbor folijs moro ſimilis,ſed altitudine præſtās. unde & à latinis celſa nuncupatur. Et dominica crux credentes alit ut ficus,ab incredulis irridetur ut fatua. Nos enim(inquit Apoſtolus)prædicamus Chriſtum crucifixum,Iudæis quidem ſcandalum,gentibus aūt ſtultitiam, ipſis uero uocatis Iudæis atque gentibus Chriſtum dei uirtutem & dei ſapientiā. Quam arborē puſillus aſcendit, dum quilibet humilis & propriæ infirmitatis conſcius,clamat: Mihi autem abſit gloriari,niſi in cruce dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Quaſi tranſeuntem dominum cernit,qui in crucis myſterio cæleſti ſapientiæ quantum poteſt,intendit. Deniq; inde,id eſt,in illa parte erat trāſiturus,ubi ſycomorus uel ubi crediturus:ut & myſterium ſeruaret,& gratiā ſeminaret. ſic enim uenerat,ut per Iudæos tranſiret ad gentes.

* In ſcientia

1.Cor.1.

Gala.6.

Et cum ueniſſet ad locum, ſuſpiciēs Ieſus,uidit illum.

Iam enim ſublimitate fidei inter fructus nouorum operum, uelut in fœcunda arboris altitudine eminebat. Per præcones autem uerbi ſui, in quibus erat Ieſus & loquebatur,uenit ad populum nationum: qui paſſionis eius fide iam ſublimis,etiam diuinitatem eius agnoſcere ardet. Suſpiciens uidit, quia per fidem à terrenis eleuatum eligit eligentem ſe,& amat amantem ſe.

Et dixit ad eum: Zachæe feſtinans

deſcende, quia hodie in domo tua
oportet me manere. Et feſtinãs de-
ſcendit, & excepit illum gaudens.

Inuitatus inuitat, quia ſi nondum audie-
rat uocem inuitantis, audierat affectũ. Itaq;
hodie in domo puſilli Zachæi oportet illum
manere, id eſt, noua lucis gratia coruſcante,
in humili credentium nationum corde qui-
eſcere. Quod autem de ſycomoro deſcende
re, & ſic in domo manſionem Chriſto para-
re iubetur, hoc eſt, quod Apoſtolus ait: Et ſi
2 Cor. 5. cognouimus Chriſtum, ſed iam non noui-
2. Cor. 13. mus. Etſi enim mortuus eſt ex infirmitate
carnis, ſed iam uiuit ex uirtute dei.

Et cum uiderent omnes, murmura-
bant, dicentes quia ad hominem pec
catorem diuertiſſet.

Manifeſtum eſt, Iudæos ſemper gẽtium
odiſſe uel nõ intellexiſſe ſalutem. unde etiã fi
deles fratres dixerũt aduerſus apoſtolorum
principem: Quare introiſti ad uiros præpu-
Actu. 11. tium habentes, & manducaſti cum illis?

Stans autem Zachæus, dixit ad do
minum: Ecce dimidium bonorum
meorum domine do pauperibus. &
ſi quid aliquem defraudaui, reddo
quadruplum.

Zachæus ſtans, hoc eſt, in fide quam ac-
ceperat perſiſtens, oſtendit ſe eſſe omnino
conuerſum ad dominum. Ideo ſi quem ali-
quid defraudauit, reddit quadruplum. quia
in antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum eſt, ut
qui aliena inuadit, non exeat impunitus, ſed
cum multiplicatiõe omnia reſtituat. In legi
bus quoq; ſeculi cautum habetur, ut qui rẽ
ſurripit alienam, in * undecuplũ ei reſtituat
* quadruplum cui ſurripuit. Vbi autẽ Zachæus dimidium
bonorũ ſuorũ ſe paupibus erogaturũ facile
ſpondet, ut etiam totum dare nõ recuſet, in-
ſinuat.

Ait Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus
huic domui facta eſt, eo q̃d & ipſe fi
lius ſit Abrææ.

Filius Abrææ dicitur, non de eius ſtirpe
generatus, ſed eius fidẽ imitatus. Salus quæ
olim fuit Iudęorum, hodie illuxit populo na
Gala. 3. tionum, credenti in dominum. Vnde Apo-
ſtolus: Si autem uos Chriſti, ergo ſemen
Abrææ eſtis.

L. [126/7] M. [158]

VEnit enim filius hominis q̃rere
& ſaluũ facere quod perierat.

Vnde alibi: Non ueni uocare iuſtos, ſed Mat. 9.
peccatores in pœnitentiam.

M. [205/11] R. [116] L. [214]

Caput CXV.

ET egredientibus eis ab Ie-
richo, ſecuta eſt eum turba
multa.

Multi latrones erant in Iericho, qui egre- Hierony.
dientes de Hieroſolymis in Iericho, interfi-
cere conſueuerant & uulnerare. Et idcirco
dominus cum diſcipulis ſuis uenit liberare
uulneratos.

Et ecce duo cæci, ex quib⁹ erat Bar
timæus filius Timæi, ſedentes ſe-
cus uiam, audierunt quia Ieſus Na-
zarenus tranſiret. Et clamauerunt di
centes: Domine, miſerere noſtri fili
Dauid.

Quod Marcus de altero cęco tacet, ita ſol August.
uitur, ut illa ſoluta eſt quęſtio de duobus qui
legionem dæmonium patiebantur in regi-
one Geraſenorum. Nam duorum cæcorum
unum fuiſſe famoſiſſimum in hoc apparet,
quod nomen etiam patris eius commemo-
rauit. Lucas uero quamuis omnino eodem
modo de cæco factum narret, tamen in alio
cæco intelligendus eſt par cõmemorare mi
raculum.

Turba autem increpabat eos ut ta-
cerent: At illi magis clamabant, dicẽ
tes: Dñe, miſerere noſtri fili Dauid.

Talis eſt natura fidei, quod quanto magis Chryſo.
uetatur, eo magis accenditur. uirtus enim fi-
dei ſecura eſt in periculis.

Et ſtetit Ieſus, & uocauit eos, & ait:
Quid uultis ut faciam uobis? Di-
cunt illi: Domine, ut aperiãtur ocu-
li noſtri.

Filius Dauid cæcos illuminare non põt,
filius autem dei poteſt. Ideo interrogo quid
uultis. Tunc illi iã non dixerunt, domine fili
Dauid. ſed tantum, domine, ut aperiant ocu
li noſtri. Quã diu dixerunt, fili Dauid, ſuſpẽ
ſa eſt ſanitas: mox ut dixerunt tãtummodo,
domine, infuſa eſt. Ad hoc etiã interrogat,
ut cor ad orationem excitet. quia uult à no-
bis hoc peti, quod prænoſcit à ſe cõcedi. Vel
idcirco requirit, ut credamus non niſi confi-
tentem poſſe ſaluari.

Miſertus autem eorum Ieſus, tetigit
oculos eorũ. & confeſtim uiderunt,

& ſecuti ſunt eum, magnificãtes dominũ. & omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

Grego. & Beda. Tetigit oculos eorum carnaliter, nõ uerbo, quia Dauid filium eũ dixerunt. Sanauit ut deus, quia crediderunt. Tranſiens quidẽ cæcos audit, ſtans uero illuminat: quia ꝑ humanitatem ſuã noſtræ cæcitatis uocibus cõpatitur, ſed per potentiam diuinitatis lumẽ nobis gratiæ infundit. Videt autem & ſequitur præeuntem Ieſum, qui bonum quod intelligit, intuitu eius operatur. Hic talis & ꝑficit, & alios ad laudem dei accendit. Laudat plebs deum, non ſolum pro impetrato munere lucis, ſed & pro merito fidei impetrantis, id eſt, non ſolum quod potenter & miſericorditer illuminat, ſed quia etiam clamo- Hierony. rem fidei firmiter clamantis exaudit. Typice cæci appellantur, qui necdum dicere po- Pſal. 35. terant, in lumine tuo uidebimus lumen. Secus uiam dicit, quia uidebantur habere legis notitiã, ſed uiam q̃ eſt Chriſtus, ignorabãt. Hos quidam intelligunt phariſæos & Saducæos. Alij uero utrunq; populum, quorum alter legem ſcriptam, alter naturalem habebat. Si cæci referũtur ad Iudæos, tunc ꝑ turbam intelligẽdi ſunt ethnici. Sin ad utrunq; Chryſo. populum, de utroq; populo erat turba. Aliter: Secundum quoſdam cæci ſignificant duos populos ex gentibus, unum ex Cham, alterum ex Iaphet. Cæci erant, quia non apparuerat eis lux unigenita. Audierunt gẽtes de tranſitu Ieſu, ſecundum teſtimonia prophetarũ annunciantibus apoſtolis, cũ iam egreſ- Beda. ſus eſſet ab Ericho. i. de hoc mundo. Iericho quippe luna interpretatur, per quã defectus noſtræ mortalitatis intelligit. Appropinq̃ns ergo dñs Iericho ſcd̃m Lucã, cæco lumẽ reddidit, quia ante paſſionem populo tm̃ Iudæorũ prædicauit. Proficiſcẽs uero de Iericho, cæcos illuminauit: quia poſt reſurrectiõem & aſcenſionem, per apoſtolos & Iudæis & gentibus æternæ diuinitatis & aſſumptæ humanitatis arcana patefecit. Quod Marcus unum illuminatum ſcribit, ad gentium ſalutem ſpecialiter reſpicit, quarum cæcitas notiſſima erat. Matthæus recte duos dicit illuminatos, ſcribens Hebræis. ſciebat enim dei Matt. 21. notitiam peruenturam ad gentes. Vnde etiam aſinam & pullum refert ſimul adductos domino, cum cæteri tres euangeliſtæ ſolũmodo mentionem faciant aſini, utpote ſcribentes eccleſiæ gentium. Vocat dominus (ſecundum Marcum) cæcum clamantem ad ſe, cum populo gentium ſcientiam ueritatis deſideranti, per ſanctos prædicatores uerbum fidei committit, qui dicunt cũ prophe- Pſal. 33. ta: Accedite ad eum, & illuminamini. Et ite- Ephe. 5. rum: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Per ueſtimentum, accipe facultates & retinacula mundi. Animæquior, id eſt, animi æquioris, ſcilicet conſtantior. Dum conditor noſter ap- Beda in propinquat Iericho, cæcus ad lumen redit: Lucam. quia dum diuinitas defectum noſtræ carnis ſuſcepit, humanum genus æternæ claritatis lumen quod amiſerat, recepit. Cæcus ſedet iuxta uiam, dum incipit credere in ipm̃ qui dicit: Ego ſum uia. Mendicat, dum ro- Iohã. 14. gat. Vnde ſequitur, & clamabat. Qui Ieſum uenientem præcedunt & increpant, tumultum carnalium uitiorum deſignant, quæ cogitationes noſtras diſſipant, & uoces cordis in oratione perturbant, ne Ieſus cor illuminare accedat. Sæpe occurrunt cordi phantaſmata peccatorum quæ fecimus, & turbãt animum. ſed tunc ardentius clamori orationis inſiſtendum eſt. Quando phantaſmata occurrunt, aliquatenus Ieſum tranſire ſentimus: cum uero orationi uehementer inſiſtimus, tunc in nobis ſtat Ieſus, & ſic lux amiſſa reparatur.

M. 206. 11. R. 117. L. 232.
Caput CXVI.

ET cum appropinquaſſent Hieroſolymis, & ueniſſent Bethphage ad montem oliueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicẽs eis: Ite in caſtellum quod cõtra uos eſt. & ſtatim inuenietis aſinã alligatam, & pullum eius cum ea alligatum, cui nemo unquam hominum ſedit. Soluite illum, & adducite eum mihi. Et ſi quis uobis aliquid dixerit, dicite ei, quia dominus operam eius deſiderat. et confeſtim dimittet eos.

Bethphage ſacerdotum uiculus erat, & Hierony. & Beda. confeſſionis portabat typum: quia domus buccæ interpretatur. Pulchre ergo refertur ſitus in monte oliueti, cum ſit olei natura lucis miniſtra, & laborum dolorumq; ſolamẽ. quia confitentes peccata ſua, Chriſto adhærent, q nos unctione ſpirituali & ſcientiæ luce refouet. Ne autem abſconderetur ciuitas

ſupra montem hũc poſita, mittit diſcipulos
in caſtellum quod contra eos eſt, ut per eos
totius contra poſiti orbis munitiones pene-
Chryſo. tret. Aſina & pullus, Iudæi ſunt & gentes, ꝓ-
pter quaſdam ſimilitudines. Eſt enim hoc
animal immundum, & præ cæteris iumen-
tis ſtultum & infirmum & ignobile & one-
riferum. Sic fuerunt homines ante Chriſtũ.
Ligati etiam à diabolo erant, nec ſua uirtute
euadere poterant. Nam ſicut nauis fracto
gubernaculo illuc ducitur quo tẽpeſtas im-
pellit, ſic homo diuinæ gratiæ auxilio perdi
to per peccatum, non quod uult agit, ſed q̃d
diabolus. Et ſicut primum in poteſtate popu
li eſt facere ſibi regem quem uult, factũ au-
tem de regno repellere, iam non eſt in pote
ſtate eius, & ita uoluntas populi in neceſſita
tem conuertitur: ſic homo prius quàm pec-
cet, liberum habet arbitrium, utrum uelit eſ
ſe ſub regno diaboli. Cum autem ei ſubiu-
gatur peccando, non poteſt de poteſtate ei⁹
exire, quia uoluntas eſt conuerſa in neceſſi-
tatem. Hoc eſt quod peccatores ſolent dice
re: Vellemus eſſe ſancti, ſed non poſſumus.
Verum dicunt, ſed non habẽt excuſationẽ.
quia primum potuerunt non eſſe ſub pote-
ſtate diaboli, de qua niſi ſolus de⁹ nemo põt
eos eripere. Populo quidem nationum per-
fidiæ uinculis irretito, nemo unquam homi-
num ſedit, id eſt, nullus doctorum frenum
correctionis cõtulit, quo uel linguam à ma-
lo cohibere, uel in uiam uitæ cogeretur ire.
Sederet nanq; illi homo, id eſt, ad utilitatem
eius requieſceret docendo, ſi quis rationabi
lis eius ſtultitiam deprimendo corrigeret.
Vnde non immerito duo diſcipuli, duo or-
dines prædicatorum intelliguntur, Iudæis
uidelicet & gentibus miſſorum. Quidam ue
ro intelligunt iſtos duos, Petrum & Philip-
pum, quoniã ipſi primum gẽtes adduxerunt
Actu. 8. ad Chriſtum. Philippus Samariam quaſi aſi
Actu. 10. nam, Petrus Cornelium quaſi Samariæ pul-
lum. Bini uocantur apoſtoli, bini mittuntur:
Beda. quia charitas nõ eſt in uno. Vnde ſcriptum
Eccleſ. 4. eſt, Væ ſoli. Duo educunt Hebræos de Ae-
gypto. duo portant botrum de ſancta terra,
ut ſemper præpoſiti iungant operi ſcienti-
am, duo mandata de duabus tabulis profe-
rant, duobus fontibus abluantur & abluant,
& duobus uectibus arcam domini portent,
& inter duo Cherubim dominum cogno-
ſcant, ſpiritu & mente pſallentes. Soluite,
inquit, per doctrinam & per miracula. Ac
ſi diceretur: Quæcunque ſolueritis in ter-
ra, erunt ſoluta & in cælis. Alieni alligant ut
poſſideant, CHRISTVS ſoluit ut teneat.
Chryſo. Confeſtim dimittet eos, dominus uidelicet,
qui iure creationis deſiderat ut omnis cre-
atura ſuo ſeruitio mancipetur. Primo homi
nes uocantur per doctrinã & miracula apo
ſtolorũ. deinde dimittit eos dominus in ar-
bitrio ſuo, ut uel in fide qua uocati ſunt, per-
maneant: uel in antiquas conſuetudines re-
deant, Iudæi uidelicet in ſuas ſuperſtitiones,
gentiles uero in ſpurcitias ſuas. Nam quod
uocati ſumus, dei eſt: quod autem digne in
uocatione uiuimus, noſtrum pariter & dei
eſt. & hoc eſt quod ait, dimittet eos, non ad
diabolum, ſed in arbitrio ſuo.

M. 205 II R. 118 L. 233

EVntes autem diſcipuli, fecerũt
ſicut præcepit illis Ieſus. Soluẽ-
tibus autem illis, dixerunt domini
eius ad illos: Quid ſoluitis pullum?
Illi dixerunt, quia domino neceſſa-
rius eſt. & dimiſerunt eis. & duxe-
runt pullum ad Ieſum. & iactantes
ueſtimenta ſua ſupra pullum, eum
deſuper ſedere fecerunt.

Marcus ſcribit pullum ante ianuam foris Beda.
in biuio ligatum & inuentum. Ianua eſt ipſe
qui ait, Ego ſum oſtium ouium. per me ſi qs Iohã. 10.
introierit, ſaluabitur & paſcua inueniet. His
paſcuis populus gentium carebat, dum ex-
tra ianuam in biuio ligatus ſtabat. Recte in
biuio, quia non unam fidei uiam tenebat, ſed
dubios calles erroneus ſequebatur. In bi-
uio ſtabat, qui in libertate arbitrij, inter mor
tem & uitam dubitabat. Multos quippe do-
minos habebat, quia per multa dogmata ua
rijs raptatus erroribus, quot uitijs deſeruie-
bat, tot dæmones eum poſſidebant. Sed do-
minatum ſibi uendicare non poterant, quos
dominos fecerat nõ natura, ſed culpa. & id-
eo cum dominus dicitur, unus agnoſcitur.
Nam & ſi multi dij & multi domini, gene-
raliter tamen unus deus & unus dominus.
Qui ergo in ſoluendo pullo contradixerũt,
audito domini nomine, quieſcunt. quia ma-
giſtri errorum, qui doctoribus Chriſti obſi
ſtebant, catenus ſuas tenebras defenderunt,
donec miraculis atteſtãtibus, dei uirtus emi
cuit. Sic ergo liber credentium populus, qui
deum corde portet, adducitur. Veſtes apo-
ſtolorum, ſunt præcepta diuina & gratia ſpi
ritualis, quibus turpitudo noſtræ carnis te-
gitur. His prius nudi populi, ſed modo per
apoſtolos ornati, Chriſtum ſeſſorem habẽt,
ut non regnet peccatum in laſciua carne, ſed
iuſtitia & pax & gaudium in ſpirituſancto.

M. 207 VII A. 106

HOc autem factum eſt, ut impleretur quod dictum eſt per ꝓpheram, dicentem: Dicite filię Sion, ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, ſedens ſuper pullum aſinæ ſubiugalis.

Hoc in propheta Zacharia ſcriptum eſt, à cuius ſententia Matthæus & Iohannes minime recedunt, & ſi uerba ponant diuerſa. Et quia ipſa eſt Ieruſalem quæ Sion, filiam

Auguſt. Sion dicit bonos in illo cæco populo. Dicite ei prædicatores, ne timeat, ſed exultans agnoſcat regem ſuum mentes regentem, & ad regnum cælorum perducentem, ne cum reprobis dicat: Non habemus regẽ niſi Cæ

Chryſo. ſarẽ. Manſuetus eñ uenit, nõ ſedens in curru aureo purpura fulgens, nec ſuper equum diſcordiæ amatorem, ſed ſuper beſtiam pa-

Hierony. cis amicam. Secundum literam in paruo itinere ſuper utrunq; animal nõ uidetur ſediſſe dominus. ſed magis competit ut pullo uſus ſit ad ſedendum, aſina ducta libera. Myſtice autem ſuper utrunq; populum ſub dominio eius humiliatum ſedit, Petro & Paulo miſſis ad eos. Quia ergo laſciuus & indomitus gentilis populus credidit exemplo fidelium de ſynagoga, quæ iugum legis traxerat, bene refertur pullus fuiſſe filius aſinæ ſubiuga

Chryſo. lis. Conſidera quia ſicut hoc genus iumenti, ſi quid errat, in ſimplicitate errat, & non in aſperitate: ita hoïes qui crediderunt in Chriſtum ex utroq; populo, ante Chriſtum non in malitia, ſed in ignorantia peccauerunt.

A. 101. x.

HAec non cognouerunt diſcipuli primum, ſed quando glorificatus ẽ Ieſus, tũc recordati ſunt quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecerunt ei.

Auguſt. Poſtquam uidelicet uirtutem ſuæ reſurrectionis oſtendit, recolentes diſcipuli quæ uiderant, cognouerunt quia ſecundum prophetiam in pullo ſedit. & non alia fecerũt ei, quàm illa quæ erant ſcripta de illo.

M. 208. 11. R. 118. L. 191.

EVnte autem illo, multi ſubſternebant ueſtimenta ſua in uia. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in uia.

Vide quoniam ſuper iumentũ poſuerunt apoſtoli ueſtimenta ſua, ſub pedibus iumen

Chryſo ti, cęteri. Mandatis enim apoſtolorum ſternuntur Chriſtiani & adornãtur. Legis autẽ mandata conculcantur, id eſt, circuncisio & cæteræ conſuetudines Iudaicæ. Veſtimenta nanq; turbæ, ſunt legis mandata in uia, id ẽ, in Chriſto, à Chriſtianis conculcata. Turba enim quæ ueſtimẽta ſua ſternebat in uia, credentes ſunt ex circunciſione, qui uidentes & agnoſcentes Chriſtum, gloriam quam habebant ex lege, deiecerunt in terram, ſeipſos humiliantes, & cũ Apoſtolo dicentes: Quæ mihi fuerũt lucra, hęc exiſtimaui ꝓpter Chriſtum detrimẽta, & arbitror ſtercora eſſe, ut Chriſtum lucrifaciam. Qui autem ramos de arboribus cædebant, ſunt credentes & eruditi doctores. qui ex prophetis accipientes exempla, quaſi de arboribus ramos ante gẽtilem populũ ſtrauerũt in uia, id eſt, in Chriſto, ut ſine offendiculo intraret in ſanctuarium dei. Vel ita: Saluator iumento inſidens, Beda.

Ieruſalem tendit, non ſolum quando cuiuſque fidelis animam regens, ad pacem intimæ uiſionis ducit: ſed etiam cum ſanctæ eccleſiæ uniuerſaliter præſidet, & eã in ſupernæ pacis deſiderium accendit. Pedes iumenti ſunt extremi, quos ad iudicandũ cõſtituit Apoſtolus. qui etſi non ſint dorſum in quo ſedit dominus, tamen inſtruuntur cum militibus à Iohanne. Multi quippe ueſtimenta ſternũt in uia, quia exercitus martyrum corpora ſua, animarum uidelicet tegumenta, ꝓ domino dant, quo ſequentibus electis callem faciant recte uiuendi. In uia deniq; ſternunt ueſtimenta, qui corpora ſua per abſtinentiam edomant, ut domino iter ad mentẽ parent, uel exempla bona ſequentibus præbeant. Frondes uero uel ramos de arborib9 cædunt, qui patrum ſententias uel exempla carpunt, & in uia dei ad auditoris animum uenientis, humili prædicatione ſubmittunt. Iuſti nanq; ut palma florebunt, anguſti in radicibus, lati in *floribus & fructibus: quoniã *ſolijs

bonus odor Chriſti ſunt, & ſternunt uiam mandatorum dei bona fama.

M. 209. 1. R. 119. L. 214. A. 100.

ET cum appropinquaret iam ad deſcenſum montis oliueti, cœperunt omnes turbæ deſcendentium gaudentes laudare deum uoce magna.

Deſcendente domino de monte oliueti, id eſt, humiliante ſe ad infirmitatem noſtræ carnis, cum ſit in forma dei, cum illo deſcendũt turbæ, id eſt, humiliãtur ſub manu eius, qui miſericordia indigent, ut ab eo exaltentur. M. R. L. A.

TVrbæ autem quæ præcedebāt & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: Oſanna filio Dauid, benedictꝰ qui uenit rex in nomine domini, pax in cælo & gloria in excelſis. Benedictum quod uenit regnū patris noſtri Dauid. oſanna in excelſis.

Hierony. Præeunt prophetæ, ſequuntur apoſtoli. Pſal. 41. Abyſſus abyſſum inuocat, id eſt, lex legem alteram. Præceſſit Iudaicus populus, ſecutus eſt gentilis. Omnes fideles clamant filio Dauid, oſanna: quod latine dicitur, ſalus, quia credunt Dauid filium, dei filium, *unum filium*, ſaluare terrenos, ut iuſti in angelorum ruinam ædificentur. Confitentur etiam benedictum, qui uenit in nomine domini, id eſt, patris ſui. quoniam filius de patre ſuſcipit nomen, & pater de filio: Benedictio quę fit in deo, confeſſio ſola eſt & laudatio bonorum, quæ præſtita ſunt ab eo. Benedictio uero quæ fit à deo, in nobis impletur, dum eius beneficijs implemur. Quem autem Iudæi fideles crediderunt uenturum, hūc nos uenisse credimus. In eius quippe laude cæleſtia & terrena concinunt, quia quo naſcente cæleſtes uirtutes decantant, gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus: eo de mundi principe triumphaturo, mortales uicem laudis rependunt, dicentes: Pax in cælo & gloria in excelſis. Turbæ quidem refectæ de quinq; panibus & duobus piſcibus, uoluerunt rapere Ieſum & conſtituere regem, ſed ipſe fugit in montem. Nunc autem non reprimit uoces eorum, qui regnum Dauid in eo reſtaurandum concinunt. In quo aperte docet, quod æterni imperij eſſet rex in cælis, non tantum in terris, ad quod per contemptum mortis & gloriam reſurrectionis & triumphum aſcenſionis perueniret. Hinc poſt reſurrectionem ait diſcipulis: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Conſonat laus turbæ uoci Gabrielis, qui ait matri domini: Hic erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur. & dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Recte ergo clamant, oſanna in excelſis, id eſt, ſalua nos in cæleſtibus, ubi ſcilicet omne genu ſibi flectetur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Notandum quod oſanna Hebraicum uerbum, compoſitum eſt ex corrupto & integro. Salua nanque ſiue ſaluifica, apud eos dicitur oſi: & anna, interiectio eſt deprecantis. Denique in pſalmo centeſimo ſeptimodecimo, ubi ſeptuaginta interpretes trāſtulerunt, o domine ſaluum me fac: in Hebræo ſcriptum eſt, anna adonai oſi anna. Quod interpres noſter Hieronymus diligentius elucidans, ita tranſtulit: obſecro domine, ſalua obſecro. Idem nanq; ſignificat, o domine, per interiectionem obſecrantis: quod, obſecro domine, per ipſum uerbum obſecrationis. Oſanna itaque, ſalua obſecro, ſignificat: conſumpta uocali quæ uerbum antecedens terminat, cum perfecte dicitur oſi. Quod metrici in ſcandendis uerſibus ſynalœpham uocant, quamuis ſcriptam literam ſcandentes tranſiliant. In hoc autem uerbo oſanna, i litera non ſcribitur, ſed ſenſu loquentium ſaluo, funditus intermittitur.

Beda. (Pſal. 117; Luce. 2; Ioban. 6; Mat. 28; Luc. 1)

In craſtinum autem turba multa quę uenerat ad diem feſtum, cum audiſſent quia uenit Ieſus Hieroſolymā, acceperunt ramos palmarum, & ꝓceſſerunt ei obuiam & clamabant: Oſanna benedictus qui uenit in nomine domini, rex Iſrael.

Auguſt. Rami palmarum, laudes ſunt, ſignificantes uictoriam qua erat dominus ſuperaturus mortem, & triumphaturus diabolum. Oſanna eſt uox lætantis uel obſecrantis, ut dicunt nonnulli Hebræi, magis affectum indicans quàm rem aliquam ſignificans, ſicut Racha interiectio indignantis eſſe perhibetur. Chryſo. Vnde ſecundum uocem neque græcus, neque latinus hoc interpretari potuit: ſed ſecundum ſenſum quidam interpretant oſanna gloriam, alij redemptionem, alij ſaluifica ſiue ſaluum me fac.

L. M.

ET quidam phariſæorum de turbis dixerunt ad illum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico uobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.

Beda. Dominum magiſtrum appellant, quia eum uera docere nouerant. Vnde mira dementia eſt, ueritatis diſcipulos dicere increpandos. Crucifixo domino, non eius à

longe ſtantes, non audent eum confiteri deum: ſed petræ quæ ſciſſæ ſunt, apertis monumentis, deum & mūdi dominum aperte clamant. Myſtice, lapides clamabunt, id eſt, gētes conuerſæ deum laudabūt, Iudæis ex parte cæcatis.

L. 236. x.

ET ut appropinquauit uidens ciuitatē, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circundabūt te inimici tui uallo, & coanguſtabunt te undiq; & ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt.

M. Literam ſic lege: Si cognouiſſes quia uenient dies in te, & circundabūt te inimici & cætera, etiam tu, ſubaudis fleres, quæ modo quia neſcis quod imminet; exultas, dum carnem uoluptatibus das. Et quidem in hac tua die, id eſt, in hac tua proſperitatis claritate, quæ ad pacem tibi eſt temporalem, ſubaudis fleres, ſi cognouiſſes hæc superuentura mala: ſed nunc abſcōdita ſunt ab oculis cordis tui. Vel poteſt à principio capituli ſub uno uerſu legi uſque ad, pacem tibi: hoc modo, Fleuit dicens, quia ſi cognouiſſes etiam tu mecum, ſubaudis ruinam quæ imminet, & quidē, hoc eſt, etiam certe in hac die tua, ad pacem quæ tibi eſt, ſubaudis fleres. Nunc autem abſcondita ſunt, erit alius uerſus, uſq; in finem capituli.

L. 237. ii. M. 242. R. 117.

ET non relinquēt in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus uiſitationis tuæ.

Beda. Euerſionem Ieruſalem factam eſſe à Romanis principibus Veſpaſiano & Tito, non ignoramus. Etiam ipſa transmigratio ciuitatis nunc conſtructæ extra portam, ubi dominus crucifixus fuit, teſtatur quod prior illa Ieruſalem funditus euerſa ſit. Hæc eſt cauſa deſtructionis illius, quia nō cognouit dominum quando uiſitauit eam. Vnde illud propheticum: Miluus in cælo cognouit tēpus ſuum, turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui. populus autem meus non cognouit iudicium domini. Semel dominus fleuit ſuper ciuitatem cū perituram nunciaret, ſed quotidie per electos ſuos in eccleſia plangit reprobos, qui neſciunt cur plangantur, quia iuxta Salomonem, lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus peſſimis. Qui ſi damnationem ſuam præuiderent, ſeipſos cum electorum lachrymis plangerent. Suam hic diem habet anima peruerſa, quæ tranſitorio gaudet in tempore. Cui ea quæ aſſunt, ad pacem ſunt: quia dum ex rebus temporalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dū in carnis uoluptate reſoluitur, dum nulla uenturæ pœnæ formidine terretur, pacem habet in die ſua, ſed graue ſcandalum damnationis habebit in die extrema. Inimici ſunt maligni ſpiritus, qui animam à corpore exeuntē obſident, quam in carne poſitam deceptorijs delectationibus fouent. Vallo eam circundant, quia reductis iniquitatibus quas perpetrauit ante oculos eius, ad ſocietatem ſuæ damnationis eam coartant. Vndiq; coanguſtant, quando ei non ſolum operis, uerumetiam locutionis iniquitates replicant. Tunc anima per cognitionem reatus ſui ad terrā conſternitur, cum caro ad puluerem urgetur. Tunc in mortem filij eius cadunt, cum cogitationes illicitæ ex illa prodeuntes, in extrema ultione diſſipantur, ſicut ſcriptum eſt: In illa die, peribunt omnes cogitationes eorum. Lapis ſuper lapidem, intelligitur dura cogitatio ſuper duram cogitatiōem. Peruerſam animam uiſitat deus quotidie præcepto, aliquando flagello, aliquando miraculo: ut quæ neſcit audiat, aut dolore compuncta redeat, aut beneficijs deuicta, malum qđ fecit erubeſcat.

Iere.8. — Prou.8. — Pſal.145

M. 110. x.

Caput CXVII.

ET cum intraſſet Hieroſolymam, commota eſt uniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic? Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus propheta a Nazareth Galilææ.

Hierony. Miratur ciuitas frequentiam turbæ, neſciens de eo ueritatem, cui obuiam cum laudibus occurrunt. A minoribus uero incipit cōfeſſio, ut ad maiores perueniat.

M. 111. i. R. 118. L. 238. A. 31.

ET intrauit Ieſus in tēplum dei. Ingreſſus templum, dedit nobis exemplum, ut quocunque imus, primum domū orationis ſi ibi eſt, adeamus: & per ora-

tiones deo commendari, ad agenda negocia ſecedamus. Deinde oſtendit in templo, quia prędicta ruina maxime ex ſacerdotum culpa fuit, & inde radix perditionis proceſ-
Chryſo. ſit. Medicus quando ad infirmum ingreditur, de ſtomacho eius ſtatim interrogat: ne ſi infirmus fuerit, totum corpus infirme-
Beda. tur. Cor autem & ſtomachus ſacerdotium intelligitur, per quod populus ſpirituali ter gubernari debet. Vnde ſi ſacerdotes peccauerint, totus populus conuertitur ad peccandum. Vnuſquiſq; enim Chriſtianus pro ſuo peccato reddit rationem. ſacerdotes aũt nõ tantum pro ſuis, ſed & pro omniũ ſubiectorum peccatis. Et quemadmodum uidẽs arborem folijs pallentibus marcidam, intelligis quia aliquam culpam habet circa radicem: ita cum uideris indiſciplinatum populum, ſine dubio cognoſce quia ſacerdotium eius non eſt ſanum.

Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, ejciebat omnes uendentes & ementes in templo, oues quoque & boues, & menſas nummulariorum, effudit æs, & cathedras uẽdentium columbas euertit, & dicit eis: A Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domũ negociationis. R. M. L. Scriptum eſt, domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus. uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronũ. R. Et non ſinebat ut quiſquam uas transferret per templum.

Hieron. De uaſis mercationis interdixit, non de uaſis deo dicatis. Sciẽdum quod iuxta mandata legis, de cũctis pene regionibus Iudęorum populo confluente ad templum domini in toto orbe famoſiſſimum, innumerabiles immolabantur hoſtiæ taurorum, arietũ, hircorum, maxime in feſtis diebus: pauperibus, ne abſque ſacrificio eſſent, pullos columbarum & turtures offerentibus. Sed cũ plerunque non haberent uictimas de longe uenientes, excogitauerunt ſacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, ſcilicet ut animalia ſacrificanda non habentibus uẽderent, & ea rurſum reciperent. Sed cum accideret ut quidam pauperes etiam non haberent, unde aues emerent: poſuerunt ibi ſacer
Deute.15. dotes nummularios, qui mutuam ſub cautione darent pecuniam. Sed quia lex præcipiebat ut nemo uſuras acciperet, excogitauerunt aliam technam, ſcilicet ut pro nummularijs colybiſtas facerent. Cuius uerbi proprietatem latina lingua non exprimit. Colybia dicitur apud eos, quæ nos dicimus uilia munuſcula. uerbi gratia, ut fricti ciceris uuarumq; paſſarum, pomorumq; diuerſi generis. Igitur colybiſtæ pro uſuris accipiebant uarias ſpecies, ut q̃d in nummo non licebat, in his rebus exigerent quæ nummis coemuntur, quaſi non hoc ipſum Iezechiel prædixerit, dicens: Vſuram & ſuperabun- Iezec. 22.
dantiam non accipietis. Hos omnes eiecit dominus de templo. In oratorio nanque nemo aliquid agere debet, niſi id ad quod fa-
Beda. ctum eſt, unde & nomen habet. Latro eſt, qui templum dei in ſpeluncam latronum cõ
Hieron. uertit, qui lucra de religione ſectatur. Profecto dubium non erat, quin reſidentes in templo quibuſdam non dantibus, læſiones quærerent. Secundũ myſticos intellectus, quoti die Ieſus ingreditur in templum patris, & ejcit de eccleſia omnes qui ſua quærũt in ea, non quæ dei ſunt. & ideo unius criminis habet uendentes pariter & ementes. Qui peccata peccatis addit, quaſi funem connectit, quo flagelletur. Funiculi ergo quibus negociatores ejciuntur, ſunt incrementa actionum malarum. Vnde Iſaias: Væ qui trahitis Iſaie.5.
iniquitatem in funiculis uanitatis. Et Salo- Prou.5.
mon: Funiculis peccatorum ſuorum unuſquiſq; conſtringitur. Per boues, cæleſtis doctrinæ p̃dicatores ſignificant. Vnde Apoſt.
1.Cor.9. Boui trituranti os non infrenabis. Boues ergo uendũt, qui pro precio ſcripturas exponunt, uel ut accipiant laudes & honores à populo. Vendũt etiam oues, id eſt, plebem. Cui? Diabolo. Vel ita: Oues innocentes ueſtiendis ſua uellera præbent. Per has ergo ſignantur hic opera munditiæ, dum pro humana laude geruntur. Quia ergo talium uitam & doctrinam dominus oſtendit reprobam, oues quoque & boues dicitur ejcere. Nummos uero mutuo dant in eccleſia, qui non ſimulate cæleſtibus, ſed aperte terrenis quæſtibus deſeruiunt. Aes igitur & menſas ſubuertit Ieſus, quia in fine ipſæ res quas dilexerant, deſtruẽtur. Propter auaritiam ſacerdotum, altaria dei menſæ nummulariorum
Chryſo. appellãtur. Menſas ergo nummulariorum euertit, ſignificans quia in templo dei non debent eſſe nummi niſi ſpirituales, id eſt, qui dei imaginem portant, non imaginem diaboli. Aut certe menſas nummulariorum, id eſt, ſacerdotum dicit ſcripturas. nouo enim teſtamento ſuccedẽte priori, euerſæ ſunt ſcripturæ eorum. Quid faciunt in templo mulæ

columbæ uenales, ex quo una gratuita colũ
ba deſcendit in templum corporis Chriſti?
Iam nõ eſt placiturum deo templum, id eſt,
eccleſia in ſacrificio columbarum, ſed in ſpi-
Pſal. 49. ritu ſancto. Vnde propheta: Non accipiam
de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis
hircos. Qm̃ meæ ſunt omnes feræ ſyluarum,
iumenta in mõtibus & boues. Cognoui oĩa
uolatilia cæli. Non uult deus ſacrificia, ſed fi
dem. Vnus taurus eſt oblatus pro uniuerſo
Hierony. grege. Vendentes autem columbas, in eccle
ſia ſunt illi, qui uendunt gratiam ſpiritusſan
Pſal. 13. cti, ut ſubiectos populos deuorent. De qui-
bus dicitur: Qui deuorant plebem meã ſic-
ut eſcam panis. In cathedris magiſtrorũ di-
gnitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur
Grego. cum mixta fuerit lucris. Illos quoq; pariter
dominus intra ſanctam eccleſiã deteſtatur,
q̃ per ſacros ordines ad eum appropinquan
tes, non eiſdem ordinibus uirtutum merita,
Auguſt. ſed ſubſidia uitæ præſentis exquirunt. Ergo
quando aliquid patiuntur propter iniquita-
tes ſuas, hi omnes qui uel ficte bona uel apte
mala faciunt in eccleſia: agnoſcant quia do-
minus fecit flagellum de reſticulis peccato-
rum ſuorum, & admonet eos ut mutent ſe,
& non ſint negociatores, ne tandem audiãt:
Ligate illis manus & pedes, & proijcite in
tenebras exteriores. Amplius, Templũ dei
Beda. in ciuitate, eſt uita religioſa in plebe. Et mul
ti dum pro religionis habitu ſacrorum ordi
num locum percipiunt, religionis officium
in commercium terrenæ negociationis con
uertunt. In templo uendunt, qui hoc quod
quibuſdam iure competit, præmio largiun-
tur. In templo emunt, qui quod facere debẽt
contemnunt, & à patronis redimunt. Qui-
bus dicitur, feciſtis domum meam in ſpelun
cam latronum: quia dum peruerſi locum re-
ligionis tenent, ibi per malitiam occidunt,
ubi per orationẽ uiuificare debuerũt. Mens
fidelium, eſt dei templum: quæ tunc fit latro
num ſpelunca, quando relicta ſanctitate co-
natur agere unde proximis ualeat nocere.
Non ſit ergo in domo pectoris noſtri nego
ciatio, non uendentium ementiumq; com
N. mercia, non donorum cupiditas. Notãdum
ſiue ſemel factum fuerit hoc de eiectis de tẽ-
plo, ſiue bis, ut quibuſdam uiſum eſt, quia Io
hannes longe alio ordine narrat quàm cæ-
teri: nil tamen repugnat narrationi, modo
antecedentia recapitulanti, modo ſequentia
præoccupanti.

A. 21. x.

Pſal. 68. RECordati uero ſunt diſcipuli ei9
qa ſcriptum eſt, Zelus domus
tuæ comedit me.

Zelo dom9 dei comeditur, qui omnia ibi Auguſt.
peruerſa ſatagit emendare. Si emendare nõ
poteſt, tolerat, gemit, ſuſtinet paleam, ut in-
tret in horreum. Verbi gratia: Vides fratrẽ
concurrere ad theatrum? prohibe, mone, cõ
triſtare. Vides concurrere ad uinum? prohi
be, ſi potes. Amicus ẽ? admoneatur leniter.
Vxor eſt? ſeueriſſime refrenet. Sic zelus do-
mus dei comedit te. Si autẽ frigidus & mar-
cidus dixeris in corde tuo, quid ad me alie-
na peccata? ſufficit mihi meam aĩam ſeruare
deo, profecto non uenit tibi in mentem ſer-
uus ille qui talentum abſcondit.

M. 21. x.

ET acceſſerunt ad eum cæci &
claudi in templo, & ſanauit eos.

Inter omnia ſigna uidetur hoc mirabili- Hieron.
us, quod unus homo ad flagelli uerbera tan-
tam eiecit multitudinem, illis quorum lucra
deſtruebat, in eum ſæuientibus. Igneum eñ
quiddam atque ſidereum radiabat ex oculis
eius, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie.

M. 211. v. L. 235.

VIdentes autem principes ſacer
dotum & ſcribæ mirabilia quę
fecit, & pueros clamantes in templo
& dicentes, Oſanna filio Dauid: in-
dignati ſunt, & dixerunt ei: Audis
quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit
eis: Vtique. Nunquam legiſtis quia
ex ore infantium & lactentium per- Pſalm. 8.
feciſti laudem?

Quàm moderate temperauit reſponſio-
nem. Non dixit quod calumniatores audi-
re uolebant, bene faciunt pueri ut mihi teſti
monium perhibeant, nec rurſum ait, errant
pueri. quaſi diceret, ignoſcere debetis ætati,
ſed teſtimonium protulit ex pſalmo. Si re-
cordemur turbæ præcedentis & ſubſequen Chryſo.
tis ſuperius clamando, intelligimus quia in-
fantes erãt nõ ætate, ſed cordis ſimplicitate.
Nã infantes lactentes nec intelligũt nec lau
dãt. Illi aũt pueri lactentes dicebantur, quia
ita mirabilium delectatione excitati clama-
bant, quaſi lactis ſuauitate puer delectatur.
Et omnis ſimplex doctrina lac dicitur, quia
delectat ſicut lac ſine dolore dentium ſugi-
tur.

A. 21. iiii. M. 141. R. 77.

REſponderunt ergo Iudæi & di
xerunt ei: Quod ſignum oſten
dis nobis, quia hæc facis?

Non auſi manus iniicere, ſignũ q̄runt, q̄re
ſolita cõmercia de tẽplo ꝓiicere debuerit.
M. Merito autem purgat figurale templum, q̄a
mundiſſimum corporis ſui templum ab ho
minibus morte ſolutum, ſuſcitabit cum pa-
tre ut deus. Et hoc eſt quod ſequitur.

A. 24. X.

REſpõdit Ieſus & dixit eis: Sol-
uite templum hoc, & in tribus
diebus excitabo illud. Dixerunt er
go Iudæi: Quadraginta & ſex an-
nis ædificatum eſt templum hoc, &
tu tribus diebus excitabis illud? Il-
le autem dicebat de templo corpo-
ris ſui.

Albinus. Deſtructo à Chaldæis templo, quod Sa-
lomon ſeptem annis perfecit, & laxata ca-
ptiuitate poſt ſeptuaginta annos, ad iuſſio-
nem Cyri Perſæ reædificari cœptum eſt. ſed
filii tranſmigrationis illud conſummare ne-
quiuerunt ante quadraginta ſex annos, pro-
pter gentium uicinarum impugnationem.
Qui numerus congruit hũano corpori. Tra
dunt nanque phyſici, formam humani cor-
poris tot dierum ſpatio perfici. Sex primis
diebus à conceptione, lactis habet ſimilitu-
dinem. nouem ſequentibus conuertitur in
ſanguinem. duodecim ſequentibus ſolida-
tur. reliquis decem & octo formatur ad li-
neamenta mẽbrorũ. Ecce quadraginta quin
que. quibus adiice illum diem, quo corpus ꝑ
Auguſt. membra diſcretum incipit creſcere. Hic eti-
am numerus in literis nominis Adam ſecũ-
dum græcos inuenitur. Alpha enim deſi-
gnat unum. delta, quatuor: item alpha, unũ:
My, quadraginta. Quæ quatuor literæ deſi-
gnant Adam diſperſum per quatuor partes
mundi in filiis ſuis. Ideo in principiis nomi
num partium mundi, hæ quatuor literæ le-
guntur. Anatole nanq; dicitur oriens, dyſis
occidens, arctos ſeptentrio, meſembria me-
ridies. Et quia in Adam numerus intelligi-
tur, qui eſt quadraginta ſex tanquam de ali-
quo ædificato ſub hoc numero ſumpſit Chri
ſtus de Adam templum corporis ſui per Ma
Gene. 3. riam uirginem. Illi dicitur, terra es & in ter-
ram ibis. & hic de ſe ait, ſoluetis templum
hoc, & ego excitabo illud. Excitatur itaque
in Chriſto diſperſus Adam, & de quatuor
partibus mundi colligitur in unum corpus
Chriſti, quod eſt eccleſia. Unde dicitur, ele
ctos eſſe congregandos à quatuor uentis.

L. 247. VIII. R. 176.

Caput CXVIII.

REſpiciens autem, uidit e-
os qui mittebant munera
ſua in gazophylacium, di-
uites.

Gazophylacium appellatur locus ubi di Beda.
uitiæ ſeruantur, quia græce phylaxe ſeruare
dicitur. & gaza lingua Perſica, diuitiæ uocã
tur. Erat autem arca foramen habens deſu-
per, poſita iuxta altare ad dexteram ingredi-
entibus domũ dñi, in quã mittebant ſacerdo
tes oſtia cuſtodientes, pecuniam quæ defe-
rebatur ad templum, atq; ſeruabatur ad in-
ſtaurationẽ eiuſdẽ templi. lege uerba dierũ. 2. Pa. 23.
Vidit aũt & quandam uiduam pau 4. Re. 12.
perculam, mittentẽ æra minuta duo,
quod eſt quadrans. Et conuocans
diſcipulos ſuos, ait illis: Vere dico
uobis, quia uidua hæc pauper plus
quam omnes miſit.

Quadrantem uocant calculatores, quar-
tam partem cuiuſq; rei, uelut iloci, temporis,
pecuniæ. Forſitan ergo hic quartam partem
ſicli, id eſt, quinq; obolos ſignificat. Morali-
ter æſtimatur, quã ſit acceptabile deo, quic-
quid bono animo offerimus. Cor nimirum
& non ſubſtantiam penſat deus, nec perpen
dit quantum in eius ſacrificiis, ſed ex quãto
proferatur. Iuxta allegoriam diuites qui in
gazophylacium munera mittebant, Iudæos
deſignant, de iuſtitia legis elatos. uidua ue-
ro pauper, eccleſiæ ſimplicitatem ſignificat.
Quæ recte pauper uocatur, quia & ſuperbiæ
ſpiritum & mundi diuitias abiecit. Vidua ẽ,
quia uir eius pro ea mortuus eſt. Hæc in ga-
zophylacium minuta duo mittit, quia in cõ-
ſpectu dei dilectionem eius & proximi, ſeu
fidem & orationem defert.

Nam omnes hi ex abũdanti ſibi mi-
ſerunt in munera dei: hæc autem ex
eo quod deeſt illi, totum uictum ſu-
um quem habuit, miſit.

Ex eo quod deeſt illi, intelligitur bona uo
luntas eius: quia quod potuit, miſit: & quod
non potuit, deſiderauit. Iudæus mittit diui-
tias ex abundantia, q̄ſi orando dicat apud ſe:
Deus, gratias ago tibi quia nõ ſum ſicut cæ- Luce. 18.
teri hominum, raptores, iniuſti & cætera.
eccleſia omnem uictum ſuum in dei munera

mittit.quaſi orando dicat, Nil meis meritis attribuo domine deus. propicius eſto mihi peccatori.

L. 214. X.

DIxit autem & ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, para bolam iſtam: Duo homines aſcende runt in templum, ut orarent. unus phariſæus, & alter publicanus.

Aſcenderunt, inquit, & aſcenſus templi quindecim graduum erat. Diligenter oſtendit, non ex operibus eſſe gloriādum, ſed humiliter in dei gr̄a cōfidēdum. Publicanus ad humilitatem pertinet eccleſiæ, phariſæus ad nequitiam ſuperbiæ.

Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cęteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, uelut etiam hic publicanus.

Quatuor ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur, cum aut bonū à ſemetipſis ſe habere exiſtimant: aut ſi deſuper datum credant, pro meritis datū ſibi putant: aut cum iactant ſe habere quod non habent: aut deſpectis cæteris, ſingulariter uolūt uideri habere quod habēt, ut iſte phariſæus. Vnde abſq; iuſtificatione de templo diſceſſit, quia publicano ſe iactanter p̄tulit.

Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo.

Iezechiel dicit animalia oſtenſa ſibi fuiſſe oculis plena, quia ſanctorum actio undique debet eſſe perſpecta. Sed nos ſæpe dum aliis rebus intendimus, alias negligimus. Phariſæus ad abſtinētiam, ad miſericordiam oculum habuerat: ſed ad humilitatis cuſtodiam non habebat. Et quid prodeſt ciuitatem cuſtodiri, ſi unum foramen relinquatur unde ab hoſtibus intretur?

Et publicanus a longe ſtans, nolebat nec oculos ad cęlum leuare. ſed percutiebat pectus ſuum, dicēs: Deus, p̄picius eſto mihi peccatori. Dico uobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo.

Id eſt, ad comparationem illius uel plus quàm ille: quia ille apud ſe de operibus, hic uero apud deum ex fide iuſtificatus eſt. A lōge ſtare, nec oculos leuare, indicia ſunt humilitatis, quā deus de prope aſpicit. Iſte conſcientiam premit, ſed ſpem ſubleuat, pectus percutit, pœnas de ſe exigens ut deus parcat. confitetur ut deus ignoſcat, ignorat deus quod iſte agnoſcit. Tundere autē pectus quid eſt, niſi arguere quod latet in pectore, & euidente pulſu occultum caſtigare peccatum? Typice, phariſæus Iudæorum eſt populus. qui ex iuſtificatiōibus legis extollit merita ſua, & ſuperbiendo recedit. Publicanus uero gentilis, qui humiliter peccata ſua confeſſus, appropinquat deo & exaltatur.

L. 215. V. M. 218.

QVia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Poſita phariſæi & publicani controuerſia, data eſt iudicis ſententia: & confirmatur, ut ſuperbia caueatur.

M. 214. VI. R. 120.

ET relictis illis, cum iam ueſpera eſſet hora, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibiq; manſit.

Relictis incredulis, iuit in Bethaniā, quæ interpretatur domus obedientiæ, iam tunc uocationem gentium præfigurans. Veſpere facto iuit, qa in Iudæis tenebras reliquit ſol egrediens. In urbe maxima hoſpitem nō inuenit, ſed in agro paruulo apud Lazarum & ſorores eius, quorum uicus Bethania eſt. Hieron.

M. 146. VI. R. 76.

ET ſciens turba quod exiit extra ciuitatem, ſecuti ſunt eū. & ſuſcipiens eos quibus neceſſaria erat cura, ſanabat.

Cum domino ingredienti ciuitatem maximo uoto q̄ multi occurrerint, & deinde mirabilia quæ fecit uiderint, quis negare audeat quin turba ſaltem cui neceſſaria erat cura, ſecuta ſit egredientem? Omnem quippe curabat languorem, ut quib⁹ ſermo nō ſuaſerat credere, opera ſuaderēt. Vnde Iohannes ait: Cum autem eſſet Hieroſolymis in paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, uidentes ſigna quæ faciebat. Similem curationem referunt Matthæus capitulo centeſimo ſexageſimo, & Marcus in illius concanonico. Iohan. 2.

A. 14. X.

Caput CXIX.

ERat autē homo ex phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorū. Hic uenit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcim⁹ quia a deo ueniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cum illo.

Auguſt. Nicodemus uenit ad Ieſum nocte, uel qa metuit offendere populum, cum eſſet unus de principibus: uel qa magiſter erat in Iſrael, palā diſcere erubuit. Nox itaq; ſignificat literam legis, uel ignorantiam cordis uel timorem. Nicodemus uero unus ex his qui ꝑ ſigna crediderant, figura eſt catechumenorum: nam licet credant, quadam tamen nocte ſacramentorum ad baptiſmum perueniunt, ubi de inuio tenebrarum ad uiam cæleſtis luminis renati tranſeunt. Si enim tātum ualuit baptiſmatis figura, ut per Moyſen baptizati in nube & in mari, ad manna perducerentur, nonne per uerū baptiſma ad idem perueniri poterit? Quid eſt māna? Ego ſum, inquit, panis uiuus qui de cælo deſcendi.

Reſpondit Ieſus & dixit ei: Amen amē dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt uidere regnū dei.

Id eſt, non poteſt me cognoſcere, qui ſum regnum patris, qui ſum uiſio ueritatis. Quia Nicodemus aperta ſigna prudēter notauit, de ſecunda natiuitate ac de cęteris fidei myſterijs plenius doceri meruit.

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in uentrem matris ſuæ iterato introire & naſci?

Spiritus ei loquitur, & ipſe carnem ſapit ſuam, non Chriſti: ſicut illi qui putauerunt dominum poſſe coquere & manducare cōciſum ſicut agnum, quando dominus dixit: Iohā.6. Niſi quis manducauerit carnem meam & biberit ſanguinem meum, non habebit uitam in ſe. & ſtatim recedentes, non amplius ſunt eum ſecuti. Dominus autem hoc remanentibus expoſuit, dicens: Spiritus eſt & uita quod dixi. nam ſpiritus uiuificat, caro autē nihil prodeſt, ne carnaliter intelligerent q̄d dixerat. Ita Nicodemus nōdum nouerat parentes qui generant ad uitam. Vna enim generatio eſt carnalis, altera eſt ſpiritualis. Sciendum quomodo uterus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus. Qui naſcitur de catholica eccleſia, tāquam de Sara naſcitur. qui autem de hæreſi, tanquam de ancilla. Aduertite cur dominus dicat, Ego ſum deus Abraam & Iſa- Exo.3.
ac & Iacob. quaſi Noe qui ante iſtos fuit, & Moyſes qui poſt, ſancti patriarchæ non eſſent. In his quippe tribus inuenimus peperiſſe liberas & ancillas, quod totum figura eſt, ut ait Apoſtolus: Hæc autem in figura 1.Cor.10.
contingebant illis. Et illud: Scripta ſunt, inquit, propter nos, in quos finis ſeculorum uenit. In generationibus autem liberarum & ancillarum, quatuor ſunt genera hominum, in quibus cōpletur forma totius Chriſtianitatis. Ancillas accipiamus in malis, liberas in bonis. Aut igitur liberę pariunt bo- Gen. 21.
nos, ut Sara Iſaac: aut malos & bonos, ut Re-
becca Eſau & Iacob: aut malæ malos, ut A- Gene.25.
gar Iſmael: aut malæ bonos & malos, ut an- Gen.16.
cillæ Iacob. Ad hanc ſimilitudinem aut bo- Gene.30.
ni baptizāt bonos, ut Ananias Paulum: aut Actu.9.
malos, ut Philippus Simonem magum. aut Actu.8.
mali bonos & malos, ut prædicatores quidam, quos dicit Apoſtolus non caſte ſolere annunciare euangelium, tolerans eos in ſo- Philip.1.
cietate Chriſtiana, & dicens: Quid enim, dū omni modo ſiue occaſiōe, ſiue ueritate Chriſtus annuncietur? Et in hoc gaudeo. Non de alieno malo gaudebat, ſed quia uerum prædicabatur. Si quos iſti ſui ſimiles baptizabāt, tunc mali malos. Si quos uero tales quales admonet dominus, cum dicit: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite, tunc mali bonos baptizabant. Quō ergo in filijs Iacob non obfuit illis qui nati ſunt de ancillis, quo minus tenerent terram promiſſionis cum fratribus ex æquo, ſed præualuit ſemen paternum: ſic quicunq; per malos baptizantur, quanquā ex malis nati ſint, tamen qa ex ſemine uerbi dei quod figuratur in Iacob, nati ſunt: ſi boni eſſe uoluerint, hęreditatem cum fratribus poſſidebunt. Siue er- Beda.
go hæreticus, ſiue ſchiſmaticus, ſiue facinoroſus quiſq; in confeſſione ſanctæ trinitatis baptizet, non ualet ille rebaptizari à catholicis, ne confeſſio uel inuocatio tanti nominis uideatur annullari. Et in utero eccleſiæ magna lucta eſt inter bonos & malos, ſicut Iacob & Eſau luctabantur. & ſemper mali Gen. 25.
ꝑſequunt bonos, ut Iſmael Iſaac. Ideo nanq;
dixit Sara Abrę: Eijce ancillam & filiū eius. Gen.21.
quia illuſionem uidit in luſu, non ideo quia ludebat Iſmael cum filio ſuo. Vnde Apo-
ſtolus: Sicut tunc ille qui ſecundum carnem Gala. 4.
natus erat, perſequebatur eum qui ſecundū

ſpiritum, ita & nunc. Secundum carnem nati ſunt dilectores mundi, ſecundum ſpiritũ amatores Chriſti. Plus ergo nos perſequuntur, qui nos illudendo ſeducunt ita. Veni ueni, baptizare hic. hic habes uerum baptiſmũ. Iſmael ergo nõ ideo fuit exhæredatus, quia ex ancilla natus, ſed quia ſuperbꝰ fuit. Nam ſi eſſet ideo exhæredatus, filij Iacob non admitterentur ad hæreditatem. Quod autem Sara affligit ancillam Agar, non dicitur pſecutio, ſed correctio. Vnde etiam angelus fu-
Gene. 16. gienti dicit: Reuertere & humiliare ſub manu dominæ tuæ. Sic boni principes hæreticos & quoſlibet pernicioſos eccleſiæ, exilijs & alijs legalibus pœnis iuſte affligunt.

Reſpondit Ieſus: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum dei.

M. Senſus eſt: Quiſquis renaſci contempſerit ex uiſibili ſacramento aquæ & ſpiritusſancto, & in hoc neglectu uitã finierit, à regno dei in perpetuum excluſus erit. Quicunq; uero non percepto regenerationis lauacro, pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis ualet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. Qui enim dixit, ſi quis nõ renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cælorum: alia ſententia iſtos fecerit exceptos, ubi non
Luce. 12. minus generaliter ait: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eũ coram patre meo. Equidem ſanguis & aqua quæ de uulnere lateris percuſſi Chriſti exiuerunt, typũ martyrij & baptiſmi, quo itur ad cælum, pariter pertulerunt. Deniq; ſi q̃s in fide Chriſti & in charitate non ficta radicatos, excludat articulus mortis à ſacramento baptiſmi, conſtat quia non excluduntur à ſalute. Martyres enim ſunt coram deo, ſi puro corde martyrio parati erant. & baptizati ſunt in igne & ſpiritu, iuxta quod domi-
Actu. 1. nus prædixit apoſtolis: Vos autem baptizabimini in ſpiritusſancto nõ poſt multos hos dies. Hinc eſt quod ait Ambroſius de Valen-
Iere. 4. tiniano: Ventrem meum doleo, ut prophetico utar exemplo. quia quem regeneraturus eram, amiſi. Ille tamen gratiam quã popoſcit, non amiſit. Auguſtinus libro quarto
Luce. 23. de baptiſmo: Conſiderans latronem cui dictum eſt, hodie mecum eris in paradiſo: inuenio non tantum paſſionem pro noĩe Chriſti id quod de baptiſmo deeſt, ſupplere poſſe, ſed etiam fidem conuerſionemq; cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium baptiſmi in anguſtijs temporum ſuccurri non poteſt. Quantum itaq; ualeat etiam ſine uiſibi- Beda.
lis baptiſmi ſacramẽto, quod ait Apoſtolus, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem con Rom. 10.
feſſio fit ad ſalutem: tunc impletur inuiſibiliter, cum miniſterium baptiſmi non cõtemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit. Sciendum quoniam Auguſtinus hãc ſententiam non retractauit, ut quidam falſo putant: ſed illud quod in exemplo dixerat, latronem non fuiſſe baptizatum, quia incertũ eſt utrum fuerit baptizatus an non. Quod igitur alibi ait, catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, uitam habere non credimus, niſi martyr fuerit, hoc & ſimilia de contẽnentibus ſacramẽtum baptiſmi, dicta ſunt.

Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ſpiritu, ſpũs eſt.

Spiritualem natiuitatem diſtinguit à carnali. Ex ſpiritusſancto ſpiritus noſter .i. anima naſcitur in deo, cum ei per gratiam dei, q̃ ſpiritusſanctus intelligitur, peccata remittuntur, ne propter ea damnationis pœnam incurrat. Non enim caro, ſed anima ſentire poteſt uel puniri. nec pœna peccati remittitur niſi ei quod poteſt puniri.

Non mireris quia dixi tibi, oportet uos naſci denuo. Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis, ſed non ſcis unde ueniat aut quo uadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu.

Spiritus poteſtatẽ habet, quibus uult, gratiam remiſſionis impartire. & uocẽ eius corporalem audis, eo loquente in ſanctis prædicatoribus, iuxta illud: Non enim uos eſtis q̃ Matt. 10.
loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Veruntamen ignoras unde illa uox per intelligentiam ad quoſdam ueniat, id eſt, qua de cauſa eodem ſpiritu agente, q̃dam fortaſſe minus eruditi uocem illam intelligãt. & quo, id eſt, pro quo uadat ab alijs æque præſentibus, hoc eſt, ſine intelligentia tranſeat ab illis. Ad hunc modum fit illa natiuitas, quæ eſt ex ſpiritu, te uidelicet neſciente diſcutere, quomodo id ſpiritus inuiſibiliter agat, ubi ipſe nihil corporaliter operat. Ne mireris ergo de hoc ſcilicet, quod agit ſpiritus in illa generatiõe, ſi neſcias. Vel ita:
Spũs in poteſtate habet, ut cuius uult cor il- Beda.
luſtret. & ſi te pręſente quempiam ad horam repleuerit, uocẽ quidẽ eius ſpũs audis, ſed neſcis unde ueniat & quo uadat .i. quomõ cor illiꝰ intrauerit, uel quomodo redierit. Natura enĩ inuiſibilis eſt, Sic inuiſibiliter incipit

renatus eſſe agente ſpiritu quod non erat, ita ut infidelis neſciat unde ueniat & quo uadat, id eſt, qua gratia ueniat in adoptionem filiorum dei, & uadit in perceptionem cæleſtis regni. Quæ quia incognita ſunt carnali, iterum quærit.

Reſpondit Nicodemus, & dixit ei: Quomõ poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?

Auguſt. Quid quaſi inſultabat dominus huic Magiſtro? Volebat illum naſci ex ſpiritu, quod nequit niſi humilis. Ille autem inflatus erat, & alicuius momenti ſibi eſſe uidebatur, quia doctor erat Iudæorum.

Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod uidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrũ non accipitis.

Si eſſent humiles ex ſpiritu nati, crederẽt ea quæ dominus cum prophetis & apoſtolis teſtatur foris mundo de his quæ uidẽtur in abſcondito dei. *M.* Euangeliſta Iohannes in conſuetudine habet geminare amen in confirmatione diuinorum uerborum, illud attendẽs quod dominus ait: *Matt. 5.* Sit ſermo ueſter, eſt eſt, hoc eſt, per duplicitatem nihil dicatis, ſed ſicut profertis ore, credatis corde. Tale eſt ergo, amen amen, ac ſi diceret: Gemina id ueritate tam oris q̃ cordis pronuncio.

Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo ſi dixero uobis cæleſtia, credetis?

Auguſt. Senſus eſt: Si non creditis nec etiam intelligitis, quia templum poſſum ſuſcitare deiectum à uobis, quod terrenum eſt: quomodo credetis, quia per ſpiritum poſſunt homines regenerari? Hunc tamen per increpationem inuitatum ad humilitatem, inſtruit adhuc de diuina & hũana ſui natiuitate, de paſſione & aſcenſione, & alijs pluribus. Vnde ſequitur:

Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cęlo, filius hominis qui eſt in cælo.

M. Nemo aſcẽdit. i. aſcendere facit ad eminentiam ſupernæ uitę, niſi qui inde deſcendit humiliando ſe, id eſt, filius dei, qui eſt uerbum patris, noſtram aſſumendo infirmitatem, ſecundum quam dicitur minor patre. Deſcendit inquam, per hoc filius hominis effectus, qui tamen in cælo eſt, hoc eſt, in illa æqualitate patris quam ante habuit. Aſſumẽs quippe quod non erat, non amiſit quod erat. Aliter: *Auguſt.* Deus diuinitatem ſuam non indignam cenſuit nomine filij hominis, ſicut carnem ſuam dignatus eſt nomine filij dei, ne quaſi duo Chriſti dicerẽtur. Et ita per diſtantiam diuinitatis & infirmitatis, filius dei manebat in cælo, filius hominis ambulabat in terra. Per unitatẽ uero perſonæ quæ in duabus naturis unus Chriſtus eſt, & filius dei ambulabat in terra, & idem ipſe filius hominis dicitur deſcendiſſe de cælo, & ante paſſionem fuiſſe in cælo. Senſus ergo eſt: Nemo aſcendit in cælum, niſi Chriſtus in corpore ſuo, quod eſt eccleſia. Propterea namq; deſcendit, ut in illo & cum illo unum eſſent, qui per illum aſcenſuri erãt. Dominus aſcendit, corpus autem non aſcendit, ſed leuatum eſt in cælum, illo leuante qui aſcendit. *Auguſt.* Si quis ẽm deſcendat (uerbi gratia) de monte nudus, cũ autem aſcenderit, ueſtiat ſe: recte utiq; dicimus, nemo aſcendit niſi qui deſcendit: nec ueſtem conſideramus quam ſecum leuauit, ſed ipſum qui ueſtitus eſt, ſolũ dicimus aſcẽdiſſe.

Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipõ, non pereat, ſed habeat uitã æternã.

Albinus. Pertæſus in eremo longi laboris populus Iſrael, murmurauit contra dominum & Moyſen, ideóq; dominus immiſit in illum ignitos ſerpentes. Cum igitur Moyſes oraſſet, iuſſit eum dominus facere ſerpentẽ æneum, & plagis percuſſos aſpicere in eum ut uiuerent. *Auguſt.* Qui ſunt ſerpentes mordentes? Peccata. Quis ſerpẽs exaltatus? Mortuus dominus in cruce, qui per effigiem ſerpentis figuratur, quia à ſerpente mors. Liberãtur ergo qui eum fide intuentur, à plagis ignitorũ ſerpentium. i. ab incentiuis uitiorum, quæ animam pungunt in mortem.

Sic enim dilexit deus mundum, ut filium ſuum unigenitũ daret: ut om̃is qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam.

Aperit cauſam humanæ ſalutis, dilectionem ſcilicet dei patris, ex quo eſt omnis reſtauratio uel inſtitutio per filium ſuum in ſpiritu ſancto. Idẽ dicit ex filio dei, quod ſupra ex filio hominis credentes conſequi: ut per quem in deitate conditi ſumus, per eundem in homine reſtauremur.

Non enim miſit deus filium ſuum in

mundum, ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum.

Venit ſaluator ut ſaluet, non ut iudicet, id eſt, damnet. ſed ſi iudicatur homo, ex ſe habuit, quia non credidit.

Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia non credidit in nomine unigeniti filij dei.

Nondum apparuit iudicium, ſed iam fa-
2.Tim.2. ctum ẽ: Nouit enim dominus qui ſunt eius. Nouit qui permaneant ad coronam, qui ad flammã. Nouit in area ſua triticum, nouit paleam, nouit ſegetẽ, nouit & zizania. Nõ eos
Auguſt. audiamus, qui negant ex hoc loco diem iudicij futurum. Dicunt enim: Si & ille q credit, non ueniet in iudicium: & ille qui nõ credit, iam iudicatus eſt: ubi ſunt quos iudicaturus ẽ dominus in die iudicij? Non intelligũt præteritum tempus poni pro futuro. Nam iudicatus eſt, dicitur damnatus eſt dei præſcientia, qui nouit quid immineat non credentibus. & ubi dicitur, nõ ueniet ad iudicium: ita intelligendũ eſt, nõ ueniet ad dãnationẽ.

Hoc eſt aũt iudiciũ, quia lux uenit in mundũ, & dilexerunt hoĩes magis tenebras q̃ lucem. Erant eĩm eorum mala opera. Omnis eĩm qui male agit, odit lucẽ: & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius.

Iudicium dicit æternam damnationem, quod erit non cognoſcere deũ, ſicut æterna uita eſt cognoſcere eum. Quia lux uenit, uerbum ſ. in carnem, & excitat & mouet homines cognoſcere ſua mala in quibus oẽs ſunt, profecto illi iudicantur, qui oderunt admonentem lucem: & fugant, ne arguantur mala eorũ, quæ ſunt impietas, incredulitas, odium æternæ lucis, & nolle eam aſpicere, ſed uelle in tenebris peccatorũ remanere. Vtiq; omnis qui eſt in intentione mali, & cũ amore ipſius mali operatur, odit lucem, quæ detegit mala: & ita non uenit ad lucẽ, ut ei iungatur, ſed fugat, ne mala q̃ diligit, arguãtur.

Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifeſtẽtur opera eius, quia in deo facta ſunt.

Quia initium boni eſt accuſatio mali, ueritatem facit, id eſt, ea quæ ueritas iubet, quicunq; admonitus per lucem, ſua mala accuſat: ut hæc eius accuſatio & alia bona quæ facit, manifeſtentur quod illuminatione diuina facta ſunt. Qui uult ergo uenire ad lucẽ, Auguſt.
non tantũ à grandibus ſe peccatis abſtineat, ſed etiam à minoribus ueram confeſſionem faciat, quoniã plura minuta pctã, ſi negligãtur, occidunt. Nam minutæ guttæ flumẽ implent: & minuta grana arenæ, ſi multa ſint, opprimũt nauem. Et hoc facit ſentina neglecta, quod fluctus irruens. Paulatim intrat aq̃ per ſentinam. ſed diu intrando & non exhauriẽdo, mergit nauem. Et quia deus pctõres flagellat ad emundationem in hoc ſeculo, ferto patrem erudiẽtem, ne ſentias iudicem punientem. A. 36. x.

ET reuerſi ſunt unuſquiſq; in domum ſuam. Ieſus autem perrexit ad montem oliueti, & diluculo uenit iterum in templum. Et omnis populus uenit ad eum, & ſedens docebat eos.

Reuerſis uniuerſis, qui ſecuti fuerant eum M.
de ciuitate, peruenit Bethaniam, quæ eſt in monte oliueti. Ne mireris ſi nocte illuc uenerit, ſi nocte Nicodemo prædicauerit, de quo alibi legitur, qa erat pnoctans in orati-
one dei. Legis etiam quod ante paſſionem Luce.6.
Hieroſolymis peracta cœna, & hymno di-
cto, exijt cum diſcipulis ſecundum conſue- Matt.26.
tudinem in montem oliueti. Mons oliueti, Albinus
ſublimitatem dominicæ pietatis & miſericordiæ deſignat. unde nobis chriſma, id eſt, unctio qua ungimur, ut contra diabolum luctemur. Eleos græce miſericordia, oliuetum uocatur oleon. & unctio olei feſſis & dolentibus membris affert leuamen. Oleum præminet & confeſtim tranſcendit, quemcunq;
liquorem ei ſuperfundas. Suauis autem eſt Pſal.144
dominus uniuerſis, & miſerationes eius ſup omnia opera eius. Tempus diluculi, demonſtrat lucẽ euãgelij exortam, remota umbra legis. Quotidie in templo ſol iuſtitiæ diluculo oritur, cum pctõres ad ſe uenientes miſericorditer ſpiritusſancti illuſtratione clarificat. Seſſio eſt humilitas incarnationis, qua miſeretur & docet.

Caput CXX.

ADducunt autem ſcribæ & phariſæi mulierẽ in adulterio deprehenſam. & ſtatuerunt eã in medio, & dixerũt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege aũt Moyſes man

dauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent eum accuſare.

August. Putabant dominum uel immiſericordem futurum in iudicando, uel iniuſtum. Si ſecũdum legem diſcerneret hanc eſſe lapidandã, deriderent quaſi non habentem manſuetudinem quam prædicabat, pro qua populus eum diligebat. Si lapidare uetaret, in hoc dicerent hoſtem legis & contrarium Moyſi, imo deo autori. & ideo cum adultera reum mortis.

Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cum autem perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrum, primus in illam lapidem mittat.

Digito dei lex ſcripta eſt, ſed propter duros in lapide. Nunc ipſe legiſlator de ſede patris inclinatus in mundũ, ad reclinanda peccata humani generis, in terra ſcribebat, quia fructum quærebat. Exarat quotidie terram digito, cum tãgit corda audientium ſpiritu‑
August. ſancto. Ampli⁹, Scribebat in terra, tanq̃ accuſatores ſcribẽdos in terra ſignificaret, nos aũt in cęlo. Capitis inclinatio, hũilitatẽ demõſtrat. Amplius, Per digitum qui articulo‑
Albinus. rum compoſitione flexibilis eſt, ſubtilitas diſcretionis exprimitur: per terram, cor humanum quod fructus reddere ſolet. Ergo antequam aliquem dijudicemus, conſcientiam noſtram uideamus, & iuſta examinatione dirimamus. unde illis dicit: Qui ſine peccato eſt ueſtrum, in illam lapidem mittat. Quaſi dicat: Aſcendat unuſquiſq; tribunal mentis
August. ſuæ, & inueniet ſe peccatorẽ. Ergo aut iſtam dimittite, aut cum illa pœnã legis excipite. Puniatur peccatrix, ſed non à præuaricatoribus legis. Ecce plena iuſtitia, ut iuſtus mala puniat. Reus miniſter etſi occidat reos, tamen non debet, quia reus eſt.

Et iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra. Audientes aũt hęc, unus poſt unum exibant, incipientes a ſenioribus. & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans.

Remanſit ſolus, ſcilicet ab illis, quia diſcipuli manent cum eo, in medio quorum ſtat mulier. Ideo iterum ſcripſit in terra ex more conſuetudinis humanæ, uultum alio uertens, ut illis liberum eſſet exire, quos præuidebat citius exituros, quàm plura interrogaturos. Auerſo itaque uultu, non dignatur cadentes reſpicere, ſed dat locum fugiendi.

Erigens autẽ ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, ubi ſunt qui te accuſabãt? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo dñe. Dixit autẽ Ieſus: Nec ego te cõdemnabo, uade, & iam amplius noli peccare.

Erectus prius in iudicio iuſtitiæ, erectus item dat ſententiam miſericordiæ, quia hoc utrunq; facere eſt diuinę potentiæ. Quia mulier poterat timere, ne ipſe qui ſine peccato eſt, eam puniret: dicit ei, ut miſericors præterita dimittens, nec ego te condemnabo, ut iuſtus, ne amplius peccet interdicens. Propter illos qui deſperãt, propoſuit dominus indulgentiæ portum: propter illos qui ſpe periclitantur & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum.

M. 204. VI. R. 110

Caput CXXI.

MAne autem reuertẽs in ciuitatem, eſurijt. Et uidens fici arborem unam ſecus uiam, uenit ad eam. & nihil inuenit in ea niſi folia tantum. Nondum eñ erat tempus ficorum. Et ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt continuo ficulnea. Et uidentes diſcipuli, mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuo aruit?

Prætermiſſum erat quid dominus in itinere fecerit mane reuertẽs in ciuitatem, ſed hic recolendo ponitur. Eſuriens uenit ad fi‑ Hieron.
cum, ſitiens uenerat ad puteum: ueritatem humanę carnis in utroq; oſtendens, ſimulq; inſinuãs, quia ſalutem hominum eſuriebat, & fidem eccleſiæ ſitiebat, æſtuans ad incredulitatem Iſraelis. Arbor eſt ſynagoga, quę erat iuxta uiam. legem enim habebat. Folia ſunt ſtrepitus traditionum phariſaicarum, & iactatio legis & ornatus uerborum. Potuit ſaluator eadem uirtute qua arborẽ ficcauit, etiam inimicos ſuos ſiccare, niſi expe‑
ctaret pœnitentiã. Amplius, Arbor fici eſt Hilarius.
ſynagoga, propter ſimilitudinem multo‑

rum granorum. Secus uiam, id eſt, iuxta mũdum. Ideo Chriſtus in ſynagoga fructum non inuenit, quia ſecundum mundum uiuebat, qui communis tranſitus eſt omnium naſcentium. *Hilarius.* Arbori fici flos primus in pomis eſt, quæ communiter groſſa nuncupantur. Poſtea internæ fœcunditatis uirtute exhuberante, eiuſdem formæ poma prorumpũt, & uſq; ad maturitatem fructuum prouehũtur. Quibus prorumpentibus, priora decidunt, ſolutis eorum radicibus. Si tamen inciderit, ut in ſinu uirgularum hærentes, non decidant à radicibus, poma cætera maturitate præueniũt. Igitur propria eſt ſynagogæ ſimilitudo. Primos enim fructus quos ab exordio protulerat, groſſorũ amiſit exẽplo: quia plebem eius inutilem fidelis uſque ad conſummationem temporum manens populus gentium, protruſit. Veruntamen credentes primi ex Iſrael apoſtoli, inter legem & euangelium groſſorum modo inhærentes, cęteros reſurrectionis gloria & tempore anteibunt. In huius rei forma pudorem ſuum Adam atq; Eua huius arboris folijs texerunt, quia ſynagoga infidelis & legis mandata tranſgrediens, impudentiæ ſuę fœditates & turpitudinum confuſionem infructuoſis eſſet uerborum uelamentis tanquam fici folijs contectura. *August.* Qui autem dicit Chriſtum propterea tantum feciſſe miracula, ut nõ eſſent niſi miracula, poteſt etiam dicere illum neſciuiſſe, quod non eſſet tempus pomorum, quando quæſiuit ficus in arbore. Quod ergo nouerat arboris cultor, non nouerat arboris creator? Cum ergo eſuriens quæſiuit poma, ſignificauit ſe aliquid aliud quærere. Quæ enim culpa arboris infœcunditas, cum eam maledixit? Illorum culpa eſt ſterilitas, quorum uoluntate eſt fœcũditas. Nec de exiſtimatione famæ & ſermonũ põpa, ſed de teſtimonio actionum probatur homo. ſicut nec de floribus ac folijs cognoſcitur arbor, ſed de fructu. Iudæa ergo quę uerba ſcripturæ ſuæ operibus ſonabat, digna fuit ultione punita: quam uitare debuit, arboris ſterilitate perterrita. Aliud igitur intelligamus ſignificari in miraculis Chriſti, quam ſint ipſa miracula. *Hilarius* Et notandum quia ſpem futurorum & animæ ſalutem, curis præſentium ægritudinum commendauit: infidelitatis uero periculum damno arboris indicauit, ut ſine detrimento eorum in quorum redemptionem uenerat, doceretur. *M.* Non incõgrue Marcus introducit eum reſpondentẽ fico, quia res ipſa clamabat, quod nondum fructum, ſed folia tantum haberet. Quod ergo dicit, iam non amplius in æternum quiſquam fructum ex te manducet: non de tota generaliter ſynagoga, ſed ſecũdum partem maioris numeri, quam ſciuit nunquam conuertẽdam, ſic exponas: Iam ad hoc uenisti o Iudæa, ut deinceps in perpetuum nemo fructum mãducet ex te, id eſt, nullus iuſtus delectetur in fructu tuo.

R. 117. X.

ET cum ueſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane tranſirent, uiderunt ficum aridã factã a radicibus. & recordatus Petrus, dicit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit.

Arefacta eſt radicitus ficus, ut intimaretur nefanda plebs non ſolum humana gloria forinſecus, uerumetiam diuino intus fauore funditus deſtituẽda. *Beda.*

M. 115. VI. R. 124.

REſpondẽs autem Ieſus, ait eis: Habete fidem dei. Amen dico uobis, ſi habueritis fidem & non heſitaueritis in corde, non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis, tolle te & iacta te in mare, fiet.

Hierony. Latrant contra nos gẽtilium canes in ſuis uoluminibus, aſſerentes apoſtolos fide caruiſſe, quia montes transferre non potuerint. Quibus reſpondemus, multa ſigna facta eſſe à domino iuxta Iohannis euangeliſtæ teſtimonium, quæ ſi ſcripta eſſent, mundus capere non poſſet. *Iohã. 21.* non quod mundus uolumina capere non potuerit, quæ poteſt quamuis multiplicata ſint, unum armariolum uel unum capere triclinium. ſed quod magnitudine ſignorum pro miraculis & incredulitate ferre non poſſet. Igitur & hæc credimus feciſſe apoſtolos, ſed ideo ſcripta non eſſe, ne infidelibus maior contradicendi daretur occaſio, quãdoquidem minoribus ſignis quæ ſcripta ſunt, non credunt. Legimus factum precibus beati patris Gregorij, Neocæſariæ Ponti antiſtitis, uiri meritis & uirtutibus eximij, ut mons in terra tantum loco cederet, quantum incolæ ciuitatis opus habebant. *Miraculum* Cum enim uolens ædificare eccleſiam in loco apto, uideret eum anguſtiorem eſſe quàm res exigebat, eo quod ex una parte rupe maris, ex altera monte proximo

coartaretur: uenit nocte ad locum, & geni-
bus flexis, admonuit dominum promiſſio-
nis ſuæ, ut montem longius iuxta fidem pe-
tentis ageret. Et mane facto reuerſus, inue-
nit montem tantum ſpatij reliquiſſe ſtructo
ribus eccleſiæ, quantū opus habuerant. Hæc
aduerſum querulos. Cæterum nos monte
intelligimus diabolum, qui de anima homi-
nis poſſeſſa, ab apoſtolis & eorum ſimilibꝰ
trāsferri poteſt in mare .i. in loca amara. Vn
Pſal. 45. de in pſalmo: Non timebimus dum turbabi
tur terra, & transferentur mōtes in cor ma-
ris. L. 200. V. M. 175.

ET dixerunt ei apoſtoli: Domi-
ne, adauge nobis fidem. Et di-
xit Ieſus:

R. 121. IIII. M. 216. A. 118. & 150. & 131. & 227.

OMnia quæcunque orantes peti-
tis, credite quia accipietis, &
euenient uobis.

Intraturis in terram promiſſionis, dictū
Deute. 11. eſt: Omnis locus quē calcauerit pes ueſter,
ueſter erit. Hic autem nobis dicitur, quia qis
locus miſericordiæ quem calcabimus pede
mentis gradientes in deum, noſter erit. Vt
igitur huic pedi fortius innitamur, utinam
pes alter eneruetur, quo mēs ad terrena gra
Gene. 32. ditur, iuxta quod angelus benedicens Iacob
feciſſe legitur.

R. 126. VI. M. 44.

ET cum ſtabitis ad orandum, di
mittite ſi quid habetis aduerſus
aliquem, ut & pater ueſter qui in cę
lis ē, dimittat uobis peccata ueſtra.

Qñquidē fides perfecta eſt, q̄ ſcilicet per
dilectionē operat̃, & dæmones fugat, & de
peccatis ueniam obtinet, apte ſequens para-
bola ad ſemper orandum & credendum, &
non de nobis, ſed de deo præſumendū hor-
1. Theſ. 5. tatur. Apoſtolus etiam dicit, Sine intermiſſi
Beda. one orate. Quis aūt poteſt ſemper orare? Er
go hoc intelligēdum eſt aut de quotidianis
horis iuxta ritum eccleſiæ, ut ait Pſalmiſta:
Pſal. 33. Benedicam dominū in omni tempore, ſem-
per laus eius in ore meo. aut certe quicquid
iuſtus facit ſecundum deum, ad orationem
eſt reputandum. L. 214. X.

Caput CXXII.

DIcebat autem & parabo-
lam ad illos, quoniā opor
tet ſemper orare & nō de-
ficere, dicens: Iudex quidam erat in
quadam ciuitate, qui deum nō time-
bat, & hominem non uerebatur.
Vidua autem quædam erat in ciui-
tate illa, & ueniebat ad illum, dicēs:
Vindica me de aduerſario meo. Et
nolebat per multum tempus. Poſt
hæc autem dixit intra ſe: Etſi deum
non timeo, nec hominem uereor,
tamen quia moleſta eſt mihi hæc ui
dua, uindicabo illam, ne in nouiſſi-
mo ueniens ſugillet me.

Hoc eſt, ne iterum & iterū ueniens ſtran-
gulet me tædioſis clamoribus. Sugillare à ſu
go & lamijs tractum, ſtrangulare eſt. Para-
bolas dominus aut ſecūdum ſimilitudinem
ponit, ut de homine qui habebat duos filios, Luce. 15.
maiorem in agro, minorem in longinquo:
aut ex diſſimilitudine aliquid probat, ut ibi:
ſi fœnum agri quod hodie eſt, & cras in cli- Matt. 6.
banum mittetur, deus ſic ueſtit, quanto ma-
gis uos modicæ fidei? Et ſuperius genus ita
coniungitur, ſicut illud, ita illud uel iſtud: in-
ferius ita, ſi illud eſt, quanto magis uel quan
to minus hoc uel illud? Iudex eſt hic ex diſſi
militudine, quia iniquus nunquam aſſimila
tur deo. Ipſa uidua poteſt habere ſimilitudi-
nem eccleſiæ, quæ deſolata uidetur, donec
ueniat dominus, qui tamen in ſecreto etiam
nunc curam eius gerit.

Ait autem dominus: Audite quid iu
dex iniquitatis dicit. Deus aūt non
faciet uindictam electorum ſuorū,
clamantium ad ſe die ac nocte, & pa
tientiam habebit in illis? Dico uo-
bis, quia cito faciet uindictam illo-
rum.

Si quem mouet cur electi ſe uindicari de-
precentur, cum apertiſſime moneamur pro Matt. 5.
perſequentibus orare: intelligēdum eſt, eam
uindictam eſſe iuſtoꝝ, ut mali pereant. Per-
eunt autem duobus modis: aut conuerſio-
ne ad iuſtitiam, aut amiſſa poteſtate, qua tem
poraliter ualent aduerſus bonos.

Veruntamen filius hominis ueniēs
putas inueniet fidem in terra?

Quamuis omnipotens conditor ſemper
ſit paratus ad uindictam, in die tamē iudicij
ſeuerius apparebit ruina malorum. Putas,

non eſt hic dictum dubitando, ſed arguen-
do. nam & nos aliquando de rebus certis po
nimus increpando uerbum dubitationis, ut
ſi indignanter ſeruo tuo dicas, Contemnis
me? conſidera, Forſitan dominus tuus ſum.
1.Cor. 7. Et Apoſtolus: Puto autem quod & ego ſpi
ritum dei habeo.

M. 27. 11. R. 127. L. 140.

Caput CXXIII.

ET cum ueniſſet in tem-
plum, factum eſt, docē-
te illo populum & euan
gelizante, acceſſerūt ad
eum principes ſacerdotum & ſenio
res populi, dicentes: In qua poteſta
te hæc facis? & quis tibi dedit hanc
poteſtatem?

Hierony. Diuerſis uerbis eandem quam ſupra ca-
lumniam ſtruunt, quando dixerunt, in Beel
zebub principe dæmoniorum ejicit dæmo
nia. ſubintelligunt enim eum operari per di
abolum. Omnis homo ſecūdum ſe æſtimat
Chryſo. alium. Fornicarius neminem exiſtimat ca-
ſtum. caſtus non facile de fornicario ſuſpi-
catur. Superbus neminem putat humilem,
humilis neminem ſuperbum. Sic qui non eſt
ex deo ſacerdos, nullius ſacerdotium putat
eſſe ex deo. Inde eſt ut contemnat alteros.

Rn̄dens aūt Ieſus, dixit illis: Inter-
rogo & ego uos unum ſermonem.
quem ſi dixeritis mihi, & ego uobis
dicam in qua poteſtate hęc facio. Ba
ptiſmum Iohannis unde erat? e cęlo,
an ex hominibus? At illi cogitabant
inter ſe, dicentes: Si dixerimus, e cæ
lo, dicet nobis: Quare ergo nō cre-
didiſtis illi? Si autem dixerimus, ex
hominibus, timemus turbam. Om̄es
enim habebant Iohannem ſicut pro-
phetam. Et reſpondentes Ieſu, dixe-
runt: Neſcimus.

Hierony. Poterat dominus aperta reſponſione eos
confutare: ſed prudenter interrogat, ut ipſi
uel ſuo ſilentio uel ſua ſententia condemnen
tur.

Ait illis & ipſe: Nec ego dico uo-
bis, in qua poteſtate hæc faciam.

Non dixit, nec ego ſcio, quod conſequēs
erat reſponſioni eorum, quia mentiri ueri-
tas non poteſt, ſicut illi mentiti ſunt, dicen-
tes ſe neſcire. Non uobis inquit, dico quod Beda.
ſcio, quia non uultis fateri quod ſcitis, uide-
licet Iohannem de cælo habuiſſe propheti-
am. unde mihi teſtimonium perhibuit, & in
qua poteſtate hæc facio, demonſtrauit. No-
tandum autem quia duas ob cauſas ſcientia
ueritatis eſt occultanda quærentibus: cū aut
is qui quærit, minus capax eſt ad intelligen-
dum: aut odio uel contemptu ueritatis, indi
gnus eſt cui aperiatur. De uno ait dominus: Iohā. 16.
Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nō po
teſtis portare modo. de altero: Nolite ſan- Matt. 7.
ctum dare canibus, neq; mittatis margari-
tas ante porcos.

M. 23. 30.

QVid autem uobis uidetur? Ho
mo quidam habebat duos fili-
os. & accedens ad primum, dixit: Fi
li, uade hodie operari in uineā me-
am. Ille autem reſpondens, ait: No-
lo. Poſtea autem pœnitentia motus,
abijt. Accedens autem ad alterum,
dixit ſimiliter. At ille reſpondens,
ait: Eo domine. & non iuit. Quis ex
duobus fecit uoluntatem patris? Di
cunt: *Nouiſſimus. Dicit illis Ieſus: *primus
Amen dico uobis, quia publicani &
meretrices præcedunt uos in regno
dei. Venit enim ad uos Iohannes in
uia iuſtitiæ, & non credidiſtis ei.
Publicani autem & meretrices cre-
diderunt ei. Vos autem uidentes,
nec pœnitētiam habuiſtis poſtea ut
crederetis ei.

Hi duo filij ſunt, qui & in Lucæ parabo- Hieron.
la deſcribunt, frugi & luxurioſus. & de qui-
bus Zacharias propheta loquitur: Aſſum- Zachar. 11
pſi mihi duas uirgas. unam uocaui decorē,
& alteram uocaui funiculum. & paui gre-
gem. Primum dicitur gentilium populo per
naturalis legis notitiam: Vade operari in ui
neam meam, hoc eſt, quod tibi non uis fieri,
alteri ne feceris. Qui ſuperbe reſpondit, No Thob. 4.
lo. Poſtea uero in aduentu ſaluatoris acta
pœnitentia, operatus eſt in uinea dei, & ſer
monis contumaciam labore correxit.
Alter autem filius, eſt populus Iudæorum,
qui reſpondit Moyſi: Omnia præcepta do- Exo. 24.
mini faciemus. Et nō iuit in uineam. quia in-

terfecto patrisfamiliæ filio, ſe putauit hæredem. Alij parabolam referunt ad peccatores & iuſtos, ipſo domino diſſerente: Amen dico uobis, quia publicani & meretrices (id eſt, peccatores) per pœnitentiam præcedūt uos in regnum dei. Phariſæi qui iactabant ſe legem dei facere, contempſerūt baptiſma Iohannis. Porro quod ſcriptum eſt, dicunt ei, Nouiſſimus: ſciendum eſt, in ueris exemplaribus nō haberi, nouiſſimus, ſed primus, ut proprio iudicio condemnētur. Si autem nouiſſimus uoluerimus legere, manifeſta ē interpretatio, ut dicamus ueritatem intelligere Iudæos, ſed tergiuerſari & nolle dicere quod ſentiunt, ſicut & baptiſmum Iohannis ſcientes eſſe de cælo, dicere noluerunt.

Chryſo. Vinea eſt iuſtitia, ſupra quam naturā hominum deus plantauit. ſpecialiter autem dedit eam in libro Iudæis. Cum diuerſæ ſunt uites, diuerſæ ſunt ſpecies iuſtitiæ. In q̄ uinea unuſquiſq; ſecundum uires operatur paucas uites aut multas. neſcio autem ſi totam uineam quis hominum ſufficiat operari. Nolo, dixit in cogitatu. Puto q̄d ex perſona omnium peccatorum publicanus ponitur, & ex perſona omnium peccatricum meretrix. Et quamuis ſunt multa peccata in utroq; ſexu, tamen auaritia præcipue abundat in uiris, fornicatio in mulieribus. In publicanis & in meretricibus poteſt intelligi gētium populus. Quaſi dicatur: Gentium populus eſt magis deo placens quàm uos. Laici etiam & ſacerdotes, duo filij poſſunt intelligi. & populus prior, filius eſt. deinde, ſacerdotes regentes illum. Deniq; populus dei ex tēpore Abraæ cœpit, ſacerdotes autem ex tempore Aarō. Sacerdos & omnis clericus & ſi ſpecialiter non promittat ſe obauditurum deo, tamen per hoc quod doctor conſtituitur aliorum, uidetur hominibus tacite, ꝓmittere deo. Ac per hoc melior eſt laicus, qui in prima facie ſecularem uitam profitetur, reuera autē ſtudet in ſpirituali: quàm ſacerdos, q̄ in prima facie profitetur uitam ſpiritualem, reuera autem complectitur uitam carnalem. Et melior eſt laicus ante deum pœnitentiam agēs, q̄ clericus permanēs in peccatis. Laicus eñ in die iudicij ſtolam ſacerdotum accipiet. ideo enim in chriſmate omnes unguntur in ſacerdotio. ſacerdos autem peccator ſpoliabitur ſacerdotij dignitate quā habuit, & erit inter infideles & hypocritas. Quis aliquando uidet clericum cito pœnitentiam agentem? Etſi deprehenſus humiliauerit ſe, non ideo dolet quia peccauit, ſed confunditur qa perdidit gloriam ſuam. Citius ſæpe conuertuntur, qui deſiderijs mūdalibus & uoluptatibus carnalibus ſeipſos mancipauerunt. Vide quia de præſenti dixit, præcedunt uos: & uide quia ubi aliquis præcedit, eſſe uidetur qui ſequatur. Hoc igitur uerbo & ſignificabantur ſacerdotes ingreſſuri in regnum dei, id eſt, credituri in Chriſtum. Sed quia credentibus publicanis & meretricibus, Iohanni & baptizatis ab eo ſacerdotes non crediderunt, poſt publicanos & meretrices intraturi annunciantur, ſicut & factum eſt. nam poſt aſcenſionem domini multi crediderūt. Publicani præcedentes, ſunt Matthæus publicanus & Zachæus princeps publicanorum. Meretrices intellige, per beatam Mariam Magdalenam.

M. 221. R. 118. L. 241.

Caput CXXIIII.

ALiam parabolam audite: Hō erat paterfamilias, qui plātauit uineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt.

Deus paterne diligens omnes quos creauit populos, in alia parabola paſtor, in alia paterfamilias nuncupatur: in alia uineam locat, in alia inuitat ad nuptias. & diuerſis ſimilitudinibus rem ſignificat eandem, ut Iudæorum ſuperbiam reprobet, & in commune omnium peccatorū, ſiue gentilium ſiue Iſraelitarum, pœnitentiam probet. Itaq; iſte paterfamilias, homo dicitur ſimilitudine, non ueritate. Nullus exiſtimet Chriſtū ideo habuiſſe humanā animam, quia dictus eſt homo. nā & deus pater dictus eſt homo. Quià ergo hæretici Chriſtum erant blaſphematuri, propter appellationem humani nominis, quaſi purus homo fuiſſet: apellatus eſt etiam deus pater homo, ut ſic deus filius liberaretur ab hæreticorum blaſphemijs. Vinea eſt domus Iſrael, cui circundedit ſepem, id eſt, murum urbis, uel angelorum auxilia. *Hieron. Iſaie. 5.*

Aut ita: Sepimentum dedit eis cuſtodiam iuſtorum patrum, quia tanquam murus facta eſt eis. Nam propter promiſſionem factam ad eos, poſſidebantur à deo contra meritum ſuum ſepimentis patrum ſuorum. Torcular eſt eccleſia, in qua fructus uineæ (id eſt, opera ſeruorum dei, & fides probata) ad dei gloriam transmittitur. Eccleſia autem torcular ſit, habens in ſe uerbum dei: ut non tantum ipſa eccleſia torcular uideatur, quantum uer *Chryſo.*

bum ipſum, quod traditum eſt in ea foſſum. Si enim uerbum noui teſtamenti quod leue eſt, cruciat hominem contradicentem naturæ carnis: quanto magis uerbum ueteris, q̃d importabile erat? Vbi ergo uerbum dei poſitum erat in lege, modum uiuendi conſtituens, torcular erat foſſum. Vbi autem de fide prophetabatur, erat turris ædificata. Nam ſicut in turri conſiſtentes & hoſtium irruptionem non facile patiuntur, & ipſos hoſtes de turri facile conterunt: ſic cõſiſtentes in fide, & non ſuperantur à dæmonibus, & ipſos dæmones ſagittis bonorum operum uulnerant.

Hierony. Agricolę ſunt, quos alibi operarios appellauit, cõductos hora prima, tertia, ſexta, nona, id eſt, uocationibus uarijs miſſos ad uineam.

Chryſo. Aliter: Torcular fodit in ea, prophetas ſcilicet, ex qbus gratia ſanctiſpiritus decurrebat ut muſtum. Aedificauit autem turrim, legis ſ. fiduciam, ex qua ſacerdotes Chriſtum ſpecularẽtur uẽturum. Coloni ſunt ſacerdotes, quibus locatus eſt populus, q plantatus fuit in Abraam. Peregre profectus eſt,

Hieron. non loci mutatione, cum ubiq; ſit: ſed abire uidetur, cum uinitoribus liberum operandi arbitrium dat.

Cum autem tempus fructuũ appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehẽſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium uero lapidauerunt.

3.Reg.21. Ceciderunt, ut Ieremiam. occiderunt, ut

2.Pa.24. Iſaiam. lapidauerunt, ut Naboth & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare.

Beda. Naboth legimus nõ modo uulneratũ, ſed etiam ab eis extinctum. Bene tẽpus fructuum poſuit, non prouentum. nullus enim fructus uineæ legis inuentus eſt in multis Iudæis. Seruus primo miſſus, intelligitur legifer Moyſes, q per q̃draginta annos à cultoribus uineæ fructũ inquiſiuit, & non inuenit. ſed cæſus eorũ aſperis uerbis, dimiſſus ẽ inanis. Irritauerunt enim Moyſen in caſtris &

Pſal.105. Aaron ſanctum domini. Et uexatus eſt Moyſes propter eos quia exacerbauerunt ſpiritũ eius. Hic ſeruus quid de fructu uineæ ſen-

Deute.32 tiat, ita declarat: Vua eorum uua fellis, & botrus amariſſimus. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aſpidum inſanabile.

Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter.

Patientiam oſtendit ſequentis miſſionis, ut ad pœnitentiam prouocarentur. Alter ſeruus fuit Dauid, qui poſt Moyſen cum alijs pſalmographis colonos pſalmodia conatus eſt excitare ad bonum opus. Ipſe etiam affectus contumelia, dimiſſus eſt inanis, dicentibus colonis: Quæ nobis pars in Dauid? aut quæ hæreditas in filio Iſai? Qui quã- 3.Reg.12.
uis cæſus ſit uenenoſis eorum linguis, tamẽ ita exorauit: Deus uirtutum conuertere. reſpice de cælo & uide, & uiſita uineam iſtam. Pſal.79.
Et perfice eam quam plantauit dextera tua. Tertium ſeruum intellige prophetarũ chorum, qui annunciauerunt de aduentu ſaluatoris. Quorum unus Ieremias ait: Ego plan- Iere.2.
taui te uineam electam. quomodo conuerſa es in uineam alienam? His tribus ſeruorum gradib⁹ aperte in Marco & Luca diſtinctis, omnes doctores qui ſub lege fuerunt, intelligimus. Vnde alibi: Neceſſe eſt impleri oĩa Luc.24.
quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & pſalmis et prophetis de me.

Nouiſſime autem miſit ad eos filiũ ſuum, dicens; Forſitan uerebuntur filium meum.

Quid neſciat paterfamilias, qui deus pater hic intelligitur? Sed ideo ambigere dicitur, ut libera uolũtas homini reſeruetur. Hieron.
Opponamus Arrio & Eunomio. Ecce pater dicitur ignorare. & quicquid pro patre reſpõderint, hoc intelligant pro filio, qui ſe dicit ignorare conſummationis diem.

Agricolæ autem uidentes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, uenite, occidamus eum. & habebimus hæreditatem eius.

Iudæorum principes per inuidentiã crucifixerunt filium dei, cui dictum eſt: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Beda. Pſalm.2.
Hæreditas ergo filij, eccleſia eſt de gentibus. Hanc autem, occiſo domino, mali coloni præripere ſibi moliebantur, quando rectam fidem extinguere, & ſuam iuſtitiam q̃ ex lege eſt, conabantur fidei de Chriſto pręferre, & gentes ſibi inſerere.

Et apprehenſum eum eiecerunt extra uineam, & occiderunt.

Quod Ieſus extra portam paſſus eſt, figurauit Moyſes per altare holocauſti, in quo uictimarum ſanguis fundebatur, per hoc q̃d non intra tabernaculum illud poſuit, ſed ad oſtium. Heb.13. Num.19.
Quod uero ſecundum Marcum mutato ordine dicitur, & apprehendentes eum occiderunt, & eiecerunt extra uineam: notat eos pertinaciç, qui nec crucifixo & refuſci

tato à mortuis domino, prædicantibus apoſtolis credere uoluerunt, ſed quaſi cadauer uile proiecerunt: quia quantum in ſe erat, à ſuis eum finibus excludentes, gentibus ſuſcipiendum dederunt. Vtique inuidia occidit, quem in nulla culpa deprehendit filium dei, *1. Cor. 2.* ſed ſi definite cognouiſſent quod eſſet filius dei, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Sicut enim ſummum bonum nihil odit eorum quæ fecit, ita idipſum ſecundum ſe nullius conſcientia uidetur poſſe odio habere. *Act. 3.* Hinc Petrus apoſtolus ad illos: Scio fratres quia per ignorantiam feciſtis hoc malum, ſicut & principes ueſtri. Rem tamen impiam eſſe quam faciebant, non neſcierũt. nec carnem tantum perſequebantur, ſed eũ qui per carnem operabatur. Quod ergo intra ſe dicunt, hic eſt hæres: cæterorum comparatione ſanctorum dicũt, & quia iam multi credebant ipſum eſſe qui in lege promiſſus erat. Quare autem peruerſi noluerunt credere, quod ratione non poterant contradicere? Non eſſet uitium, ſi non ratione careret.

Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet colonis iſtis? Aiunt illi: Malos male perdet, & uineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.

Chryſo. Lucas reſponſionem ſermonis eorum ponit dicentium, abſit. Matthæus autem ſecũdum reſponſionem cordis eorum ſcribit. In corde enim & conſcientia dixerunt, malos male perdet. *Auguſt.* Aliter: Intelligamus quoſdam reſpondiſſe quod Matthæus commemorat, quoſdam uero quod Lucas. Tacuit nanque Matthæus breuitatis cauſa, quod Lucas nõ tacet, parabolam ſcilicet non ad eos ſolos dictam, qui de poteſtate interrogauerunt, ſed ad plebem. Quod Matthæus ponit, aiunt illi: non eſt accipiẽdum illi pluraliter, tanquã eorum ſit iſta reſponſio, qui dominum de ſua poteſtate doloſe interrogauerunt: ſed quod in codicibus græcis ſine ulla ambiguitate apparet, illi dictum eſt ſingulariter, id eſt, ipſi domino tales hoc aiunt, qui iam mẽbra domini erant. Iam enim plures baptizauerat. Marcus ait, perdet colonos, in uoce ipſius domini. poteſt enim intelligi, quod cum uerum dixerint illi prius, hoc etiam poſtea confirmauit dominus qui ueritas eſt.

Dicit illis Ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis; lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. *Pſal. 117.*

Beda. Quomodo, inquit, implebitur hæc prophetia, quæ lapidem ab ædificantibus reprobatum, in caput anguli dicit eſſe ponendum, niſi quia Chriſtus à uobis reprobatus, crediturіs eſt gentibus prædicandus, ut quaſi lapis angularis, ex utroque populo duos in ſe parietes iungat, unumq; ſibi templum ædificet? *Iſai. 28.* De hoc lapide ait Iſaias: Immittam in fundamenta Sion lapidem electum, precioſum, angularẽ. & qui crediderit in eum, non confundetur. Qui autem ſupra coloni, hic ædificantes dicuntur: quia qui plebem ad ferendos fructus excolere, hanc ipſi domino inhabitare dignam quaſi domum conſtruere iubebantur.

Ideo dico uobis, quia auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Hilarius. Manifeſtus patrisfamiliæ reditus, erit gloria paternæ maieſtatis, aſſiſtens in filio tempore iudicij. Venit etiam quotidie alijs per beneficium gratiæ, alijs ad uindictam cõtumaciæ, ueluti tunc cum à Iudæis ad gentes tranſtulit regnum dei, id eſt, intelligentiam ſcripturarum. Vinea igitur eccleſiæ datur alijs, id eſt, ab oriente & occidente, ab auſtro & aquilone uenientibus & recumbentibus cum Abraam & Iſaac & Iacob in regno dei.

Omnis qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, cõfringetur. Super quem autem ceciderit, conteret eum.

Chryſo. Quod cadit, fortiter cadit propter duas cauſas: aut propter pondus ſuum, aut propter altitudinem. Chriſtiani cadunt ſuper lapidem peccando: ſed credentes in Chriſtũ, ſtant ſuper ipſum quaſi ſuper proprium fundamentum. Nec tantum conteruntur quantum poteſt eos cõterere Chriſtus, ſed ſecundum peccata ſua: aut propter magnitudinẽ peccati criminalis, aut propter altitudinem dignitatis, ut clerici, monachi, uiduæ, uirgines. Lapis uero (id eſt, Chriſtus) cadit ſuper Iudæos & paganos non credentes, qui non ſecundum ſua opera pereunt, neque ſecundum ſuas perſonas: ſed tãtum pereunt, quantum poteſt eos perdere Chriſtus, qui non credunt in eum. De quibus propheta: *Pſal. 1.* Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis

Hierony. quem proijcit uentus à facie terræ. Igitur qui peccator eſt, & tamen in Chriſtum credit, per aſſenſum mali & contemptum dei cadit ſuper lapidem, & confringitur ut non rectus ambulet, ſed non omnino cõteritur. Cui uero lapis iſte deſuper cum pœna perditionis irruet, quam negat, penitus contere-
M. retur, ut nec teſta remaneat. Quod Matthæus torcular ponit, dicit Marcus lacum. quia ſicut in torculari exprimitur uinum, ſic in lacu exprimitur aqua de humo. Torcular enim quaſi uomit muſtum, & humus quaſi uomit lacum. Paſtinauit, id eſt, paxillauit uel plantauit, ſeu quod mihi melius uidetur, paſtum dedit, id eſt, fimo pauit. Pater deus quaſi fimo pauit filios Iſrael, quando carnibus quas
Pſal. 77. ipſi cupiebãt, eos ſatiauit. Vnde illud: Manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis: nõ ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Fodit, id eſt, fodiendo terram, fecit torcular uel lacum. quia fodiendo corda Iudæorum, & inde eijciendo ſtercora uitiorum, dedit eis prophetias, per quas bona diſcernerent à malis, ſicut in torculari muſtum diſcernitur à uinaceis, & oleum ab amurca: per quas quaſi à lacu, mundarentur à ſordibus prauorum deſideriorum. Dauid & alios prophetas uulnerauerunt in capite, id eſt, in corde, quod caput dicitur cogitationum. uel in Chriſto, qui eſt caput omnium fidelium, quando eis prophetantibus de aduentu Chriſti,
Pſal. 93. non crediderunt. Vnde ipſe Dauid ait: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

M. 220. I. R. 122. & 129. L. 219. & 242. & 261. A. 77. & 85. & 88.

ET cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius, cognouerũt quod de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut prophetam eum habebant.

Hierony. Turba mobilis eſt, & in morem fluctuum & uentorum trahitur. Quem modo uenerantur, poſtea contra eũ clamant, crucifige.

M. 221. V. L. 191.

Caput CXXV.

ET reſpondens Ieſus, dixit iterum in parabolis, eis dicens: Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

In parabolis audiunt, quod aperte non merebantur audire. Sciens dñs uoluntatem ſæuientium contra ſe, nihilominus tñ increpat illos. Rex iſte, deus eſt pater. qui fecit nuptias filio ſuo, quando in utero uirginis eum humanæ naturæ coniunxit. Quæ coniunctio ex duabus extitit naturis, nõ ex duabus perſonis. Apertius dici poteſt. Nuptiæ ſunt ſocietas Chriſti & eccleſiæ, tam ex Iudæis quàm ex gentibus congregatæ. Huius ſponſi thalamus, fuit uterus uirginis. Cõgregatio iuſtorum, regnum cælorum dicitur, quia in ea cæleſtes uirtutes regnant. Quæ in hoc eſt ſimilis deo patri, quia ſicut ille filio ſuo coniunxit eccleſiam, ita illa congregatio filios ſuos quos deo generat per uerbum prædicationis, per fidei ſacramenta coniungit eccleſiæ fidelium. Grego.

Et uocauit plures. & hora cœnæ miſit ſeruos ſuos uocare inuitatos ad nuptias. & nolebant uenire.

Lucas deſcribit ſub appellatione cœnæ, Grego. quod Matthæus dicit prãdium eſſe, cũ apud antiquos quotidie ad horam nonam prandium fieret, quod cœna uocabatur. Prandium Chryſo. ſeu cœna, eſt doctrina iuſtitiæ & uerba diuina. Manna figuram habẽs uerbi in deſerto, ideo dicebatur manna, quod Hebraice dicitur, quid eſt hoc? ut quotieſcunq; audimus uerbum, admoneat nosipſum nomen, inquirere quid eſt hocquod audimus. Et ſicut cibum cũ maſticauerimus, dimittimus in ſtomachum: ita & uerbum bene tractatum, cõmendandũ eſt memoriæ quaſi in ſtomacho. Inuitatio fuit, quãdo deus dixit ad Abraam:
Gen. 12. Exi de terra tua & de cognatione tua, & ueni in terram quam mõſtrauero tibi. & dabo tibi illam & ſemini tuo. Quam terrã? Oriẽtalem, fluentẽ lac & mel. Quod uerum non eſt de terra Iudææ. nunquàm enim illa fluxit lac & mel. Sed eſt terra rõnalis quã Chriſtus ſuſcepit, de cuius incarnatione lac & mel profluxerũt. Lac. i. opus miraculorum, per quod rudes quaſi pueri ſuſtentantur. mel. i. eloquiũ doctri-
Pſal. 118. næ, ut ait propheta: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo. Bene ergo dictum fuit Abrææ, exi de terra tua & de cognatione tua. i. de Iudaiſmo & de circunciſione intellige exeundum eſſe qui ſaluari uult. Nec ſolum Iudæi, ſed nullus homo poteſt manducare lac & mel *dei*, niſi terram & cognationem ſuam relinquat. ut illud, niſi
Luc. 14. quis relinquat patrem & matrẽ & cætera, nõ
Luce. 9. põt meus eſſe diſcipulus. Itẽ, qui uult meus eẽ diſcipulus, abneget ſemetipſum. Relinquit ergo cognationem ſuam, non quòd contemnit

eam, ſed qui plus diligit deum quàm parentes. Relinquit terram ſuam, qui carnis ſuæ non ſequitur uoluptatem. Ex tempore Moyſi cœpit conuiuium iſtud præparari, quando lex data eſt. Quod conuiuium ita diuerſis ſpeciebus iuſtitiæ decoratum eſt, ſicut regale præſidium diuerſis cibis ornatur. Ex eodem tempore exierunt inuitatores, id eſt, prophetæ.

Et cœperunt ſimul omnes excuſare.

Qui uenire noluerunt, excuſant. & ſic intercludunt ſibi æternum conuiuium, quod deus non rogatus gratis offert uolentibus. Excuſat omnis, qui plus terrena quàm cæleſtia diligit, etiam ſi ſe ad cæleſtia tendere dicit.

Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire & uidere illam. rogo te, habe me excuſatum.

Villa deſignat terrenam ſubſtantiam, quam quidam magno labore uel etiam fidei damno ſibi emũt, aut per ſuperbiam, aut propter corporis ſubſtantiam. Exĩt ergo uidere illam, qui relicta contemplatione interna, ſola exteriora cogitat.

Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. rogo te, habe me excuſatum.

Grego. & Beda. Recte quinq; ſenſus corporis iuga uocati ſunt, quia in utroque ſexu geminantur. Qui ſenſus quia ſola exteriora cognoſcunt, & non intima, recte per eos curioſitas deſignatur. Grande uitium eſt curioſitas, quę dũ inueſtigat uitam proximi, mentem exterius ducit, ſua intima poſtponens. Notandum quia dum dicunt, Rogo te, habe me excuſatum: humilitas ſonat in uoce, dum uenire cõtemnunt, ſuperbia in actione. Sic peccator q dicit, ora pro me peccatore, & peccatum nõ uult deſerere: humilitatẽ inſinuat, ſed in ſuperbia perſtat.

Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non poſſum uenire.

In uxore uoluptas carnis accipitur, non quod coniugium nõ ſit bonum ad ſobolem propagandam, ſed quod nonnulli expetunt in uxore non fœcunditatem prolis, ſed deſideria uoluptatis. Coniugium ergo non reprehenditur, ſed integritas ad maiorem honorem uocatur. Item, in uilla empta domi-
Auguſt. natio notatur, & ſuperbia caſtigatur. Primus homo dominari uoluit, qui dominum habere noluit. Quid eſt dominari, niſi propria poteſtate gaudere? Quinque iuga ſunt in ſenſibus. tria facile apparent. nam duo ſunt oculi, duæ aures, duo nares. In guſtu etiam duo ſunt inſtrumenta, lingua & palatus. Voluptas carnis q̃ ad tactũ pertinet, occultius geminat. Eſt em̃ & forinſecus & intrinſecus. Iuga boũ dicunt. quia per ſenſus iſtos terrena requiruntur, & boues terram uerſant. Et ſunt homines qui nihil uolũt credere, niſi quod ſenſibus percipiunt. Vxor ptinet ad uoluptatem carnis, quæ multos impedit.

Iterum miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata. uenite ad nuptias.

Grego. Serui primi, fuerunt prophetæ prænuncij incarnationis: ſecundi, ſunt apoſtoli qui facta aſſerunt. Vnde hic dicitur, prandiũ meum paratum, id eſt, myſterium incarnationis completum, & introitus regni apertus,
Chryſo. q ante fuerat clauſus. Tauri & ſaginata occiſa, intelliguntur ſancti occiſi. Omnes prophetæ & Chriſtus occiſi ſunt ideo, ut hoc ſpirituale tabernaculũ firmiter figuretur. Nam ſicut uiſcera agni, id eſt, eloquia Chriſti, homines non manducauerunt niſi poſtquam occiſus eſt, ſed poſt mortem eius euangelia eius prædicauerunt; ſic & uiſcera, id eſt, eloquia prophetarum, non ſunt ſuſcepta, niſi poſtquam occiſi ſunt. Si enim ſuſcepiſſent ſermones Iſaiæ, nunquã ſerraſſent eum. ſed poſtquam occiſus eſt, Iudæi cœperunt eum lugere. Sicut enim nullius uiuentis animalis uiſcera manducantur, ita uiuentium prophetarũ ſermones nemo ſuſcepit. Saginata ſunt, gratia dei pleni. Nec ideo dixit tauros & ſaginata, quin tauri fuerunt ſaginati, ſed non omnes ſaginati fuerunt tauri. Quidam enim tantum prophetæ fuerunt, quidam aũt prophetæ & ſacerdotes, ſicut Ieremias & Iezechiel. ergo ſaginata dicit prophetas tãtummodo, quia repleti fuerũt ſpiritu ſancto. tauros autem, qui & prophetæ fuerunt & ſacerdotes. Sicut enim tauri duces ſunt gregis, ita & ſacerdotes principes populi. Ali-
Grego. ter: Tauri ſunt patres ueteris teſtamenti, qui inimicos ſuos ex permiſſione legis quaſi cornibus uirium repercutiebant. Altilia uero ſignificant patres noui teſtamenti, euangelica præcepta ferentes, & pennis ſanctæ contemplationis ad ſublimia elatos, per gratiam æternæ pinguedinis perceptã, ſicut altilia ſaginata dicimus ab eo q̃d eſt alere.

Nota quod in priori inuitatione nihil de tauris & altilibus dicit, ſed in ſecunda. quia deus cum uerba eius audire nolumus, adiungit exempla. [Chryſo.] Omnia, inquit, parata ſunt: quia quicquid quæritur ad ſalutem, totum iam adimpletum eſt in ſcripturis. Qui ignarus eſt, inueniet ibi quid diſcat. qui contumax eſt & peccator, inueniet ibi futuri iudicij flagella. Omnes cibi inueniuntur in ſcripturis, & paruulorum & maiorum.

Illi autem neglexerunt. Et abierũt, alius in uillam ſuam, alius uero ad negociationem ſuam.

Non dixit, malignati ſunt, ſed neglexerunt. quia non omnes Iudæi crucifixerunt Chriſtum. aut conſenſerunt in morte eius. Omnis actus humanus duplex eſt, aut uilla uidelicet, aut negociatio. In uilla intelligitur omne opus terrenum, ſiue in agro, ſiue in uinea, ſiue in ligno, ſiue in ferro, & quicquid labore manuum fit. Quod autem non labore manuum, ſed alijs lucris conſequimur, ut in honoribus permanere aut in militia aut in mercatione, omne hoc negociatio appellatur. Duobus ergo uerbis omne opus humanum concluſit, ſiue honeſtum, ut eſt uillę cul- [Eccl. 7.] tura. unde Salomon ait, ne oderis ruſticam operationẽ. ſiue inhoneſtum, ut eſt negociatio dignitatis ſiue militiæ ſiue mercaturæ, unde nihil Iudæi antea tenebant. Sed forte dicis: Et uillam colere peccatum eſt, quia impedimentum eſt. Non eſt cultura uillæ, peccatum. ſed tu præferendo eam deo, facis eſſe peccatum. Aut ita: Villa eſt mundus iſte, circa quem amatores mundi occupantur. negociatio autem, prędicatio legis & procuratio templi, quam auari ſacerdotes & cęteri miniſtri templi quaſi negociationem exiſtimant.

Reliqui uero tenuerũt ſeruos eius, & contumelia affectos occiderunt.

De ſua morte tacet, quia in priori parabola inde dixerat, & oſtendit mortem diſcipulorum ſuorum, quos poſt aſcenſum ſuum occiderunt Iudæi.

Rex autem cũ audiſſet, iratus eſt. & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit.

Magni criminis arguuntur, qui ſeruos regis occiderunt. Quando uenit ad ultionem, homo ſiletur, & rex tantum dicitur. Exercitib⁹. i. malis angelis, ſeu Romanis ſub Veſpaſiano & Tito, Iudæos interemit, & præuaricatricem ſuccendit ciuitatem. Vel ita: Exercitibus. i. ſanctis angelis, per quos iudicium exercebit, perſequentes perdet. & ciuitatẽ. i. carnem in qua habitauerant, cum anima in gehenna cremabit.

Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidẽ paratę ſunt. ſed qui inuitati erãt, nõ fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum in plateas & uicos & ciuitates. & quoſcunq; inueneritis pauperes ac debiles, cæcos & claudos, uocate ad nuptias.

Quantæ ſunt diuerſitates actuum in hoc [Chryſo.] mundo, tantæ ſunt uiæ quę ducunt ad diabolum, generalẽ ſcilicet uiam perditionis. Ideo ergo dieit, ite ad exitus uiarum, ut cuiuſlibet conditionis homines uocent ad fidem. Potẽs ẽ enim dei gratia quoſlibet barbaros mẽte corrigere, qui cor Nabuchodonoſor ad [Dani. 4.] feralem ſenſum mutauit, & iterum ad humanum intellectum reduxit. Mittit ergo in pla- [Grego.] teas & uicos & ciuitates, inuitans pauperes, [Remigi.] debiles, cæcos & claudos, ut nulla ſit diſcretio locorum ſeu perſonarum uenientibus ad fidem Chriſti. Oſtendit enim quia debilitas corporis nullum excludit à regno dei, rariusq; delinquit cui deeſt illecebra peccandi. & citius ad deum conuertiť, qui nõ habet in mundo ubi delectetur. Aliter: Pauperes, debiles, cæci & claudi, dicuntur gentiles comparatione Iudæorum, qui per legem & prophetas, diuites, fortes, illuminati & erecti eẽ deberent. ſed hæc eſſe falſo præſumunt. Mittit ad plateas, cum peccatores de latioribus uijs uocat ad anguſtam uiam uitæ. Mittit ad uicos, cum illos inuitat, quos temporaliũ rerum uocat inopia. Mittit ad ciuitates, cũ eos uocat, q culta ab incultis ſecernũt, q tenere legẽ naturæ ſub urbana cõuerſatiõe noucrãt:

Et ait ſeruus: Factum eſt dñe ut imperaſti, & adhuc locus ẽ. Et ait dñs ſeruo: Exi in uias & ſepes, & cõpelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico aũt uobis, quia nemo uirorꝫ illorum qui uocati ſunt, guſtabit cœnam meam.

Impleta eſt domus dei numero prædeſtinatorum. ſed ſupbi pctõres qui uocati uenire noluerũt, ſeipſos irrecupabiliter excluſerũt. Vocat dñs per ſe, uocat per angelos, p patriarchas, p apoſtolos, p miracula, p flagella. Nemo cõtẽnat uenire, ne dũ uocat⁹ excuſat, cũ uoluerit intrare, nõ ualeat. Venerũt de [Auguſt.] plateis & uicis hũiliati pctõres ex gẽtibus, ueniãt de ſepibus hęretici. Nã q ſepes cõſtru

unt, diuiſiones quærunt. Trahantur à ſepibus, euellantur à ſpinis. Cogi nolunt. uoluntate, inquiũt, noſtra intremus. Non hoc dominus imperauit, qui ait, compelle intrare. Foris inueniatur neceſſitas, intus naſcatur uoluntas. Itaq; uiæ & ſepes intelliguntur erroneæ ſectæ & hæreſes. Liquet igitur quod

Grego. alij uocantur & uenire contemnunt, alij uocantur & ueniunt, alij intrare compelluntur. Vocantur & uenire contemnunt, qui donũ intellectus accipiunt, ſed eundem intellectũ operibus non ſectantur. Vocantur & ueniunt, qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. Compelluntur intrare, q̃s eccleſia temporaliter punit: quia conuerſi ſunt retrorſum, poſtquam poſuerunt manũ ad aratrum.

Et egreſſi ſerui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos. & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.

Per bonos & malos aperte oſtenditur, quia per nuptias eccleſia deſignat, quæ nunc & indiſcreta ſuſcipit, & poſt modũ in egreſſione diſcernit. Mali miſcentur bonis, quia nequaquam perducitur ferrum animæ ad ſubtilitatem acuminis, ſi hoc non eraſerit lima alienæ prauitatis. Debẽt enim boni tolerare malos, ſicut in arca Noæ diuerſa fuerũt genera animalium, & in horreo ſunt grana cum paleis.

M. xx. x.

INtrauit autẽ rex ut uideret diſcumbentes. & uidit ibi hominem non ueſtitum ueſte nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti nõ habens ueſtem nuptialem?

Chryſo. Rex (id eſt, deus) intrauit, nõ quin ubique ſit; ſed ubi uult aſpicere, ibi dicitur præſens: ubi non uult, ibi abſens. Intrauit ut uideret, id eſt, ut uideri faciat ſingulorum merita. De futuro loquitur hic per tpa præterita. Dies aſpectionis, dies eſt iudicij, quando uiſitaturus eſt Chriſtianos, qui ſuper menſam ſcripturarum recumbunt, id eſt, requieſcũt, & cœleſtibus replentur doctrinis. Veſtem nupti

Hierony. alem accipe præcepta domini. Si quis igit̃ in die iudicij fuerit inuẽtus ſub nomine Chriſtiano, indutus exuuijs ueteris hominis, audiet iſtud: Amice, quomodo huc intraſti? Amicum uocat, quod inuitatus fuit. Ampli

Grego. us: Veſtis nuptialis eſt charitas, quã habere debet omnis baptizatus. & quæ ita habetur in duobus præceptis. i. in dilectione dei & proximi, ſicut in duobus* lignis ſuperiori & inferiori ueſtis texitur. Amice dicit, acſi aperte dicat: Amice, & non amice. Amice per fidẽ, ſed non amice per operationem. *Iuto

At ille obmutuit.

Hic abſcondimus opera & celamus corda noſtra. ſed in illo die, quando ſol & luna & totus mundus ſtabit aduerſum nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum, & ſi oĩa taceant, ipſæ tamen cogitationes noſtræ & ipſa opera ſpecialiter ſtabunt ante oculos noſtros ante deum, dicente Apoſtolo: Cogitationibus inuicem accuſantib⁹ aut etiam defendentibus in die, quãdo iudicauerit dominus occulta hominum per Ieſum Chriſtũ. Chryſo. Rom. 2.

Tũc dicit rex miniſtris: Ligatis pedibus eius & manibus, mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Ligatas manus & pedes, fletumq́; oculorum & ſtridorem dentium, uel ad cõprobãdam reſurrectionis ueritatem intellige, uel certe ideo ligantur manus & pedes, ut deſiſtant male operari, & currere ad effundẽdũ ſanguinem. Quæ nũc ſpõte ligãtur in uitio, tunc in ſupplicio ligabuntur dolendo. In fletu quoq; oculorum & ſtridore dentium, per metaphoram membrorũ corporalium, magnitudo oſtẽditur tormentorũ. Exteriores tenebræ ſunt nouiſſimæ. i. æterna nox dãnationis: quia interiores, ſunt cæcitas cordis. Repulſo uno, in q̃ omẽ corpus malorũ exprimitur, generalis ſententia infertur:

Multi autem ſunt uocati, pauci uero electi.

Tale eſt quod dicit: Nõ unus tm̃ de uocatis, eſt eiectus de nuptijs, ſed de multis ẽ intelligendum. Diuini enim uerbi nũc epulas ſumimus, ſed in die iudicij rex intrans nos diſtinguet. Aliter: Ex hoc quod nõ dixit, intrauit rex ut remuneraret, ſed ut uideret: datur ſuſpicio, ne forte hoc nõ de uindicta iudicij intelligatur. Neq; enim dixit, mittite eum in tenebras inferiores. i. in inferiora loca inferni. unde alibi, & eripuiſti animam meam ex inferno inferiori. ſed dixit, exteriores. Ergo ſecundum hãc ſententiam dies aſpectionis, dies tentationis eſt, quãdo dignatus ẽ tentare eccleſiam ſuam, ut uideat qui fidem habet & opera. Quoties ergo tentat eccleſiam, ingreditur ad eam, ut uideat qui ſunt digni nuptijs cæleſtibus. & ſi tũc inuenit indignũ aliquem, interrogat eũ. Quia humana ſimplicitas difficile fraudulentiam ſimulatæ mentis Pſal. 85.

intelligit, idcirco hunc indignum cœtu nuptiali deus ſolus inuenit. Nuptiale autem ueſtimentum eſt fides uera. unde Apoſtolus [Col. 3.] ait: Expoliate uos ueterem hominem cum actibus ſuis, ueſtientes uos nouũ, qui ſecundum deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Iuſtitia pertinet ad conuerſationem bonam. ſanctitas ueritatis, ad fidem ueram. Interrogatio autem fit in cogitationibus impij. Quaſi dicat: Vt quid Chriſtianus es factus? Opa tua non ſunt Chriſtiani. Hũc talem cum uiderit deus in eccleſia non habẽtem quid reſpondeat conſcientiæ ſuæ, tradit eum ſpiritibus inductionum. Nam mala per malos miniſtros reddit. & ligant ei manus, id eſt, opera rectitudinis. & pedes, id eſt, motus animæ, quibus incedit non de loco ad locum, ſed de malo ad bonum, & de bono ad malum, ut ſic laqueum perditiõis incurrat. Et ita mittitur in exteriores tenebras uel gẽtilium, uel Iudæorum, uel hæreticorum. Et forſitan propinquiores ſunt tenebræ gentilium, qui ueritatem ſpernunt quam non audierunt: exteriores autem Iudæorum, q non crediderunt. magis exteriores hæreticorũ, qui didicerunt. Modo mittĩtur in tenebras exteriores, poſtea patientur fletus & ſtridorem dentium. M. 22. R. 12. L. 14.

Caput CXXVI.

TVnc abeũtes phariſęi, conſilium inierunt ut caperent eum in ſermone. Et mittũt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes; Magiſter, ſcimus quia uerax es, & uiã dei in ueritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum.

[Remigi.] Non times prælatam perſonam, ſed ęque dicis ueritatẽ maioribus & minoribus. Magiſtrum uocant & ueracem, ut quaſi laudatus myſterium cordis ſui ſimpliciter eis aperiat, eosq́ uelit habere diſcipulos. Per Herodianos intellige gentiles, Herodi tetrarchæ qui Iohannẽ decollauit, famulantes, ſiue alij Herodi Antipatri filio. Quale conſilium, tales & conſiliatores. Cogitabant apud ſe ſa[Chryſo.]cerdotes: Omnes ſciunt quia inimici eius ſumus, & inimicorum teſtimoniũ etiam ſi uerum ſit, reprobatur. Et ideo per ſeipſos non interroganr. nam inimicus manifeſtus, melior eſt quàm amicus fictus. Facilius enim dum timetur uitatur. Miſerunt ergo diſcipulos ſuos eum interrogare quaſi minus ſuſpectos, ut aut eum abſcondite deciperent, aut deprehenſi minus erubeſcerẽt. Sed diſcipuli pares erant magiſtris ſuis in malitia, quãuis ætate minores. Nam & pulli ſerpentium ſtatura ſunt breuiores, ueneno autem æquales. & catuli luporum adhuc teneri, & ſi uenari non poſſunt, gaudent tamen in ſanguine & morſibus. De talibus ait ꝓpheta: Mol- [Pſal. 54.] liti ſunt ſermones eorum ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.

Dic ergo nobis qd tibi uidetur? Licet cenſum dare Cæſari an non?

Fraudulenta interrogatio ſub hoc ſenſu. non eſt iuſtum, ut nos ſerui ſummi regis, terrenis regibus ſeruiamus. Si enim indignum eſt ut homo unius regis alteri regi ſeruiat, ét ſi hoc fecerit, iniuriam faciet dño ſuo: quantomagis indignum eſt, ut cultores dei humanis poteſtatibus grauentur? Alij autem di- [Hieron.] cebant, Romanis pro omnibus militantibus ad ſecuritatem & pacem, debere tributa ꝑſolui. Pro qua ſeditione poſtea regnũ & patria deſtructa ſunt. Ad hoc igitur phariſæi prouocant reſpondentem, ut dicat non debere ſolui tributa, & inde contra Romanos ſeditionis autor teneatur.

Cognita aũt Ieſus nequitia eorꝫ, ait: Quid me tentatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cẽſus. At illi obtulerunt ei denarium.

Prima uirtus eſt reſpondentis, interrogãtium mentes cognoſcere. Numiſma eſt genus nummi, quod pro decẽ nummis cõputabatur, & habebat imaginem Cæſaris.

Et ait illis Ieſus: Cuius eſt hæc imago & ſuperſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris.

Interrogat non ignorãs, ſed ut ad ſermonem eorum competenter reſponderet. Tiberiũ ſub quo paſſus eſt dominus, priuignũ Auguſti, dicunt hic Cæſarem, qui in loco uitrici ſucceſſerat. Omnes autem reges Romani, à Caio Cæſare qui imperium arripuerat, Cæſares appellati ſunt.

Tunt ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cęſari: & quę ſunt dei, deo.

Cæſaris ſunt nummi, tributum, pecunia. dei uero ſunt decimæ, primitię, oblatiões. Et ſicut Cæſar exigit impreſſionẽ ſuę imaginis, ſic & deus aiam lumine uultus ſui ſignarat. Cum igitur alia ſit imago dei, alia mundi: ſi [Ambro.] Chriſtus nõ habuit imaginem Cæſaris, cur cẽſum dedit? Non de ſuo dedit, ſed mundo

reddidit quod erat mundi. Et ſi tu non uis obnoxius eſſe Cæſari, noli habere quæ ſunt mundi. Sed ſi habes diuitias, obnoxius Cæſari es? Si uis terreno regi nihil debere, omia tua relinque, Chriſtum ſequere. & bene prius quæ Cæſaris ſunt reddēda decerne. Non enim poteſt eſſe quis domini, niſi prius mūdo renunciauerit.

Et audientes mirati ſunt, & relicto eo, abierunt.

Hilarius Cum potius credere deberent, recedunt mirantes, quia non habent tentandi locum. Eſt enim extra querelā iniuriæ, Cæſari reddi q̄d Cæſaris eſt: deo aūt quæ eius propria ſunt, reddere nos oportere, uidelicet corp⁹, animam, uolūtatē. Ab eo enim hæc & originem & profectum ſumunt.

Caput CXXVII.

In illo die acceſſerūt ad eum Saducæi, qui dicūt non eſſe reſurrectiōem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, Moyſes dixit: ſi quis mortuus fuerit non habens filios, ut ducat frater eius uxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres. & primus uxore ducta defunctus eſt. & non habens ſemen, reliquit uxorem ſuam fratri ſuo. Similiter ſecundus mortuus eſt ſine filio, & tertius accepit illam. & omnes ſeptem. & nō reliquerunt ſemen. Nouiſſime autē omnium & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius eorū erit uxor? Omnes enim habuerunt eam.

Duæ erant hæreſes in Iudæis, phariſæorum *Hierony. & Beda* & Saducæorum. Phariſæi ſuarum traditionum, quas deuteroſin (id eſt, ſecūdā legem) uocant, iuſtitiam præferebant. unde & diuiſi uocabantur à populo. Saducæi autem qui iuſti interpretantur, corporis & animæ reſurrectionem negabant, putantes interire animas cum corpore. Quocirca turpitudinem fabulæ finguut. uel poteſt fieri, ut in gēte eorum hoc aliquando acciderit. In lege enim literæ, cogebātur nubere in uita. ſed in lege ſpiritus, commendatur caſtitas. Myſtice, ſeptem fratres ſine filijs defuncti, reprobis quibuſq; congruunt, qui per totam huius ſeculi uitam quę ſeptem diebus uoluitur, à bonis operibus ſteriles exiſtūt. & ad ultimum ipſa mundana conuerſatio quaſi uxor eorū infœcunda tranſit.

Et ait illis Ieſus: Erratis, neſcientes ſcripturas, neq; uirtutē dei. Filij ſeculi huius nubunt & traduntur ad nuptias. Illi autem qui digni habebuntur ſeculo iſto & reſurrectione ex mortuis, neq; nubunt neque ducunt uxores. neq; enim ultra mori poterunt. ſed ſunt ſicut angeli dei in cęlo, & filij ſunt dei, cum ſint filij reſurrectionis.

Hoc non ita intelligendum eſt, quod indigni (id eſt, peccatores) uel minime reſurrecturi, uel ad nuptias reſurrecturi ſint credēdi: ſed quod dominus ut ad reſurrectionis gloriam excitet, de electis ſolummodo uoluerit facere ſermonem. Reſurrecturi, ęquales erunt angelis & in caſtitate, & in immortalitate. Connubia quippe habentur propter filios, filij propter ſucceſſionē, ſucceſſio propter mortem. Vbi ergo non eſt mors, neq; connubia. Saducæi non credebāt eſſe cōiu- *Chryſo.* gia poſt mortem. quandoquidem ipſam reſurrectionē negabāt, ſed defenſionem erroris ſui putabant ſe inueniſſe, apud ſe dicētes: Sicut nō eſt poſſibile, ut mulier quę fuit ſeptē uirorum, ſit unius uxor priuata, aut omniū cōmunis: ſic nō eſt poſſibile, ut fiat reſurrectio mortuorū. Quare dn̄s cum de ieiunijs & eleemoſynis cæteriſq; uirtutibus ſpiritualibus locutus fuiſſet, non angelorum ſimilitudinem introduxit niſi modo? Qm̄ ſicut oēs actus carnales opera ſunt animaliū, p̄cipue tn̄ actus libidinis: ſic & omnes quidem uirtutes ſpirituales res ſunt angelicæ, præcipue tn̄ caſtitas. Vbi Matthęus & Marcus habēt, neq; nubēt neq; nubent, gręco idiomati latina conſuetudo nō reſpōdet. Nubere eñ̄ proprie dicūtur mulieres, & uiri uxores ducere. Sed nos ſimpliciter dictū intelligamus, neq; nubent uiri, neq; nubentur mulieres. Hoc reſpicit ad uirtutem dei, ſequentia uero ad hoc quod dixerat, erratis, neſcientes ſcripturas.

Quia uero reſurgant mortui, non legiſtis in libro Moyſi ſuper rubū, *Exod.3.* quia dictum eſt a deo, quomō dixerit illi deus: Ego ſum deus Abraā, deus Iſaac, & deus Iacob. Non eſt deus mortuorū, ſed uiuorum. Omēs

enim uiuunt ei. Vos ergo multum
erratis.

Hieron. In rubo ſimilitudo noſtra fuit, quia ignis
ibi ardebat, ſed non eius ſpinas cōſumebat.
Sic in nobis eloquium diuinū ignitum eſt,
nec ſpinas noſtras ſub maledicto germina-
tas abſumit. Inquiens, deus Abraam, deus
Iſaac, deus Iacob, ter deum nominando, tri-
nitatem ſignificat: deum iterans, unam ſub-
Hilarius ſtantiam. Viuunt autem, qui uendicant por
tionem ſuam, quam elegerant habere in ter
ra uiuentium. Si enim Abraam, Iſaac & Ia-
cob morientes perijſſent, non diceretur de-
us eorum eſſe, quia non eſſent. Nunc autem
quomodo negabuntur eſſe, futuriq; ſemper
illi, quorum ſe eſſe profitetur æternitas? Nō
eſt deus mortuorum, qui omnino perierūt,
ut Saducæi putabant, ſed uiuorum uita bea-
ta. Omnes enim quorū dn̄s & deus eſt, ui-
uunt ei, q æterna diſpoſitione ſua uita eſt ani
marum, & reſurrectio corporum. Vnde ali-
Iohā. 11. bi dominus: Qui credit in me, etiam ſi mor-
tuus fuerit, uiuet. Poterat apertiora de reſur
rectione teſtimonia reddere prophetarum,
ſed prophetas Saducæi non recipiunt.

Et audientes turbæ, mirabantur in
doctrina eius. Reſpondētes autem
quidam ſcribarum, dixerunt: Magi
ſter, bene dixiſti.

Nota, cum inſidiatoribus & conculcato-
Beda. ribus dominus ſecreta myſteria loquat, non
tn̄ ſanctum dat canibus: ſed aderant idonei,
quos propter aliorū immunditiam nō opor
Chryſo. tebat negligi. Vbi de manu arida tractatur,
Chriſtus calumniatoribus primum ſub q̄dā
quæſtione autoritatem profert, deinde rati-
onem. Hic autem prius rationem poſuit, di-
cens: In reſurrectione em̄ neq; nubent, neq;
nubentur. deinde autoritatem, Ego ſum de-
us Abraam. Hoc fecit, ut calumniatoribus
prius autoritatem proferamus, deinde rati-
onem. Interrogantibus autem quocunq; p-
poſito, prius rationem exponamus, poſtea
autoritate cōfirmemus. Calumniatores em̄
conuinci oportet, interrogatores autem do-
ceri. nam calumniator etiam ſi rationem in-
telligat, non conſentit.

M. 224. 11. R. 131. L. 111.

Caput CXXVIII.

PHariſæi autem audiētes
quia ſilentium impoſu-
iſſet Saducæis, conuene
runt in unum. Et acceſſit
unus de ſcribis, legis doctor, tentās
eum & dicens: Magiſter, quod eſt
mandatum magnum in lege?

Licet Phariſæi & Saducæi inter ſe con- *Hieron.*
trarij eſſent, tn̄ pari mente conſenſerunt ad
tentandū dn̄m, quod legimus feciſſe Hero-
dem & Pilatū in nece domini. phariſæis ſæ-
pe cōfutatis, malitia & liuor nutrit impuden
tiam. Itaq; nudi à ueritate, multitudine ſe ar-
mauerunt, dicentes apud ſe: Omnes loqua-
mur per unū, ut ſi fuerit uictus, uideatur con
fuſus. Magiſtum uocat, cuius non uult eſſe
diſcipulus. Simpliciſſimus interrogator, &
maligniſſimus inſidiator, de magno manda
to interrogat, qui nec minimum obſeruat. Il
le enim debet interrogare de maiori iuſtitia,
qui minorem compleuit.

Ait illi Ieſus: Primum omnium man *Deute. 6.*
datum eſt, Audi Iſrael, dominus de-
us tuus, deus unus eſt. & diliges do
minum deum tuū ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua, & ex tota men-
te tua, & ex tota uirtute tua. Hoc eſt
primum & maximum mandatū. Se-
cundum autem ſimile eſt huic, Dili- *Leui. 19.*
ges proximum tuum ſicut teipſum.
In his duobus mādatis uniuerſa lex
pendet & prophetæ.

Primum & maximum eſt, unum deum ſu
per omnia diligere. & hoc ante omnia debe
mus quaſi unicum pietatis fundamentum lo
care. Ideo non dixit, cognoſces, ſed diliges.
quia cognoſcere unum deum, pene propri-
um eſt humanæ naturæ: diligere autem, re-
ligioſi cordis & recti. Huic ſimile eſt de dile
ctione proximi, quia imago dei eſt homo.
Dilectio in deū, origo eſt dilectionis in pxi *Iſidorus.*
mum. & dilectio in proximum, cognitio eſt
dilectionis in deū. In tribus rebus dei expri-
mitur dilectio, ut nihil remaneat in hoie, q̄d
nō diuinæ dilectioni ſubdatur. Nam dn̄ dr̄,
dilige deum ex toto corde tuo, omnes cogi-
tationes referendas in deum pręcepit. Dum
uero dicitur, ex tota anima, omnes affectio-
nes animæ referri ad deum præcepit. Dum
uero adiecit, ex tota mente, omnem rationē
indicat humanā, qua intelligimus & diſcer-
nimus, in rebus diuinis eſſe occupandā. Vbi
autem dicit, ex tota uirtute, bonum perſeue-
rantiæ iniungit. Item duo ſunt erga proxi-
mi dilectionem ſeruanda: & ut beneficij im
penſione foueatur, & nulla malitia lædatur.

Hoc eſt, quod tibi non uis, alij ne feceris. &, omnia quæcunq; approbatis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Licet igitur diuerſa ſunt præcepta, quibus aut utiliter quę ſunt appetenda, cupimus: aut q̄ uitāda ſunt, utiliter præcauemus: unum tamē ſunt in radice charitatis, quia omnia in dilectione dei & proximi facere debemus. Recte itaq; dicit, legem & prophetas referri ad duo mandata charitatis: quia totus decalogus & monita prophetarum ibi habent finem. Videamus ergo decalogum:

M. *Sed quia quod capitur metro, melius retinetur,*
*cōcordia *Ecce decem chordis reſonat *cuſtodia legis.*
Cunctipotens unus, non eſt alius deus ullus.
Ipſius nullam caueas formare figuram.
Hoc nomen fruſtra non ſumas. ſabbata ſerua.
Quatuor hæc iuſſa concluſit prima tabella.
Cætera ſex tabulæ ſic ſunt inſcripta ſecundæ.
Longius ut dures, habeas in honore parentes.
Ne ferias gladio, nec ſis mœchus neq; latro,
Non falſus teſtis, non ſis inbians alienis.

R. $\frac{\text{ui.}}{\text{x.}}$

ET ait illi ſcriba: Bene magiſter in ueritate dixiſti, quia unus ē deus, & non ē alius præter eū. & ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. & diligere proximū tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus holocauſtomatib⁹ & ſacrificijs.

Beda. Oſtendit ex hac reſponſione ſcriba, grauem ſæpe inter ſcribas & phariſæos fuiſſe q̄ſtionem, quod eſſet maximum mandatum: quibuſdam hoſtias & ſacrificia laudantibus, alijs fidei & dilectionis opera præferētibus, eo quod plures patres ante legem abſq; omni uictimarū & ſacrificiorum conſuetudine ex fide tantum quæ per dilectionem operatur, placuiſſent: nemo autem abſq; fide & dilectione per ſacrificia. Nos aūt magnum & mi-

Chryſo. nimum mandatum dicimus, quantum ad dignitatem. Alioquin utilitas omnium mādatorum una eſt. & ſic oīa ſibi cohærent, ut alterum nō poſſit eſſe ſine altero. ut fundamētum dicimus melius eſſe, cum tñ nec fundamentū ſine ædificatione, nec iſta ſine illo eſſe poſſit. Non igitur fundamentum utilius eſt ædificatione, ſed dignius, ſicut caput eſt dignius membris.

Ieſus autem uidens quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longe a regno dei. Recte reſpondiſti, hoc fac & uiues.

Quia ſalus noſtra conſiſtit in cognitione ueritatis & amore uirtutis, Saducæi longe ſunt à regno dei, cum nec cognoſcenda cognoſcant, nec diligenda diligant. Hic autem ſuperbus tentator minus longe eſt extra regnum, qua iam per ſcientiam euangelicæ pfectioni conſenſit. Eſſet autem in regno dei, ſi augeretur ei cognitio ueri, & dilectio boni, ut Chriſtum tam in deum, quàm in proximum ſuſciperet. M.

L. $\frac{\text{ui.}}{\text{x.}}$

ILle autem uolens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus?

Nemo proximior homini quàm deus, qui intrinſecus & extrinſecus nouit, & omnia curare pōt. ſed omnis incredulus uel tentator, nec deum nec hominem proximum habet. Legiſperitus ob uulgi fauorem captandum, quod ſapienter reſpōdiſſe iactaretur, interrogat dominū quid faceret. ſed quia ſeipſum iuſtificare deſiderat, dominus temperauit reſponſum ſuum, parabolice loquens ei: ita ut & omnis qui miſericordiam facit, proximus intelligatur: & ſpecialiter ipſe dei filius, qui nobis per humanitatem proximus factus ē, deſignetur.

Suſpiciens autem Ieſus, dixit: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones.

Homo iſte, Adam intelligitur. Ieruſalem, ciuitas cęleſtis, à cuius beatitudine lapſus eſt in hanc uitam mortalem. Quod bene Iericho quæ luna interpretatur, ſignificat, uarijs defectibus incerta. Latrones intellige diabolum & angelos eius, in quos non incideret, niſi prius intus tumuiſſet. Vera eſt enim ſententia, dicens: Ante ruinam exaltatur cor. Prou. 16.

Qui etiam deſpoliauerunt eum. & plagis impoſitis, abierunt, ſemiuiuo relicto.

Deſpoliauerunt eum gloria immortalitatis & ueſte innocentiæ. Plagæ, peccata ſunt, quibus naturæ humanę integritas uiolata fuit. Abierunt autem, non ab inſidijs aliquatenus ceſſando, ſed earundem inſidiarum fraudes occultando. Semiuiuum reliquerunt, qa rationem eius abolere non ualuerunt. Ex q̄ enim parte ſapere & cognoſcere deum pōt, uiuit homo: ex q̄ uero peccatis tabeſcit, lœtifero uulnere fœdatus iacet quaſi mortuus.

Accidit autem ut ſacerdos quidam

deſcenderet eadem uia. & uiſo illo,
præterijt. Similiter & Leuita, cum
eſſet ſecus locum & uideret eum,
pertranſijt.

Sacerdos & Leuita qui ſauciatum tranſi-
erunt, ſacerdotium & miniſterium ueteris te
ſtamenti ſignificant: ubi mundi languentis
uulnera poterant monſtrari, non autem cu-
rari. Ait enim Apoſtolus, quia impoſſibile
Heb. 10. erat, ſanguine uitulorum & agnorum & hir
corum auferri peccata. Itaq; ſacerdos annun
cians dei legem in mundum deſcendentem
per Moyſen, nullam ſanitatem contulit ho-
mini. Sic & deſcenſus Leuitæ, qui typũ oſtē-
dit prophetarum, nullum ſanat. ſed cum pec
cata arguit, pertranſit, quia indulgentiã non
largitur.

Samaritanus autem quidam iter fa-
ciens, uenit ſecus eum. & uidens e-
um, miſericordia motus eſt.

Samaritanus qui cuſtos interpretatur, do
minum ſignificat; cui propheta contra latro
Pſal. 140 nes iſtos ita ſupplicat: Cuſtodi me à laqueo
quem ſtatuerunt mihi, & ab ſcandalis ope-
rantium iniquitatem. Ipſe dominus homo
factus, uitæ præſentis iter arripuit: & uenit
ſecus uulneratum, compaſſionis noſtræ ſuſ-
ceptione finitimus, & miſericordiæ collati-
one uicinus. Lex autem non habuit miſeri-
cordiam, ſed iudicium & uindictam.

Et appropiãs, alligauit uulnera ei⁹,
infundens oleum & uinum.

Peccata enim quæ in hominibus inuenit,
redarguendo cohibuit, ſpem ueniæ pœnitē-
tibus promittens, terrorem pœnæ peccan-
tibus incutiens. Alligat ergo uulnera, dum
Matt. 4. præcipit, Pœnitentiam agite. infundit oleũ,
dum addit, Appropinquauit enim regnum
cælorum. infundit & uinum, dum dicit: Oīs
Matt. 3. arbor quæ non facit fructum bonum, exci-
& 7. detur & in ignem mittetur. Vel alligat uul-
nera in baptiſmo, infundit oleum & uinum,
id eſt, chriſma ſanctiſpiritus & calicem paſ-
ſionis ſuæ.

Et imponens illum in iumentũ ſuũ,
duxit in ſtabulum, & curã eius egit.

Iumentum caro eius eſt, in qua peccata no
ſtra portauit ſuper lignum. & iuxta aliam pa
rabolam, ouem erroneam reportauit ad gre
gem. Itaq; imponi iumento, eſt incarnatio-
nem Chriſti credere, eiusq́; myſterijs tutari
ab hoſtili incurſione. Stabulum eſt eccleſia
præſens, ubi ſperando reficiuntur uiatores,
in æternam patriam redeuntes. Stabuli noīe
miſerias & fœtores huius uitæ ſignanter in-
ſinuat, ne hõ in hoc exilio tanq̃ in patria gau
deat. Curam egit, ne æger in eccleſiã ductus,
præcepta quæ acceperat, dimitteret.

Et altera die protulit duos denari-
os, & dedit ſtabulario, & ait: Curam
illius habe. & quodcunq́; ſupererο
gaueris, ego cũ rediero, reddã tibi.

Altera dies eſt poſt domini reſurrectio-
nem, quæ magis ſplendet quàm tempus ꝓce
dens. Duo denarij ſunt duo teſtamenta, in
quibus æterni regis nomen & imago conti-
nentur. Stabularius eſt chorus diſcipulorum,
quibus aperuit ſenſum ut intelligerent ſcri-
pturas per ſpiritumſanctum. Supererogat
ſtabularius quod in duobus denarijs nõ ac-
cipit, cum Paulus apoſtolus dicit: De uirgi- 1. Cor. 7.
nibus autem præceptum domini nõ habeo,
conſilium autem do. Itemq́; ſupererogat cũ 1. Cor. 9.
dicit, Dominus ordinauit his qui euangeliũ
annũciant, de euãgelio uiuere. ſed nos nõ uſi
ſumus hac poteſtate, ne quem ueſtrum gra
uaremus. Debitor rediens reddet quod ꝓ-
miſit, cum dominus in iudicio dicet: Quia ſu Matt. 25.
per pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te con-
ſtituam, intra in gaudium domini tui.

Quis horũ trium uidetur tibi pro-
ximus fuiſſe illi qui incidit in latro-
nes? At ille dixit: Qui fecit miſeri-
cordiã in illum. Et ait illi Ieſus: Va-
de & tu fac ſimiliter.

Nemo nobis magis eſt proximus, q̃ qui
uulnera noſtra curauit, q̃ caput mēbris. Dili
gamus ergo eum ut deum & dñm, diligam⁹
quaſi proximum, diligamus etiam oēs imi-
tatores Chriſti. Quod ait, fac & tu ſimiliter,
tale eſt: Quicquid uales in proximi neceſſi-
tate ſubleuanda uel corporali uel ſpũali, de-
uotus operare, ut manifeſteris eſſe ꝓximus.
Recte miſericordia proximum facit, quia ē
ſecundum naturam. Nihil enim tam ſecun-
dum naturam, q̃ naturæ iuuare conſortem.

L. [illegible] M. 220 R. [illegible] A. [illegible]

Caput CXXIX.

ET erat docens quotidie in
templo. Principes autem ſa
cerdotum & ſcribæ & prin
cipes plebis quærebant illum per-
dere. & non inueniebant quid face-
rent illi. Omnis eñ populus ſuſpen
ſus erat, audiens illum.

Hilarius. Quotidie nimirum Chriſtus docebat in tē plo, proprium cuius officium eſt cognitionem dei afferre, & intelligentiam nominis eius poteſtatiſq; præſtare. Ad hoc enim miſ
M. ſus uenerat, ex ęternitate deductus. Populus itaq; ſuſpenſus erat, id eſt, elōgatus à ſermone principum, doctrinam Chriſti confitens eſſe potiorem, & quod ipſi principes damnationis cauſas non inuenirent in eo.

A. 78/X

AVdierunt phariſæi turbā murmurantem de illo hæc.

A. 79/X M. 100 R. 197 L. 214

ET miſerunt principes & phariſæi miniſtros, ut apprehenderent eum.

Principes inſani audito murmure ꝗ Chri
Auguſt. ſtus à turba glorificatur, quærunt occidere eum. A. 80/X

DIxit ergo Ieſus: Adhuc modicū tempus uobiſcum ſum, & uado ad eum qui me miſit.

Nondum uolentem apprehendere non potuerunt, ſed docentem audierunt. Miſſio Chriſti à patre, fuit exinanitio eius. i. apparitio in terris: reuerſio autem reſurrectionis & aſcenſionis glorificatio, qua innotuit cordibus hominum, fuiſſe & eſſe cum patre, & æqualem patri. A. 81/X

QVæretis me, & non inuenietis me.

Prędicit quod poſt reſurrectionem ſuam ſint eum quæſituri, & non inuenturi fide uel corporaliter. Sciendum quia multi compuncti poſt reſurrectionem domini, crediderunt: pro quibus in cruce pendens, dignatus eſt orare ita: Pater, ignoſce illis, qa neſci
Luce.23. unt quid faciunt.

Et ubi ſum ego, uos non poteſtis uenire.

Non dixit, ubi ero, ſed ubi ſum: quia ſic uenit diuinitas ad nos, ut de cælo non recederet. Homo enim ſecūdum corpus in loco ē, & de loco migrat: & cum ad alium locū uenerit, in loco unde uenit, non eſt. Deus autē implet oīa, & ubiq; totus eſt. Erat ergo Chriſtus ſecundū carnē in terra, ſecundū maieſtatē in cęlo & in terra. Non dixit, nō poteritis, ne deſparēt: ſed nō poteſtis, dum tales eſtis.

Dixerūt ergo Iudęi ad ſeipſos: Quo hic iturus eſt quia non inueniemus eum? Nunquid in diſperſionē gentium iturus eſt, & docturus gētes? Quis eſt hic ſermo quē dixit? Quęretis me, & nō inuenietis: & ubi ſum, nō poteſtis uenire.

Neſciuerunt quid dixerūt, ſed quia dominus uoluit, ꝓphetauerunt. Iturus erat dñs ad gentes, non præſentia corporis ſui, ſed prædicatione apoſtolorū. Impleturus erat dñs,
quod legebant & non intelligebant: Popu- Pſal.17.
lus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obiuit mihi. Illi non audierunt dominum, in quorum oculis fuit: illi audierunt, in quorum auribus ſonuit.

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus & clamabat, dicens: Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eiꝰ fluent aquæ uiuę. Hoc aūt dixit de ſpiritu, quē accepturi erant credētes in eū.

Hic exponit, ad quem potū uocauerit ſitientes. i. refici deſiderātes amore diuino. Qui ergo ſitit, ueniat affectu amoris, paſſibus fidei recedendo ab amore mundi. & bibat ſpiritumſanctū, quē cum biberit, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. Venter interioris hominis, eſt cōſcientia cordis. flumina ſunt beneuolentia qua conſulit proximo ex aqua uiua. i. ex gratia purgante mentes & uiuificā
te. Non enim fluit aqua uiua de uentre eius, q M.
ꝗd bibit, putat ſibi ſoli debere ſufficere. Hoc Prou.18.
teſtimonium eſt in Prouerbiis, ut legitur in prologo Geneſis. Forte aliqui diſceptabūt, ꝗd euangeliſta Iohannes cōmemoret hic feſtiuitatem ſcenopegiæ. ſed in huiuſmodi facile fortaſſis ſuperſedebunt, ſi diligenter attendant, ꝗliter Matthæus & Marcus de eiectis de templo referāt, cæteraſq; ſimiles ſeu temporum ſeu rerum tranſpoſitiones.

Non enim erat ſpiritus datus, quia nondum Ieſus fuerat glorificatus.

Multi ante aduentum Chriſti habuerunt Auguſt.
ſpm̄ſctm̄. ſed non hoc modo quo poſt ea datus eſt, ut linguis oīm gentium loquerētur. & ideo dicit, nondum erat ſpiritus datus. Cū oēs qui in Chriſto baptizantur, accipiāt ſpiritumſctm̄, quare non loquūtur linguis oīm? Quia iam eccleſia linguas habet omnium. ſed antea eccleſia erat in una gente: quæ cum loqueretur linguis omniū, ſignificauit hoc, quod eccleſia creſcendo per omnes gentes, linguis omnium locutura eſſet. Eccleſia corpus eſt Chriſti, tu membrum es. Vnitas enī

membrorum charitate concordat. & ipſa unitas loquitur, quomodo tunc unus homo loquebatur. Ideo dominus poſt reſurrectionem ſuam dedit ſpiritum, ut in ſuo corpore oſtenderet uitam, quam modo nō habem⁹, ſed in reſurrectione ſperamus.

A. 82. VII. M. 120.

EX illa ergo turba cū audiſſent hos ſermones eius, dicebāt: Hic eſt uere propheta. Alij dicebāt, hic eſt Chriſtus.

A. 81. VII. M. 105.

QVidam autē dicebant: Nūquid a Galilęa Chriſtus uenit? Nonne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid & de Bethleem caſtello ubi erat Dauid, uenit Chriſtus?

A. 84. X.

DIſſenſio itaq; facta eſt in turba propter eum. A. 85. X. Venerunt ergo miniſtri ad pontifices & phariſæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxiſtis eum? Reſponderunt miniſtri: Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo. Reſponderunt ergo eis phariſæi: Nunquid & uos ſeducti eſtis? Nunquid aliquis ex principib⁹ credidit in eū aut ex phariſęis? Sed turba hęc quę non nouit legē, maledicti ſunt.

Hoc eſt quod dominus ait: Ego ueni ut nō uidentes uideant, & uidentes cæci fiant.

Iohan. 3. Dicit Nicodem⁹ ad eos, ille qui uenit ad eum nocte, qui unus erat ex ipſis: Nūquid lex noſtra iudicat hominem, niſi audierit ab ipſo prius & cognouerit quid faciat?

Credebat Nicodemus, quia ſi eum uellēt patienter audire, ſimiles fierēt illis, qui miſſi ſunt eum tenere & crediderunt.

Reſponderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es?

Id eſt, à Galilæo ſeductus. Dominus, Galilæus dicebaſ, qm̄ de Nazareth ciuitate Galilææ erant parentes eius.

Scrutare ſcripturas & uide, quia ꝓpheta a Galilæa non ſurgit.

Dominus prophetarum inde ſurrexit, quem ſcriptura Nazaræum uocat.

M. 125. II. R. 134. L. 245.

Caput CXXX.

COngregatis autem phariſęis, interrogauit eos Ieſus, dicēs: Quid uobis uidetur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quō ergo Dauid in libro pſalmorꝫ uocat eum dn̄m, dicens: Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedum tuorꝫ?

Iſtud dicere dn̄i dn̄o, eſt æqualem ſibi filium generare. Dn̄o meo dicit Dauid, nō ſecundū quod de eo natus eſt, ſed ſcd̄m quod de patre ſemper fuit. Quod aūt à patre ſubijciuntur inimici, ſiue uolentes ſiue nolentes, non infirmitatē filij, ſed unitatē naturæ, qua in altero alter operaſ, ſignificat. Nam & filius inimicos ſubijcit patri, quia patrē clarificat ſuper terrā. Sic interrogatio Ieſu nobis ꝓficit contra Iudæos. Iudæi aūt friuola multa confingunt, aſſerentes centeſimūnonum pſalmū ſcriptum in perſona Eliezer filij uernaculi Abraæ, reuertentis de cæde quinque regum, & introducunt ita eum eſſe locutum: Dixit dominus deus dn̄o meo Abraam poſt cędem quinq; regum, ſede ad dexteram meam. Sed ſequentia pſalmi non ad hoc cōcordant. Recte itaque Iudæis opponitur, non quia Chriſtum quem confitentur eſſe uenturum, Dauid filium dicunt: ſed quia ſimpliciter hominem, & non dei filium credunt. Ambro.

M. 126. II. R. 133. L. 244.

SI ergo Dauid in ſpiritu uocat eū dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei uerbum reſpondere, neq; auſus fuit quiſquam ex illa die eū amplius interrogare.

Quia in ſermonibus confutantur, ultra non interrogant. ſed aperte comprehenſum Romanæ tradunt poteſtati. Vnde patet uenena inuidiæ ſuperari poſſe, ſed difficile quieſcere.

A. 86. X.

Caput CXXXI.

ITerum ergo locutus eſt eis Ieſus, dicens: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ.

August. Lux mundi à patre progrediens, nube carnis tegitur. & ſic contemperata, toleranda hominibus efficitur, ut per hominem ueniatur ad diuinitatem. Illa ergo luce illuminante illuminamur modo collyrio fidei, qui de Adam cæci nati ſumus: & ſequimur tam uerbis q̃ exemplis obediendo, ut excluſis ignorantiæ uel peccatorum tenebris, in futurum manifeſta uiſione deitatis illuminemur.

Dixerunt ergo ei phariſæi: Tu de teipſo teſtimonium perhibes. Teſtimonium tuum non eſt uerū.

Illi infirmos oculos habebant qui hoc dicebant, quia lucem ferre non poterant. Putant non credendum ei, quaſi ſolus de ſe teſtetur, obliti præmiſſarum prophetiæ lucernarum, & ipſius Iohannis baptiſtæ, qui euidenter de eo oſtendit.

Reſpondit Ieſus & dixit eis: Etſi ego teſtimoniū perhibeo de meipſo, uerum eſt teſtimonium meum. quia ſcio unde ueni, & quo uado. Vos autem neſcitis unde uenio, aut quo uado.

Patrem dat intelligi, à quo teſtimonium ſuum confirmatur. Quod quia illi neſciunt, ſecundum carnem iudicant. & ideo arrogans eis uidetur. Omnis homo quando uult de ſe perhibere teſtimonium laudabile, arrogans & ſuperbus uidetur. Ideo ſcriptū

Prou. 27 eſt: Non laudet te os tuum, ſed os proximi tui. Sed hoc homini dictum eſt, qui mentiri poteſt. Lux autem mentiri non poteſt.

Vos ſecundum carnem iudicatis. ego non iudico quenquam.

Subaudis, ſecundum carnem ut uos. Vel

Iohā. 12. modo non iudico. Vnde alibi: Ego non ueni ut iudicem mundum, ſed ut ſaluem. non iudicium denegando, ſed differendo. Prius enim erat miſericordia præroganda, & poſt

Pſal. 100. exercendum iudicium, ut ait Pſalmiſta: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine.

Et ſi iudico ego, iudicium meum uerum eſt. quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me, pater.

Senſus eſt: Ideo uerum eſt iudicium meum, quia uerus dei filius ſum. Erubeſce Sabelliane. audis filium, audis patrem. Diſtingue perſonas intelligentia, non perfidia, ne quaſi fugiens charybdim, in Scyllam incurras. Charybdis te uorat, ſi dicis ipſum eſſe patrem qui eſt filius. in Scylleis ſcopulis naufragaris, ſi filium minorem patre ſecundum diuinitatem dicis. Noli ergo dicere, pater aurum eſt, filius argētum. nam una ſubſtantia eſt, una diuinitas, una coæternitas, perfecta

Iohā. 10. æqualitas. Audi filium: Ego & pater unū ſumus. Vtrunq; audi, & unū, & ſumus, & à charybdi & à Scylla liberaberis. In eo q̃d dixit, unum, liberat te ab Arrio. in eo quod dixit, ſumus, liberat te à Sabellio. Cum dicis, alius eſt pater, alius filius, recte dicis: ſi autem dicas aliud, erras.

Deut. 19. Et in lege ueſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium uerum eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me, pater.

Nunc etſi differo iudicium, nō differo teſtimoniū. Probat ab autoritate legis, quod uerum ſit teſtimonium ſuum & patris, ubi eſt ſtabilis ueritas. Expoſuit eis legem, ſi ingrati non eſſent. Magna quæſtio eſt, & ualde mihi uidetur in myſterio res conſtituta, ubi deus dicit, in ore duorum uel trium teſti

Dan. 13. um ſtat omne uerbum. Humani generis cōſuetudo ſic ſe habet, ſed duobus falſis teſtibus urgebatur Suſanna, & uniuerſus popu

Matt. 27 lus mentitus eſt contra Chriſtum. Ergo per myſterium trinitas commendata eſt. Vis habere bonā cauſam? Habeto duos uel tres teſtes, patrem & filium & ſpiritum ſanctum. Quæ trinitas ſuffragabatur Suſannæ in conſcientia, excitans unum teſtem Danielem, & duos conuincēs. Eligamus & nos nobis deum teſtem. Nō enim dedignatur teſtis eſſe, qui iudex eſt. Teſtis eſt, quia nō quærit alium unde cognoſcat quis ſis. iudex, quia habet poteſtatem uiuificandi & mortificandi, damnandi & abſoluendi, in gehennas præcipitandi & in cælos leuandi, diabolo coniungendi & cum angelis coronandi. Quod ait, in lege ueſtra: ſic dictum eſt, tanquam diceret, in lege quæ uobis data eſt à deo: ſicut dictū eſt, panem noſtrum quotidianū: & tamen dicimus, da nobis hodie.

Dicebant ergo ei: Vbi eſt pater tuus?

A. $\frac{87}{III}$ M. 92. L. 79.

Reſpondit Ieſus: Neque me ſcitis, neque patrem meum. Sime

ſciretis, forſitan & patrem meum ſciretis.

Me hominem tantum putatis, ideo patrē meum hominem quæritis. Ille qui omnia ſcit, quando dicit forſitan, non dubitat, ſed increpat. O homo, cum in corde tuo eſt uerbum, aliud eſt quàm ſonus. ſed ut tranſeat ad me, ſonum quaſi uehiculum quærit. aſſumit ſonum, imponit ſe quodammodo in uehiculum. tranſcurrit aerem, uenit ad me, nō recedit à te. Sonus autem ut ueniret ad me, receſſit à te, nec perſtitit apud me. Verbum ergo quod erat in corde tuo, nunquid ſono prætereunte præterijt? Sonus medius tranſuolauit. uerbum uero quod aſſumpſit ſonū, eſt apud me, & non receſſit à te. Hoc attende, quiſquis es examinator ſonorum. Verbū dei contemnis, qui uerbum hominis non cōprehendis? Scit deus omnia. Qui etiam dixit diſcipulis talem ſententiam qualem modo
Ioh.14. Iudæis, qñ Philippus poſtulauit eum, dicēs: Domine oſtende nobis patrem. Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Hic non fuit, forſitan uidet & patrem, uerbū ſcilicet dubitationis. quia non increpabat dñs incredu
M. litatē, ſed docebat. Ne mireris ergo de uerbo dei, ſiue dicat forſitan, ſiue alio modo loquatur, quandoquidem plene non cōprehēdis uerbum hominis. A. ℞.

EGo uado, & quæretis me, & in peccato ueſtro moriemini.

Auguſt. Non deſiderio q̄retis me, ſed odio. Poſtquam abſceſſit dominus, quæſierunt illum & qui oderunt, & qui amauerunt: illi perſequendo, iſti habere cupiendo.

Quo ego uado, uos non poteſtis uenire.

Hoc & diſcipulis alibi dixit, non auferendo ſpem ut iſtis, ſed p̄dicando dilationem.

Dicebant ergo Iudęi: Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit, quo ego uado, uos non poteſtis uenire?

Stulta uerba, quaſi ipſi immortales eſſent, & uenire non poſſent quo ille iret, ſi ſe interfeciſſet. Dominus autem dicebat nō de morte, ſed de gloria ad quam ibat poſt mortem. Quod illi, omnia carnaliter ſapientes, non intellexerunt.

Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum.

Ideo terrā ſapitis, quia ſicut ſerpentes terrā manducatis. Quid eſt, terrā mãducatis? Terrenis paſcimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, cor ſurſum nō habetis. De ſupernis ſum. i. à patre, cum eo excedens omnia.

Vos de mūdo hoc eſtis, ego nō ſum de hoc mūdo. Dixi ergo uobis, quia moriemini in peccatis ueſtris.

Exponit quid ſit eſſe de mundo. i. eſſe peccatores, infideles, terrenā ſapientes. Non eſt ergo de hoc mūdo, per quē mūdus fact⁹ eſt: q̄a oēs de mūdo, poſt mundū facti ſunt. dñs aūt ē ante mūdū, q̄a in principio erat uerbū.

Si enim non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro.

Econtrario dat ſpem credituris, ut de mūdo leuentur ad eum qui mundū fecit. Quod nihil addidit, dicens: q̄a ego ſum, multa ſub intelligi dedit, ſ. ego ſum uerbū patris, cōditor mundi, hoīs formator & reformator. Quod qui non credit, morit̃ in peccatis. Mo Exo.3
yſi etiam dixi, ego ſum q̄ ſum, hoc ē, ue℞ eē habeo, quia non ſum mutabilis, ſed ſp̄ idem. In omni motu rerū inuenio præteritū & futurum, in ueritate dei ſolum præſens.

Dicebāt ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Ieſus: Principium, qui & loquor uobis.

Principium eſt, cui dictum eſt: Tu autem Pſal.101.
idem ipſe es, & anni tui non deficient. Sciebat ibi eſſe quoſdam credituros, & ideo dixiſſe tu quis es? ut ſcirent quid illum eſſe crederent. Rñdit ergo principium, non tanq̄ diceret, principiū ſum, ſed tanq̄ diceret, principium me credite. Quod in ſermone græco euidenter apparet, ubi principium eſt fœminini generis, ſicut lex maſculini. Sed conſuetudo locutionis ideo per diuerſas linguas uariat genera uocabulorum, quia in ipſis rebus non inuenis ſexum. Non enim ſapiētia uere eſt * fœminina, cū Chriſtus ſit dei ſapientia. * fœmina
Cum ergo uideat̃ ad id qđ dictum eſt, tu quis es, reſpōdere debuiſſe, ego ſum ueritas: reſpondit, tanq̄ diceret, principium me credite. Et addidit, qui & loquor uobis. i. q̄ hūilis p̄pter uos factus, ad iſta uerba deſcendi. Principium eſt pater, principiū eſt filius, tñ nō ſunt duo principia, ſicut nec duo dñi. Nã ſi accedētes ad deū multæ aīæ p̄ charitatē, una aīa eſt: & multa corda, cor unum: nonne ma Actu.4.
gis trinitas ipſe fons charitatis, unus deus ē?

Multa habeo de uobis loqui & iudicare. ſed qui miſit me, uerax ē. Et ego quę audiui ab eo, hęc loquor in mūdo. Et non cognouerunt quia patrē eius dicebat deum.

Habeo multa loqui docendo, ſi credideritis: arguendo, ſi non credideritis. & habeo iudicare in futuro uiuos & mortuos, ſed hoc totum eſt à patre, à quo audio ueritatem quā loquor. Idem ē, filium à patre audire, quod eſt, eſſe ab eo. Senſus ergo eſt: Ideo uerum iudico, quia ueritas ſum, filius ueracis. Hæc ueritas nō eſt maior uerace iſto, nec minor, ſed æqualis. quamuis pius homo minus ſit ipſa pietate, pulcher minus ipſa pulchritudine, caſtus caſtitate. Nam ſi pietas quæ eſt apud deum, cuius eſt particeps pia anima, recedat ab ipſa anima pia, ſiue pulchritudo, ſiue caſtitas: non tamen creſcit in deo uel minuitur, ſicut oculus tuus nec clauſus minuit lucem, nec apertus auget lucem. Hac ſimilitudine ſi uerax eſt anima, ueritas eſt apud deum, cuius ipſa eſt particeps: & ſi eius non fuerit particeps, tunc omnis homo mendax, quia nullus homo de ſuo eſt uerax. Igitur deus pater uerax eſt, non participando, ſed ueritatem generando.

Dixit ergo eis Ieſus: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum, & a meipſo facio nihil. ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui miſit me, mecū eſt, & nō reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Prædicit quoſdam de eis poſt paſſionem ſuam cogniturος quis eſſet, & credituros in illum. Exaltationem dicit hic paſſionis, non glorificationis: crucis, non cæli. A meipſo nihil facio, id eſt, à meipſo non ſum. hoc dixit contra Patripaſſianos, dicentes: qui eſt pater, ipſe eſt filius. Duo ſunt nomina, ſed res una. Docuit me pater, hoc eſt, ſcientem me genuit pater. Ante dixerat ſe miſſum, ſed rem magnam ſæpe commemorat, cum ambo ſimul ſint, unus miſſus eſt, alter miſit. quoniam miſſio incarnatio eſt, quæ tm̄ eſt filij, non etiam patris. In nulla enim ſpecie legitur pater apparuiſſe. Patris enim potētia, quæ ex mundi creatione ſpecialiter manifeſta eſt, per nullam ſingularem creaturā declaratur expreſſe, ueluti eius ſapientia in humanitate Chriſti, ueluti multiformis gratia bonitatis eius in diuiſione linguarum, ſiue in columba. Sicut ergo in ſolis radio calor & ſplendor abinuicē nequeunt ſeparari, ſed calor ſiccat, ſplendor illuminat: & ſicut ratio in anima eſt, ſed anima uiuimus, ratione intelligimus: ſic & filius ſolus ſuſcepit carnē, nec ſe diuiſit à patre. Et quia cælum & terram implet pater, implet & ſpirituſſanctus, in diuinitatis unitate implent Chriſti carnē maieſtate, non ſuſceptione.

M. · Auguſt.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei, Iudæos: Si uos manſeritis in ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis. & cognoſcetis ueritatē, & ueritas liberabit uos.

Si manſeritis in ſermone meo, id eſt, ſi perſeueraueritis uſque in finem in fide, quæ in uobis cœpit eſſe per ſermonem, tunc diſcipuli mei eritis, ut cognoſcatis ueritatem quā modo creditis: quæ modo carne tecta, loquitur uobis & latet uos. Nondum apparuit quid erimus, ſed tādem uidebimus eum ſicuti eſt, cum ſignauerit nos lumine uultus ſui. Moneta dei ſumus, nummi eius. A theſauro eius errauimus. errore detritum eſt, quod in nobis fuerat impreſſum. Venit qui nos formauerat, ut reformaret. quærit & ipſe nūmum ſuum, ſicut & Cæſar ſuum. Vñ ait: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & q̄ ſunt dei, deo. Liberabit, hoc uerbum retulit dominus ad libertatem. Nam quomodo ſaluat, nihil aliud eſt quàm ſaluum facit: ſic liberat, nihil aliud eſt proprie, quàm liberum facit. Quod in græco planius eſt. Nam latine plerunq; liberare dicimus, nō ad libertatem, ſed ad ſalutē: ubi aliquis improprie dicitur liberari ab infirmitate.

Auguſt. · 1. Iohā 3. · Matt. 22.

Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus unquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis?

Credentes non reſponderunt, ſed increduli iactant ſe eſſe ſemen Abrahæ. O pellis inflata. Non intelligebas niſi libertatem temporalem, ſecundum quam mentiris etiam, dicens: Nemini ſeruiuimus unquam. Nonne Ioſeph eſt uenundatus? Nonne ſancti prophetæ captiuati? Nonne ſeruiebant parentes tui in Aegypto, lateres faciendo? Nonne uoſipſi ſoluebatis tributa Romanis?

Gen. 37. · Exod. 1.

Reſpondit eis Ieſus: Amen amē dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.

Qui ex amore peccat, non ex lāguore naturæ, nec ex ignorantia leui, ſeruus eſt peccati. Alia enim ſunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas & imperitia

Auguſt.

contraria ſunt uirtuti & ſapientiæ, malitia
eſt contraria bonitati. Quiſquis igitur nouit
quid ſit ſapientia dei, poteſt exiſtimare quæ
ſunt peccata uenialia: & quiſquis nouit quid
ſit bonitas dei, poteſt exiſtimare quibus pec
catis certa pœna debeatur & hic & in futuro
Auguſt. ſeculo. Seruus quidem hominis aliquando
ſui domini duris imperijs fatigatus, fugien-
do requieſcit. ſeruus autem peccati quo fu-
giet?

Seruus autem non manet in domo
in æternum. filius manet in ęternū.
Si ergo filius uos liberauerit, uere
liberi eritis.

Eccleſia eſt domus, ſeruus eſt peccator
corde impœnitenti pertinax. Non dixit, nō
eſt in domo. quia multi peccatores intrant
manent Prou. 20 eccleſiam: ſed, non manet. Cum autem ſcri
ptura dicat, quis gloriabitur mūdum ſe eſſe
à peccato, erit Chriſtus ſolus in eccleſia? Cui
erit caput ſine corpe? Terruit ergo, ne pec-
catum amaremus, dicendo: Omnis qui facit
peccatum, ſeruus eſt peccati. Spem dedit ne
diffideremus, dicendo: Filius manet in æter
num. Spes enim noſtra eſt, ut à libero libere
mur. Sciēdum eſt quod multi iuſti dicti ſunt
ſine querela, id eſt, ſine crimine. Nulla enim
querela iuſta eſt de his in rebus humanis, q
non habent crimen. Crimen autem eſt pec-
catum graue, accuſatione & damnatione di-
gniſſimum, Sed dei gratia in nobis pecca-
tum conſumitur. Minuitur autem in uita
proficientium, quod in uita cōſumitur per-
fectorum. Prima eſt ergo libertas, carere cri
minibus. Ideo Apoſtolus de ordinādis pre-
ſbyteris uel diaconis non ait, ſi quis ſine pec
Tit. 1. cato ē: quia ſi hoc dixiſſet, nullus ordinare-
tur: ſed ait, ſi quis ſine crimine, ut eſt homici
dium, adulterium, aliqua immunditia forni-
catiōis, furtum, fraus, ſacrilegium, & ſimilia.
Quæ cum cœperit Chriſtianus non habere,
incipit erigere caput ad libertatem. ſed non-
dum eſt perfecta libertas, quia nondū æter-
nitas. Libertas perfecta eſt, eſſe in domino,
1. Cor. 15. cum hoc corruptibile induet incorruptio-
nem, & hoc mortale induet immortalitatē.

Scio quia filij Abrahę eſtis. ſed quę-
ritis me interficere, quia ſermo me-
us nō capit in uobis.

Id eſt, non capit cor ueſtrum, quia nō re-
cipitur à corde ueſtro. Sermo diuinus eſt ut
hamus, qui capit, dum capit. Agnoſcit Chri
ſtus in iſtis carnis originem, in quibus ē ua-
na libertas cū uera ſeruitute peccati, ſed non
cordis fidem per imitationem Abrahę, in qua
eſſet uera libertas per ſe filium.

Ego qđ uidi apud patrem, loquor.
& uos quæ uidiſtis apud patrem ue
ſtrum, facitis.

Veritatem uidi, me ſcilicet, qui ſum ueri-
tas patris.

Reſponderunt & dixerunt ei: Pater
noſter Abraam eſt.

Prouocabant eum, ut aliquid mali dice-
ret de Abraam, quærentes occaſionem faci-
endi quod cogitabant.

Dixit eis Ieſus: Si filij Abraæ eſtis,
opera Abraæ facite. Nunc autem
quæritis me interficere, hominem
qui ueritatem uobis locutus ſum,
quam audiui a deo. Hoc Abraam
non fecit. Vos facitis opera patris
ueſtri.

Adhuc nō dicit quis eſt pater eorum, ſed
Abraam laudat, & illos degeneres damnat,
eo quod operibus fidei non probant ſe eſſe
filios Abraæ. potius per contrarium probā-
tur eius non eſſe filij, quia ueritatem quærūt
extinguere.

Dixerunt itaq; ei: Nos ex fornica-
tione non ſumus nati. unum patrem
habemus deum.

Iam utcunq; cœperunt cognoſcere non
de carnis generatione dominum loqui, ſed
de uitæ inſtitutione. Et quia conſuetudo ſcri
pturarum eſt, fornicationem appellare falſis
dijs ſeruire, dixerunt: Vnum patrem habe-
mus deum. Credo quia cogitabant, Quoti-
es nominabimus Abraam, dicturus eſt no-
bis: Quare non imitamini eum, de cuius ge-
nere gloriamini? Et quia tantum uirum imi
tari non poſſumus, dicamus nos habere pa-
trem deum, ut audiamus quid dicat.

Dixit ergo eis Ieſus: Si deus pater
ueſter eſſet, diligeretis utique me.
Ego enim ex deo proceſſi & ueni.
Neque enim a meipſo ueni, ſed ille
me miſit.

Sicut præoſtendit de Abraam, ita nunc
oſtendit deum non eſſe eis patrem, quia nō
cognoſcunt filium quem miſit, nec diligūt.
Procedere eſt, q̄d deus naturalis origo &

æterna cauſa ē ſapientiæ ſuę ut ſit:uenire aūt. eſt incarnari. Non enim deus participatione ſapiens eſt, ut anima uel angelus: ſed quę ex ſe gignat ſapientiā, q̄ eſt deus de deo.

Quare loquelam meam non cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis facere.

Hic cauenda eſt hæreſis Manichæorum, qui dicunt eſſe quandam naturam mali, & quandam gentem tenebrarum cum principibus ſuis. Quæ auſa eſt pugnare contra deum, & deum uerum miſiſſe principes contra gentem illam, eamq́; fuiſſe debellatam. Inde dicunt diabolum originem duxiſſe, putantes ſecundum hoc dictū eſſe à domino: Vos ex patre diabolo eſtis. Iudæi ergo dicti ſunt eſſe filij diaboli imitando, non naſcendo.

Iezec.16. Propheta dixit ad ipſos: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, non quod ab illis gentibus Iudæi ducerent originem, ſed quia imitati ſunt impietates eorum. Quæritur fortaſſe, unde eſt diabolus. Inde utique, unde cæteri angeli. ſed ſuperbiendo factus

*intrinſeca eſt diabolus. Et notandum quia neq; *ui, neque extrinſeca ſuaſione deprauatus fuit: ſed propria uoluntate ſumpſit à magnitudine

1. Cor. 8. ſcientiæ, elationis occaſionem. Vnde Apoſtolus: Scientia inflat.

Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, quia non eſt ueritas in eo.

Homicida dicitur diabolus, nō quod gladio armatus, uel ferro accinctus ad hominē ueniret, ſed quia uerbum malum ſeminauit. Noli ergo te putare non eſſe homicidā, quādo frat̄ri tuo mala perſuades. Vnde in pſal-

Pſal.56. mo: Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Qđ dictum eſt, ab initio, intelligēdum eſt de primo homine.

Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. quia mendax eſt, & pater eius.

Hinc Manichæi decipiunt imperitos, dicentes diabolum habere patrem. ſed dominus dixit diabolum eſſe patrem mendacij. Diabolus enim ſic genuit mendacium quaſi filium, ex quo lapſus eſt à ueritate, quā deus pater genuit in filium. Diabolus itaque mendax eſt, & pater mendacij. Tu autem ſi mentiris, à diabolo accepiſti, ſicut Iudæi loquentes mendacium, & ita non es pater mendacij.

Ego autem quia ueritatem dico, nō creditis mihi. Quis ex uobis arguet me de peccato?

Grego. Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe.

Si ueritatem dico, quare uos nō creditis mihi? Qui eſt ex deo, uerba dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex deo non eſtis.

Sunt nonnulli qui præcepta dei nec aure corporis percipere dignantur. ſunt nōnulli qui percipiūt, ſed nullo mentis deſiderio cōplectuntur. Sunt nonnulli qui libenter audiendo compunguntur, ſed poſt lachrymas ad iniquitatem redeunt. Hi profecto uerba dei non audiunt, quia ea exercere in opere contemnunt. Licet igitur omnes ſint filij dei M. per naturam, quod oſtendunt parabolæ de filio frugi & prodigo, de duobus filijs inuitatis ad uineam, illi tamen ſunt ex diabolo per uitium, qui uerba dei non diligunt. Qui uero renaſcuntur ex deo generationis adoptione, audiunt uerbum dei & cuſtodiunt.

Reſponderunt igitur Iudæi & dixerūt ei: Nōne benedicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Receperant Samaritani dominum quando locutus eſt mulieri ad fontem, & cum eis conuerſatus erat. Vocant igitur eum Iudæi Samaritanum quaſi peccatorem, quia peccatores illos reputabant, nec eis coutebantur.

Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium non habeo. ſed honorifico patrem meum, & uos inhonoraſtis me.

Alterum de duobus obiectis negauit. Sa- Grego. maritanus enim interpretatur cuſtos, & cuſtodem ſe eſſe non negauit. Non enim dor- Pſal.120. mitat q cuſtodit Iſrael. Et, Niſi dominus cu- Pſal.126. ſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Non contumelioſa uerba reſpōdit, qui uere reſpondere poſſet, uos dæmonium habetis. Sed ſuperbia noſtra hic confunditur. Nam quid nobis ex hoc innuitur, niſi ut eo tempore quo à proximis falſas contumelias accipimus, eorum etiam uera mala taceamus, ne miniſterium iuſtæ correptionis, in arma uertamus furoris?

Ego autem gloriam meam nõ quę- ro. eſt qui quærat & iudicet.

Auguſt. Non quæro gloriam ſicut ſimulatores, q quęrunt uideri quod non ſunt. Eſt pater qui quærat gloriam meam. & iudicet, id eſt, diſcernat à gloria ueſtra. quia uos ſecũdum ſeculum gloriamini, ego nõ. ſed ea gloria quã habui apud patrem, antequam mundus eſſet, quæ eſt ab humana inflatione diſcreta. Secundum pœnale iudicium pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. ſecundum iudicium diſcretionis iudicat,
Pſal. 42. ut in pſalmo: Iudica me deus. Huius iudicij expoſitio ſequitur, Et diſcerne (inquit) cauſam meam de gente non ſancta. Similiter duas tentationes intelligimus. una decipit, al-
Iacob. 1. tera probat. Nam ſcriptum eſt, deus nemi-
Deut. 13. nem tẽtat. & iterum ſcriptum eſt, tentat uos dominus de⁹ ueſter, ut ſciat ſi diligitis eum.
Iob. 1. Vt ſciat, dictum eſt, pro ſcire faciat. Iob latebat ſe, ſed deum non. Admiſit deus tentatorem, & fecit eum ſui cognitorem. Sic & duo timores ſunt. ſeruilis, cum times ne patiaris pœnam. caſtus, cum times ne amittas
1. Iohã. 4 iuſtitiam. Alterum perfecta charitas foras
Pſal. 18. mittit. alter ſeruat nos ante deum, permanẽs in ſeculum ſeculi. Nam & mulier adultera timet, ne uir eius ueniat: caſta, ne uir eius abſcedat.

Amen amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ nõ uidebit in æternum.

Grego. Exemplo ſuo nos admonet, ne cum malorũ peruerſitas creſcit, prędicare ceſſemus: quia & boni meliores per contumelias fiũt, & reprobi de beneficio peiores.

Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmoniũ habes. Abraam mortuus eſt & prophetæ. & tu dicis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum?

Auguſt. De morte ſecunda, morte gehennæ, morte damnationis cum diabolo, dicit, qua nec Abraam mortuus eſt, nec prophetæ. Illi eñ mortui ſunt & uiuunt, iſti uiuebant & mortui erãt. Mortem uidere uel guſtare, eſt eam experiri.

Nunquid tu maior es patre noſtro Abraam, qui mortuus eſt? & prophetę mortui ſunt. Quem teipſum facis? Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil ẽ. Eſt pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis, quia deus noſter eſt. & nõ cognouiſtis eum. Ego autẽ noui eũ. Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.

Sermonem patris, ut filius, loquebatur: & ipſe erat uerbũ patris, qui hominibus loquebatur. Si ergo cognouiſſent patrem, filium eius recepiſſent, quẽ uox patris glorificat in baptiſmate, in mõte, in alijs huiuſmodi. Ideo contra hoc quod dicũt, quem teipſum facis, refert gloriam ſuam ad patrem, dicens: Si ego ſolus ſine patre glorifico meipſũ, ſicut ſimulatores, gloria mea nihil eſt.

Abraã pater ueſter exultauit ut uideret diem meum, uidit, & gauiſus eſt.

Credens exultauit ſperando, ut uideret intelligendo. Quod ait, diem meum, incertũ poteſt eſſe unde dixerit, utrum diem domini temporalem in carne, an diem qui nec ortum ſcit nec occaſum. ſed utrũq; Abraam uidit. Quando enim miſit ſeruum ſuum petere uxorem filio ſuo Iſaac, ait: Pone manum ſub femore meo, & iura per deum cęli. Quid Gen. 24. hoc ſibi uult, niſi quia ſignificabatur de genere Abrahæ deum cæli uenturum in carne? Qui reprehendunt carnem Chriſti, reprehendunt factum Abrahæ. Abraam diem do- Gen. 18. mini uidit, cũ in figura ſummæ trinitatis três Grego. angelos hoſpitio ſuſcepit.

Dixerunt ergo Iudęi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam uidiſti? Dixit eis Ieſus: Amen amen dico uobis, antequã Abraam fieret, ego ſum.

Non ait, fui, ſed ſum. quia diuinitas tempus non habet. ab intuitu carnis ad diuinitatem trahit. ſed duri ut lapides, putant hoc eſſe blaſphemiam.

Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Quem intelligere non poterant, obruere Hieron. quærebant. ſed dominus ſe uindicare noluit, qui pati uenerat. Et ideo ſe abſcõdit, ut daret nobis exemplum dandi locum iræ. uel ideo, ut oſtenderet quia ipſa ueritas eis abſconditur, qui eius uerba ſequi contemnunt,

& fugit mentem quam non inuenit humilem. M. Nota quia inconſiderati Iudæi dixerũt ad dominum, quinquaginta annos nondũ habes, ſunt qui fingunt ab incarnatione uſq; ad paſſionem multo plures anuos, quàm ex hiſtorijs colligamus.

Caput CXXXII.

ET prçteriens uidit hominem cæcum a natiuitate.

Albinus. Pſalm 1. Præterire dñs dr̃, quia in uia peccatorum nõ ſtetit. Cæcum à natiuitate uidit, quia miſertus eſt noſtræ mortalitatis. Cæcus enim iſte, humanum genus eſt, habẽs cæcitatẽ ab Adam. Illo nanq; peccante, uitiũ pro natura inoleuit. unde ſecundum mentem cæci nati ſumus.

Et interrogauerũt eũ diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, ut cçcus naſceretur? Rñdit eis Ieſus: Neque hic peccauit, neq; parentes eius, ſed ut manifeſtentur opera dei in illo.

Peccauerunt quidem, ſed illorum peccato factum non eſt ut cæcus naſceretur. Magiſter qui quærit credentem, ut faciat intelligentem, cauſam dicit cæcitatis, ut manifeſtẽtur opera dei in illo. uidelicet ut eum illuminando, & per eum quid in cæcitate humani generis facturus ſit ſignificãdo, filius dei manifeſtetur.

Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox quando nemo poteſt operari.

Quandiu in mundo ſum, lux ſum mundi. Dies eſt ille qui dicit, Ego ſum lux mundi. Si ergo dies eſt quandiu dominus in mundo eſt, erit nox quando in mundo non erit, Ioh. 14. cum ipſe dicat diſcipulis: Maiora horum fa- Actu. 5. cietis. Nũquid in nocte operabatur Petrus, in umbra ſua ſanante infirmos, quod domi- Ioh. 15. nus non fecit, qui dixit, Sine me nihil poteſtis facere? Quid ergo dicemus de iſta no- Matt. 25. cte? Nox iſta eorum erit qui audient, Ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabo- Matt. 22. lo & angelis eius. Vnde illud: Ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores. Tunc nemo poterit operari. Ergo operemur dum adhuc dies eſt. Hic enim Mat. 28. adhuc eſt ille qui dixit: Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſeculi. Am- Albinus. plius, Donec dies eſt, id eſt, dum ſum in mũdo, faciam opera patris, illũ prædicando, cæcos illuminando. Nox autem fuit, qñ Chriſtus à Iudçis & occiſus eſt, & fides pene defecit. Vnde dicit eis: Nunc eſt hora ueſtra & Matt. 26. poteſtas tenebrarum.

Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutũ ſuper oculos eius. & dixit ei: Vade & laua in natatoria Siloæ, quod interpretatur miſſus.

De ſaliua lutum fecit, quia uerbum caro Auguſt. factum eſt. Sputum enim quod à capite in os deſcendit, Chriſti diuinitatem ſignificat, quia caput Chriſti deus. Saliua itaq; eſt ſapientia, quæ ex ore altiſſimi prodit. Terra uero eſt caro Chriſti. Iniunctus cæcus non uidet, ſed mittitur ad piſcinã, cuius nomen miſſus à domino interpretatur. Ipſe dominus ẽ miſſus. inungi, eſt catechumenum fieri. lauari in piſcina, eſt baptizari in Chriſto. Catechumenus græce, interpretatur inſtruct⁹ latine. Ad hoc ſane paulatim rudes inſtruuntur in fide, ut tandem plene illuminati, ſacramentis participẽt cum charitate. Vnde Pau- Ephe. 2. & 5. lus: Fuimus aliquando & nos natura filij irę, nunc autem lux in domino.

Abijt ergo & lauit, & uenit uidens. Itaq; uicini & qui uiderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt qui ſedebat & mendicabat? Alij dicebant quia hic eſt. alii autem, nequaquam, ſed ſimilis ẽ eius. Ille uero dicebat, q̃a ego ſum.

Quidam non recognoſcebant eum, quia aperti oculi uultum mutauerant, ſed ille aperte fatetur beneficium, ne incurrat ingratitudinis damnum.

Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: Ille homo qui dicitur Ieſus, lutum fecit & unxit oculos meos, & dixit mihi; Vade ad natatoriã Siloę & laua. Et abii, & laui, & uidi.

Siloa eſt fons ad radicem montis Sion, q M. non iugibus aquis, ſed incertis horis ebullit per concaua terrarum. Ibi cæcus lota facie lumen recepit, quia cæcitas Iudæorum uel quorumlibet infidelium non poteſt ſanari, niſi doctrina aquarum Chriſti, quæ ſine ſtrepitu & clamore uerborum leniter fluit. Vnde Iſaias: Aquæ Siloæ quæ uadunt cum ſi- Iſaie. 8. lentio.

Et dixerũt ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio.

Auguſt. Animus eius adhuc inuncto ſimilis erat, nondum uidenti ad purum. Neſcit enim quẽ prædicat. Sed illi qui carnaliter ſabbatum obſeruabant, nec uidentes erãt, nec inuncti.

Adducũt eum ad phariſæos qui cęcus fuerat. Erat autem ſabbatũ quãdo lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum phariſæi quomodo uidiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum poſuit mihi ſuper oculos, & laui, & uideo.

Qui de limo terræ hominem formauit, per idem genus luti humanum genus reformauit.

Dicebant ergo ex phariſæis quidam: Non eſt hic homo a deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alij dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos.

Ficbat diuiſio inter lucem & tenebras, quia iam quidam inungebantur.

Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille aũt dixit, quia propheta eſt.

Quærebant quomodo eum de ſynagoga pellerent, ſed ille conſtanter dixit eum prophetam eſſe, adhuc corde inunctus.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuiſſet & uidiſſet, donec uocauerunt parẽtes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicẽtes: Hic eſt filius ueſter, quem uos dicitis quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc uidet? Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt. quomõ autem nunc uideat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcim⁹. Ipſum interrogate. ætatem habet. ipſe de ſe loquatur. Hęc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam eñ conſpirauerãt Iudæi, ut ſi quis eum confiteretur Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam deo.

Hoc eſt, nega quod accepiſti. quod *eſſet blaſphemare, non deo gloriam dare. Dare gloriam deo, eſt ueritatem de aliquo tanquã præſente deo dicere. Dicunt ergo, Confitere iuſtum nõ eſſe iuſtum, ſicut nos, ſed peccatorem. *eſt

Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille: Si peccator eſt, neſcio. Vnum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis: Dixi uobis iã, & audiſtis. quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis diſcipuli eius fieri?

Hoc quaſi ſtomachans & quaſi ex cæco uidens, iam non ferens cæcos, reſpondit.

Maledixerunt ei & dixerunt: Tu diſcipulus eius ſis, nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt deus. hunc autẽ neſcimus unde ſit.

Superius dixerant, hunc ſcimus unde ſit. Ioh. 7.
hic dicunt ſe neſcire. Sed neſcire nos dici- Iohã. 9.
mus, quę abijcimus. Itaq; ſecundum cor eorum maledictio eſt quod dicunt, tu diſcipulus eius ſis. ſed q̃d dicitur, eſt optabile omnibus, ut diſcipuli Chriſti ſint.

Reſpondit ille homo & dixit eis: In hoc enim mirabile eſt, quia uos neſcitis unde ſit, & aperuit oculos meos. Scimus autem quia pc̃tõres de⁹ nõ audit. Sed ſi quis dei cultor eſt, & uoluntatẽ eius facit, hũc exaudit.

Adhuc inunctus loquitur. nam & peccatores audit deus. Si enim non audiret, fruſtra publicanus pectus percutiẽdo diceret: Luce. 18.
Domine, propicius eſto mihi peccatori. No Auguſt.
lite pro magno habere, ad uoluntatem exaudiri à deo. Ad uoluntatem dæmones exau-
diri ſunt, permiſſi ire in porcos. Ad uolunta Marc. 5.
tem princeps eorum diabolus, à quo petitus
Iob tentari, nõ eſt negatus: ut eſſet hic pro- Iob. 1.

batus, ille confuſus. Aliquando deus quaſi iratus dat quod petis, & propicius negat q̃d petis. Quando bonum petitis, incũbite orationibus ut ſumatis. Quid proſit & quid nõ, medicus nouit.

A ſeculo nõ eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic a deo, non poterat facere quicquam.

Auguſt. Spreta eorum ira, libere ueritatem confitetur. Hoc enim non niſi à domino, nec à diſcipulis fieret, niſi deus in eis.

Reſponderunt & dixerũt ei: In peccatis natus es tot⁹, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

Quod clauſis oculis natus eſt, dicunt eſſe pro peccato parentum. Sed Chriſtus totum ſanat extra oculos, & intus cor aperit. Toties interrogando ut diceret, magiſtrum fecerant, quem ingrati docentem proiecerunt: ſed quia expulſus eſt, magis factus eſt Chriſtianus.

Caput CXXXIII.

AVdiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras. & cũ inueniſſet eũ, dixit ei: Tu credis in filium dei? Reſpõdit ille & dixit: Quis eſt domine ut credam in eum?

His uerbis oſtendit adhuc inũctus, ſe iam dudum cor ad credendum paratum habuiſſe, ſed in quem credere debeat, ignoraſſe.

Et dixit ei Ieſus: Et uidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait: Credo domine. Et procidẽs, adorauit eum.

Iam dominus lauat inuncto faciem cordis, iam mentis oculos illuminat. & ille confitetur non tm̃ filium hominis, ſed etiam dei.

Et dixit ei Ieſus: In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uidẽt, cæci fiãt.

O domine, lumen es, dies es, & ideo de tenebris liberas humiles, qui ſe non uidere putant, & per te quærunt ut uideant. Superbi uero ſapientes ſibi, ut phariſæi ex his uerbis commoti, & qui uident cæci fiant, ſe uidere putant, ſed experimento pœnæ, cæcos ſe eſſe ſentient. Et hoc eſt iudicium, id eſt, diſcretio, quæ diſcernit cauſam credentium à ſuperbis. Iudicium enim damnationis non modo, ſed in fine fiet. Vnde dominus alibi: Ego non iudico quenquam. Iohã. 8.

Et audierunt ex phariſæis qui cum ipſo erant, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis quia uidemus, peccatum ueſtrum manet.

Si cæci eſſetis, id eſt, ſi uos cæcos aduerteretis, & ad medicum curreretis, non haberetis peccatum: quia ego ueni auferre peccatum. Sed qui ſe putant uidere, & non quærũt medicum, in peccato permanent. & hoc eſt, qui uident, cæci fiant.

Amen amen dico uobis, qui nõ intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliũde, ille fur eſt & latro.

Quia phariſæi iactabant ſe uidere, quod quidem poſſent, ſi oues Chriſti eſſent, dominus contra eorum arrogantiam propoſuit hanc ſimilitudinem. Oſtendit itaq; quia nec ſapientia nec obſeruatio legis, nec bona uita quicquam ualet, niſi per eum. Siue enim Iudæus, etiam phariſæus, ſiue gentilis etiã philoſophus, doceat bene uiuere, uel hæreticus ſub nomine Chriſti, nec tamen in Chriſto prædicãs, omnes ſine eo rapiunt & occidũt. Ouile eſt eccleſia. In quam quicunque uult intrare, per Chriſtum intret, Chriſti gloriam quærens, non ſuam. Humilis ianua Chriſtus eſt. Ergo qui intrat, ſe humiliet: ne aſcẽdens per maceriã, dum exaltatur, cadat. Aliunde utiq; aſcendit, qui quoquo modo præter Chriſtum intrat, uel non de eo bene ſentiendo, uel non eius gloriam, ſed ſuam quęrẽdo Fur ergo eſt, quia male intrat, & quod alienum eſt, ſuum dicit, id eſt, oues dei ſuas facit. Latro eſt, quia quod furatus eſt occidit, dum malo exemplo ſeu peruerſe docendo oues corrũpit.

Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues uocem eius audiunt.

In quocunq; ſonet uox uerbi dei, prædeſtinati ad uitam audiunt obediendo. Et notandum quod non omnis qui intrat per oſtium, paſtor eſt: quia & oues intrant. Veruntamen unitas uniuerſitatis eccleſiæ, uerbo & exemplo quotidie paſcit. Oſtiarius eſt Chriſtus, qui ſeipſum aperit. uel ſcriptura, quę ducit ad Chriſtum. uel ſpiritusſanctus, qui docet omnem ueritatem.

Et proprias oues uocat nominatim,

&educit eas. Et cum proprias oues emiſerit, ante eas uadit. & oues illũ ſequuntur, quia ſciunt uocem eius.

Oues uocat nominatim, qui ait diſcipulis
Luce.10. ſuis: Gaudete q̃a nomina ueſtra ſcripta ſunt
2.Tim.2. in cęlo. Vnde alibi: Nouit dominus qui ſunt
eius. Educit eas hinc ad uitam æternã, emit-
tit eas, abſoluẽdo à uinculis peccatorum. &
præcedit eas, ſurgens à mortuis. Aliter: Edu
cit oues de tenebris ad lucem doctrinæ, &
ante eas ſic emiſſas quaſi de Aegypto, uadit
uelut in columna nubis & ignis, exẽplo indi
cans quod docuit. Oues illum ſequuntur q̃-
cunq; ierit, perſeuerando uſq; in finem. Nec
enim bene uiuere dicendi ſunt, qui finem be
ne uiuendi uel cæcitate neſciunt, uel inflati-
one contemnunt.

Alienũ aũt non ſequũtur, ſed fugiunt ab eo, quia nõ nouerũt uocẽ alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

In hoc conuincuntur eſſe cæci. Intereſt enim inter nos & illos, antequam iſta uerba agnoſcamus, quoniam pulſamus ut aperiatur nobis, illi autem non.

Dixit ergo eis iterũ Ieſus: Amẽ amẽ dico uobis, q̃a ego ſum oſtiũ ouiũ.

Sicut filius per ſe nouit patrem, nos autem per illum. ſic intrat in ouile, id eſt, ad corda ouium per ſe, & nos per ipſum. Oculus carnis ſe uidere nõ poteſt, alia uidet. ſed intellectus & ſe et alia intelligit. Sic Chriſtus ad ſe, & ad te, & ad patrem per ſe intrat. Nam & p̃ uerbum dicuntur alia quæ non ſunt uerbũ, & ipſum uerbum. Multi ſunt paſtores ut boni epiſcopi, oſtium uero nemo eſt niſi Chri-
Apoc.21. ſtus. In Apocalypſi dicuntur ſancti non oſti
um, ſed portæ, per quas peruenitur ad oſtiũ.

Oẽs quotquot uenerũt, fures ſunt et latrones. ſed nõ audierũt eos oues,

Qui uenerunt, non qui miſſi ſunt, fures fu
Iere.14. erunt. Vnde in propheta: Veniebant, & ego
& 23. non mittebam eos. In uenientibus præſum-
ptio temeritatis, in miſſis obſequium ſerui-
Auguſt. tutis eſt. Vel ita: Quotquot uenerunt, ſcili-
cet præter me, fuerunt latrones. Præcones
ueritatis non uenerunt præter eum qui eſt
ueritas: quia ſic crediderunt in eum uentu-
rum, quomodo nos credimus in eum qui ue
Hierony. nit. Tempora uariata ſunt, non fides. Vnus
canon ſcripturarum eſt, omnia non ad totũ
referri, ſed ad partem maximam: ut ibi, Oẽs
declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Simi Pſal.13.
liter hic: Omnes qui uenerunt ante me, fu-
res fuerunt & latrones. Et Paulus ad Corin 1.Cor.9.
thios: Omnibus, inquit, omnia factus ſum, ut
omnes lucrifacerem. Et ad Philippenſes: O- Philip.2.
mnes enim quæ ſua ſunt quærunt, non ea q̃
ſunt Ieſu Chriſti. Ita eſt illud patris ad filiũ Luc.15.
frugi, Omnia mea tua ſunt. Sciẽdum eſt quia Auguſt.
non omnes qui audierunt uocem paſtoris,
oues fuerunt, ut Iudas, ſub ouina pelle audiens paſtorem, lupus erat, paſtori inſidians.
Aliqui uero eorũ qui Chriſtũ crucifixerunt,
nõ audiebãt & oues erant, de q̃bus dominus
ait: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc Iohan.8.
cognoſcetis quia ego ſum. Hoc aliquis ita
ſoluit: Quando non audiebant, erant lupi
adhuc: ſed quando facti ſunt oues, audierũt.
Vtrunque poteſt dici. ſed per Iezechielẽ do Iez.34.
minus obiurgãdo paſtores, dicit de ouibus:
Errantem non reuocaſtis. Et errantem dicit, & ouem appellat. Si errabat quãdo ouis erat, proculdubio non paſtoris, ſed furis & latronis uocẽ audiebat. Sed dominus dicit: Quotquot uenerunt præter me, fures ſunt & latrones, ſed non audierunt eos oues. Ergo ſecundum præſcientiam dei uidentis qui ſunt eius, multę oues ſunt foris, & multi lupi ſunt intus. Multi nanq; blaſphemant Chriſtum, credituri in eum, qui ſunt oues foris. ſed adhuc alienam uocem ſequuntur. Item multi intus laudant blaſphematuri, ſed t̃n quandiu recte ſapiũt, uocem Chriſti audiunt. Sed eſt quædam propria uox paſtoris, in qua o-
ues non audiunt alienos, & in qua non oues
non audiunt Chriſtũ. Quæ eſt iſta uox? Qui Mat.10.
perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit.
Hanc uocem non negligit proprius, non audit alienus. Nam qui prædeſtinatus eſt & p̃ſcitus ad uitam, licet ad tempus erret, tãdem redit & perſeuerat.

Ego ſum oſtium. per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur et egredietur, & paſcua inueniet.

Exercet obſcuris, paſcit manifeſtis doctor ueritatis. Quilibet non fictus, per claritatem ſapientiæ dei intrans catholicam ecclesiam, perſeuerando ſaluabitur. & etiã pri
us erat in ouili prædeſtinatiõe diuina. Ingre
dietur intus bene cogitando ſecundum Apo Ephe.3.
ſtolum, dicentem habitare Chriſtum per fi-
dem in cordibus noſtris. egredietur extra
beneoperando, ſecundum Pſalmiſtam: Exi- Pſal.103.
et homo ad opus ſuum. Aliter: Ingredietur
credendo, operando egredietur ad pugnam
contra hæreticos. Amplius, Ingredietur ec- Rom.1.
cleſiam, ut hic per fidem uiuat, quia iuſtus ex

fide uiuit. Et egredietur etiam per oſtium fidei Chriſti de hac uita, ut in æternum uiuat. Vbi enim ſubiungit, Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant: uidetur dicere, ut uitam habeant ingredientes, & abundantius habeant egredientes. Itaque paſcua intellige gaudia ſempiterna paradiſi, præſentem uultum dei, qui dum ſiue defectu conſpicitur, ſine fine mens uitæ cibo ſatiatur.

Fur non uenit niſi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant.

Fur uenit ut furetur alienã rem ſibi uſurpando, mactet à uita retrahendo, perdat in æternam damnationem.

Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

Grego. Non ex accidenti, ſed eſſentialiter eſt bonus. qui formam bonitatis quam imitemur, adiungit, dicens: Bonus paſtor animam dat pro ouibus. Fecit quod monuit, oſtendit q̃d iuſſit. animam poſuit, ut in ſacramentum noſtrum corpus ſuum & ſanguinem uerteret: & oues quas redimerat, carnis ſuæ alimento ſatiaret. Primum eſt, exteriora noſtra miſericorditer ouibus impendere: poſtremum, ſi neceſſe ſit, pro eiſdem mori. Vnde Iohan- 1. Ioh. 3. nes in epiſtola: Sicut Chriſtus animam ſuã pro nobis poſuit, ſic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Hoc eſt proprium boni paſtoris, ad differentiam mercenarij uel furis. Quicunq; præpoſiti eccleſiæ ſunt filij, ſunt paſtores. Si paſtores, quomodo unus paſtor, niſi q̃a ſunt omnes membra unius paſtoris, cuius ſunt oues propriæ?

Mercenarius & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, uidet lupum uenientem. & dimittit oues, & fugit. Et lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

Quicunq; præpoſitus eccleſię quærit temporalia commoda, & non ea quæ ſunt Chriſti, mercenarius eſt. De talibus dicit domi- Matt. 6. nus: Amen dico uobis, receperunt mercedem ſuam. Mercenarij tamẽ neceſſarij ſunt, quia per eos uox Chriſti auditur. Audite dominum monſtrantem mercenarios. Scribæ, Matt. 23 inquit, & phariſæi ſuper cathedram Moyſi ſederunt. quæ dicunt, facite. quæ autẽ faciũt, facere nolite. Quid aliud dixit, niſi, p̃ mercenarios uocem paſtoris audite? Nullus enim mercenarius auſus eſt dicere populo Chriſti: Tua quæro, non quæ Ieſu Chriſti. Inde ergo lædit, unde mala facit, non unde bona dicit. Botrum carpe, ſpinam caue. Botrus aliquando conſeritur ſpinis. & portat ſpina nõ ſuum fructum, quãdo ſpinis palmes incumbit. Cathedra Moyſi, uitis erat phariſæorũ: mores, ſpinæ. doctrina uera per malos, palmes in ſepe & botrus inter ſpinas. Caue elige, ne dum quęris fructum, laceres manum. & cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. Quæ dicũt, facite. eligite uuas. Quæ autem faciunt, facere nolite. cauete ſpinas. Audite Apoſtolum de mercenarijs lo- Philip. 1. quentem: Quid enim, dum omni modo ſiue occaſione ſiue ueritate Chriſtus annuncietur? Veritas (id eſt, Chriſtus) à mercenarijs occaſione, à filijs ueritate annunciatur. Filij æternam hæreditatem patris patienter expectãt, mercenarij temporalem mercedem feſtinanter exoptant. Mercenarius itaq; eſt, Grego. qui locum paſtoris tenet, ſed lucrum animarum non quærit, quia terrenis commodis inhiat, & honore prælationis gaudet. Vtrũ tamen mercenarius ſit, non bene dignoſcitur, niſi cum lupus accedit, qui indicat quo animo grex à quoque cuſtodiatur. Venit autem lupus, cum quilibet iniuſtus & raptor fideles opprimit. Fugit ergo q̃ paſtor eſſe uidebatur, & non erat, non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſolatium. Tacet enim, & non audet reſiſtere iniuſtitiæ, de quo per p̃phetam dicitur: Non aſcendiſtis ex aduer- Eze. 13. ſo, neque oppoſuiſtis murũ pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die dñi. Ex aduerſo aſcendere, eſt prauis libera uoce contraire. Murum opponere, & ſtare in prælio in die domini pro domo Iſrael, eſt cum ex autoritate iuſtitiæ fideles cõtra peruerſorum iniuſtitiam uẽdicamus. Eſt etiam malignus ſpiritus lupus, mentes, non corpora dilanians, caulas fidelium aſſidue circuiens, de quo dicitur, diſpergit oues. Tunc enim diſpergit, cum alium ad luxuriam pertrahit, alium in auaritiam incẽdit, alium in ſuperbiam erigit. Hunc inuidia ſtimulat, illum fallacia ſupplantat. Quaſi ergo lupus gregem diſſipat, cum fideles diabolus per tentationes necat. Mercenarius autem uidens lupum, fugit: q̃a Auguſt. mercenarius eſt, & nõ diligit in ouibus Chriſtum, ſed lac & lanam. Peccantem non libere audet arguere, excommunicandum nõ audet excommunicare, ne perdat commodita tem humanæ amicitiæ. & ne incurrat moleſtiam humanarum inimicitiarum. Fugit ergo, q̃a tacet: tacet, quia timet. Fuga, animi

timor eſt, ne perdat quæ diligit. Corpore
ſtat, ſpiritu fugit. Quod ille non faciebat qui
Col. 2. dicebat: Etſi corpore abſens ſum, ſpiritu ſum
uobiſcum. Paſtores igitur non ſibi fugiunt,
ſed cedunt perſecutioni, ut ipſe Apoſtolus
Actu. 9. ſummiſſus in ſporta per murum. Oues nan
que paſtori in cęlo ſedenti orationibus com
mendabat, ſe autem utilitati eorum fugien-
Philip. 1. do ſeruabat, ſicut quodam loco ait: Manere
in carne neceſſarium propter uos. Ab ipſo
Mat. 10. nanque paſtore omnes audierant: Si uos per-
ſecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam.
In mercenario ergo reprehenditur non cor
poris fuga, ſed mentis: & quod ſua quærit,
non quæ Ieſu Chriſti.

Ego ſum paſtor bonus. Et cogno-
ſco meas, & cognoſcunt me meæ.

Cognoſco meas, id eſt, diligo. & meæ di-
ligunt me. In bonis eſt oſtium, oſtiarius, pa-
ſtor, oues. In malis fures, latrones, mercena-
rius, lupus. Dominus dicit ſe eſſe oſtium &
paſtorem. ſed ſi conſideremus proprietates,
Chriſtus nec paſtor eſt, nec oſtium. ſimilitu
Auguſt. dine autem & paſtor & oſtiū & ouis. Tan-
Iſai. 53. quam enim ouis ad immolandum ductus ē.
Ianua eſt in capite, paſtor in corpore. Dixit
Iohā. 21. Petro: Paſce oues meas. Quaſi diceret: Quid
mihi dabis, quia amas me? Hoc da mihi, ſi
amas me, paſce oues meas. Per ianuā intra.
nam qui ex alia parte aſcendit, ille fur eſt &
latro. In his perſonis inuenies quos diligas,
quos toleres, quos caueas. Diligendus eſt
paſtor, tolerandus mercenarius, cauendus
latro. Mercenarius em̄ canonice intrat. uera
docet, quāuis intētione ſiniſtra. Fur uero ma
le intrat, falſa docet. & ideo alienus eſt.

A. 90/iii. M. na. L. no.

SIcut nouit me pater, & ego agno
ſco patrem.

Quod filius agnoſcit patrem per ſe, & de-
um nemo uidet niſi per filium, manifeſtum
eſt ex hoc capitulo, & ex eius cōcanonicis ca
pitulis.

A. 91/iii. M. 204. R. 115.

ET animam meam pono pro oui
bus meis.

Hęc eſt probatio dilectionis ad patrem et
ad oues. Sic & Petrus tertio confitens amo-
rem, iubetur paſcere oues, & pro eis mori.
Auguſt. Tenete, quia Chriſtus eſt uerbum, anima, ca
ro. Non defuerunt hæretici, Apollinariſtæ
dicti, qui auſi ſunt dogmatizare, quod Chri
ſtus non eſſet niſi uerbum & caro ſine ani-
ma.

A. 92/iii.

ET alias oues habeo quæ non
ſunt ex hoc ouili. & illas opor-
tet me adducere, & uocem meam au
dient, & fiet unum ouile & unus pa
ſtor

Vnum ouile eſt unitas in Chriſto. Vnde Ephe. 2.
Paulus: Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque
unum. Ex hoc ouili, dictum eſt de illis qui
ſaluandi erant in Iſrael, de quibus dominus
dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ pe- Matt. 15.
rierunt domus Iſrael. Hoc ideo dixit, quia p̄-
ſentiam corporalem nō exhibuit niſi popu-
lo illi. Ad gentes enim non perrexit, ſed mi
ſit ſuos, in quibus ipſe locutus eſt.

Propterea me pater diligit, quia e-
go pono animam meam, & iterum
ſumo eam.

Propterea apparet quod pater me diligit,
quia ego ex charitate morior pro ſaluandis
ouibus, non ex Iudæorum uiolētia coactus.
Morior inquam, ſcilicet ad breue tempus, et
reſurgam. Verbum ex quo ſuſcepit homi-
nem, id eſt, carnem & animam, nunquam
depoſuit animam, ut eſſet anima à uerbo ſe-
parata. Sed caro poſuit animam, quando ex-
pirauit: qua redeunte, ſurrexit. Mors ergo
ad tempus carnem & animam ſeparauit, ſed
non animam à uerbo dei. Abſit enim ut qui
animam latronis non deſeruit, à ſua ſepara
retur. Chriſtus ergo tradidit ſpiritum, id eſt,
caro Chriſti, quæ ſine anima remanſit. Ca-
ro dicitur Chriſtus, anima Chriſtus, uerbū
Chriſtus. Nec tamen tria hæc tres Chriſti,
ſed unus Chriſtus. Fac gradum de homine,
ut melius intelligas. & quære, Vbi eſt apo-
ſtolus Paulus modo? Si quis reſpondeat, in
requie cum Chriſto, uerum dicit. Item ſi qs
reſpondeat, Romæ in ſepulchro, & ipſe ue-
rum dicit. Illud de anima, & hoc de carne.
Nam ex quo conſortium carnis & animæ,
hominis nomen accipit, utrumlibet eorum
etiam ſeparatim nomen hominis tenuit. Er-
go Chriſtus dictus eſt ſola caro, quæ ex po
teſtate uerbi poſuit animam & reſumpſit.
Cum etiam quilibet homo pro fratrib9 ani-
mā ponit, ſicut Chriſtus pro nobis, caro po-
nit animam, poteſtate tamen animæ inhabi-
tantis carnem. Vnde autem probas quod ſo
la caro Chriſtus appelletur? Quia cum dici-
mus, credimus in deum patrem, adiūgimus
etiam nos credere in Ieſum Chriſtum filium
eius. & ibi totum intelligimus. Sed cum dici-
mus, crucifixus & ſepultus, ſola caro intelli-

gitur, quæ ſine anima ſepulta eſt.

Nemo tollit eam a me, ſed ego pono eam a meipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo.

Mandatum ponendi & ſumendi animam dicit. Verbum non uerbo accepit mandatũ, ſed in uerbo unigenito eſt omne mandatum patris. Ei enim quem perfectum genuit, oĩa gignendo dedit.

Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Dicebant autem multi ex ipſis: Dęmonium habet & inſanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Verba hæc non ſunt dæmonium habẽtis. Nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?

Iſtorum oculi iam cœperant aperiri. Qui autem dicebant, dæmonium habet, tenebræ erant non comprehendentes lucem.

Caput CXXXIIII.

FActa ſunt autem encænia in Hieroſolymis, & hyems erat.

Beda. Encænia feſtiuitas dedicationis templi erat. Cænon græce dicitur nouum. Quandocunq; nouum aliquid fuerit dedicatum, encænium uocatur. Iam & uſus habet hoc uerbum. Si quis noua tunica induatur, encæniare, id eſt, initiare dicitur. Encænia non ad primam dedicationem templi, ſed ad ultimã pertinent. quod eo facile colligitur, qua hyeme facta referuntur. Prima dedicatio à Salomone, tempore autumni: media à Zorobabel & Ieſu ſacerdote, tempore ueris: ultima à Iuda Machabæo, tempore hyemis facta eſt, quando ſpecialiter conſtitutum eſt, ut eadem dedicatio per oẽs annos in memoriam ſolennibus officijs reuocaretur. Hæc autem fuit cauſa ſecundæ & tertiæ dedicationis. Quia Salomon templum ſeptem perfecit annis, octauo anno decimo die menſis ſeptimi, qui à nobis ſeptẽber appellatur, dedicauit. Quæ dies & antea per legem erat ſtatuta ſolennis, ita ut in ea tabernaculum oẽ per ſingulos annos maioribus hoſtijs expiari deberet. Deniq; Zacharias pater Iohãnis Luc.1. baptiſtæ, eiſdem expiationibus ad altare deſeruiens, adueniẽte angelo, de dñicæ myſterio natiuitatis inſtruitur. Sed hoc templum poſt annos quadringentos triginta incẽderunt Chaldæi, & Ieruſalem deſtructa, populum Iſrael in Babyloniã captiuauerunt. Qui poſt annos ſeptuaginta, regnãtibus Perſis, in patriam remiſſus, reædificauit templum ꝑ annos quadragintaſex, & tertia die menſis duodecimi, quem nos uocamus martium, opus ad finem perductum eſt. Cui operi ꝑfuerunt Zorobabel & Ieſus ſacerdos, & ꝓpheta Haggeus & Zacharias. Inde poſt annos ferme trecentos & qnquaginta ſex, Antiochus rex Græcorum nefandiſſimus, fraude capta Ieruſalem, templum ſordibus idolorum prophanauit, auferens inde & confringens altare domini aureum, & menſam propoſitionis, & candelabrum & cætera aurea, & ſtatuit in templo Iouis ſimulacrum, et multos pro cuſtodia legis trucidauit, inter quos mater illa ſeptem filiorũ, coronã martyrij cum ſobole meruit. 2.Mac.7 Sed Iudas Machabæus de genere ſacerdotali, arma corripiẽs aduerſus duces Antiochi, expulit eos de Iudæa: & templum emundans, noua altaria & noua ornamẽta faciens, dedicauit ea cum tẽplo quinta die mẽſis noni, qui apud nos december appellatur, & quem cõſtat eſſe in hyeme. & ſtatuit omnibus annis diem encæniorum. i. innouationis & dedicationis templi. Quæ profecto, ut docet Apoſtolus, in figu- 1.Cor.10 ra noſtri facta ſunt. ideoq; ſpiritualiter diſcutienda. Salomon, cuius nominis interpretatio eſt pacificus, redemptorem noſtrũ ſignificat. De quo Iſaias ait: Multiplicabitur eius Iſaie.9. imperium, & pacis eius non erit finis. Templum eſt eccleſia, quam de uniuerſis credentibus quaſi de uiuis lapidibus congregat in unam compagem fidei & charitatis. Quod ſeptem annis ædificatum eſt templum: ſignificat, quia per totum hoc tempus quod ſeptẽ diebus uoluitur, ſtructura eccleſiæ creſcit. Dedicatio octaui anni, ſignificat feſtiuitatẽ cæleſtis patriæ. & quia octaua die reſurrexit dominus, bene octonarius numer9 feſta noſtræ reſurrectionis ſignificat. Quod templũ ab hoſtibus incenſum, rurſum conſtruitur: uarios inſinuat euentus eccleſiæ, quæ nunc premitur, nunc liberatur, nunc antiqui hoſtis periclitatur inſidijs, nũc per pœnitentiã recipit quos perdidiſſe uidebatur. Quod tẽplum ſecundo quadraginta ſex annis ædificatũ eſt, ſignificat dominicũ corpus, de quo dixit Iudæis: Soluite templum hoc, & in tri- Iohan.2. bus diebus excitabo illud. Ferunt ſiquidem, qa corpus hominis quadrageſimoſexto die poſt conceptionem in membrorum diſtinctione formetur. atq; ideo nõ caſu geſtum, ſed diuinitus procuratũ eſt, ut eo annorũ nu

mero templum ædificaretur. Quod autem encænia per omnes annos celebrari ſancitum eſt, nos admonet memoriam dominicę reſurrectionis ſemꝑ in animo habere, & noſtram ſperare. Nec prætereundum eſt, quod dedicans templū Salomon, ubi cōpleuit preces, ignis de cælo deſcendit, & deuorauit holocauſta & uictimas. Holocauſta nanq; & uictimę ueri Salomonis nos ſumus, de quibus
1. Pet. 3. ait Petrus apoſtolus: Chriſtus ſemel ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtꝰ pro iniuſtis, ut nos offerret deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem ſpiritu. Ignis eſt feruor eximiæ dilectionis in cæleſti patria, qua & in ſua beatitudine, & in ſui conditoris claritate ciues cæli ardere lætantur. Hinc quædam agmina uocātur ſeraphin, id ē, ardentes uel incendentes. Completa ergo dedicatione, ignis hoſtias deuorat: quia expleto tempore noſtræ reſurrectionis, flagrātia ueri amoris quo nunc angelicæ uirtutes inflammantur, fidelium mentes uiſa ſpecie ſui conditoris, abſorbebit. Notandum etiam quod Salomon dimiſit populos, feſtiuitate facta dedicationis. qui benedicentes regi, profecti ſunt in tabernacula ſua lætantes. Dimittet enim dominus peracta reſurrectione electos in æterna tabernacula, non eos ulterius à ſua præſentia remouens, ſed à diſcrimi-
1. Theſ. 4 ne iudicij, quod in aere futurum Apoſtolo docente nouimus, ad inhabitationem cæleſtis patriæ immittens, ut pro ſuis meritis qſque ſedem regni percipiat. Hinc eſt illud:
Iobā. 14. Multæ manſiones in domo patris mei ſunt.
M. Profecti in tabernacula, benedixerunt regi. quia feliciſſima actio eſt, dicere hymnos cō-
Pſal. 83. ditori. Vnde illud: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſeculum ſeculi laudabūt te. Encænia, inquit euangeliſta, facta ſunt in Hieroſolymis, & hyems erat. Hyems recte commemoratur, quia frigidi Iudæi, ad diuinum ignem accedere (id eſt, in Chriſtum credere) pigri erant.

Et ambulabat Ieſus in tēplo in porticu Salomonis.

Id eſt, ubi Salomon ſolebat ſtare ad adorandum. Porticus quibus templum cingebatur, ſolent ſignificare nomine templi.

Circundederunt ergo eum Iudęi, & dixerunt ei: Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam.

Non ueritatem deſiderant, ſed calumniam præparant. Calumniantur illum tollere animas qui ſaluat. Forte quia Chriſtum purum hominem credunt uenturum, ſed præ omnibus regnaturum: ſi diceret ſe Chriſtū, quaſi cōtra Auguſtum ſe regem faceret, poteſtati puniēdum tradere uellent. Sed dominus ſic temperat reſponſum, ut nec illis ſit locus calumniæ, & fidelibus propter quos hæc referūtur, manifeſte appareat quod ipſe ſit Chriſtus, non homo tantum, ut illi putāt, ſed uerbum patris.

Reſpōdit eis Ieſus: Loquor uobis, & non creditis. & opera quę ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me. Sed uos non creditis mihi, quia non eſtis ex ouibus meis.

Loquor uobis ut uerbum dei, & probo quid ſim per opera, quæ facio in nomine patris mei, id eſt, confitendo eum, cuius gloriam non aliam ubiq; quæro, quia una eſt gloria patris & filij.

Oues meæ uocem meam audiunt, et ego cognoſco eas, & ſequūtur me. Et ego uitam æternam do eis, & nō peribunt in æternum. Et non rapiet eos quiſquam de manu mea.

Fur & latro ſeu lupus, nil poſſunt contra illos quos noui meos. Et ſi in præſenti uideantur aliqui perire, non peribunt in æternum. ſubaudis, ſicut uos peribitis, qui non eſtis ex ouibus meis.

Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt. & nemo poterit rapere de manu patris mei.

Hoc pater dedit filio maius omnibus, ut illi eſſet unigenitus filius. Gignēdo dedit. Sic habet ſapientiam filius, ſic habet uitam, ut ipſe ſit ſapientia faciens ſapientes, uita faciens uiuentes, quod maius eſt omnibus. Sed quia ille cuius eſt uerbum, non eſt de uerbo, uerbum aūt de illo ē cuius eſt uerbum, ideo ait, dedit mihi. Quid dedit? ut ſim uerbum eius, unigenitus eius, ſplendor eius, quod ē maius omnibus. Vtrum una manus eſt patris & filij? An forte ipſe filius manus eſt patris? Si manum intelligamus poteſtatē, una eſt patris & filij poteſtas, quia una diuinitas.
Si aūt manū intelligamus ſicut dictū eſt per Iſai. 53.
ꝓphetā, & brachiū dñi cui reuelatū eſt? manus patris, ipſe eſt filius. Quod non ita dictū eſt, tanq̄ deus habeat humanā formā, ſed q̄d per ipſum facta ſunt omnia. Nam ſolent homines dicere manus ſuas eē alios hoīes, per

quos faciunt quod uolũt. Opus etiam quod fit per manum hominis, manus hominis dicitur: ut illud, Agnoſcit quiſq; manum ſuã, cũ id quod ſcripſit agnoſcit. Cum ergo manus dei non uno modo poſſit intelligi, hoc loco manum patris & filij intelligimus poteſtatem utriuſq;, ne ſi hic filium manum patris accipiamus, incipiat etiam carnalis cogitatio ipſius filij quærere filium, quem ſimiliter credat Chriſti manum.

Ego & pater unum ſumus. Suſtulerunt lapides Iudæi, ut lapidarẽt eũ.

Per, ego & pater ſumus, diſcretio & æqualitas perſonarum exprimitur: per unum, unitas diuinæ ſubſtãtiæ intelligitur. Hoc iam non ferunt, qui cætera tulerunt, ſed duri ad lapides currunt. Sed quia Ieſus nõ patitur niſi quod uult, libere reſpondet factis eorum.

Reſpondit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi uobis ex patre meo. propter quod eorum opus me lapidatis? Reſponderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: & quia tu homo cum ſis, facis teipſum deum. Reſpondit eis Ieſus: Nonne ſcriptum eſt in lege ueſtra, quia ego dixi, dij eſtis?

Pſal. 81.

Aliquando in tria diſtribuuntur ſcripturæ, ut illud: Oportebat impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege & prophetis & pſalmis de me. aliquando in duo, ut illud: Lex & prophetæ uſq; ad Iohannem. Hic autem generaliter deus appellauit omnes illas ſcripturas, legem. Tribus modis dicitur deus: natura, adoptione, opinione. Natura, deus omnipotens. Adoptione, participes deitatis, de quibus in pſalmo dr̃: Dij eſtis. Opiniõe, dæmones uel idola.

Luce. 24. Luc. 16. Matt. 11.

Si illos dixit deos, ad q̃s ſermo dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura, quem pater ſanctificauit & miſit in mundum, uos dicitis quia blaſphemas, quia dixi filius dei ſum?

Sic pater filium ſanctificauit, quomodo genuit. Sanctificauit, id eſt, ſanctum genuit, & ſanctum dici uoluit. Non ergo aliquando non fuit ſanctus. Deo etiam patri dicimus; ſanctificetur nomen tuum.

Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & ſi mihi non uultis credere, operibus credite. ut cognoſcatis & credatis, quia in me eſt pater, & ego in patre.

Si non uultis credere uerbis & innocentiæ uitæ, fidem adhibete operibus, ut merito fidei amplius cognoſcendo opera, ueniatis ad fidẽ deitatis. Pater eſt in filio, ut in ſapientia ex ſe nata & ſibi pari, qua nõ minus ſe nouit quàm eſt. Filius eſt in patre, ut ſapientia dei in deo, non participatione, ſed natura.

A. 93. iii. M. 117 R. 26.

QVærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Et abijt iterum trãs Iordanem, in eum locum ubi erat Iohannes baptizans primum. & manſit ibi.

Qui intelligit, apprehendit eum ut habeat. Iudæi autem uolebant eum apprehendere, ut non haberent. A. 94. x.

Caput CXXXV.

ET multi uenerunt ad eũ, & dicebant, quia Iohannes quidẽ ſignum fecit nullum. Omnia autem quæcunq; dixit Iohannes de hoc, uera erant. & multi crediderunt in eũ.

Iohannes non illuminauit cæcos, nõ ſuſcitauit mortuos. & quicqd dicebat, huic teſtimonium perhibebat. Lucerna fuit diei. p lucernam ueniamus ad diem.

Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum eius. Maria autem erat, quę unxit dominũ unguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis. cuius frater Lazarus infirmabatur. — *Quicquid inchoant caput iſto*

Vnxit Maria dominum poſt reſuſcitationem Lazari. ſed quia utrunque præterierat quando euangeliſta ſcripſit, non incongrue commemorat poſterius, antequam referat quod fuit prius. — M.

Miſerunt ergo ſorores eius ad eũ, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur.

Non auſæ ſunt dicere, ueni & ſana: & ſufficit amanti nunciare, qui non deſerit quem amat. In Bethania infirmabatur Lazarus, qd caſtellum erat proximũ Hieroſolymis. Iſtæ ſorores Lazari, figura ſunt Iudæorum ſanæ doctrinæ Chriſti, uel in æternã beatitudinẽ — Albinus.

iam receptorum, qui pro fratre ſanando, id eſt, pro reliquis in tenebris ignorantiæ adhuc errantibus, domino ſupplicant.

Audiens autem Ieſus, dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortē, ſed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam.

Auguſt. Nec infirmitas nec ipſa mors quæ imminebat, ad mortem fuit. ſed potius ad miraculum, quo omnes crederent in Chriſtum. Glorificatio autem filium dei nō auxit, cum ſit plenus deus, ſed nobis profuit.

Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam & Lazarum.

Triſtium conſolator, languentium ſaluator, & mortuorum ſuſcitator, Lazarum diligebat, per quem peccator ſignificatur. quia Matt.9. non uenit uocare iuſtos, ſed peccatores.

Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus.

Tam diu tempus ductum ē, quouſq; quatriduum compleretur. Numerus enim ipſe dierum, aliquod intimat ſacramētum.

Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis: Eamus in Iudæam iterum. Dicūt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quærebant te lapidare Iudæi, & iterum uadis illuc? Reſpondit Ieſus: Nonne duodecim horæ ſunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mūdi uidet. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: qa lux nō eſt in eo.

Dubitationem & infidelitatem illorū redarguit. Volebant ei dare conſilium, ne moreretur, qui uenerat mori. Vnde alibi Petro Mat.16. dicenti, Domine, propicius eſto tibi, ait: Redi poſt me ſathana. non enim ſapis quæ dei ſunt. Ego ſum dies, uos eſtis horę. Nunquid horæ conſilium dare debent diei? Si Iudas ibi hora eſſet, luceret, & non traderet diem. Ergo dominus in hoc uerbo non ipſum Iudam, ſed ſucceſſorem eius præuidebat. Am- M. plius, Nonne duodecim horæ ſunt diei? Senſus eſt, quaſi dicat: Mutabilis eſt animus humanus. non quod uult aliquo tempore, ſemper uult. ſed ſicut horæ mutantur, una ſuccedente alij, ſic cogitationes prætereunt alijs ſuccedētibus. Si quis ambulauerit in die, nō offendit, ſubaudis ſe, quia uidet ante ſe. Dies ſignificat pacem. ac ſi dicatur: Si quis ambulauerit in die. i. in pace, ſcilicet in me, qui ſum uera pax, non offendetur ab aliquo ut ei noceat. & ideo ſecuri uenite mecum. Si autem ambulauerit in nocte, id eſt, in tenebris diaboli, qui nox eſt: & tenebras peccatorum et aduerſitates bellorū immittit, merito offendit. i. offenditur & læditur. quia lux non eſt in eo, id eſt, ſapientia caret, ſequēdo noctem peccati. Et ideo nullam ſecuritatē poteſt habere, niſi reſipiſcat.

Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit. ſed uado ut a ſomno excitem eum.

Illis qui ſuſcitare eum non poterant, mortuus erat. domino dormiebat. Auguſt.

Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius. Illi autem putauerunt quia de dormitione ſomni diceret.

Secundum intellectum ſuum reſponderunt. Solet enim ſomnus ægrotantium, indicium eſſe ſalutis.

Tūc ergo dixit eis Ieſus manifeſte: Lazarus mortuus eſt. & gaudeo ꝓpter uos, ut credatis quia non eram ibi. ſed eamus ad eum.

Iam poterant mirari quia dominus eum dicebat mortuum, quod ei nunciatum nō fuerat. Vt credatis, inquit, ſcilicet robuſtius. fides enim eorum miraculis augebatur.

Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos: Eamus & nos, ut moriamur cū eo. Venit itaq; Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

Numerus iſte quatuor dies mortis ſignificat. Homo cum morte peccati Adę naſcitur, Rom.5. ut Apoſtolus ait: Per unum hoīem peccatū intrauit in mundū, & per peccatū mors. Ecce unus dies mortis. Hoīes poſtq̄ ꝑuenerint ad rationabiles annos, naturalem legē, quæ dicit in corde, q̄d tibi non uis, alij ne feceris, Tob.4. tranſgrediunt. Ecce alter dies mortis. Data eſt lex per Moyſen, & contēnitur. ecce tertius dies mortis. Euangeliū prædicat & contemnit. ecce quartus dies mortis, in qua putet homo. ſed nec tales relinqt miſericordia.

Erat aūt Bethania iuxta Hieroſolymam, quaſi ſtadijs quindecim.

Albinus. Quod Bethania(id eſt, domus obedientiæ, ubi ſuſcitandus erat mortuus)uicina eſt Hieroſolymis, myſterio conuenit. Gens nanq; Iudæorum quæ in fine ſeculi conuertetur, cito Ieruſalem(id eſt, ad pacis uiſionem) perueniet, non tamen niſi expletis quindecim ſtadijs, id eſt, per cognitionem ueteris & noui teſtamenti ſpiritualem.

Multi autem ex Iudæis uenerant ad Martham & Mariam, ut conſolarētur eas de fratre ſuo. Martha ergo ut audiuit quia Ieſus uenit, occurrit illi. Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed & nūc ſcio, quia quæcunq; popoſceris a deo, dabit tibi deus.

Hoc ſcio, quia potes ſuſcitare ſi uis, quod tuo arbitrio relinquo. Non enim præſumo nec rogo ut fratrem ſuſcites, quia neſcio an ſit ei utilis reſurrectio.

Dixit illi Ieſus: Reſurget frater tuus.

Hoc ambiguum fuit, an diceret de præſenti reſurrectione, an de futura quæ communis erit omnium.

Dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die.

Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & uita.

Sane ſentis de ultima reſurrectione. ſed per quem frater tuus tūc reſurget, poteſt & modo reſurgere, quia ego ſum reſurrectio: & ideo reſurrectio, quia uita.

Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, uiuet. & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum.

Viuit Abraam & Iſaac & Iacob, quorum
Exod. 3. deus dicitur, ſicut uiuorum. Credens & mortuus uiuit, ſicut non credens, etiam uiuens mortuus eſt. Vnde mors in corpore? Quia non eſt ibi anima. Vñ mors in anima? Quia non eſt ibi fides. Fides enim quæ per dilecti
Iacob. 2. onem operatur, ē quaſi anima animæ. Fides autem ſine operibus mortua eſt. Eſt ergo deus per fidem & dilectionem uita animæ, ſicut anima corporis. Qui credit in me, inquit, etiam ſi mortuus fuerit in carne, uiuit in anima, donec reſurgat & caro, nō poſtea moritura. Et omnis qui uiuit in carne, & credit in me, etiam ſi moriatur ad tempus morte carnis, nō morietur in æternum, propter uitam ſpiritus & immortalitatem reſurrectionis.

Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine. Ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei, qui in hunc mundum ueniſti.

Sciens fidem, quærit cōfeſſionem. Illa inquit, omnia hæc credo, quia credidi quod tu es filius dei, miſſus ad ſalutem mundi.

Et cum hæc dixiſſet, abijt & uocauit Mariam ſororem ſuam ſilētio, dicens: Magiſter adeſt, & uocat te.

Silētium dicit ſuppreſſam uocem. In uerbis Marthæ breuiter oſtenditur, quod dominus Mariam uocauit.

Illa ut audiuit, ſurrexit cito & uenit ad eum. Nondum enim uenerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi igitur qui erant cum illa in domo, & conſolabantur eam, cum uidiſſent Mariam quia cito ſurrexit et exijt, ſecuti ſunt eam, dicentes: quia uadit ad monumētum ut ploret ibi.

Hoc ideo euangeliſta narrare curauit, ut uideamus quæ occaſio fecerit quod plures teſtes haberet reſurrectio quatriduani.

Maria ergo cum ueniſſet ubi erat Ieſus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea plorātes, fremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum?

Qui abſens corpore ſciuit mortuum, ſcit ubi ſepultus eſt. ſed ſic dicens, ſignificat ſe quaſi neſcire perditum hominē. i. mortuū in peccatis. Vñ dicturus eſt in iudicio: Non no Matt. 7.
ui uos, diſcedite à me. Hoc eſt, nō uideo uos in luce mea. Hinc etiā ad Adā dixit: Vbi es? Gene. 3.
Turbauit ſemetipſum, quem alius turbare

non potuit. Secundum uoluntatem propriam turbatur infirmitas carnis. Significat autem turbatio Christi, quantum turbari debeat mole peccati grauatus. Eſt autem turbatio, q̃dam triſtis cũ gemitu cordis cõmotio, quam ſolent ſequi lachrymæ, ſicut econtra hilareſcit uultus ante riſum. Spiritu uero fremere, eſt impetus iræ contra uitia prorũpẽs. Huiuſmodi paſſiones ſuſcepit Chriſtus, quia uoluit ad noſtram eruditionem. Et qa fides de Chriſto Chriſtus eſt in corde, fremit Chriſtus, & turbatur in homine, quãdo peccator computat quę bona dei accipit, quę mala reddit, & de peccatis increpat ſe.

Dicunt ei: Domine, ueni & uide. Et lachrymatus eſt Ieſus.

Fleat ſe homo, & fremat accuſando ſua mala opera. Domine, ueni & uide, id eſt, mi-
Pſal. 24. ſerere, ut in pſalmo dicitur: Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte oĩa peccata mea.

Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic qui apuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?

Potuit, ſed noluit. quia plus eſt mortuum ſuſcitare, q̃ ne moreretur facere.

Ieſus ergo rurſum fremẽs in ſemetipſo, uenit ad monumentum.

Difficultatem oſtẽdit iuſtificationis, grauibus peccatis obruti peccatoris.

Erat autem ſpelũca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.

Mortuus ſub lapide, reus eſt ſub lege, quæ
1. Tim. 1. in lapide ſcripta eſt. Iuſto enim lex poſita
Hieron. non eſt. Fuerunt ergo Moyſes & prophetæ habentes ſpiritum ſanctum non ſub lege, ſed in lege, & cum lege. & tamen quaſi ſub lege uiuentes, ut eos qui ſub lege erant, lucrifacerent.
Gala. 4. Sic eſt illud Apoſtoli: Miſit deus filiũ ſuũ factum ex muliere, factũ ſub lege. Nam ſponte ſe legi ſubdidit, ut eos qui ſub lege erant, redimeret. Et uirgo abuſiue uocata eſt mulier, propter eos qui illam uirginem eſſe neſciebant. Sic ergo propter eos qui exiſtimabant Chriſtum eſſe ſub lege, dicitur eſſe factus ſub lege, qui erat quaſi ſub lege.

Ait Ieſus: Tollite lapidem.

August. Pondus legis remouete, & gratiam prædicate. Litera enim occidens, eſt quaſi lapis premens.

Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet. q̃triduanus enim eſt.

Timebat remoto lapide potius fœtorem excitari, quàm fratrem reſuſcitari.

Dicit ei Ieſus: Nonne dixi tibi quoniam ſi credideris, uidebis gloriam dei?

Id eſt, putentem reſuſcitari. Quatridua- Auguſt.
nus Lazarus ſuſcitatur, quia quatuor progreſſionibus perficitur mors animæ. Prima eſt *quaſi* titillatio delectationis in corde. ſecunda, conſenſio. tertia, factum. quarta, conſuetudo. Sunt qui res illicitas obuias cogitationibus ſuis ita prorſus abijciunt, ut nec delectentur. Sunt qui delectantur, & non conſentiũt. Nondum perfecta mors ẽ, ſed quodammodo inchoata. Delectationi accedit conſenſio, iam eſt illa damnatio. Poſt conſenſum in factum irrumpit. factum in conſuetudinem uertitur, & fit quædam deſperatio, ut dicatur: Quatriduanus eſt, iam putet.

Tulerunt ergo lapidem. Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis. ſed propter populum qui circunſtat dixi, ut credant quia tu me miſiſti.

His uerbis ſe gloriam dei patris quærere, M.
ſicut in alijs operibus, oſtẽdit. Nam quia ſecundum hominem minor erat patre, ab eo petit ſuſcitationem Lazari. & ideo ſe exauditum dicit, ut uel ſic circunſtantes crederẽt
*filium dei. * in filium

Hæc cum dixiſſet, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis. Et facies eius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum & ſinite eum abire.

Ne mireris ſi ligatis pedibus foras pceſſit, Auguſt.
q quatriduanꝰ reſurrexit. Significatur autẽ, quia dum peccator cõtemnit, ſepultus iacet: quando pœnitet, ſurgit: quando confitetur, prodit quaſi de occultis exeũdo manifeſtus: Quam confeſſionẽ deus adminiſtrat, magna uoce clamando, id eſt, magna gratia uocando. Sed quia uiuificatus & a peccatis ſolutus, adhuc ligatus eſt exterius, dicitur miniſtris:

Soluite eum,& ſinite abire. Officio enim miniſtrorum claudit eccleſia peruerſis,& aperitur reuerſis,ſicut in lege fiebat de leproſis. Soluitur utiq; à uinculis excluſionis,& cum cæteris fidelibus libere abit & conuerſatur, quem mater eccleſia recolligit. Amplius,quomodo in cæco intelligimus humanum genus, ſic & in iſto mortuo. Vbi eum poſuiſtis? Hic noſtra uocatio quæ fit in occulto, ſignificatur. Prædeſtinatio enim noſtræ uocationis occulta eſt,cuius ſecreti ſignum eſt interrogatio domini quaſi neſcientis,cum ipſi neſciamus,ſicut Apoſtolus dicit: Vt cognoſcam ſicut & cognitus ſum.Quod ait,auferte lapidem:illos ſignificat,qui in eccleſia corrupte uiuunt, & offenſioni ſunt credere uolentibus. Dicit illi Martha: Domine,iam quatriduanus eſt,& putet. Vltimum quatuor elementorum terra eſt.Significat uero putorem terrenorum peccatorum,id eſt,cupiditatũ carnaliũ. Terra es enim,inquit dominus Adæ cum peccaſſet,& in terram ibis. Quod autẽ exijt de monumento,animam ſignificat recedẽtem à carnalibus uitijs. Quod uero inſtitis obuolutus exijt, hoc eſt, quod etiam à carnalibus recedentes, & mente ſeruientes legi dei,adhuc tamen in carne conſtituti,alieni à moleſtijs carnis eſſe non poſſumus, dicẽte Apoſtolo:Mente ſeruio legi dei,carne aũt legi peccati. Quod aũt facies eius ſudario tecta erat,hoc eſt quod in hac uita plenã cognitionem habere non poſſumus,ſicut Apoſtolus dicit:Nunc uidemus per ſpeculum in ænigmate,poſtea autem facie ad faciem. Et dixit Ieſus:Soluite eum & ſinite ire. Hoc eſt, quod poſt hanc uitam auferuntur omnia uelamenta,ut facie ad faciem uideamus.Quantum autem interſit inter hominem quẽ dei ſapiẽtia geſtabat, per quem liberati ſumus, & cæteros homines,hinc intelligitur,quod Lazarus niſi exiens de monumento non ſoluitur,id eſt,etiam renata anima, niſi reſolutione corporis libera ab omni peccato & ignorantia eſſe non poteſt, quandiu per ſpeculũ & in ænigmate uidet.Domini autem linteamina & ſudarium, qui peccatum non fecit, & nihil ignorauit, in monumento inuenta ſunt. Ipſe enim ſolus in carne,non tantum monumento,non eſt oppreſſus, ut aliquod peccatum in eo inueniretur. ſed nec linteis implicatus,ut eum aliquid lateret,aut ab itinere retardaret.

Auguſt. — *I. Cor. 13.* — *Gen. 3.* — *Rom. 7.* — *I. Cor. 13.*

Multi ergo ex Iudæis qui uenerãt ad Mariam & Martham, & uiderant quæ fecit,crediderũt in eum. Quidam aũt ex ipſis abierũt ad phariſæos,& dixerunt eis quæ fecit Ieſus.

Auguſt. Quidam ex his qui uenerant, nunciauerũt de Ieſu phariſæis, ut ſæuirent. uel quidam ex his qui crediderant,nunciauerunt eis ut crederent.

Collegerunt ergo pontifices & phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?

Cogitabant quomodo nocerent,nõ quomodo conſulerent.

Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Et uenient Romani,& tollent noſtrum locum & gentem.

Temporalia perdere timebant,& æterna non cogitabãt,ac ſic utrunq; amiſerunt. Timebãt ne ſi doctrina Chriſti procederet,Iudæi nullius momenti fierent,& ideo Romani ciuitatem eis auferrent, eosq; in ſeruitutẽ diſpergerent. quod poſtea factum eſt.

Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine,cum eſſet pontifex anni illius,dixit eis: Vos neſcitis quicquam nec cogitatis, quia expedit nobis,ut unus moriatur hõ pro populo,& nõ tota gens pereat. Hoc autem a ſemetipſo non dixit. ſed cum eſſet pontifex anni illius,prophetauit quia Ieſus moriturus erat pro gente, & nõ tantũ pro gente,ſed ut filios dei qui erant diſperſi, congregaret in unũ.

Caiphas de ſola gente Iudæorum prophetauit,uidelicet oues prædeſtinatas domus Iſrael,ad quas miſſus ẽ dominus morte eius ſaluandas.Sed quia uiderat euangeliſta quando ſcripſit euangelium,uocationem gentiũ, addidit de illis,dicens; Sed ut filios dei qui erant diſperſi,congregaret,ut eſſet unũ ouile & unus paſtor. Hic docemur etiam homines malos prophetiæ ſpiritu futura prædicere,quod tamen euangeliſta diuino tribuit ſacramento,quia Caiphas anni illius ſummus ſacerdos erat. Deus autem conſtituit ſummum ſacerdotem unum, cui mortuo unus ſuccederet. ſed per ambitionem poſt ea euenit ut plures eſſent,& per annos ſingulos ſuis uicibus miniſtrarent. Forte etiã uno anno plures adminiſtrabant,ex quibus forte exibat qui incenſum poneret. quod non licebat niſi

Luc.1. ſummo ſacerdoti,ut de Zacharia legitur.

A. 95. iiii. M. 117 R. 16.

AB illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Ieſus ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem. & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Cogitauerunt magis definite quàm prius interficere eum. ſed ipſe uiuendi exemplũ dedit diſcipulis. Non enim eſt peccatum, ſi fideles oculis perſequentiũ ſe ſubtrahant. Quod aũt uadit Effrẽ, quę interpretatur fructificatio, figurat tranſitum ad eccleſiam gentium.

A. 96. ii. M. 274 R. 156. L. 260.

PRoximum autem erat paſcha Iudæorum.

A. 97. x.

ET aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione ante paſcha, ut ſanctificarent ſeipſos.

Leui. 23. A domino præceptum fuit Iudæis per Mo-
Deute.16 yſen,ut in die paſchæ celebratione feſti ſan-
Num.28. ctificarentur. Quæ celebratio umbra fuit futuri. Sanguine poſtes Iudæorũ ſignati ſunt, quia ſanguine Chriſti frõtes noſtræ ſignant.

Quærebant ergo Ieſum, & colloquebantur ad inuicem in tẽplo ſtantes: Quid putatis quia non uenit ad diem feſtum?

Obliti ſuæ ſanctificationis, in ipſo loco orationis quærunt agnum ad immolandum.
Pſal.34. Vnde in pſalmo: Confundantur & reuereã-
& 39.69. tur, qui quærunt animam meam. De bene quæ-
Pſal.141. rentibus dicitur: Perijt fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam.

Dederant autem pontifices & phariſæi mandatum, ut ſi quis cognouerit ubi ſit, indicet: ut apprehendant eum. L. 104. x.

Caput CXXXVI.

FActum eſt aũt dum cõplerẽtur dies aſſumptiõis ei⁹, & ipſe faciem ſuam firmauit, ut iret in Ieruſalẽ. Et miſit nuncios ante cõſpectum ſuum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non receperunt eũ, quia facies eius erat euntis in Ieruſalem.

Dies aſſumptionis, tempus paſſionis di- Beda.
cit. quo imminente, imperterrita mente locum quo pati decreuerat, petit. Et non rece-
perunt illũ Samaritæ, quia in Ieruſalem con- Iohã.4.
ſpiciunt eum ire. non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

Cum uidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt: Domine, uis dicimus ut ignis deſcendat de cælo & conſumat illos? Et cõuerſus, increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non uenit animas perdere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud caſtellum.

Elias multos morte affecit, & propria ma- 3.Reg.18
nu & igne diuinitus impetrato. In cuius ex- 4.Re. 1.
emplum, cũ uoluiſſent apoſtoli petere ignẽ de cælo ad cõſumendum eos qui ſibi hoſpitium non præſtiterant, reprehendit dominus in eis uoluntatem uindicandi, animaduertens eos nõ amore correctiõis, ſed odio
deſiderare uindictam. Verbis apoſtoli Pe- Actu.5.
tri Ananias & uxor ei⁹ exanimes ceciderũt,
non odio, ſed iuſta uindicta. Paulus etiam 1.Cor.5.
quẽdam peccatorem tradidit ſathanæ in interitum carnis, ut anima ſalua ſit. Neſcitis, inquit dominus, cuius ſpiritus eſtis, hoc eſt, non bene recognoſcitis cuius ſpiritu ſignati eſtis. & ideo uultis per odiũ, quod non licet illis qui ſerui dei ſunt, uindictam exercere. Sane perfecta uirtus & pie conſulit, & iuſte iudicat ubi expedit: quia nulla eſt iracundia, ubi charitatis eſt plenitudo. A. 97. x.

Caput CXXXVII.

IEſus ergo ante ſex dies paſchæ uenit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus.

Qui ſex diebus omnia fecit, qui ſexta die hominem condidit, ſexta ætate redimere uenit, ſexta feria, ſexta hora moritur⁹, ante ſex dies paſchæ uenit Bethaniam, ut Lazari reſuſcitatio arctius memoriæ traderetur omnium, & inexcuſabiles Iudæi confunderẽtur,
tractantes de morte tanti ſuſcitatoris. Petit Hieron.
etiam à nobis obedientiam hinnulus ceruorum ſemper obediẽs patri uſque ad mortem, dum ſua præſentia ſublimat Bethaniã, quaſi agnus ad uictimam uenturus Hieroſolymã,

ut uerum paſcha habeamus.

R. 158. 2. M. 276. L. 74. A. 98.

ET cum eſſet Bethaniæ Ieſus in domo Simonis leproſi.

A. 99. x.

COgnouit turba multa ex Iudæis quia illic eſt. & uenerunt non propter Ieſum tantum, ſed ut Lazarum uiderent, quē ſuſcitauit a mortuis.

Hierony. Curioſitas eos adduxit, non charitas. Simon quondam fuerat leproſus, ſed tunc erat mundus, quia à domino ſanatus, manente adhuc priſtino nomine, ſicut Matthæus etiam nunc appellatur publicanus, licet deſierit eſſe publicanus. Quidam per Simonem intelligunt fideles, à domino mūdatos à peccatis. Interpretaꝶ eñ obediens uel mundus. Per peccatum autē primi hominis, facta fuit terra domus Simonis leproſi. A. 102. x.

PHariſæi ergo dixerūt ad ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus poſt eum abijt.

Auguſt. Prophetant, ſed neſcientes. Quid mirum ſi poſt eum uadit mundus, per quem factus eſt mundus?

A. 99. x.

COgitauerūt autem principes ſacerdotum, ut Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

O ſtulta cogitatio, & cæca ſæuitia. Qui Lazarum ſuſcitare potuit, non poteſt ſuſcitare occiſum?

A. 98. x. M. 276. R. 158. L. 74.

FEcerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat. Lazarus uero unus erat ex diſcūbētibus cū eo.

Lazarus interfuit cœnæ, ne putaretur eſſe phantaſma, quod reſurrexerat mortuus. Auguſt. Licet omnes uirtutes quas in terris dei filius maieſtatē ſuā proditurꝰ impleuit, mirari tñ ualeant hoīes, ut uerbis definire nō poſſint: excedit tamē omne miraculum quod circa Lazarū fecit, quē ab ipſo inferni inglino, ab ipſa ſede pallente, deſtructa lege tartarea, mancipium mortis redire ad ſuperos iuſſit. Et ut miraculum diuinę uirtutis accreſceret, dum diſcumbit in conuiuio, conuiuis interrogantibus eum, triſtia loca pœnarum ſedeſq́ꝫ alta nocte obſcuras indicauit Lazarus diligenti narratione per ordinem. & ita inferi longis temporibus ignorati, tandem inuenerunt proditorem. Myſtice, dominica cœna fit in fide & deuotione iuſtorum. Albinus. Martha miniſtrat, dum quilibet fidelis opera deuotionis domino impendit. Lazarus, id eſt, ſuſcitati de grauibus peccatis, cum his qui manſerunt in iuſtitia, epulantur, læti de præſentia domini.

Caput CXXXVIII.

MAria ergo habēs alabaſtrū unguenti nardi ſpicati precioſi, & fracto alabaſtro, effudit ſup caput Ieſu recūbentis. & unxit pedes eius, & extersit capillis ſuis. & domus impleta eſt ex odore unguenti.

Alabaſtrum genus eſt marmoris cādidi, Beda. uarijs coloribus intertincti. quod ad uaſa unguentaria cauari ſolet, & incorrupta ſeruare unguenta dicitur. Nardus eſt frutex aromatica, graui (ut aiunt) & craſſa radice, ſed breui ac nigra fragiliq́ꝫ, ac cypreſſum redolente folio paruo denſoq́ꝫ, cuius cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. Pigmentarij nardi ſpicas & folia celebrant. Vnde Marcus, unguēti nardi ſpicati precioſi. Vnguentū eñ illud quod attulit Maria dño, nō ſolum de radice nardi, uerum etiam quo precioſius eſſet, de ſpicis & folijs cōfectum erat. Ferunt aūt phyſiologi de nardo, qd principalis ſit in unguētis. Sunt quidem multa eius genera, ſed omnia herbæ pter Indicum, quod precioſius eſt. Iohannes aūt determinate ſcripſit, libram unguenti nardi piſtici. Piſtici, à loco dicitur. & interpretaꝶ fidelis, nō alia ſ. admixtione corrupti. Myſtice aūt deuotio hæc Mariæ, fidē deſignat eccleſiæ, loquentis in cantico canticorum: Cant. 1. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Quæ uerba & manibus compleuit Mariæ, & ſpiritualiter quotidie implet in ſuis membris. Deo autē gratias, qui ſemper odorem ſuæ notitiæ per nos in omni loco manifeſtat, qa Chriſti bonus odor ſumus deo. 2. Cor. 2. Eſt enim unguentum ſuauiſſima gratia ſanctiſpiritus, ſuauiter redolēs, effuſa in cordibus fidelium. Libra aūt unguenti ex nardo piſtica, iuſtitia eſt ex fide pura. Piſtis enim grece, fides dr̃ latine. & nardus redolens, confeſſionē fidei ſuauiter redolētem ſignificat. Alabaſtrū unguēti, corpus

eſt fidelis animæ. Fractum uero alabaſtrum, carnale eſt deſiderium, quod frangitur ad caput, ex quo omne corpus eccleſiæ compaginatum eſt. Cum ergo eccleſia potentiam diuinitatis Chriſti prædicat, caput eius recumbentis unguento perfundit precioſo. Recũbentis dicit, id eſt, humiliantis ſe, ut eum tangeret fides eccleſiæ. In maieſtate eñ ſua nō intellectus, per formam ſerui uiſibilis eſt factus. Qui ergo aſſumptam humanitatem ſacri eloquij pia prędicatione ueneratur, in pedes domini fundit unguentum. Capillis uero tergit, qui rationabili uerborum compoſitione ab incarnatione uerbi omnes hæreſes procul pellit. Sicut enim natura corporis ad ornatum ſui cōgruo moderamine capillos profert, ſic & ratio competentem uerborum ordinationem dictat in ſuum decorem. Domus impleta eſt ex odore, id eſt, mũdus bona fama.

Dicit ergo unus ex diſcipulis eius Iudas Scariothis, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum nō ueniȷ̃t trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Dixit aũt hoc, non quia de egenis pertinebat ad eũ, ſed quia fur erat: & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.

Hieron. Sub prætextu auaritiæ, myſterium loquitur fidei. Etenim noſtra fides ſenſib⁹ decem per corpus & animam & ſpiritum triplicatis, quaſi trecētis emitur denarijs. Hoc enim deſignatur in decem triplicatis, quod in trecentis. Nos ergo ſicut Gedeon, tāquam trecentorum uirorum numerum aſſumentes, Iudi.7. allophylorũ caſtra pauperes ſpiritu fractis, lagunculis noſtris, cum tubis & lucernis deſtruamus. & ſicut Abraam cum trecentis uiris, Gen.14. ſpolia ad ueſperam diuidamus. Vbi dicitur Iudas fur fuiſſe, admonemur fures & ſacrilegos tolerare. Auguſt. Quare habuit dominus loculos, niſi qa eccleſia loculos habitura erat? Quare furem admiſit, niſi ut eccleſia fures toleraret? Peculatus, dicitur furtum de re publica. Qui aliquid de eccleſia furatur, Iudæ proditori comparatur. De quo ſolo per ſynecdochen ſub plurali numero dictum credunt, quod Marcus ait, fremebant in eam.

Erant autem quidam indigne ferentes intra ſemetipſos, & dicentes: Vt quid perditio hęc unguenti facta ē?

Alij propter pauperes indignati ſunt, q̃d forſitan uerbis Iudæ perſuaſum eſt eis, Iudas uero propter lucrum.

Sciens autẽ Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis mulieri? Opus bonum operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habetis uobiſcum. & cum uolueritis, poteſtis illis benefacere. me autem non ſemper habebitis.

Bonis & malis loquit̃ de præſentia corporis ſui. Sedet enim ad dexterā patris ſui poſtquam aſcendit in cælum. & ſecundum corpus non eſt hic, qui pręſentia maieſtatis ſemper eſt hic. Si tamen ad bonos pertines, ſemper habes Chriſtum in præſenti per fidem, per ſignum, per baptiſmatis ſacramentum, per altaris cibum & potum. Vnde alibi dicit eis: Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad conſummationem mundi. Matt.28

M. 277. R. 151. L. 74. A. 98.

MIttens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.

Non eſt perditio unguenti, ſed officium ſepulturæ. M. Patientia domini non arguit Iudam auaritiæ, & non pauperum cauſa dixiſſe quod dixit, ſed obſequium Mariæ cōmendat. Quod Iohannes ait, Sine illam, ut in diē ſepulturæ meæ ſeruet illud: tale ē ac ſi dicat, Sine illam facere quod facit, ut cuſtodiat illud factum in corde ſuo uſque in diem ſepulturæ meæ. & tunc ſciet quia iſtud obſequiũ eſt præuentio corporis mei ſepeliendi. Vnde ſecundum Marcum dicitur: Quod habuit. i. potuit, hoc fecit. Præuenit enim ungere corpus meum in ſepulturā, ſubaudis ponendum. Ac ſi dicat: Sine illam modo ad ſepulturam præparare me more Iudæorum, dum poteſt: quod tunc uolet facere, & non poterit.

Amen dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.

Subaudis & quod Iudas contra locutus eſt, dicetur in contumeliam eius. Hæc enim laudabiliter expendit, quod ſibi pro odore ſuę carnis turpiter adhibuerat, illicitis actib⁹ intēta, priuſquam domino familiaris fieret. In toto mundo non tam mulier iſta quàm eccleſia prædicatur. Beda. Attende notitiam futurorum, quod paſſurus dominus poſt paucos dies ſciat euangelium ſuum toto orbe prædicandum. Notandum quia quantam famā

Maria adepta eſt, tantam infamiam Iudas
eſt adeptus. ſed dominus bonam laude di-
gna remunerans, futuras impij contumelias
tacendo præterijt.

Videns autem phariſæus qui uoca
uerat eum, ait intra ſe, dicens: Hic ſi
eſſet propheta, ſciret utique quæ &
qualis eſſet mulier quæ tangit eum,
quia peccatrix eſt.

M. Cum priſtina nomina conſuetudo tene-
re ſoleat, falſa opinio phariſæi de falſa iuſtitia
præſumentis, Mariam uocat peccatricem,
de qua ſeptem dæmonia iam fuerant eiecta,
Luc. 10. cum dominus de ea dixit: Maria optimam
Ambro. partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Et
quia ſeptem diebus omne tempus compre-
henditur, recte ſeptenario numero uniuer-
ſitas uitiorum, quibus plena fuit, figuratur.
Beda. Myſtice, phariſæus arrogans, Iudaicum po
pulum deſignat: peccatrix ſanctificata, con-
uerſam gentilitatem. Phariſæus rogauit do-
minum, ut manducaret cum illo, quia popu
lus idem quem uenientẽ credere noluit, uen
turum ſperauit: & ut ueniret optauit, dicens:
Pſal. 79. Excita potentiam tuam & ueni, ut ſaluos fa-
cias nos. Dominum cum phariſæo mandu-
re, eſt de populo credenti gaudere. Vnde
alibi: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem
Iohã. 4. eius qui me miſit.

Et reſpondens Ieſus, dixit ad illum:
Simon, habeo tibi aliquid dicere.
At ille ait: Magiſter, dic. Duo debi
tores erant cuidam fœneratori. u-
nus debebat denarios quingentos,
alius quinquaginta. Non habenti-
bus illis unde redderent, donauit
utriſque. Quis ergo eum plus dili-
git? Reſpondens Simon, dixit: Ae-
ſtimo quia is cui plus donauit. At
ille dixit ei: Recte iudicaſti.

Sua ſententia ſuperbus apud ſe phariſæ-
us conuincitur, & ſicut phreneticus funem
portat ex quo ligetur. Hominum iudicio
plus forraſſe offendit, qui plus debuerat. ſed
per miſericordiam domini cauſa mutatur,
ut amplius diligat qui plus debuit, ſi tantum
gratiam conſequatur. Duo debitores, de
quibus Simoni paradigma opponitur, utrũ-
que populum ſignificant. fœnerator uero
creatórem, qui lucrum quærit illius num-
mi, quem in nobis fabricatus eſt ad imagi-
nem ſuam. Minus debet populus, cui legis
decalogus per ſeruum datus eſt: plus autem,
cui gratia uitæ æternæ per filium eſt com-
miſſa. Ideo Iudæi per denarium, Chriſtiani
per centenarium numerum fœnus accumu
latur. ſed utrique per quinarium multiplica
tur, quia quinq; ſenſus in hac uita debet uter
que cultui rationis mancipare. Et quia nul-
lus ſuis uiribus, ſed dei gratia ſalui facti ſu-
mus, recte dicitur: Non habentibus illis un
de redderent, donauit utriſque. Plus ergo di
ligit eccleſia gentium quàm Iudæus. quia &
ſecundum præſentem ſtatum maior ei gra-
tia confertur, & ſecundum præteritum de
maiori fœditate extrahitur. Nullus utique
tantum poteſt diligere, quantum ea quæ in
pluribus donis, pluribus perſonis diligit.

Et conuerſus ad mulierem, dixit Si
moni: Vides hanc mulierem? intra-
ui in domum tuam, aquam pedibus
meis non dediſti. Hæc autem la-
chrymis rigauit pedes meos, & ca-
pillis ſuis terſit. Oſculum mihi non
dediſti. Hæc autem ex quo intrauit,
non ceſſauit oſculari pedes meos.

Hac enumeratione falſus iuſtus confuta- Grego.
tur, & ſub ſpecie mulieris tam ſuum quàm
eccleſiæ meritum pariter commendatur.
Oculis terrena concupierat, ſed hos pœni-
tendo conterens flebat. Capillos compoſu-
erat, ſed iam inde lachrymas tergebat. Ore
ſuperba dixerat, ſed nũc pedes domini oſcu-
labatur. Quot ergo in ſe habuit oblectamen
ta, tot de ſe inuenit holocauſta. Domus pha
riſæi, eſt legis prophetarumq́; cuſtodia, in
qua Iudæi gloriabantur conuerſari. Quam
dominus ingreditur, cum non uenit ſoluere
legem, ſed adimplere. In hac domo glori-
ficatur mulier pœnitens, lachrymis pedes
domini rigans, non phariſæus incredulus,
qui nec aquam pedibus dedit. Humor la-
chrymarum intra nos eſt, quia gentilitas cõ
uerſa etiam ſanguinem fundit, cum Iudæus
nec exteriora tribuit. Lachrymis pedes do-
mini rigat, qui ſanctis eius in tribulatione
compatitur, affectu compaſſionis inclina-
tus. Capillis pedes domini tergit, qui ex ſu-
perfluis bonis ſuis indigentibus charitatem
impẽdit. Rigat uero lachrymis redempto-

ris pedes,ſed capillis ſuis non tergit, qui ut-
cunq; proximorum dolori compatitur, ſed
tamen ex ſuperfluis ſuis nõ miſeretur eorũ.
Pedes oſculatur,qui ſtudioſe diligit Chriſti
ueſtigia ſequentes,quibus ſua largitur, ne ſit
grauis tribuenti neceſſitas proximi. Vel pe
des domini oſculamur,cum incarnationem
eius pfecte diligimus. Genu dñi oſculatur,
qui cum Apoſtolo ſentit, quod infirmũ dei
1.Cor.1. eſt,fortius eſſe omnibus hominibus. In ge-
nu nempe robur ſtandi conſiſtit.Manus do
mini oſculatur,qui in operatione noſtræ re-
demptionis ſtudioſe meditatur die ac nocte.
Os aũt dei oſculatur, & quaſi labrum labro
imprimit, qui fide & dilectione iungitur dei
patris ſapientiæ & bonitati. Comprehenſio
nanq; fidei,diuinæ ſapientiæ coaleſcit.& di-
lectionis noſtræ affectus, ſummæ bonitati
1.Cor 6. counitur,iuxta illud Apoſtoli:Qui adhæret
deo,unus ſpiritus eſt cũ eo. Oculos dei oſcu
latur,qui ſe totum eijcit in eum in prædeſti-
natione bonorum & præſcientia malorum,
ſaporem guſtans inenarrabilis æquitatis. Vi
dendum quoq; in corpore Chriſti, qui ocu-
lus eius ſit,qui manus,qui ve aliud membrũ.
& ſecundum diuiſionem gratiarum, prout
quiſq; eſt,alij plus,alij minus oſculo dilecti-
onis imprimamur.

Oleo caput meum non unxiſti.hæc
autem unguẽto unxit pedes meos.
Propter quod dico tibi, remittũtur
ei peccata multa,quoniã dilexit mul
tum.Cui autem minus dimittitur,mi
nus diligit.

Tanto amplius peccati rubigo conſumi
tur, quãto peccatoris cor charitatis igne cre
matur.Si opera agimus,quibus bono odore
eccleſiam reſpergamus, in domini corpus
unguentum fundimus. Fragrantia autem ſi
dei,caput domini & pedes quaſi odore per-
fundit aromatum,qui diuinitatẽ & humani-
tatẽ eius digna laude attollit,nũc de pedibus
aſcendens ad caput, nunc ad pedes à capite
per fidem deſcendens.

Dixit autem ad illam: Remittuntur
tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul
accumbebant,dicere intra ſe: Quis
eſt hic qui etiã peccata dimittit?Di-
xit autem ad mulierem: Fides tua te
ſaluam fęcit. uade in pace. Et his di-
ctis,abijt aſcendens Hieroſolymã.

14. Quoniam phariſæus mulierem, Mariam
ſcilicet Magdalenam ſororẽ Lazari,adhuc
peccatricem reputabat, introducit ſaluator
remiſſionem peccaminũ eius. Fides eam ſal-
uam fecerat,quia hoc quod petijt, poſſe ſibi
dari non dubitauit. In pace ire pręcipitur,ut
in ueritatis itinere perſeueret. Quando autẽ
uel ubi conuerſa fuerit, ex euangelio non ha
betur definitum. Probabile enim eſt,idem
factum Lucã cum cæteris narraſſe, quia nõ
alium locum ubi factum ſit, cõmemorat.de
nomine etiam Simonis cum alijs conuenit.
antecedentia uel ſubſequentia nil repugnãt.
Quidam tamen putauerunt duas unctiones,
duaſq; mulieres, peccatricem & ſanctam cõ
memorari.quarum altera pedes domini, al
tera caput pedeſq; eius unguento perfude-
rit. Alij uero dicunt unam fuiſſe, & gradatim
à pedibus adierticẽ perueniſſe,ut prius un-
xerit dominum in Galilæa,poſtea in Betha-
nia:ibi peccatrix accedens, hic uero iuſtifica
ta.Si cui ergo uiſum fuerit, quoniam Lucas
non idem quod cæteri euangeliſtæ,ſed ſimi-
le factum retulerit, regulam recapitulatio-
nis hic aſſignabit, & continuationem literæ
ſic exponet: Et his dictis, abijt Hieroſoly-
mam.his uidelicet dictis, quæ Iudas de uen-
ditione unguenti dixerat, & quæ dominus
econtra reſponderat.

A. 104. x.

Caput CXXXIX.

ERant autem gẽtiles qui-
dam ex his, qui aſcende-
rant ut adorarẽt in die fe
ſto. Hi ergo acceſſerunt
ad Philippum, qui erat a Bethſaida
Galilææ,&rogabant eum,dicentes:
Domine,uolum' Ieſum uidere. Ve
nit Philippus & dicit Andreæ. An
dreas rurſum & Philippus dicunt
Ieſu.

A. 105. iiii. M. 199. R. 14.

IEſus autem reſpondit eis, dicẽs:
Venit hora ut clarificetur filius
hominis.

Ideo ita reſpondit dominus,ut inſinuaret Auguſt.
plenitudinem gentium credituram poſt paſ
ſionem ſuam,eo in cælis glorificato.

A. 106. x.

AMen amen dico uobis,niſi gra
num frumẽti cadens in terrã,
mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet.

Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Se dicebat granum mortificandum infidelitate Iudæorum, ſed multiplicandum fide populorum. Et quia grano frumenti ſpecialiter ſe comparat, mos cœpit eccleſiæ, de hoc ſolo grano cõfici corpus domini.

A. 107/III. M. 97. L. XII.

QVi amat animam ſuam, perdet eam. Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in uitam ęternam cuſtodit eam.

Hortatur nos ad ſectanda ueſtigia ſuę paſſionis. quaſi dicat: Si cupis uitam tenere in Chriſto, noli mortẽ timere pro Chriſto. Noli amare animã in hac uita, ne perdas in æterna uita. Mira ſententia, quẽadmodum ſit hominis amor in animam ſuam ut pereat: odium, ne pereat. Si male amaueris, tunc odiſti: ſi bene oderis, tunc amaſti. Felices qui oderunt cuſtodiendo, ne perdant amando. Sed uide ne teipſum uelis interimere, ut quidam peruerſi, male hunc uerſum intelligentes. Cum autem cauſæ articulus uenerit, ut proponatur tibi aut faciendum eſſe cõtra dei p̃ceptum, aut moriendum: tunc potius elige mori quàm uiuere, ut in hoc mundo habeas odio animam tuam, & in uitam æternam eã cuſtodias.

A. 108/X.

SI quis mihi miniſtrat, me ſequatur.

1 Pet. 2. Hinc Petrus ait: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum ut ſequamur ueſtigia eius.

Et ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit.

Præmium miniſtrandi illi, eſt eſſe cũ ipſo, ſine quo nunquam eſt bene, & cum quo nũquam eſt male. Vnde aperte ſubdit:

Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.

Quo honore, niſi ut ſit cum filio eius, nõ æqualis diuinitati, ſed cõſociatus ęternitati? Cum auditis fratres, illic & miniſter meus erit: nolite tãtummodo bonos epiſcopos cogitare & clericos, ſed uos etiam pro modo ueſtro miniſtrate Chriſto eleemoſynas faciendo, & eius doctrinam quibus potueritis prædicando. Vnuſquiſque enim paterfamilias debet in ſuos exercere diſciplinam monendo, docendo, corripiendo, beneuolentiam impendendo.

A. 109/III. M. 103. R. 154.

NVnc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora.

Prędicta paſſione, & ad eam ſuppoſita exhortatione, quaſi data uoce fortitudinis ſuę, ſubdit affectum infirmitatis noſtræ. Quem uere ſuſcepit, ſed ex uoluntate pro nobis, ne de hac infirmitate deſperemus. In qua etiã docet quid dicere debemus, & quo confugere, quaſi cum turbetur anima, quid dicam? quem inuocem? quo fugiam? in quem ſperẽ? In patrem qui ſaluat, cuius uoluntatem meæ pręponi. quia propterea ut hæc patiar, ueni in horam hanc. unde clarificatio ſequitur & mihi & membris meis. Et hoc eſt quod dicit:

A. 110/XI.

SEd propterea ueni in horã hãc. Pater, clarifica tuum nomen.

Saluum me fac ex hac hora paſſionis, peto, ſed paſſionem non recuſo. Ergo clarifica me ſuſcitando, quod eſt gloria nominis tui.

Venit ergo uox de cælo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.

Clarificaui antequam facerem mundum. i. clarum genui, & in creaturis rationalibus clarificare propoſui. Vel ita: Clarificaui, cũ de uirgine natus eſt, à magis adoratus eſt, à ſanctis agnitus eſt, à ſpecie columbæ declaratus eſt, in monte transfiguratus eſt. Clarificaui, cum multos ſanauit, cũ de paucis panibus multos pauit, fluctibꝰ imperauit, mortuos ſuſcitauit. Et iterum clarificabo, cũ reſurget à mortuis, cum cælos aſcendet, cum iudex ab uniuerſis cognoſcetur, ut ei omne genu flectatur.

Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruum factum eſſe. Alii dicebãt: Angelus ei locutus ẽ. Reſpõdit Ieſus & dixit: Non ꝓpter me uox hæc uenit, ſed propter uos.

Oſtendit hanc uocem nõ ſibi indicaſſe q̃d ſciebat, ſed eis quibus indicari oportebat.

Nunc iudicium eſt mundi. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

Iudicium hic dicit diſcretionẽ redemptorum non damnationem, quando in die iudicij damnabit impios. Per principẽ mundi exponit de quo iudicio dixit. De iuſtis ueteribus quidem eiectus diabolus fuerat, ſed

quod tunc in pauciſſimis factum fuit, nūc in multitudine prædicātibus apoſtolis factum M. eſt. Merito illuminatio Chriſti principem tenebrarum de homine expulit, quia nullū ius in eo habuit. Neque enim quia eum fraude maligna decipiendo, à domini ſui ſubiectione alienauit, aliquam poteſtatem ſuper eum debuit accipere: potius ſi quā prius haberet, debuit amittere. Qui enim conceſſa ſibi poteſtate abutitur, eius priuilegium perdere meretur. Item nec deus mancipauit illi hominem, nec homo ſe ei mancipare potuit. Quanquam enim aliquis ſeruus à domino fugiat ſuo, non tamen alteri ſe tradere iure poteſt. Quod ergo diabolus ab Adam uſque ad crucem Chriſti regnaſſe dicitur uelut mūdi princeps, inde eſt, quia filij Adam graui iugo peccati preſſi, diabolicis tentationibus facile conſentiebant. Hoſtia autem crucis grata deo patri ex dilectione quam infundit humano generi, ſeruitutem remouit peccati, ut uere liberi ſimus, quia filius nos liberauit. Vnde diabolus plus homini inuidens, & ideo magis puniendus, tentare tamen nō ceſſat. ſed aliud eſt, intrinſecus regnare: aliud, forinſecus oppugnare. Nam aliud eſt ciuitatem captam intus poſſideri, aliud telis eminus iactatis oppugnari. Cum dicitur diabolus princeps huius mundi, non creditur eſſe dominus cæli & terræ. ſed mūdus intelliguntur mali homines toto orbe diffuſi. Sic enim ſolemus uocare malam domum, ubi ſunt mali homines: bonam, ubi ſunt boni. nam & mundus dicitur in bonis, in mundo 2.Cor.5. diffuſis. Vnde Apoſtolus: Deus erat in Chriſto, mūdum reconcilians ſibi. de quibus eijcitur diabolus.

Et ego ſi exaltat⁹ fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Hoc autem dicebat, ſignificās qua morte eſſet moriturus.

Quæ omnia, niſi ex quibus diabolus eijcitur? Non dixit oēs, ſed omnia: quia non hoc retulit ad uniuerſitatem hominū, ſed ad creaturæ integritatem, id eſt, ad ſpiritum & animam & corpus, quo intelligimus, qua uiuimus, quo uiſibiles ſumus. Qui enim dixit, ca- Luc.21. pillus capitis ueſtri non peribit, omnia trahit poſt ſe. Aut ſi omnia homines intelligun tur, omnia prædeſtinata ad ſalutem poſſumus dicere. Aut certe omnia genera hominum trahit ad ſe ut caput, ſiue in linguis, ſiue in ætatibus, ſiue in gradibus honorum, ſiue in diuerſitatibus ingeniorum, ſiue in profeſſionibus licitarum artium. Si exaltatus fuero. i. cum exaltatus fuero. nō enim dubitando loquitur. Exaltationem dicit paſſionem in cruce. & reſpicit ad hoc, quod dictū eſt ſuperius, granum mortuum multum fructū afferre.

Reſpōdit ei turba: Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiū hominis? Quis eſt iſte filius hominis?

Memoriter tenuerunt quod dixerat dominus, Venit hora ut clarificetur filius hois. Nā hic nō ait, Si exaltatus fuerit filius hominis: ſed ait, ego ſi exaltatus fuero. Putant ergo contraria eſſe, Chriſtum manere in æternum, & exaltari in cruce.

Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum lumen in uobis eſt. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ uos comprehendant.

Tenebræ ſunt, ſi ſic credideritis Chriſti æternitatem, ut negetis mortis eius humilitatem. Ambulate ergo ex fide in fidem, totū intelligendo, & moriturum Chriſtum ut redimat, & uicturum in æternum in cælo quo perducat. Ambulate, inquit, dum lucem habetis, id eſt, proficite credentes quæ dico, dū lucem uerborum meorum miniſtro uobis. Tenebræ enim ignorantiæ & mortis perpetuæ erunt, non credere mihi.

Et qui ambulat in tenebris, neſcit q̄ uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis ſitis.

L. [202.] V. M. [45.]

Caput CXL.

INterrogatus autē a phariſæis quando uenit regnum dei, reſpondit eis & dixit: Non uenit regnum dei cum obſeruatione, neque dicent, ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos eſt.

Beda. Exiſtimabant multi quod ueniente Hieroſolymam dño, ſtatim regnum dei manifeſtaretur. In quā opinionē etiā apoſtoli ducti, poſt reſurrectionem eius interrogauerunt eum: Dñe, ſi in tempore hoc reſtitues regnū Iſrael? (Act.1.) Et alibi Cleophas: Nos autem ſperabamus q̄a ipſe eēt redempturus Iſrael. (Luca.24) Dixit

ergo regnum dei, quod eſt, bonos regnare in deo, non uenire cum obſeruatione temporis, neque locali motu, ut hic uel ibi localiter eſſe dicatur. Non enim eſt corporale, ſed ſpirituale regnare cum deo, quod fide iam cœpit in cordibus credentium. Vnde ait: Regnum dei intra uos eſt. Aliter: Diem judicij dixit non uenire cum obſeruatione temporis, neq; ſcietur determinatus locus, ut quis dicat, Ecce hic aut ecce illic fiet judicium. Neque enim angeli neq; homines annunciabunt aduentum domini in iudicium, ſicut tempus incarnationis eius annunciauerunt prophetæ & angeli. Seipſum dicit regnum dei intra illos poſitum, qui crediderunt regnantem. Qui enim quandoq; uenturus eſt iudex omnium, nunc etiam regnat in cordibus fidelium. L. 29/X.

ERat autem diebus docens in tẽplo, noctibus uero exiens morabatur in monte qui uocatur oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

Exemplo domini debemus in die docere, & in noctibus aduerſitatum deum orare, Pſal. 51. ut dicamus cum Pſalmiſta: Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei, ſperaui in miſericordia dei. Siue in proſperitate ſimus, quæ per diem ſignificatur, ſiue in aduerſitate quę per noctes intelligitur, ſemper doceamus & oremus quantum ualemus. Populus manicabat ad eum, hoc eſt, mane uenire feſtinabat. M. 227/X.

Caput CXLI.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos, dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, ſeruate & facite. Secundũ opera uero illorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.

Hieron. Propter ſacerdotium & nominis dignitatẽ hortatur populos, ut ſubijciantur illis, nõ opera, ſed doctrinam conſiderantes. Per cathedram, doctrinam legis ſignificat. Non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram. Chryſo. Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Non omnis ſacerdos eſt ſanctus, ſed omnis ſanctus ẽ ſacerdos. Propter bonos ſacerdotes etiam malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis. Melius eſt enim malis iniuſta præſtare, quã bonis iuſta ſubtrahere. Frequẽter de homine malo bona doctrina procedit, ſicut uilis terra aliquãdo pretioſum aurum producit. Sicut aurum eligitur & terra non, ſic uos doctrinam accipite, non mores. Apibus enim herbæ neceſſariæ nõ ſunt, ſed flores. Vel ita: In gradu quo fuerat Moyſes, conſtituti ſunt ſcribæ & phariſæi immerito, legem prophetantem de Chriſto prædicantes alijs, quem ipſi præſentem non receperunt. Ergo hortatur dominus populum audire legem. i. credere in Chriſtũ, & non imitari phariſæos.

M. 228/V. L. 119.

ALligant autem onera grauia et importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere.

Hoc generaliter aduerſum omnes magiſtros dictum conuenit, qui grandia iubent, & minora non faciunt. Hierony. Humeri, digitus, onera, uincula, quibus alligantur onera, ſpiritualiter intelligenda ſunt. Chryſo. De oneribus alibi dicitur: Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Mat. 11. Fabuloſis rationibus commendabant onera legis. ſed ipſi nec digito, id eſt, modico tactu implebant. Tales ſunt etiam nunc ſacerdotes, qui populo omnem iuſtitiam annunciant, & ipſi nec modicam ſeruant. Tales ſunt etiam, qui graue pondus uenientibus ad pœnitentiam imponunt, ipſi autem nec minimam faciunt. Sicut enim ſi ſuper humeros adoleſcentis faſcem poſueris importabilem, neceſſe eſt ut aut illum reijciat, aut ſub pondere cõſtringatur, ſic neceſſe eſt ut pœnitens ſupra uires oneratus, aut pœnitentiam reijciat, aut ſcandalizatus de confractione amplius peccet. Deniq; ſi erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam dare rationem, quàm propter crudelitatem? Vbi paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax.

M. 229/II. R. 135. L. 117. & 144.

OMnia uero opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria & magnificant fimbrias. R. L. Et uolunt ambulare in ſtolis.

Quicunq; facit aliquid ut uideatur ab hominibus, ſcriba eſt & phariſæus. Hierony. Dominus cum dediſſet mandata legis per Moyſen, ad extremum intulit: Ligabis ea in manu Deut. 6.

tua,& erunt immota ante oculos tuos. Et eſt
ſenſus: Præcepta mea opere compleantur,
& mediteris in eis die ac nocte. Hoc phari-
ſæi male interpretantes, ſcribebant in mem
branulis decalogum Moyſi, id eſt, decem
uerba legis, complicantes ea & ligantes in
fronte, & quaſi coronam capiti facientes,
ut ſemper ante oculos mouerentur. Quod
uſque hodie Indi & Babylonij faciũt. & qui
hoc habuerit, quaſi religioſus in populis iu-
Num. 15. dicatur. Iuſſerat quoque Moyſes, ut in qua-
Deute. 22 tuor angulis palliorũ hyacinthinas fimbri-
as facerent, ad Iſraelis populum dinoſcen-
dum. ut quomodo in corporibus circunci-
ſio ſignum Iudaicę gentis daret, ita ueſtis ha
beret aliquam differentiam. Vnde ſuperſti-
tioſi magiſtri, captantes auram popularem,
atque ex mulierculis ſectantes lucra, facie-
bant fimbrias, atque acutiſſimas in eis ſpi-
nas ligabant, ut ambulantes & ſedentes in-
terdum pungerentur, & quaſi hac cõmoni-
tione retraherentur ad officia dei. Pitaciola
ergo illa decalogi, phylacteria uocabant,
quod quicunque habuiſſet ea, quaſi ob cu-
ſtodiam & munimentũ ſui haberet, nõ intel
ligentibus phariſæis hæc in corde ſuo por-
tanda eſſe. Alioquin & armaria & arcæ ha-
bent libros, & dei notitiam non habent.
Iſtiuſmodi erat fimbria breuis ex lege præ-
cepta, quã mulier ſanguine fluens tetigit in
Matt. 9. pallio domini. Sed non eſt puncta ſuperſti-
M. tioſis ſentibus phariſæorum, imo ſanata. In
ſtolis ambulare, eſt in cultioribus ueſtimen
tis ad publicum procedere. quod reprehen-
Luce. 16. ditur in diuite, qui induebatur purpura &
byſſo.

M. R. L.

AMant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi.

L. Et omnis populus libenter audiebat eum.

Quod populus etiam in his libenter eum
audiuit, habes in Luca in principio ducen-
teſimi quadrageſimiſexti capituli. Marcus
quoque idem tangit in fine centeſimi trige-
Hierony. ſimi capituli. Notandum quod non ſalutari
Beda. in foro, non primo diſcumbere uetat eos
quibus hoc officij ordine competit. ſed à fi-
delibus illos docet eſſe cauendos, qui hoc
indebite amant. Duplici ratione à uanæ glo
riæ cupidis attendere iubemur, ne uel ſimu-
latione ſeducamur, æſtimãtes eſſe bona quæ
faciunt, uel æmulatione inflammemur, gau-
dentes in bonis laudari quæ ſimulant.

M. 231 x.

VOs autem nolite uocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter ueſter, omnes autem uos fratres eſtis. Et patrem nolite uocare uobis ſuper terram. unus enim eſt pater ueſter, qui in cælis eſt. Nec uocemini magiſtri, quia magiſter ueſter unus eſt Chriſtus.

Nec magiſter, nec pater uocandus eſt ali Hieron.
us, niſi deus pater & dominus filius. Pater,
quia ex ipſo ſunt omnia. magiſter, quia per
ipſum ſunt omnia. uel quia per carnem ipſi-
us reconciliati ſumus deo. Quare ergo Apo
ſtolus dixit ſe doctorem gentium, & qua-
re in Aegypti monaſterijs ſe inuicem patres
uocant? Quia aliud eſt, natura eſſe patrem
uel magiſtrum: aliud, indulgentia. Nam ſi
hominem patrem uocamus, honorem æta-
ti deferimus. Magiſter dicitur ex conſor-
tio magiſtri CHRISTI. Et quomodo
unicus filius non præiudicat cæteris, ne per
adoptionem dij uocentur & filij: ita unus pa
ter non præiudicat alijs, ne patres per ado-
ptionem uocentur.

M. 232 v. L. 179 & 115.

QVi maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

Qui maior eſt ſiue meritis, ſiue officio Beda.
prælationis, alios præueniat obſequendo.
Vnde Apoſtolus: Honore inuicem præue- Rom. 12.
nientes.

L. 141 ii. M. 239 R. 151.

VAe uobis phariſæis, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis & ſalutationes in foro.

Væ miſeris, ad quos phariſæorum uitia tranſierunt, quia per breue curriculum uitę ſuæ quo peccata plangere debuerãt, pro prioratu certare non metuunt.

M. 232 v. L. 142.

VAe uobis ſcribæ & phariſæi legiſperiti hypocritę, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, & clauditis regnũ cælorũ ante homines. uos aũt nõ in-

tratis, nec introeuntes ſinitis intrare.

Regnum cælorũ, ſcripturæ dicunt: ianua earũ, intellectus. Chryſo. Clauigeri ſunt ſacerdotes. clauis eſt uerbum ſcientiæ. adapertio eſt interpretatio uera. Non dixit, qui non aperitis, ſed qui clauditis. Ergo ſcripturæ nõ ſunt clauſæ, ſed obſcuræ. Vnde Petrus in epiſtola ſua: Non ſicut uoluit homo, locutus eſt 2. Petri. 1. ſpiritus. ſed ſicut uoluit ſpiritus, locutus eſt homo. Ratio obſcuritatis multiplex eſt. Vnde duas dicimus cauſas: unam, quia deus uoluit eſſe alios doctores, alios diſcipulos: alteram, ne cõtemneretur ſcriptura, ſi ab illis intelligeretur, à quibus nec amatur nec cuſtoditur. Claudebant Iudæi ianuam ueritatis, quando decreuerunt, ut ſi quis filium dei cõ Beda. fiteretur, fieret extra ſynagogam. Clauis enĩ ſcientiæ, humilitas Chriſti eſt. quam legiſperiti nec intelligere uolebant in lege & prophetis, nec ab alijs intelligi. Intrare in ſcripturas, eſt non eſſe contentum ſuperficie literę, ſed uſq; ad intelligentiæ arcana penetrare. Hierony. Vel certe omnis magiſter qui ſcãdalizat malis operibus diſcipulos ſuos, claudit ante eos regnum cælorum.

R. 116. VI. L. 247.

VAe uobis ſcribę & phariſæi hypocritæ, qui deuoratis domos uiduarũ ſub obtentu prolixæ orati͂ois, propter hoc accipietis maiorem damnationem.

Simulationem eorum ſignificatione pœ- Beda. næ condemnat. Væ enim, uox dolentis eſt. Non tãtum ait, accipient damnationem, ſed adiunxit maiorem, ut inſinuet eos qui orant ut uideantur ab hominibus, damnationem mereri: ſed eos qui prolixius orantes, auaritiam ſuam religionis colore depingunt, non ſolũmodo laudes, ſed etiam pecunias quærendo, maiori damnatione plectendos. Qui quaſi patroni in iudicio futuri, ut in adeũdis uiduarum domibus retineant autoritatem, fit cæteris adeundę ſalutis inhibitio, & regni cæleſtis obſeratio. Et ideo accipient amplius iudicium, quia & pœnam proprij peccati, & reatum alienæ ignorantiæ debebunt.

M. 231. X.

VAe uobis ſcribę & phariſæi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum. & cum fuerit factus, facitis eũ filium gehennæ duplo ꝙ̃ uos.

Scribæ & phariſæi luſtrantes orbem cau Hierony. ſa lucri, ſtudebant de gentibus facere proſelytos, id eſt, aduenas & circumciſos miſcere populo dei. Sed qui ante dum eſſet ethnicus, ſemel errans erat filius gehennæ, uidens magiſtrorum hypocriſim opere deſtruentium quod docebant, reuertebãtur ad uomitum. & gentilis factus, quaſi præuaricator maiore pœna dignus erat. Filium gehennæ dicit, quia unuſquiſq; cuius opera agit, eius filius appellatur. Duplo facitis eum, ſubaudis dici M. filium gehennæ quàm uos, quorũ culpa ipſe reuertitur ad uomitum.

Væ uobis duces cæci, qui dicitis: Quicũque iurauerit per templum, nihil eſt. Qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cęci, quid enim maius ẽ? aurũ, an templum q̃d ſanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari, nihil eſt. Quicunq; autem iurauerit in dono quod eſt ſuper illud, debet. Cæci, quid enim maius eſt? donum, an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt. Et qui iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cęlo, iurat in throno dei & in eo qui ſedet ſuper eum.

Qui iurat in altari, ſicut ex ipſo deriuatur oblatorum ſanctificatio, ita etiam iuramentum ſpectat ad dona quæ ſuper illud offeruntur. Qui uero iurat in templo, aſtringitur ſacramento & continentis & contenti, & ſanctificantis & ſanctificati. Iurans autem in cælo, per ſubiectam creaturam iurat, & per diuinitatem præſidentem creaturę. Typice, templum & altare Chriſtus eſt. aurum & donum, laudes & ſacrificia quę deo offeruntur. Nõ enim ille per hæc, ſed hæc per illum ſanctificantur. Sacerdotes Iudæorum oĩa auari- Hierony. tiæ cauſa facientes, impij arguuntur iniquitatis. Si quis enim in aliqua cauſa ambigua ꝑ templum iuraſſet, & poſtea conuictus eſſet mendacij, non tenebatur crimine reus. Si autẽ periuraſſet in auro & pecunia quæ ſacerdotibus in tẽplo offerebatur, dicebãt q̃a debet, ſubaudis tenere iuramẽtum. & pro periurio ſtatim id in quo iurauerat, cogebatur exoluere.

Rurſum, ſi periuraſſet in altari, non tenebatur reus periurij. Si autem periuraſſet in dono uel in oblationibus, hoc eſt, in hoſtia & cæteris quæ offeruntur deo ſuper altare, hęc ſtudioſiſſime repetebant. Chryſo. Aurum nanq; & dona quibus paſcebantur, ſanctiora dicebāt eſſe quàm templū & altare, ut homines *offerrent promptiores ad dona quàm ad preces. Hoc faciunt adhuc inſipientes Chriſtiani. Si aliqua enim fuerit cauſa, modicum uidetur facere qui iurat per deum: qui autem iurat per euangelium, maius aliquid uidetur facere. quaſi deus ſanctus ſit propter ſcripturas, & non ſcripturæ propter deum.

*eſſent

M. 234. V. L. 116.

VAe uobis ſcribę & phariſæi hypocritæ, qui decimatis menthā & anethum & cyminum & rutam & omne olus, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam & fidem & charitatem dei. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Hoc uerbum decimatis, dubium eſt. nam & qui accipit, & qui dat, rectè decimare dicitur. Scribæ & phariſæi minima olera decimabant, ut diceretur à uidentibus: Quomodo omnium decimas dāt, qui etiam olerum Hierony. decimas dare non negligūt? Vel in hoc auaritiæ arguūtur, quod ſtudioſe etiam uilium olerum decimas exigant, & iudiciū in *diſceptatione negociorum, miſericordiamq́; in pauperes, & fidem cum charitatis affectu in Chryſo. deum, quæ magna ſunt, prætermittant. Scimus quidem decimas offerri deo propter ſacerdotes, q ſpiritualia debent miniſtrare populo. Sed adhuc hodie ſacerdotes, ſi populus decimas non offerat, murmurant: ſi peccantem populum uideant, non murmurant. Dicens dominus iudicium, uult ut omnes iuſte iudicent. dicens miſericordiam, prædicauit omnibus conuerſationem bonam. fides autem charitatis operibus ornanda eſt. Beda. Hæc, inquit, oportuit principaliter facere, et eleemoſynas fructuum terrę non omittere. Non ergo per eleemoſynas emitur impunitas in iniquitate manentibus.

*diſcretione

M. 235. X.

DVces cæci, excolātes culicem, camelum autem glutientes.

Hierony. Camelum intellige magnitudinem præceptorum, iudicium ſcilicet & miſericordiam, & fidem & charitatem dei. Culicem autem, decimas menthæ & anethi & cymini et rutæ & reliquorum uilium olerum. Senſus M. eſt: Per hoc eſtis cæci duces, id eſt, improuidi ductores, quia excolatis, id eſt, inquiritis ſicut lac colatur, decimas etiam herbarum. et glutitis, id eſt. abſconditis, ſicut illud quod glutitur abſconditur, maiora præcepta. Vel ita: Culicem colare, eſt minimam tranſgreſſionem ſtudioſe uitare. Eſt enim culex minima muſcula, quæ ſubtili excolatione excluditur à liquore. Et quia camelus magnum animal eſt atq; deforme, camelum deuorat, qui magnam præuaricationem facile incurrit.

M. 236. V. L. 115.

VAe uobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis & parapſidis, intus autem pleni eſtis rapina & immunditia. Phariſæe cæce, mūda prius quod intus eſt calicis & parapſidis, ut fiat & id quod deforis eſt, mūdum.

Hierony. Diuerſis uerbis eodē ſenſu quo ſupra, arguit eos ſimulationis & mendacij, quod aliud loquantur, & aliud in corde habeant. Chryſo. Et quoniam in ſpecie calicis & parapſidis homines dicit, manifeſtatur ex eo quod addit, intus autem eſtis pleni rapina. Ac ſi dicat: Remigi. Fruſtra ſanctitatem prætenditis exterius, uelut ſi quis calicem mundet exterius, intus autem relinquat ſordes, cum uſus eius ſit interior. Pleni ſunt calix & parapſis rapina & immunditia. quia quod bibitis & manducatis, alijs aufertis. & per hoc potus & cibus ueſter immunditiam habent peccatorum. Phariſęe cæce, id eſt, indiſcrete, mūda prius quod tuo ipſius eſt in corde mala cogitante, ut quod deforis eſt, fiat mundum, id eſt, ut opera tua ſint iuſta. Non enim mala arbor poteſt facere fructum bonum. Parapſis eſt uas quadratum habens pares abſides, id eſt, angulos.

L. 118. V. M. 237.

VAe uobis, quia eſtis ut monumenta quæ nō parent, & homines ambulantes ſupra, neſciunt.

Beda. Hypocritæ inſtar ſunt monumentorum non apparentium. quæ cum ſuperficiem terræ cōmunis oſtentent, intus uermeſcētium ſunt cadauerum plena fœtore. Quicunque decepti per illorum ſententias, eos imitantur, quaſi ſuper monumenta ignoranter gradiuntur. M. L.

VAe uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus ſpecioſa, intus uero plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Sic & uos a foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autē pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

Hierony. Quod in calice & parapſide demonſtrauit, nunc apertius per exemplum ſepulchrorum replicat. Corpora quidem peccatorū, ſepulchra dicuntur mortuorum, quia anima mortua eſt in corpore peccatoris. Itaq; ſuperſtitionem phariſæorum redarguit, qui foris ſpeciem rectæ doctrinæ prætendunt, intus uero quid fœditatis generent, occultant.

Chryſo. / Beda. (marginal attributions)

L. 139. V. M. 229.

REſpondens autē quidam ex legiſperitis, ait illi: Magiſter, hæc dicens, etiam nobis cōtumeliā facis. At ille ait: Et uobis legiſperitis uæ, quia oneratis homines onerib⁹ quę portari non poſſunt, & ipſi uno digito ueſtro non tangitis ſarcinas.

Tale eſt quod dicit: Nec in minimo pręcepto ſeruatis quod alijs iniungitis. Etenim gratiam non requiritis, & iugum leue repellitis, ſed lex ſine gratia nequit impleri.

M. 238. V. L. 140.

Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrū noſtrorꝫ, nō eſſemus ſocij eorꝫ in ſanguine prophetarum. Itaq; teſtimonio eſtis uobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum qui prophetas occiderunt.

Vos enim prophetarum ſepulchra ædificatis, ſubaudis per hypocriſim, & non pietate: quandoquidē & me & meos quæritis interficere. Itaque ſententiam damnationis

Chryſo. quam in patres profertis, in uoſipſos retorquetis. Alter alterius culpam cito intelligit, ſuam difficile, quia homo in cauſa alterius tranquillum cor habet, in ſua autem turbatum. Perturbatio autem cordis non permittit hominem conſiderare quod bonum eſt. Naturalem conſuetudinem malorum Chriſtus exponit. nam pene in omnibus malum hoc inuenitur, ut aliorum errores culpent, ſuos non. Naturæ quoq; regulam ponit, dicens: Filij eſtis eorum, quia uix de bonis parentibus mali naſcuntur, aut de malis boni. Et ſicut in fructu arbor cognoſcitur, ſic parentes in filijs. Si pater fuerit bonus & mater mala, aut mater bona, & pater malus: interdum filij patrem ſequūtur, interdum matrem, patrem tamen frequentius. Si ambo fuerint æquales, aliquando fit ut de bonis parentibus mali exeant filij, aut de malis boni, ſed raro. ut naturæ eſt humanæ, naſci hominem cum duobus oculis & quinque digitis, aliquando tamen ut manifeſtentur opera dei, cæcus naſcitur aliquis, & cum ſex digitis aliquis. Notandum qui martyria ædificant & eccleſias ornant, ſi in alijs iuſtitiam dei cuſtodiunt, ſi de bonis eorum pauperes gaudent, ad gloriam dei ædificant. Sin autem, quis non intelligat quia non ad gloriam dei faciunt ædificia illa, ubi pauperes uiolentiam paſſi ab eis, interpellant cōtra eos? Non gaudent martyres illis pecunijs honorari, unde pauperes plorent. Qualis enim iuſtitia eſt, honorare mortuos, & ſpoliare uiuentes? De ſanguine miſerorum tollere, & deo offerre, non eſt deo offerre, ſed uelle uiolentiæ ſuæ ſocium facere deum. Vis domum dei ædificare? Da fidelibus pauperibus unde uiuant, & ædificaſti rationabilem domum dei. In ædificijs enim homines habitant, deus autem in hominibus ſanctis.

M. 239. X.

ET uos implete menſuram patrum ueſtrorum. ſerpentes, genimina uiperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ?

Sicut de uiperis naſcuntur uiperæ, ita & uos homicidę nati eſtis de homicidis. Quod ergo illis defuit, uos implete. Illi interfecerunt ſeruos, uos dominum crucifigite. Non iubet ut faciant, ſed oſtendit eis quod facturi erant. Sicut ſerpentes omnibus animalibus aſtutiores, aſpiciunt quomodo mordeant, & poſt ea ſe occultant: ſic hypocritæ cogitantes quomō lædant, poſt læſionem ita ſe habent, quaſi neminem nocuerint. Et bene aſſimilant uiperis, quia uiperarū natura eſt, ut qñ conceperint, nati earum uteros matrū rumpant, & ſic procedant. Idem nati patiuntur à ſua fœtura. Sicut ergo uiperæ parentes Chryſo.

comedũt & comeduntur à pullis, ſic & per
fidi Iudæi patres condemnant, & condemnã
tur à filijs ſuis. Quõ, inquit, fugietis à iudi-
cio gehennæ? Boni uultis uideri, ſed quomo
do nõ prodeſt meretrici ſi nominetur caſta,
ſic non prodeſt peccatori ſi ſeruus dei dica-
tur. M. 23 L. 11.

PRopterea & ſapientia dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apoſtolos & ſapiẽtes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris.

Beda. Quoniam ſcio uos impleturos menſurã
patrum ueſtrorum in occiſione mei & meo
rum, propterea ego ſapiẽtia dei dixi ab æter-
no: Mittã ad illos prophetas & apoſtolos,
ne excuſationem habeant, prædicatores nõ
habuiſſe ueritatis, & alijs eorum malitia ſit
occaſio ſalutis. Ecce qui prius prophetas, &
poſt apoſtolos miſit. Ceſſent ergo hæretici
prædicare, alium legis & prophetarum fuiſ-
ſe deum, & noui teſtamenti alium. Sæpe etiã
ſcriptura prophetas appellat eos, qui uentu
1. Co. 14 ra cæleſtis regni gaudia prædicant. Prophe
Hiero. tæ, inquit Apoſtolus, duo aut tres dicant, &
cæteri dijudicẽt. Amplius, Prophetæ fuerũt
Actu. 11. quidam diſcipuli futura prædicantes, ut A-
& 21. gabus. ſapientes, qui norunt tempus prædi-
candi, & ſcripturas exponere, iuxta pſalmi-
ſtam eruditi corde in ſapientia, ſcribæ in lege
doctiſſimi. Ex quibus lapidatus eſt Stepha-
Pſal. 89. nus, Paulus occiſus, Petrus crucifixus, alij di
ſcipuli flagellati & perſecuti. Plane oſtendit
dominus Iudæis, quia intelligit corda eorũ,
quod ſimiles erũt in malo patribus ſuis. Nã
apud deũ, qui hominem uult occidere, iã ho-
micida eſt: qui adulteriũ cõmittere, iam adul
ter eſt: qui periurare, iam periurus exiſtit:
quia deus non ex operibus tantum iudicat,
ſed ex cogitatiõibus. Volũtas eſt em̃ quę aut
remuneraſ pro bono, aut condemnatur pro
malo, opa aũt ſunt teſtimonia uoluntatis.

Et perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ, ut ueniat ſuper uos oĩs ſanguis iuſtus, q effuſus eſt ſuper terram.

Prophetat interitũ Iudęorũ: minatus enim
olim fuit oĩbus malis, quod reddidit genera
tiõi nouiſſimæ. Et ſicut oĩa bona quæ in ſin-
gulis gñationibus à conſtitutione mũdi oẽs
ſancti merebantur, illis ſunt donata q recepe
runt Chr̃m: ſic oĩa mala quæ in ſingulis gene
rationibus à conſtitutione mundi pati me-
ruerunt iniqui, ſuper Iudæos Chriſtum re-
pellentes uenerunt. Quid ergo? Iniuſtus eſt
deus? abſit. Sed propterea quæ illorum erãt,
iuſti dicũtur paſſi, quia meruerunt ea quæ il
li meruerunt: & ſoli paſſi ſunt, cum non ſoli
peccaſſent. Res ita moralis eſt. Ecce cum ſer
ui tui peccant, ſpolias unum, & iterum par-
cis ei, dicens: Niſi ſeruaueris hoc, patieris.
Idem facis & alteri. Non meliorantibus eis,
ſi unus caſtigatur, uidetur ꝓ omnibus caſti-
gari, qa quod alijs eſt ꝓmiſſum, ipſe ſolꝰ luit.
Reuera aũt non ꝓ alijs caſtigatus eſt, ſed ꝓ
ſe. Sed ſi non peccans aliquis caſtigaretur, ille
ꝓ alijs diceretur caſtigari. Sic generatio
iſta pro patribus uidetur punita, qui territi
fuerunt, non puniti, uere autem non pro il-
lis, ſed ꝓ peccato ſuo cõdemnata eſt. Nõ em̃
iuſtum eſt ut alter pro alterius puniatur pec Beda.
catis, ſed in die uindictæ unuſquiſq; pro ſuo
peccato punieẽ. Aliter: Vltio ſanguinis oĩm
iuſtorum, ab una generatione requiritur, li-
cet multi ante incarnationem & poſt reſur-
rectionem ſaluatoris, ab alijs ſint nationibus
interempti: quia moris eſt ſcripturarum, du
as generatiões, bonorum ſcilicet malorũq;,
cõputare. Oẽs em̃ mali, una generatio ſunt,
una ciuitas, unũ corpus diaboli: ſicut oẽs bo
ni, una generatio & unum corpus Chriſti.

A ſanguine Abel iuſti, uſq; ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidiſtis inter tẽplũ & altare. Amẽ dico uobis, uenient hęc omnia ſuper generationem iſtam.

Altare incenſi, intra templum erat: altare
holocauſtorum, extra: inter quod & tem- 2. Pa. 24.
plum Zacharias occiſus eſt. De Abel nõ du- Hiero.
bitatur, quin is ſit quem occidit Cain frater
ſuus. Zachariam autem quidam dicunt eſſe Gene. 4.
illum, qui undecimus eſt in duodecim pro-
phetis, alij Zachariam patrem Iohannis, alij
Zachariam qui occiſus eſt à Ioas rege Iu-
dæ inter tem plum & altare, ſicut regũ nar- 2. Par. 24
rat hiſtoria, & quem ſcriptura refert fuiſſe fi
lium Ioiadæ ſacerdotis: Non fuit, inquit, re-
cordatus Ioas patris eius Ioiadæ, quæ ſibi fe-
ciſſet bona. Cum ergo locus conueniat occi
ſionis in iſto, & non in ſuperioribus, quæri-
mus quare Barachiæ dicatur filius. Barachi-
as in lingua noſtra, benedictus domini dici-
tur, in quo demonſtratur hebræo nomine
iuſtitia ſacerdotis Ioiadæ. Et in euãgelio quo
utuntur Nazaræi, pro filio Barachiæ, filiũ Io
iadæ ſcriptum reperimus. Quia iſti geſſerũt
contra apoſtolos ſimilia Cain & Ioas, ideo
de una generatione eſſe referuntur. Nam ut
dictum eſt, ſicut boni ſunt una generatio, ſic
& mali altera. Quare autem uſq; ad ſangui- Beda.

nem Zacharię dictum ſit, quærẽdum eſt: cũ & multi poſt eum uſq; ad natiuitatem Chriſti, & ipſo nato innocentes pueri ſunt ab hac gñatione perempti. Sed q̃a Abel paſtor ouium, Zacharias uero ſacerdos fuit, utriuſq; gradus martyres, & laici ſcilicet & altaris officio mancipati, ſub eorum uoluit intimare uocabulo. M. 23. L. 11.

Caput CXLII.

IEruſalem Ieruſalem, quæ occidis prophetas & lapidas eos qui mittũtur ad te.

Hiero. IEruſalem uocat, habitatores, non ſaxa & ædificia ciuitatis, plangendo affectu p̃ris.

Quoties uolui congregare filios tuos, quẽadmodũ gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?

M. In eo quod dicit, quoties uolui congregare filios tuos, omnes retro prophetas à ſe miſſos teſtatur. Tale eſt quod dicit: Ego uolui, tu noluiſti. & quotquot congregaui mea uoluntate ſemper efficaci, te nolente feci, quia ſemper ingrata fuiſti. Vel ita iuxta regulam quæ nomen cauſæ pro effectu ponit: Volui, id eſt, approbaui, monui & multifarie multiſq; modis conſului tibi pręuaricatrici redire ad cor, tu uero noluiſti. Miſi ad te Iſaiam,
Chriſoſt. & ferraſti eum. miſi Ieremiam, & lapidaſti, miſi Iezechiel, & tractum per lapides excerebraſti. Quomodo ſanaberis, quæ nullum medicũ ad te uenire permittis? Se ipſum dominus aui cõparat. & alas habere legitur, ꝓ eo quod more auis electos ſuos tanq̃ pullos ſub ſe colligit, fouet, & ab inſidijs diaboli & malorum hominum protegit. Vnde pro-
Pſal. 16. pheta ait: Sub umbra alarum tuarum protege me. Amplius, Gallinam aſſimilat eccleſię. Sicut enim pulli gallinarum paſtum ſuum ſequentes per diuerſa uag ãtur, & maternis uocibus congregantur: ſic & populus dei carnalem uoluptatem & mundalem concupiſcẽtiam ſequens, uagatur ab eccleſia matre, per ſacerdotes modo increpationibus, mõ blandimentis congregatur & lactatur. Et quemadmodũ gallina nõ ſolũ ſuos pullos calefacit, ſed etiam cuiuſcunq; uolatilis excluſos à ſe, diligit quaſi ſuos: ita eccleſia non ſolum ſuos Chriſtianos ſtudet fouere, ſed ſiue gentiles, ſiue Iudæi fuerint illi ſuppoſiti, omnes fidei ſuæ calore uiuificat, & in baptiſmo generat, & in ſermone nutricat, & materna diligit charitate. Hæc quæ de Iudæis hic dicuntur, etiã hæreticis coaptanꝭ. Quoties enĩ leguntꝭ in eccleſijs uerba ꝓphetarum & apoſtoloꝝ, prophetę & apoſtoli miſſi loquuntꝭ ad nos. Quos oẽs hæretici dum negligũt & male interpretanꝭ, q̃ſi occidũt & lapidant eos. Qui hęretici quoties moueꝭ certamẽ inter fideles & eos, & dominus uult cõgregare illos ſub ueritate pennarum ſuarum, id eſt, duorum teſtamentorum, non quaſi domeſtici pulli, ſed quaſi ſylueſtres & ſanguinarij uulturis aut accipitris, non ſolum ad ueritatem uenire nolunt, ſed etiam irruũt ſuper gallinam, id eſt, eccleſiam, & diſpergunt pullos eius.

Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta.

Cum ego fuero crucifixus, ſcindetur uelum tẽpli, & ſecreta myſterij ſanctitatis eiꝰ publicabuntur, & recedet ab eo ſpiritus dei. Et ſicut corpus anima recedente prius frigeſcit, deinde putreſcit & ſoluitur: ſic tẽplum ueſtrum dei ſpiritu recedente ab eo, prius ſeditionibus replebitur, deinde ruet. Sicut enĩ ante mortem hominis inſanabilis præcedit infirmitas, ſic ante ruinã loci alicuius inemẽdabilia præcedunt peccata. Et ſicut pulli frequenter à matre uocati, cum non eam ſecuti fuerint, aut accipiter diripit eos, aut longe uagantes pereunt: ſic domino frequenter Iudæos uocante, quoniam non ſecuti ſunt eum, quaſi accipiter rex Romanus partem eorum comedit fame & gladio, alij aũt diſperſi ſunt ut pereant.

Dico enim uobis, non me uidebitis amodo donec dicatis, Benedictus q̃ uenit in nomine domini.

Sensus eſt: Niſi cõfeſſi fueritis ipſum me Hiero.
eſſe de quo pſalmiſta cecinit, quia ueniret in Pſal. 117.
nomine domini, non uidebitis amodo, id eſt, ab hoc tempore paſſionis, faciem meam. Hæc autem confeſſio & hæc uiſio bipartita eſt. Credituri nanque Iudæi, poſtquam plenitudo gentium intrauerit, uidebũt à iudicio in antea in humana Chriſti facie diuinam: q̃a M.
prius ex fide & dilectione confitebunꝭ oĩpotentis filium in carne uenisse benedictum, id eſt, ab omni peccato immunem ad glorificãdum nomen patris. Increduli uero ſolam humanitatem uidebunt in ſecũdo aduentu, & tamen tunc certiſſime dicẽt, conſcientijs hoc teſtantibus, quia filius omnipotentis benedictus uenit in nomine domini. A. 19.

Caput CXLIII.

VErũtñ ex principibus multi crediderũt in eũ, ſed ꝓpter phariſæos nõ conſi-

tebant, ut de ſynagoga non eijcerētur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei.

Aug. Sciēdum eſt quia dominus crucem ſuam in froutibus credentium fixit, ubi quodammodo ſedes eſt uerecūdiæ, ut de nomine eius fidelis non erubeſcat, & magis dei gloriam quàm hominum diligat. Cruce tempore ſuo nihil erat in carne intolerabilius, nunc nihil eſt in fronte glorioſius. Vbi ergo dñi crux honorata eſt, non eſt modo crux in pœnis reorum, quia putatum eſt quod & reus honoraretur, ſi crucifigeretur.

A. ııı. M. ⁂. R. ⁂. L. ⁂.

IEſus autem clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me.

Simile iam dixerat: Mea doctrina non eſt
Ioh. 7. mea, ſed eius qui me miſit. Nunc autem inqt, non credit in me, id eſt, in hoc ſolummodo quod uidet in me, ſed in patrem. Et qui credit in patrem, neceſſe eſt ut credat eum habere filium.

Et qui uidet me, uidet eū qui miſit me.

Ne putaretur ſic uoluiſſe intelligi patrem quaſi filiorum per gratiam, & non unici uerbi æqualis ſibi, ſubiecit iſtud. Quaſi diceret: Vſq; adeo nihil diſtat inter me & patrē, ut qui me uidet, eum uideat. A. ııı.

EGo lux in mundum ueni, ut oīs qui credit in me, in tenebris nō maneat.

Mat. 5 Dixit dominus alibi diſcipulis: Vos eſtis lux mundi. Lumina ergo ſunt omnes ſancti, ſed ab eo illuminant, à quo recedentes tenebrāt. Cū dicit, in tenebris non maneat, ſatis manifeſtat ſe in tenebris omnes inueniſſe.

Et ſi quis audierit uerba mea, & nō cuſtodierit, ego non iudico eū. Nō enim ueni ut iudicem mundum, ſed ut ſaluificem mundum.

Nunc eſt tempus miſericordiæ & collectionis, poſtea tempus iudicij uel damnationis, iuxta illud: Miſericordiā & iudiciū cantabo
Pſal 100. tibi dñe. De nouiſſimo iudicio addidit:

Qui ſpernit me & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die, qa ego ex me ipſo non ſum locutus.

Nō loquit ex ſe, qa nō eſt ex ſe. Satis manifeſtauit ſe iudicaturū, dicēs: Sermo quē locut⁹ ſum & cætera. Aliter iudicabunt qui nō audierunt, aliter qui audierūt & contempſerunt. Qui enim ſine lege peccauerunt, ait Apoſtolus, ſine lege peribunt. & qui per legem peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Sed qui miſit me pater, ipſe mihi mā datū dedit, quid dicā & qd loquar.

Gignendo dedit pater, quod filius accepit naſcendo, ſicut & uitam. Nam uita genuit uitam, id eſt, pater filium. Mādatum dedit, non quod filius non habebat, ſed quia in ſapientia patris, quod eſt uerbum patris, omnia mandata ſunt patris.

Et ſcio qa mādatū eius uita ęterna ē.

Ergo mandatum eſt filius patris, quia ipſe uita æterna eſt.

Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.

Nō accipiamus, quaſi per uerba locut⁹ ſit pater unico uerbo. Quid ergo ē, ſic loquor? Ita ille dixit ut uerax, ita iſte loquitur ut ueritas. Dixit uerax ueritati, id eſt, genuit ueritatem. Loquitur ueritas, id eſt, ſe ipſam annunciat. Intelligentibus mentibus ſic loquit ueritas intus ſine ſono, ſicut dicit ei pater: ſed ut crederent homines quod nōdum poſſunt intelligere, ex ore carnis uerba ſonuerunt: quę prolata & literis ſignata, nos ad ipſam ueritatem aliquatenus erigūt. A. ııı.

HAec locutus eſt Ieſus, & abijt & abſcondit ſe ab eis.

Non ab eis ſe abſcondit, qui credere inceperāt. ſed ab eis qui eum occidere cupiebāt, conſulēdo noſtræ infirmitati, non derogando ſuæ poteſtati.

Cum autem tanta ſigna feciſſet corā eis, non credebant in eum, ut ſermo Iſaiæ prophetæ impleretur quem dixit: Dñe, quis credidit auditui nro? & brachium dñi cui reuelatum eſt? Iſai. 53.
Propterea non poterant credere, qa iterum dixit Iſaias: Excęcauit oculos Iſai. 6.
eorum & indurauit cor eorū, ut nō uideant oculis, & non intelligāt corde, & conuertantur, & ſanem eos.

Quis pro raritate uel difficultate poſuit, quia quod prophetæ à domino audierunt &

populo p̄dicauerunt, uix pauci Iudæi crediderunt, etiã dño in carne præſente. Per brachium intelligitur filius, qa per eũ omnia facta ſunt, ſicut tu p brachiũ tuũ operaris. Tale brachium nec porrectum extenditur, nec collectum contrahitur. Vbiq; eñ totus eſt filius ſicut pater. Hic quidam muſitant, dicẽtes: Quæ culpa Iudęorum fuit, ſi neceſſe fuit ut ſermo Iſaiæ impleretur? Quibus reſpondemus, dominum præſcium futurorum, per prophetam prædixiſſe infidelitatem Iudæorum, & non ideo eos coegiſſe ad peccãdum, qa futura eorum peccata præſciuit, malam uoluntatem eorum præuidit deus, quam per
Il. prophetam prænũciauit. Nullam ſiquidem neceſſitatem infert prouidentia rerum euentibus. ſed ſicut ſe habent res ad utrunq;, uidelicet ad fieri & non fieri, ſic ſe prouidẽtur habere. Quæ prouidentia uel (quod idẽ eſt) præſcientia dei, ex ſua ſapientia præſcientis omnia antequam ſint, omnino immutabilis eſt, & nullo modo falli poteſt. Neq; mõ ſcit aliqd deus quod ab ęterno neſcierit, nec in futurũ quicquam ſciturus eſt quod modo neſciat. Verbi gratia: Si ſcit hodie te legere, ſciuit ab æterno te lecturum hodie, & in æternum ſciet te legiſſe hodie. Quia ergo præſcientia falli non poteſt, omnia prouiſa à deo neceſſe eſt fieri. Et ita hoc prouiſum quod antichriſtus naſcatur, neceſſario futurum eſt. Ergo neceſſario futurũ eſt quod antichriſtus naſcatur, non ſequitur, quia falſum eſt. Cum enim dicimus, hoc prouiſum neceſſe eſt fieri, intelligimus & uerum eſt: quia nõ poteſt ſimul eſſe quod prouiſum ſit & non fiat. Vnde nullo modo ſequitur quod neceſſario fiat. Sic quoq; dicimus, me uidente te currere, neceſſe eſt ut curras. hoc eſt, non poteſt ſimul fieri, ut uideam te currere, & nõ curras. Et ex hoc nequaquam prouenit ut neceſſario curras. Sic igitur excluſum eſt ſophiſma, quod multos in errorem duxit, ut omnia ex neceſſitate fieri putarent.. A. 11/X

HAec dixit Iſaias qñ uidit gloriam eius, & locutus eſt de eo..

Hæc de excæcatiõe Iudæorũ prædixit, qñ incarnationem Chriſti prophetauit. Non uidit Iſaias deum ſicuti eſt, quemadmodũ nec Moyſes, niſi forſitan uiderint ſupra hominẽ
2.Cor.12 rapti, ut Paulus. Vnde iſte Iohannes in epiſtola ſua ait: Nondum apparuit quid erimus. ſcimus quia cũ apparuerit, ſimiles ei erimus,
1.Ioh.3. quia uidebimus eum ſicuti eſt. Oſtendit ergo ſe dominus ante incarnationem oculis hominum, ſicut uoluit in ſubiecta ſibi creatura non ſicuti eſt. M. 242/21 R. 146. L. 248.

Capvt CXLIIII.

ET cum egrederetur Ieſus de templo, acceſſerunt diſcipuli eius, ut oſtenderẽt ei ædificationes templi, dicẽtes: Magiſter, aſpice quales lapides & quales ſtructuræ.

POſt comminationem deferendę urbis, tanq̃ commouendus ambitione templi eſſet, ut nunq̃ tale opus deſtrueretur, magnificentia ei extructiõis oſtenditur. Sed ait deſtruenda omnia eſſe: templum enim æternũ ad habitationem ſancti ſpiritus ei conſecrabatur, homo ſcilicet, per agnitionem filij & confeſſionem patris & præceptorum obedientiam dignus fieri deo habitaculum. Non moueat quod Mattheus pluraliter dicit, diſcipuli eius: ſed Marcus ait, unus ex diſcipulis ſuis. qa uel unus pro oĩbus loquebatur, uel ſingularem numerum poſuit p plurali. Hil.

Et reſpondens Ieſus, ait: Videtis has omnes magnas ædificationes? Amẽ dico uobis, uenient dies in quibus non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

Iuxta hiſtoriã manifeſtus eſt ſenſus. Myſtice autem, recedente domino de templo, omnis compoſitio mandatorũ ſic eſt deſtructa, ut Iudæi nihil impleãt, & capite ſublato, membra inter ſe pugnent. Diuinitus etiam Beda. procuratum eſt, ut patefacta euangelica gratia per orbem, templũ cum ſuis ceremonijs tolleretur, ne quis adhuc paruulus in fide laberetur ad iudaiſmum, ſi uideret permanere facta à prophetis. Aufertur ergo umbra, & palmam tenet ueritas per orbem declaratã.
R. 158/11 M. 243. L. 249.

Capvt CXLV.

ET cum ſederet in monte oliuarum contra templũ, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecreto, & interrogauerunt eũ dicẽtes: Præceptor, dic nobis, quando hæc erũt, & quod ſignũ aduẽtus tui cũ hæc oĩa incipient cõſummari?

INterrogant diſcipuli dominum, quo tẽpore Ieruſalem deſtruetur, & quæ ſigna deinde præcedent aduentum ſuum qui erit, in conſumatione ſeculi. Sedet autem dominus ſuper montẽ oliuarũ cõtra templũ, cũ de

ruina templi diſputat,ut etiã ipſo corporis ſi tu uerbis cõgruat.myſtice aũt deſignans, qa quietus manens in ſanctis, ſuperborum deteſtatur amentiam. Quis enim non uideat, quod mons olíueti fructiferam deſignet ſanctæ eccleſiæ celſitudinem, quam dñs ſemp inhabitare delectatur? Ille mons non ſolet gignere ſyluam ſterilem,ſed quę lumen dat,

Pſal. 51. infirmitates ſoluit,laſſos recreat. Quæ ꝓbãt fieri in eccleſia, dicente Pſal. Ego ſicut oliua fructifera in domo dei. Eccleſia lumen dat ꝑdicando ſcripturas,infirmitates peccatorum ſoluit,laſſos recreat, uitam æternam promittendo. L. 2/21.

ET ait ad diſcipulos: Venient dies qñ deſideretis uidere unum diem filij hominis,& non uidebitis.

Beda. Vnum diem dicit regnum dei,unde pſal-

Pſal. 83. miſta ait: Quia melior eſt dies una in atrijs tuis ſuper millia. Huius autem diei præſentiam deſiderare oportet,non tamen magnitudine deſiderij licet uobis fingere ſomnia, quaſi inſtet dies domini. Sæpe etiam propter hæreticorũ importunitatem deſiderauerunt fideles dominum,uel una die corporali uiſione,ſi fieri poſſet,redire ad terras,& non uidebitis,inquit. Sufficit enim quod ſemel euangelij lucem toti mũdo exhibuit, & charitatis munere firmauit.ac ſine intermiſſione inuiſibiliter in ſuis operatur. Erudiunt itaq; apoſtoli ueritate doctrinæ, ut neq; in hoc exilij mundo gloriam dei uidere quærant, neq; pro ea uidenda donec uolũtas dei

Roma 14 ſit,mortem ſubire præſumant. Siue enim uiuimus,ſiue morimur, domini ſumus.

M. 24/11. R. 13/8. L. 2/40.

VIdete ne qs uos ſeducat. Multi eñ uenient in nomine meo, dicentes,Ego ſum Chriſtus,& multos ſeducent.

Multi imminente Hieroſolymorum excidio extitere, qui multa ueritati contraria,& diem domini inſtare prædicauerunt, unde

1 The. 5. Apoſtolus in epiſtola ad Theſſalonicenſes;

2. The. 2 Multi in nomine Chriſti uenięt antichriſti. Ego reor omnes hæreſiarchas antichriſtos eſſe.Seducent multos,unde Simoni mago in Samaria omnes auſcultabant, dicentes: Hic

Actu. 8. eſt uirtus dei magna.

Cum audieritis autem prelia & opiniones bellorum & ſeditiões, nolite terreri. Oportet eñ primum hæc fieri, ſed nondum eſt finis.

Prælia & expectationes bellorum,ptinent ad hoſtes:ſeditiões,ad ciues. Quæ tria in populo Iudæorũ cõſtat abundaſſe. Sed his præcurrentibus admonentur apoſtoli,ne terreantur,quia uſq; ad quadrageſimũ annũ differendum erat urbis excidium.

Conſurget enim gens in gentem,& regnum contra regnũ,& erũt peſtilentiæ & fames & terremotus per loca, terroreſq; de cælo & ſigna magna. Hæc aũt oĩa,initia ſunt dolorũ.

Conſtat hæc oĩa contigiſſe tpe Iudaicæ ſeditiõis,añ ultimã,puincię euerſionẽ. Hoſtibus alia ſunt ab hoĩbus, alia à terra, alia e cælo, alia ab elementis. Surget gens contra gentẽ. ecce ꝑturbatio hoim. Terremotus magni,ecce ira de cælo. Peſtilentiæ hic inferuntur inæqualitates corporum. Fames,ecce ſterilitas terræ. Terroreſq; de cęlo & tẽpeſtates,ut qdam codices habent.ecce inæqualitas aëris. Qui ergo in cunctis delinquũt, in cunctis feriunt. Non dicit hic de terroribus & tempeſtatibus hyemalibus,quæ ſuo tempore ueniunt.ſed de eis,quæ ordinẽ tẽporũ nõ ſeruãt. Quod eñ ordinatę uenit, nõ eſt in ſignum. Hæc oĩa in illo tpe cõpleta, apud Ioſephũ inuenimuſ,q narrat ſtellã gladio ſimilẽ ꝑ annũ totũ ſupra Hieroſolymã pependiſſe. & curſus equiteſq; armatj,ut perhibet,ꝑ aëra diſcurrere,quadraginta diebus ſunt uiſi. Sed & uitula ſacrificijs admota, inter immolantiũ manus enixa eſt agnã. Myſtice, regnũ contra regnũ, & peſtilentiæ eorũ, quorũ ſermo ut cancer ſerpit,& fames audiendi uerbi dei, cõmotio terræ & à fide ſeparatio in hæreticis intelligitur: q cõtra ſe inuicẽ dimicãtes, eccleſiæ uictoriam faciunt.

Greg. (margin, right)

Hiero. (margin, right)

M. 24/9. R. 13/9. L. 2/12. A. 14/12 & 14/16

TVnc tradent uos in tribulationem, & occident uos. & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.

Per apoſtolos oĩm credẽtium perſonã ſignat,quos qa Iudęi poſt occaſionẽ dñi ꝑpter nõis & fidei eius cõfeſſionẽ pſecuti ſunt,merito exterminantur. Prius qdẽ corda hoim, & poſt elemẽta turbant,ut cũ rerũ ordo cõfundit,ex qua re tribulatio ueniat,monſtret.

Grego. (margin, right)

L. 2/21. M. 10/. R. 14/.

ET capilli de capite ueſtro nõ peribit. & in patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras.

Quia dura ſunt quæ prædicuntur de afflictione mortis, datur conſolatio de gaudio reſurrectionis. Ac ſi dicat martyribus ſuis: Cur timetis ne pereat q̃d inciſum dolet, quãdoquidem & illud in uobis perire non põt, quod inciſum non dolet? Caro inciſa dolet, capillus non dolet. Aliter: Capillus de capite diſcipulorum dñi non peribit, quia non ſolum fortia geſta ſanctorum, de quibus dicitur: Dñs cuſtodit omnia oſſa eorum. ſed & uola-
Pſal. 33. tilis, ut ita dicam, ac tenuiſſima cogitationũ ſuperficies, quæ de occulta cordis radice quaſi de cerebro cæſaries exit, apud iuſtum iudicem conſeruata, digna mercede donabitur.
Pſal. 75 Vnde propheta. Et reliquiæ cogitationis diẽ feſtum agent tibi. Nazaræi etiam in lege co-
Nume. 6 mam nutrire iubentur, & nouacula ſuper caput Samuelis non aſcendit. quia ſapientium cogitatio bona ſaluatur in perpetuum. Cuſtos autem omnium uirtutum patientia eſt, in qua animas quæ corpus poſſident poſſidemus. cum ipſas animas ad patiendũ ratione regimus. Vera autem patiẽtia eſt, aliena mala æquanimiter perpeti: contra eum qui mala irrogat, nullo dolore moueri.

Ponite ergo in cordibus ueſtris, nõ præmeditari quemadmodum reſpõdeatis. Ego enĩ dabo uobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & cõtradicere oẽs aduerſarij ueſtri.

Ac ſi mẽbris ſuis infirmantibus dicat, Nolite pertimeſcere. Vos ad certamẽ acceditis, ſed ego prælior: uos uerba editis, ſed ego loquor. M. 245.

TVnc ſcandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem, & multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos. Et qm̃ abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. M. R. Qui autem perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit.

M. Multi ſcandalizabuntur. i. ruent à fide, timore uel immanitate tormentorum uel portentis. Inuicẽ tradent, frater infidelis fratrem fidelẽ, & odio habebũt, inſurgendo filij in parentes, & parẽtes in filios, gladio dñi ſeparante eos ab inuicẽ, q̃d in principio p̃dicatiõis factum eſt. Falſi prophetæ ſurgent, ut & miraculis ſeducant. Fidelis aũt quocunq; tpe incipiat, uſq; ad finem p̃ſentis uitæ permaneat in charitate, quã nõ poterunt extinguere aquæ multæ. Et ſicut euangeliſta Iohãnes martyr extitit, quia paſſionem quam non ſuſcepit in corpore, ſeruauit in mente, ſic & nos martyres eſſe poſſumus. M. 246/VI R. 141.

ET prædicabitur hoc euangeliũ regni in uniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus. & tũc ueniet conſummatio.

Quia nouerat dñs corda diſcipulorum de perditione ſuæ gentis eſſe triſtãda, hoc mõ conſolatur, ut ſciant amiſſis Iudæis ſe ſocios regni cæleſtis ex toto mundo habituros. Sicut enĩ eccleſiaſticæ teſtantur hiſtoriæ, multo ante excidium Iudææ oẽs apoſtoli ad p̃dicandũ euangelium per totum orbẽ ſunt diſperſi, exceptis Iacobo Zebedæi & Iacobo fratre dñi, qui prius in Iudæa pro uerbo euangelij ſanguinem fuderunt. Igitur ante conſummationem euerſionis Ieruſalẽ, fuit in quatuor partibus mũdi p̃dicatio euangelij, in teſtimoniũ credẽtibus aduẽtus filij dei & redẽptionis: in teſtimoniũ nõ credentibus, ſuæ dãnationis.
M. 247/VI R. 142.

CVm ergo uideritis abominationem deſolatiõis, quæ dicta eſt a Daniele propheta, ſtantẽ in loco ſancto, qui legit, intelligat.

Qñ ad intelligentiam prouocamur, myſticum monſtrat eſſe q̃d dictum eſt. Abomi- Hiero.
natio ſecundũueterẽ ſcripturã idolũ nuncupatur: & idcirco addit deſolationis, quod in deſolato templo poſitũ ſit idolũ. Putant autẽ uel de antichriſto intelligi, uel de imagine Cæſaris, quam Pilatus poſuit in templo, uel de Adriani ſtatua, quæ in ipſo ſancto ſancto-
rum loco, multo tpe ſtetit. Lucas uero ſequẽ- M
ti capitulo oñdit tunc factam fuiſſe abomina-
tionem deſolatiõis, quæ à Daniele p̃dicta ẽ, Dan. 9.
qñ expugnata eſt Ieruſalẽ. Hoc teſtimoniũ Hiero.
q̃d dñs ſumpſit de Daniele, habet in fine undecimæ uiſionis. Et in dimidio (inqt) hebdomadæ auferetur ſacrificium meum & libamina, & in templo abominatio deſolationum erit uſque ad conſummationem temporis. Expoſitores autem diuinorum eloquiorum
non ſolum computatione temporum, ue- Aug.
rum etiam rebus ipſis completas fuiſſe pri- Dan. 9.
mo domini aduentu Danielis hebdomadas demonſtrant, maxime quia ſcriptum eſt: Extinguetur ſanctus ſanctorum. uel quia in eadem prophetia Hebræi codices expreſſius habent, Occidetur Chriſtus, & non erit eius: id eſt, non erit eius ciuitatis. quoniam ſic alienatus eſt à Iudæis, qui eum propterea ſaluatorem ſuum non eſſe crediderunt, quia oc

cidere potuerunt. Si autem iam cōpletę ſunt hebdomades, q̄a iam eſt unctus ſanctus ſanctorum, iam occiſus eſt Chr̄s, ut nō eſſet ciuitatis eius, iam de tēplo illo ſublatū eſt ſacrificiū, ſublata unctio: merito apoſtolis de fine q̄rētib⁹, reſpōſum eſt: Nō eſt ueſtrū ſcire tēpora uel momenta, quæ pater poſuit in ſua ptāte: quoniam tempora quæ per Danielis prophetiam ſcire poterant, non ad finem ſeculi de quo quæſierāt, pertinebāt. L. [illegible]

Act. 1.

CVm autē uideritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquabit deſolatio eius.

Beda. Dicta ſunt ea, quæ per quadraginta anos necdum fine aduenierēte, futura erant. Hic ipſe finis deſolationis, quæ à Romano exercitu facta ē, exponitur. L. [illegible] M. 248. R. 143.

Tunc q̄ in Iudęa ſunt, fugiāt in montes: & qui medio eius, diſcedant: & qui in regionibus, non intrēt in eā: quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.

Beda. Tunc, id eſt, tempore obſidioni proximo, dum adhuc fugere licebit, dum miles Romanus p̄ fines Iudææ ſe diffundere cœperit, nō fugiant in Ieruſalē qui extra ſunt. ſed qui in ea ſunt, diſcedant, anteq̄ ita periculum urgeat, ut nō poſſit euadi. Dies em̄ ultiōis hi ſunt, dominici uidelicet ſanguinis ultionem petētes. Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, Chriſtianos qui in Iudęa erant, imminēte excidio, ab angelo monitos fuiſſe, & trans Iordanē in ciuitate Pella, donec deſolatio Iudæę impleretur, habitaſſe ſub tutela Agrippæ, qui pat e bat imperio Romanorum. M. [illegible] R. 144. L. 254.

VAe autē prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.

Beda. Væ præſente captiuitate prægnātibus & nutrientibus ſiue māmantibus, ut quidā interpretātur. quarū uel uteri, uel manus filiorum ſarcina prægrauatæ, fugæ neceſſitatem non minimū impediunt. Lege Regū hiſtoriam, ubi uxor Ionathæ malū captiuitatis pręppera fuga uitans, lapſum ſinu filiū ppetuo claudū recepit. Amplius, Qñ cōcupiſcit aliq̄s rem alienā, aīa ſua quaſi concepiſſe uidet. Si uero qđ concupiſcit, p aliquā neq̄tiā potuerit obtinere. q̄ſi natū filiū oſculari & nutrire cognoſcit. Vis cōcupiſcētia imprægnaris? Cōcupiſce uitā æternā. Ipſa ſit ſpes tua, & certus erit part⁹ tu⁹. L. [illegible] M. [illegible] R. 144.

2. Re. 4. Aug.

ERit enim preſſura magna ſuper terram & ira populo huic.

Beda. Preſſura populo Iudæorū uſq; hodie per omnes gentes diſperſo, indiuidua comes adhæret. L. [illegible]

ET cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gētes: & Ieruſalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum.

Roma. 11. Tempora nationū ſunt quæ cōmemorat Apoſtolus, dicens: q̄a cecitas ex parte facta eſt in Iſrael, donec plenitudo gentiū introiret, & ſic ois Iſrael ſaluus fieret. Quæ ſequitur, ptinēt ad finē ſeculi. M. [illegible] R. 145.

ORate autem ut non fiat fuga ueſtra hyeme uel ſabbato.

M. Hæc ad literam nō prohibēnt in Iudæa fugā q̄a ibi eſt fugæ cōmodior tēperātia hyemis, quā feruor æſtatis, & q̄a dns̄ iā termina uerat obſeruantiā ſabbati. Orare itaq; admonemur, ne uel hyeme fuga nr̄a uel ſabbato fiat. i. ne aut in p̄ctōꝝ frigore, aut in ocio bonorū operum reperiamur. Vt: ꝗ fugientes elongamur à deo, ſi fides & charitas in Chriſto refrigeſcat, ſi ocioſi in ope dei torpeam⁹ ſabbato uirtutū. Amplius, Orate ut non fiat fuga ur̄a hyeme uel ſabbato. i. ne finiant fructus opis ur̄i cū fine tēporis. Hyeme em̄ finit fructus, ſabbato tēp⁹. M. [illegible] R. 146. L. 255.

Hila.

ERit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi uſq; modo, neq; fiet.

Beda. Ideo orādū eſt, q̄a tunc cū impleta fuerint tēpora nationū, fiet antichriſti pſecutio, q̄ crebęrrima & acerbiſſima tormēta lōge lateq; inferent fidelib⁹. L. [illegible] M. 250. R. 146.

ET erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terris pſſura gentiū præ confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus prę timore & expectatione quæ ſuperueniēt uniuerſo orbi.

Præ confuſione, id eſt, ante cōfuſionem, ut antea ſigna ſint & preſſura gentium, deinde ſequatur confuſio ſonitus maris & fluctuum. Sol cōuertetur in tenebras, ait Iohel, & luna in ſanguinē, antequam ueniat dies domini magnus & manifeſtus. Merito incūbēte iudicio, ſonit⁹ maris & fluctuū cōfundit. terraꝗ orbis pmētibus ſe inuicē colonis inficit,

maximae cęli lumina turbantur: quia quomo do impulſæ ad caſum arbores, fragoris motuſq; ſui præmittere ſolent indicia, ſic termino mundi appropiante, quaſi pauentia nutāt elementa. Nec mirum homines areſcere pręTimore, in quibus illud implebitur: Pugnabit
Sapiē. 5. pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Omnia quæ ad uſum uitæ accipimus, uertim⁹ in culpam. Tranquillitatem humanæ pacis uertimus in uanam ſecuritatem, peregrinationem terræ pro habitatione diligimus patriæ, ſalutem corporum redigimus in uſum uitiorum. hubertatis abundantiam nō ad neceſſitatem carnis, ſed ad prauitatem ſumim⁹ uoluptatis: ſerenitatem aeris cogimus nobis ſeruire ad amorem terrenæ dilectionis. Iure igitur nos omnia feriunt, ut quot in mūdo habuimus gaudia, tot poſtmodum ſentiamus tormenta.

M. 251/V. R. 147.

ET niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. ſed ꝓpter electos breuiabunt dies illi.

Remig. Senſus eſt: Niſi deus qui dat uirtutem patiendi, diſpoſitione ſua breuiaſſet potentiam perſequendi, rarus uel nullus fieret ſaluus. Non hoc ergo dicit, ut tpa mutentur ſecundum deliramenta quorundam, non attendē
Pſal. 118. tium quod ſcriptum eſt, ordinatione tua perſeuerat dies. ſed ne malitiæ mora, fides credētium concutiatur. Quanto enim tribulatio tempore antichriſti grauior eſt futura cæteris, tanto moderatior eſt futura breuitate tēporis. Tribus annis & dimidio impugnabitur eccleſia.

M. 253/II. R. 148. L. 204.

TVnc ſi quis uobis dixerit, ecce hic Chriſtus aut illic, nolite credere.

Beda Nonnulli extitere, qui curricula computantes ætatum, certum ſe conſummatiōis ſeculi annum diemq; & horam dicerent inueniſſe, cōtra autoritatem domini dicentis: Nō
Actu. 1. eſt ueſtrū noſſe tempora uel momenta. Multi etiam hæretici uenturi ſunt & uenerunt, quorum primus Simon magus fuit, extrem⁹
Actu. 8. uero futurus eſt antichriſtus. Non eſt igitur credendum alicui uel de perſona, ut ipſe ſit Chriſtus, uel de tempore futuri iudicij.

M. 254/II. R. 149.

SVrgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. ecce prædixi uobis.

Beda. Hæc temporibus antichriſti proprie cōgruunt, quando etiam ſignorū operatio eos qui tormenta ingerent, comitabitur. Vnde
2. Theſ. 2 Apoſtolus: Cuius eſt aduentus ſecundū operationem ſathanę, in omni ſeductione, ſignis & prodigijs mendacij. Prædicitur ergo electis, ut præſcij uigilent, ne eorum fides concutiatur, licet perſecutor ueritatis, ſit operator uirtutis. Forſitan multi corruent, qui humano iudicio uidentur electi.

M. 255/V. L. 202.

SI ergo dixerint uobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.

Aug. Antichriſtus ceremonias legis tētabit reſtaurare, ut euangelium ſoluat. Quæ res Iudæos eum pro Chriſto ſuſcipere ſuadebit. Igitur membra eius qui ſe efferet ſupra omē quod dicitur deus, aut quod colitur, prædicabunt ſe habere Chriſtum in deſerto literæ legis. Amplius, Si quis dixerit uobis Chriſtum morari in deſerto gentilium & philoſophorum dogmate, aut in hæreticorum penetralibus, qui dei pollicentur arcana, nolite exire à fide ueſtra, ut illi credatis. Penetralia ſunt hic cameræ hæreticorum.

M. 256/V. L. 205.

SIcut enim fulgur exit ab oriente, & paret uſq; in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis.

Subitus & coruſcus ueniet, ut nullos in ſua mente latere permittatur, quin iudicis ful
Pſal. 149 gore penetretur. Pſalmiſta etiam dicit, deus manifeſte ueniet, deus noſter & non ſilebit.
Beda. Stultum eſt ergo eum credi eſſe in abſcondito, qui lumen eſt totius mundi. Pulchre Lucas ait, de ſub cælo: quia iudicij diſcrimen e
1 Thē. 4. rit in aere, Apoſtolo dicēte: Simul rapiemur cum illis in nubib⁹ obuiam domino in aera.
Aug. Poteſt illud & de illo aduētu domini accipi, quo quotidie uenit in eccleſiam, & in corde fidelium regnat. Nolite inquam credere quod Chriſtus latitet, ſed quod fides eius ab oriente uſq; ad occidentem in eccleſijs fulgeat. De ipſo nanq; in Salomonis figura prophetatū
Pſal. 71. eſt: Dominabitur à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terminos terræ. A flumine ſcilicet ubi baptizatus eſt, quia inde cœpit euāgelium ꝓdicare. Et alibi: Oēs gētes q̄s feciſti,
Pſal. 85 uenīēt fide, & adorabūt corā te dn̄e. De eodē

Sopho.2 Sophonias: Adorabunt eum unuſquiſque de loco ſuo, etiam omnes inſulæ gentium. Noïe fulguris ſeu fulgoris, intellige manifeſtationem ſolis, ſiue alterius ſplẽdoris, mũdi tenebras fugantis, ſicut eccleſiam Chriſtus illuminat.

M. $\frac{24}{29}$ R. L.

STatim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & uirtutes cælorum commouebuntur. & tunc parebit ſignum filij hominis in cælo.

Hiero. Signum, intellige crucem aut uexillũ uictoriæ. Non diminutione luminis, ſed Beda comparatione ueræ lucis omnia erunt tenebroſa in die iudicij. de quo prophetauit Iſaias, di- Iſai.24. cens: Erubeſcet luna & confundetur ſol, cũ regnauerit dominus exercituum in monte Sion & Ieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus. Cæterũ peracto die iudicij, & clareſcente gloria futuræ uitæ, cũ fuerit cælum nouum & terra noua, tunc fiet Iſai.30. quod idem propheta dicit alibi: Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum. Quid dñs uir- Gre. tutes cęlorũ, niſi angelos, archangelos, thronos, dominationes, principatus & poteſtates appellat, quæ in aduentu ſuo oculis noſtris uiſibiliter apparebunt, ut diſtricte tunc à nobis exigant hoc, q̃d nos modo inuiſibilis con- Beda. ditor æquanimiter portat? Quid mirum tremere homines, cum aſpectu iudicij tremant Iob.26. angelicæ poteſtates? Vnde Iob: Colũnę cæli contremiſcunt & pauent ad nutum eius. Quid ergo facient tabulę, quando tremũt columnæ? Quid uirgula deſerti patitur, cum cedrus paradiſi concutitur?

M. $\frac{24}{30}$ R. L.

ET tunc plangent omnes tribus terræ.

Hiero. Tunc ſcilicet cum uidebunt triumphale uexillum, plangent ſe hi qui municipatũ nõ habent in cælis, ſed ſcripti ſunt in terra. Dicit Iohannes Chryſoſtomus, quemadmodũ ingrediente rege in ciuitatem, exercitus antecedit, præferens ſigna atq; uexilla regalia, et habitu præparationis armiſonæ annunciant regis introitum: ita domino deſcendente de cælis, præcedet exercitus angelorum & archangelorũ, qui ſignum crucis ut triumphale uexillum præferentes, diuinum regis cæleſtis ingreſſum terris trementibus nunciabunt. Tunc agnoſcent conſilium iniquitatis ſuæ, qui dominum maieſtatis crucifixerunt. Et tunc fruſtra fatebuntur impiam cæcitatẽ ſuam, quando oſtendet uulnera ſua rex gloriæ, & quando uidebunt in quem compunxerunt.

Et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cęli, cũ uirtute multa & maieſtate.

Qui prius ſicut pluuia in uellus deſcendit in hũilitate, ueniet in poteſtate & gloria. Et quia nubes ſuſcepit eum euntem in cælum, & illic dictum eſt ab angelis, quoniam ſic ueniet ſicut abijt, merito credendus eſt non ſolum in eodem corpore, uerum etiam in nube uenturus.

Et tunc mittet angelos ſuos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius a quatuor uentis, a ſummis cęlorum uſq; ad terminos eorũ.

Tuba eſt poteſtas ſuſcitãdi mortuos. uox magna, ut nullus remaneat non ſuſcitatus, & Beda. ut omnes ſint in iudicio. A quatuor uentis .i. a quatuor climatibus mundi, oriente & occidente, aquilone & auſtro. Et ne quis putaret non etiam à mediterraneis regionibus congregandos, ſubiũxit Marcus: A ſummo terræ uſq; ad ſummum cæli .i. ab extremis terræ finibus per directum uſq; ad ultimos ter- *à longe minos eius: ubi †longe à ſpectantibus circulus cæli terræ uidetur inſidere. Omnes ergo M. occurrẽt ad iudiciũ, & electi & reprobi. Matthæus dicit, à ſummis cælorum uſque ad terminos eorum: quod ſignificat, omes qui ſunt ſub curuitate cæli, quaſi per horizontem. Quoniã commẽtatoris eſt maxime in obſcuris locis, diuerſorũ ſentẽtias in optione lectoris ponere, legamus & aliter: Statim poſt tribulationem dierum illorum inceptam, nõ adhuc finitam, ſol iuſtitiæ obſcurabitur ad gelida corda. Sicut enim pro captu uidentis radius mũdani ſolis aut pallidior uidetur aut clarior, ita pro deuotione credentis unicuique ſpirituale lumen infunditur. Luna non dat lumen, ſi obiectu terræ radij ſolis excludantur. ſic & eccleſia non dabit, cum uitia carnis obſiſtent, ne fulgorẽ diuini luminis de Chriſti radijs poſſit mutuari. Nãq; in perſecutionibus lucem dei ſolus plerunq; amor huius uitæ excludit. Stellę cadẽt de cælo .i. de eccle- Gene.15. ſia, q̃m pene deerit ſemen Abrahæ, cui aſſimilatæ ſunt ſtellę. Virtutes cælorũ mouebunt, Remig. q̃a quidã fideles fortiſſimi turbabũtur impijs ultra modũ ſæuiẽtibus. Vel angeli mouebun

tur ad iram uindictæ, qui cum tuba mittendi
ſunt à filio hominis. In tuba enim dei deſcen-
dere hoc eſt, nomine dei bellum gerere. Nã
per nouiſſimam tubam intelligitur extremũ
bellum malignorum ſpirituum, qui ſæpe ui-
cti ſunt ab angelis, ut ait Iohãnes apoſtolus:
Vidi Michael & angelos eius in cęlo pugnã-
Apo. 12. tes aduerſus draconem. Extremum bellum
tunc erit, quia in gehẽnam mittentur. Tem
pore tribulationis antichriſti apparebit ſi-
gnum filij hominis, in cælo ſubaudis & nõ in
terra. Efficacia eñ crucis tunc latitabit in ter
ris, ſed in millibus ſanctorũ manifeſtiſſima ẽ
in cælis. Tunc plangent omnes tribus terrę,
.i. digna planctu facient, & quæ planctus ne-
ceſſario ſequetur. Nullum enim malum im-
punitum. Et tandem uidebunt filium homi-
nis uenientẽ in nubibus cæli. i. in ſanctis ſic-
ut etiã nũc uenire nõ ceſſat, ſecundũ id quod
ait: Amodo uidebitis filiũ hois ſedentẽ à de-
xtris ꝟtutis dei, & uenientẽ in nubibus cæli.
Sed ideo tũc cũ ptãte magna & maieſtate ue-
niet, qa maior ptãs & maieſtas illi' apparebit
ſanctis, quibus magnã uirtutẽ dabit, ne tan-
ta perſecutiõe uincantur. Et mittet angelos
ſuos. i. prædicatores: in tuba. i. in manifeſta-
tione. In lege enim præcipiuntur fieri tubæ
ductiles ex auro, ęre, argento, ut ſublimia do
ctrinarum reſonent ſacramenta. Et cõgrega-
bunt electos eius de quatuor mundi partib',
.i. de toto orbe terrarũ. Haud dubie magna
erit ſanctorum conſtantia, cum auditum fue
rit quod antichriſtus ſpiritu oris domini in-
terfectus ſit, & oĩs Iſrael conuerſus ad fidem.

His autem fieri incipientibus, reſpi-
cite & leuate capita ueſtra, quoniam
appropinquat redẽptio ueſtra.

Cum plagę mundi crebreſcunt, & terror
Grego. iudicij commotis uirtutibus oſtenditur, leua
te capita. i. exhilarate corda: quia dum finit
mundus cui amici nõ eſtis, prope eſt redem
ptio quam quæſiſtis. In ſcriptura ſacra ſæpe
caput pro mente ponitur: quia ſicut capite re
guntur membra, ita cogitationes mente diſ-
ponuntur.

Caput CXLVI.

AB arbore autem fici diſci
te parabolã. Cum iam ra
mus eius tener fuerit, &
folia nata, et omnes arbo
res cum producũt iam ex ſe fructũ,
ſcitis quoniam prope eſt ęſtas. ita et
uos cum uideritis hæc omnia fieri,
ſcitote quia prope eſt in ianuis.

SIcut ex fructu arborum uicina æſtas co-
gnoſcitur, ita ex ruina mundi prope eſſe
cognoſcitur regnum dei. Ex his uerbis
oſtẽditur, quia fructus mundi ruina eſt. Ad
hoc enim creſcit, ut cadat. Ad hoc germinat
ut quæ germinauerit, cladibus conſumat. Be
ne aũt regnum dei æſtati comparat, quia tũc
mœroris nubila tranſibunt, & dies uitæ ful-
geſcet ęterni ſolis claritate. Iuxta priorẽ ſuꝑ
dictarum ſententiarum, ita determinãdo ex
cipies: Cum uideritis hæc omnia fieri, ſub-
audis quæ dicta ſunt de tpe perſecutionis an
tichriſti, ſcitote quia prope eſt conſummatio
ſeculi. Myſtice, per ficũ intelligitur ſynago- Beda.
ga dãnata, qñ Chriſtus in ea non inuenit fru
ctum iuſtitiæ quem quæſiuit. Cum autem fi
dei lucem recipiet Iſrael, arbor fici diu ſteri-
lis fructum reddet, iuxta illud beati Iob: Li-
gnum habet ſpem, ſi præciſum fuerit. rurſus Iob. 14.
enim uireſcit, & rami eius pullulant. Quod
ubi factum uideris, æſtatem ueræ lucis eſſe
in proximo non ambigas. Prius etiã omnes
arbores producent ex ſe fructum, quia po-
puli omnium nationum ſecundum ſupradi-
ctas prophetias recipient euangelium, anteq̃
ueniat dies extremi diſcriminis. In qua una-
quæq; arbor manifeſtabit, quod intus habue
rit aridum ad comburendum, aut uiride ad
plantandum, cum ligno uitæ cuius folia erũt
in ſalutem gentium, i. uerba de quibus dice-
tur: Venite benedicti patris mei.

Amen dico uobis, quia non præter- Mat. 25.
ibit generatio hæc, donec omnia hęc
fiant. Cælum & terra tranſibunt, uer
ba uero mea non præteribunt.

Generationem, aut omne hoim genus di
cit, aut ſpecialiter Iudæorum. Cælum quod Beda.
tranſibit, non æthereum ſiue ſiderium, ſed ae
rium, de quo dicimus, aues cęli, intelligere de
bemus. neq; enim aqua diluuij quæ tantum Gene. 7.
quindecim cubitis cacumina montium trãn
ſcendit, ultra aeris ætherisq; confinia peruiſ
ſe credenda eſt. Quocunq; aũt peruenire po
tuit, eo ignis iudicij perueniet. Itaq; cælũ &
terra per eam quã nũc habent imaginẽ, trãſ-
ſibunt: & per eſſentiam ſine fine manebunt.
Vnde Eccleſiaſtes: Gñatio præterit, & gña- Eccles. 1.
tio aduenit, terra uero in æternũ ſtat. Verba
dñi nunq̃ præteribunt. i. ueritas quam expri
munt, manet in æternũ.

ATtendite autem uobis, ne for-
te grauentẽ corda ueſtra in cra-

pula et ebrietate,&curis huius uitę, &ſuperueniat inuos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim ſuper ueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ.

Si medicus diceret uobis, attendite neqs de illi' herbæ ſucco auidus ſumat, quia mox morietur, nonne mortem uitaretis? Nunc iubet ſaluator cuſtodiam animarum & corporum, & non curatis. Maior inſania nõ poteſt eſſe, quã mortẽ aiæ & corpis nõ formidare.

Vigilate itaqꝫ omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis.

R. [illegible] vi M. [illegible]

Aug. NEſcitis enim quãdo tempus ſit. Omni tempore opus eſt uigilia mẽtis ante mortẽ corporis, ut in præſentia ſummi iudicis ſecuri conſiſtamus. Hæc enim erit noſtra beatitudo. Nõ dixit, neſcimus, ſed neſcitis. quia homo uel angelus nec ſibi nec alijs ſcit diem iudicij, ſed filius in patre ſibi ſcit, q̃tũ alijs neſciat. i. nullum ſcire faciat, ut ſemp ſoliciti uigilemus. Pater autem ſolus ſcire dicitur, quia ſolus facit filiũ ſcire. Nota eſt hæc

Deu.13 regula loquẽdi, ut ibi: Tentat uos deus, ut ſciat. i. ſcire faciat, ſi diligitis eum. Sic ergo planum eſt quod ſequitur. M. [illegible] vi R. [illegible]

DE die autem illo & hora nemo ſcit, neqꝫ filius, neqꝫ angeli in cęlo, niſi ſolus pater.

Hiero. Hinc Arrius & Eunomius dixerunt, non eſſe æquales, qui nouit & qui ignorat. Sed cũ omnia tempora fecerit uerbum dei, quomodo poteſt ignorare partem cuius totum nouerit? Ideo autem ſunt omnes theſauri ſapi-

Col.2. entiæ abſconditi in ſaluatore, quia nobis nõ expedit ſcire. Vnde ait: Non eſt ueſtrũ noſſe

Acta.1. tempora uel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Hinc oſtenditur quod ipſe ſciat, ſed non expediat apoſtolis noſſe, ut ſemp incerti de temporibus futuris, uiuant cum timore. Auguſtin' de uerbo domini in hoc capitulo: Vtiqꝫ cũ dixit, pater ſcit: ideo hoc dixit, quia in patre & filius hoc ſcit. Neſcit tamen filius, hoc eſt, corpus eius in terra poſitum, quod eſt eccleſia. Hinc Hieronymus in minori breuiario, pſalmo. 98. Humanitas filij dixit in euangelio ſe ignorare finẽ huius mũdi. Gregorius in regiſtro eulogio patriarchæ: Nouit unigenitus dei horam iudicij ſed nõ ex natura humanitatis. M. [illegible] v L. [illegible]

Caput CXLVII.

SIcut aũt in diebus Noę, ita erit & aduentus filij hois. Sicut ẽm erãt in diebus ante diluuiũ comedentes & bibentes, nubentes & nuptum tradentes, uſqꝫ ad eum diem q̃ introiuit in arcam Noe, & non co- Gen.7.
gnouerunt donec uenit diluuium, & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis.

POſt pugnas & diſſenſiones, & cætera q̃ Hiero.
bus genus uaſtaſ humanum, breuis pax ſequetur ſecundum Apoſtolum, ut fides credentium comprobetur. Ait enim: Quan- 1.Theſ.5
do dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Noe arcam ædificat, cum dñs eccleſiam de uiris fidelibus quaſi lignis leuigatis adunando cõſtruit. Quam perfecte conſummatam ingrediſ, cum hanc in die iudicij præſentia ſuæ uiſionis æternus habitator illuſtrat. Sed cum arca ædificatur, iniqui luxurianſ. cum uero intraſ, intereunt. quia qui ſanctis certantibus hic inſultant, eis illic coronatis, æterna damnatione plectenſ.

L. [illegible] x

SImiliter ſicut factũ eſt in diebus Lot, edebant & bibebãt, emebãt & uendebant, plantabant & ædifica- Gene.19.
bant, qua die exijt Lot a Sodomis, pluit ignem & ſulfur de cælo, & omnes perdidit. ſecundum hæc erit q̃ die filius hominis reuelabitur.

Sola ea quæ leuia uel nulla putari poterãt delicta cõmemorat, ut intelligatur illicita q̃li pœna ferianſ, ſi licita & ea ſine quibus hęc uita nõ duciſ, immoderati' acta igne & ſulfure puniunſ. Lot in Sodomis. i. electoꝝ populus, inter reprobos ut aduena moraſ, iuxta interpretationẽ nois Lot, eoꝝ flagitia declinãs. Exeunte Lot, Sodoma pibit, quia in cõſummatione ſeculi mali mittenſ in caminũ ignis. Ille ignis qui de cælo cadet, nõ erit eoꝝ ppetua pœna, ſed longe acrior.

M. [illegible] ii R. [illegible] L. [illegible]

TVnc qui in tecto eſt, non deſcẽdat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere ueſtimentum ſuum.

In tecto eſt qui excedẽs aio carnalia, ſpũaliter Remig.

uiuit in dogmate, quo diaboli iacula nõ perueniunt. Nullatenus ergo deſcẽdat, præſertim iudicio imminente, in domũ priſtinæ cõuerſationis, ne repetat ea quæ reliquerat mũdi carnis ve deſideria. Ipſa enim caro qua degimus, uel mũdus iſte domus noſtra eſt: de qua dicit Apoſtol⁹: Scimus enim quod ſi ter-
2.Cor.5. reſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ædificationẽ à deo habemus. Ager eſt eccleſia, in quã qui operatur, non reſpiciat ſecularia. In agro etiam ſpiritualium ſcripturarum ſerere debemus, non quærentes q̃ retro ſunt, neq; tollẽtes alteram tunicã, quã apoſtoli habere prohibentur. L. 210. X

Gene.19. Bedа.

MEmores eſtote uxoris Lot.

Vxor Lot ſignificat eos, qui in tribulatione retro reſpiciunt, & à ſpe diuinæ promiſſiõis ſe auertunt. Et ideo ſalis ſtatua facta eſt, ut admonendo homines ne hoc faciant, tanquam condiat corda eorum ne ſint fatui.

M. 268. V L. 212.

TVnc duo erunt in agro, unus aſſumetur, & alter relinquetur.

Tunc, ſcilicet in illa conſummatione. uel ſicut Lucas ait, in illa nocte filiorũ tenebrarum, qui dicent, pax & ſecuritas, inuenientur duæ differentiæ prędicatorum, in eccleſię mi-
1.Cor.3. niſterio tanquam in agro dei operantiũ. Vnde q̃dã agricola dixit: Dei agricultura eſtis. Aſſumetur autẽ ille, qui non adulterans uerbum dei, in Chriſto locutus fuerit. Relinquetur uero à deo, qui Chriſtum annunciauerit non caſte, ſed ex occaſione.

Duæ molentes in unum, una aſſumetur, & altera relinquetur.

Maxim. In duabus intelligere poſſumus hæreſes & eccleſiam, quod ſimul uideãtur molere in lege & euangelio, & de eiſdem ſcripturis farinam terere præceptorum dei. Et cum unĩ nominis Chriſtiani propoſitum habeant, nõ eandem mercedem recipient. Lex autem uelut inferioris molæ ſaxum tarda & grauis apud ſolos Iudæos iaceret, niſi uolubilitas euangelij tanq̃ ſuperioris molæ ſuperpoſita fuiſſet. Hoc enim lex operabatur ſine euangelio, q͂d uno ſaxo fieri põt. Confringere poterat,
Rom. 4 non prodeſſe, ſicut ait Apoſtolus: Lex iram operatur. gratiam uero non præſtat. Euangelium uero ſuperpoſitum, utrunq; cõdecorat. ac tanta operis uelocitate circunfertur, ut uolubilitate ſui ſeculum omne circueat, hoc eſt, inferna uiſitet, cæleſtia penetret, ter-
2.Theſ.3 rena colluſtret. Hoc Paulus intelligens, ait: Vt ſermo dei currat & clarificetur in uobis. Euangelium tãquam ſuperior mola, omnes aduenientes ſuſcipit, & ueluti ꝑ quaſdam cauernulas præceptorũ ad interiora trãſmittit, ut ibi hinc inde duorum teſtamentorum ſalutaribus mãdatis gẽtilitatis aſperitate mollita, producat omne quod purum eſt. Harũ operatione molarum eccleſia peccatorũ excutit aſperitatem, ex intimis cogitationibus medullam mundi cordis elicit, uelut ſimilaginem deo offerens, ſicut ait Dauid: Sacrifi-
cium deo ſpiritus contribulatus. Hanc teſta- Iez.1.
mentorum ſimilitudinem arbitror Iezechielem perſtrinxiſſe, cum dixit rotam in medio
rotæ eſſe connexam. Aliter: Molentes ap- Beda
pellat eos, qui in plebibus conſtituti, reguntur à doctoribus ſecularia agentes. Quos & fœminarum nomine ſignificauit, quia conſilijs peritorum regi eos expedit: & molentes dixit, propter ſecularium negociorum circuitum. In unum molentes dixit, inquantũ de ſuis negocijs præbent uſibus eccleſiæ. Ex ſe quaſi farinam proijciunt, quia in quieto corde minutiſſimas cogitationes gignunt. De q̃bus illa pars aſſumetur, quæ connubia ꝓpter amorem tantũ generis exercuerit, terrenamque ſubſtantiam ob acquirenda cæleſtia diſpenſauerit. & illa relinquetur, quæ coniugijs ob illecebras carnis ſeruierit. terrena uero, ſi qua eccleſiæ uel pauperibus obtulerit, ideo faciet, ut quaſi ſeruiens dño amplius abundet.

Duo in lecto uno, unus aſſumetur, & alter relinquetur.

Per duos in lecto, ſignificat illos qui ociũ & quietem diligunt, neq; negocijs ſecularib⁹ neq; negocijs eccleſiaſticis occupari. Non de duobus hominibus dictũ eſt, ſed de duobus generibus affectionum. Qui enim propter deum continentiæ ſtuduerit, ut ſine ſolicitudine uiuẽs, cogitet quæ dei ſunt, aſſumetur obuiam Chriſto in aera: qui uero humanæ laudis amore, uel alia qualibet uitiorum corruptione ſtatum monaſticæ uitæ quo imbutus eſt, neglexerit, relinquetur. Vnde Ieremias
deſcribens lapſum animæ ocioſæ ſub Iudææ Thre.1.
ſpecie, ait: Viderunt eam hoſtes, & deriſerũt ſabbata eius. Nec puto alia eſſe genera hominum, quibus conſtat eccleſia, quã iſta tria
habentia binas differentias, propter aſſumpti Iezec.14.
onem & relictionem. Vnde & Iezechiel ꝓpheta tres uiros liberatos uidit, Noe, Daniel & Iob, in quibus uidelicet tribus prędicato-
res, continentes atq; coniugati, ſignati ſunt. Gen.7.
Nam Noe arcam in undis rexit, atq; ideo figuram rectorum tenuit. Daniel etiam in aula regia abſtinentiæ deditus fuit, & idcirco uitam continentiũ ſignificauit. Iob uero in con-

iugio curam propriæ domus exercuit. unde
Iob.1. bonorum coniugum ordo figuratur. Nouimus Iob non propter peccata, ſed propter eius demonſtrandam iuſtitiam tot fuiſſe perpeſſum. L. 27/V. M. 257.

RESpondentes, dicũt illi: Vbi domine? Qui dixit eis: Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur aquilæ.

Hiero. Duo ſaluator interrogatus, ubi ſcilicet boni aſſumendi, & ubi ſunt mali relinquendi: unum dixit, alterum ſubintelligendum reliquit. De reprobis enim tacuit, qui cum diabolo damnãdi ſunt. Aquilæ & uultures trãſmarina dicuntur ſentire cadauera, ibique congregari. Quanto magis multitudo credentium feſtinabat ad lumẽ totius mũdi, quando ueniet cum intelligibilibus nubibus filius hominis, & uidebit eum omnis oculus? Vel per corpus quod ſignificantius dicetur cadauer, eo quod morte cadat, paſſionem Chriſti intelige. Aquilæ igitur ſunt electi, qui paſſionem eius humiliter imitando, tanquam de
Pſal. 102 carne eius ſatiantur, quorum per reſurrectionem renouabitur ut aquilæ iuuentus. Vbi ergo fuerit dominus corpore, illuc congregabuntur ſpirituales aquilæ. Ita etiam de uolatu ſpiritualis corporis poſſunt ſancti aquilæ nũcupari. Præterea gloria supernæ maie
Beda. ſtatis tota mente contemplari ſitiunt, ſicut aquilæ uolatu cæteras aues tranſgredientes, in ſolis radium gaudent oculos infigere. Aquila etiam lapidem uenenis reſiſtentem, ſuis nidis ſolet afferre, ne forte ſerpens accedere, & pullos & oua ſua tangere præſumat. Sic ſapiẽs actus & cogitatus ſuos ab antiqui ſerpentis irruptione defendit, per fidem &
Dan. 2 dilectionem Chriſti, qui eſt lapis præciſus de monte, & qui ſtrauit regnum diaboli.
R. 154/II. M. 269. L. 128.

SIcut homo qui peregre profectus, reliquit domũ ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit ut uigilet.

Greg. & Hiero. Proprius carnis locus terra eſt, quæ quaſi ad peregrina ducitur, cum per redemptorẽ in cælo collocatur. Ipſe igitur tãquam homo qui peregre profectus eſt, ſecũdum corpus in cælum eleuatum, reliquit domum ſuam. i. eccleſiam. Seruis ſuis dedit poteſtatẽ cuiuſque operis, id eſt, fidelibus octo talenta ſecũdum Matthæum, & decem minas ſecundũ Lucam. Ianitori qui ducit in domum cæli, pcipit uigilare, ei ſcilicet qui prædicat, cui dicitur: Si non annunciaueris iniquo iniquitatẽ ſuam, ſanguinem eius de manu tua requirã. Iezec. 3. & 33.
R. 155/II. M. 264. L. 156.

VIgilate ergo. neſcitis enim quãdo ueniat dominus, ſero an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes.

In quo quenque inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in eo comprehẽdet eum nouiſſimus dies mundi: quoniã qualis quiſque in die iſto moritur, talis in die illo iudicabitur. Admonet ergo nos uigilare animo ſaluator, ut quacunque hora uitæ huius terminus iudicium induxerit, non imparatos nos inueniat. M. L. Aug.

Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo & uos eſtote parati, quia neſcitis qua hora filius hominis uenturus eſt.

Quia paterfamilias ſi ſciret, uigilaret illa Gre. hora, quæ ſibi ſuſpecta eſſet, probat per ſimile quod debent uigilare & ſobrij eſſe, parati ſine macula & ruga. Neſciente patrefamilias, fur domũ perfodit: quia dum à ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors carnis habitaculum irrumpit, & animam ad ſuppliciũ trahit. Furi autem reſiſteret, ſi animo uigilaret: quia ei pœnitendo occurreret, ne impœnitens periret. Veteres codices habent perfodiri, non perfodi, ut quidam corrigunt. L.

AIt autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hãc parabolam, an ad omnes? R. Quod autem uobis dico omnibus dico, uigilate.

Non ſolum rectores eccleſiæ, ſed omnes Beda. uigilare præcipimur, ianuas cordium cuſtodientes, ne callidi hoſtis mala ſuggeſtio ſubintret, ne nos dñs dormientes inueniat. Qui Hiero. dormit, nõ corpora, ſed phantaſias uidet, & cum euigilat, nihil habet de his quæ uiderat. Sic ſunt quos mundi amor rapit in uita, deſerit poſt uitam. L. 157/V. M. 265.

DIxit autem dñs: Quiſputas eſt fidelis ſeruus & prudens diſpẽſator, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore?

Beda. Generaliter oĩbus præcipit dñs uigilare. dixi: autem de prælatis ecclesiæ, quod rarus inueniatur fideliter diſpenſans: rarus, quem conſtituerit dñs uocando tanquam Aaron: & qui nõ magis ſe ingeſſerit, qui ſe magis nõ paſcat quàm oues. Fidelis ſeruus bene erogã do pecuniã domini ſui, domino propter dominum ſeruit. oues Chriſti nõ ad lucrũ, ſed amore Chriſti paſcit. Prudens ſapit & intelligit, ac nouiſſima prouidet, ſingulorum capacitatem diſcernit, ut det illis cibum in tempore. i. pro qualitate auditorum menſuratũ cibum diuini uerbi & exempli.

M. 266. V. L. 67.

BEatus ille ſeruus, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. Vere dico uobis, quoniã ſuper omnia bona ſua cõſtituet eũ.

Super omnia dicit cæleſtis regni gaudia, non ut ſoli, ſed ut præ cæteris habeant æterna bona, tũ pro ſua uita, tum pro gregis cuſtodia. In hoc etiam ſeculo plus cæteris honorandi ſunt, qui in doctrina multum laborant. Vnde Apoſtolus ait: Qui bene præſunt

1. Ti. 5. preſbyteri, duplici honore digni habeantur maxime qui laborant in uerbo & doctrina.

M. 267. V. L. 68.

SI autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus uenire, & cœperit percutere cõſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ẽbrijs: ueniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq́ eius ponet cum hypocritis & infidelibus. illic erit fletus & ſtridor dentium.

Beda. Diuidet eum, ſcilicet à conſortio ſanctorũ ſeparabit eum. Hypocritas hic dicit, i agro, in mola, in lecto derelictos: infideles uero, q nec fidem habuerunt. Sicut infideli diſpenſatore ordo remunerationis dictus eſt, ſic in malo ſeruo narratur præſulum malorum æterna damnatio, qui non ſolum male uiuũt, ſed etiam ſubditos iniurijs laceſſunt. Typice etiam poteſt intelligi, pueros & ancillas percutere, corda infirmorum in fide prauæ operationis aut locutionis exemplo uitiare. Edere autem & bibere & inebriari, eſt facinoribus & illecebris ſeculi occupari, quæ mentẽ

Aug. dementant, & errare faciunt. Nota malũ ſeruum damnari, non quia tardum putat, ſed q̃a non diligit domini aduentum. Nihil enĩ intereſt, quod forte ita differenter opinantur, qui manifeſtationem domini ſitiẽter deſiderant, uigilanter expectant, fideliter amant. Vnus dicit, uigilemus & oremus, quia citius uenturus eſt dñs. alter dicit, uigilemus & oremus, quia breuis & incerta eſt uita, quãuis tardius uenturus ſit dñs. Tertius dicit, uigilemus & oremus: quia & breuis & incerta eſt uita, & neſcimus tempus quando uenturus eſt dominus.

M. 268.

Caput CXLVIII.

TVnc ſimile erit regnũ cælorum decem uirginibus, quæ accipiẽtes lampades ſuas, exierunt obuiã ſponſo & ſponſæ.

Hiero. HAnc parabolam quidã ſimpliciter in uirginibus accipiunt, quarum aliæ corpore & mente uirgines ſunt, aliæ tãtum corpore, ſiue non bene operantes, ſiue cuſtodia patrum ſeruatæ, & mente nuptæ. Magis aũt hæc comparatio uidetur pertinere ad humanum genus, conſiſtens in eccleſia & ſynagoga: ſicut ſuperius duo in agro, duę molentes, duo in lecto, ſignificabant omnes eccleſiaſticos tam iuſtos, quàm iniuſtos et Iudęos. Qui idcirco omnes uirgines appellãtur, quia unius dei notitiam habent, nec mens eorum idololatria conſtupratur. Oleum autem habent ornantes fidem operibus: oleo carent, nõ ornantes. Poſſumus quinq; uirgines quinq; ſenſus interpretari, quibus alij feſtinant ad cæleſtia: alij terrenis fecibus inhiantes, fomenta non habent ueritatis, quibus ſua corda illuminent. De uiſu, auditu & tactu ſpiritualiter dictũ eſt: Quod uidimus, quod audiuimus, 1. Ioh. 1.
quod oculis noſtris perſpeximus, & manus noſtræ palpauerunt. De guſtu: Guſtate & uidete qm̃ ſuauis eſt dñs. Psal. 33.
De odoratu. In odorem unguentorum tuorũ currimus. &, Chr̃i Can. 4.
bonus odor ſumus. Auguſtinus de uerbis domini: Tota eccleſia quæ conſtat ex uirgi- 2. Cor. 2
nibus, pueris, maritatis fœminis, uxoratis uiris, uno nomine uirgo appellata eſt. Vñ Apoſtolus: Deſponſaui uos uni uiro uirginẽ 2. Cor. 11
caſtam exhibere Chr̃o. Non hoc dicit ſolis ſanctimonialibus, ſed uniuerſæ eccleſiæ. & quia *huius* uirginitatis corruptor eſt diabolus, continuo adiunxit: Timeo ne ſicut ſer- Ibidem a.
pens Euam ſeduxit uerſutia ſua, ſic & ueſtri ſenſus corrumpanť à caſtitate q̃ eſt in Chriſto. In corpore pauci uirginitatem habent, in corde omnes habere debent. Igitur quinque

uirgines uident ſignificare quinquepartitã
continentiam oculorum, aurium, olfaciẽdi,
guſtandi, tangendi. Quæ continentia qa par
tim fit corã deo, ut illi placeat interiori gau-
dio cõſcientiæ, partim coram hominibus ad
gloriam humanam, quinq; dicuntur ſapien-
tes, & quinq; ſtultæ: utræq; tamen uirgines,
propter continentiam. Quod dicit, obuiam
ſponſo & ſponſæ exire, intelligendum eſt de
Chriſtianis. nõ enim poſſunt obuiare Chri-
ſto, qui Chriſtiani non ſunt. Lampades ſunt
opera per continentiam lucida. Quinq; fa-
tuæ non ſumpſerunt oleum. i. gaudiũ, niſi in
laudibus hominum. Non ergo habent oleũ
. i. lætitiam de qua dicitur: Vnxit te deus de-
Pſal. 44 us tuus oleo lætitiæ. In uaſis ſuis. i. in cordi-
bus. Hinc Apoſtolus: Probet ſe homo, & tũc
Gal. 6 in ſemetipſo habebit gloriam, & non in alte
ro. Vel per oleum uidetur charitas ſignifica
ri, ꝓpter hoc quod Apoſtolus dicit de cha-
1. Cor. 13. ritate: Si linguis hominum loquar & angelo
rum, charitatem autem non habeam, factus
ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tinniẽs.
Omnibus humoribus ſupereminet oleum,
ſicut ſupereminẽs uia eſt charitas, perueniendi
M. ad cælum. Literam ſic leges: Tunc, ſcilicet in
fine mundi & in hora ignota, ſimile erit re-
gnum cælorum. i. eccleſiæ illius temporis, de
cem uirginibꝰ, id eſt, eccleſiaſticis, à primor-
Remig. dio eccleſiæ uſq; ad finẽ eius. Geminatus qui
narius facit denarium, quia ex utroque ſexu
colligitur multitudo fidelium. Acceptio lam
padum, oſtenſio eſt bonorum operum. qui-
bus æque ſuperſtitioſi ut uere religioſi, æſti-
mantur occurrere ſponſo & ſponſæ, id eſt,
Chriſto & eccleſiæ in cælo iam coronatæ.
Quotidie officijs huius uitæ ꝑparamur oc-
Hila. currere in reſurrectione, quæ eſt à mortuis.
Vel ſponſum & ſponſam intellige deum in
homine, ſecundum tempus quo parabolam
dixit. Nam ut ſpiritus carni ſponſus, ita ſpi-
tui caro ſponſa eſt. Deniq; tuba excitante ob
uiam ſponſo tm̃ prodit, quia iam in gloriã ſpi
ritualẽ humilitas carnis exceſſit in Chriſto.

Quinq; autem ex eis erant fatuæ, &
quinq; prudentes. Sed quinq; fatuę
acceptis lampadibus, nõ ſumpſerũt
oleum ſecum. Prudentes uero acce-
perunt oleum in uaſis ſuis cum lam-
padibus.

Greg. Sancta eccleſia uirgines prudentes habet,
pro deo bene operãtes. fatuas uirgines, pro
2. Cor. 1. uana gloria laborantes. Oleum eſt nitor glo
riæ. Vaſa ſunt corda noſtra. Paulus ait: Glo-
ria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ
noſtræ. Fatuæ non ſumpſerunt oleum ſecũ,
quia dum ab alijs gloriam quærunt, hanc in
conſcientia non abſcondunt.

Moram autem faciente ſponſo, dor-
mitauerunt omnes & dormierunt.

Mora ſponſi, pœnitentiæ tempus eſt, uſ
que ad ſecundum eius aduentum. Dormita
re, eſt infirmitatibus ante mortem langueſce
re, dormire eſt mori. A morte enim uelut à
ſomno uniuerſi ſuſcitabuntur.

Media autẽ nocte clamor factus eſt,
Ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei.

Traditio Iudæorum, ſignificat Chriſtum Hiero.
media nocte uenturum in ſimilitudine Ae-
gypti temporis, quando paſcha nocte cele- Exo. 12.
bratum eſt. Vnde reor traditionem apoſtoli
cam permanſiſſe, ut in uigilia paſchæ ante
noctem mediam populum dimitti non liceat
aduentum Chriſti expectantem. & poſtquã
illud tempus tranſierit, ſecuritate præſum-
pta, communiter diem feſtum celebrari. Vn
de & Dauid: Media nocte ſurgebam ad cõ- Pſal. 118.
fitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificatiõis tuę. Aug.
Nos autem dicimus media nocte. i. nullo ſci
ente. quia dies domini ſicut fur in nocte, ita 1. Theſ. 5
ueniet. Nox eſt ignorantia, de qua alibi dici
tur: Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel mo-
menta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Cla Acto. 1.
mor eſt, de quo Apoſtolus dicit: Canet enim
tuba, & mortui reſurgent.

Tunc ſurrexerunt omnes uirgines
illę, & ornauerunt lampades ſuas.

Præterita pro futuris legẽda ſunt hoc mo M.
do: Clamor factus eſt. i. fiet. Tunc ſurgent o-
mnes, & ornabunt rationibus reddendis o-
pera ſua, recordando qualiter operatæ ſint.

Fatuæ autem prudentibus dixerunt:
Date nobis de oleo ueſtro, quia lam
pades noſtrę extinguuntur.

Quorum facta fulciuntur aliena laude, ea
dem ſubtracta deficiunt. Dicent ergo fatuæ
ſapientibus deſiderio mentis: Date nobis de
oleo gloriæ ueſtræ, ſi poteſtis. i. ſuccurrite
nobis. quia nũc cognoſcimus per opera no
ſtra, quæ non lucent ante uidentem omnia,
qa melius collocauiſtis gloriam ueſtram in
conſcientijs ueſtris, quàm nos noſtram in fa
uoribus adulantium. Hinc ait quidam philo Macrob.
ſophus: Sapiens fructum boni operis in con
ſcientia ponit, minus uero perfectus, in glo-
ria. Quæ lampades ſuas queruntur extingui,
oſtendunt eas in parte lucere, ſed non habẽt

lumen indeficiens nec opera perpetua. Igitur anima uirginalis nõ debet mediocribus eſſe contenta, ne areſcat: ſed perfectas habere uirtutes, ut lumen habeat ſempiternum.

Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne forte non ſufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis.

Hoc non de auaritia, ſed de timore reſponderunt, licet habeãt opera uirtutum ante iudicem fulgentium. Neque enim poterunt in die iudicij aliorum uirtutes, aliorũ uitia ſubleuare, ſed unuſquiſque pro ſe erit ſolicitus. Vnuſquiſq; pro ſe rationem reddet, nec erit opus teſtimonio apud ſcientem omnia. Prudentes ornant ſenſus ſuos, in quibus oleum ſcientiæ recipiunt. & uenditur hoc oleũ multo precio, ac difficili labore conquiritur, quando in eleemoſynis cæteriſq; uirtutibus

Aug. & conſilijs magiſtrorum intendunt. Vbi autem uidebuntur dicere fatuis, ite ad uendentes & emite uobis, tale eſt, acſi dicatur: Videamus nunc quid uos adiuuent, qui uobis laudes uendere cõſueuerunt. Non ſunt putandæ conſilium dare, ſed crimen earum cõmemorare. Adulatores uendunt oleum non intelligentibus quod dictum eſt: Qui uos felices

Eſa. 3. dicunt, in errorem uos mittũt. Melius eſt autem obiurgari à iuſto, quàm à peccatore laudari. Qui enim accepta qualibet gratia uanis ſuis laudibus nitorem gloriæ offerunt, quaſi oleum uendunt. Vnde Pſalmiſta: Oleum au

Pſal.140 tem peccatoris non impugnet caput meum, id eſt, fauor adulantis non demulceat mentem meam.

Dum autem irent emere, uenit ſpõſus. Et quæ paratæ erant, intrauerũt cũ eo ad nuptias. & clauſa eſt ianua.

Non hic dicitur, quod noua opera eant parare, ſed rationem præteritorum exoluere. Includabunt ſe per memoriam ad ea quæ foris ſunt, ſolicita gaudia requirẽtes, & ueniet iudex. Paratæ autem intrabunt ad nuptias, ubi mũda anima dei uerbo copulabit. Clauditur aditus cæleſtis regni, quia poſt iudiciũ nõ patet locus precum. Sciendum quia nũc deſponſata eſt eccleſia, & uirgo ad nuptias p ducenda, id eſt, continens à ſeculari corruptione. Illo autem tempore nubet. quo uniuerſa mortalitate prætereunte, immortali coniunctione fœtabitur.

Nouiſſime ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis.

Egregia quidem in domini appellatione confeſſio: & repetitio, indicium fidei eſt: ſed nil prodeſt uocari quem opere neges. Non humanis uerbis hæc agentur, ſed conſcientiæ ſibi loquentur.

At ille reſpondens, ait: Amen dico uobis, Neſcio uos.

Ibi non audietur à deo, qui hic non uult audire quod iuſſit. Ignorãs enim ignorabitur, 1 Cor.14
ut qui modo ineffabilem miſericordiam reſpuit, ſine fine ſeueritatem ſentiat.

Vigilate itaq;, quia neſcitis diem neque horam.

Ecce quo parabola tendit, ut quia ignoramus diem iudicij, ſed & ſuæ quiſque dormitionis diem & horam neſcit, ſolicite teſtimonium bonæ conſcientiæ nobis præparemus, ne iudex imparatos nos inueniat.

M. 264. 11 R. 154 L. 228

Caput CXLIX.

SIcut enim homo pegre proficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.

IDeo dico ut uigiletis, quia ſponſus prædi M.
ctus ſicut homo peregre proficiſcens, tradidit ſeruis ſuis bona ſua ad fructificandum, requiſitur' à ſingulis de commiſſo rationẽ.
Homo iſte, Chriſtus eſt, qui poſt reſurrecti- Hiero.
onem cęlos aſcendens, uocatis apoſtolis, doctrinam euangelicam tradidit pro accipientium uiribus. & ſimili gaudio tandem recipit & illum qui de quinque talentis fecit decem, & illum qui de duobus quatuor, non conſiderãs lucrum, ſed uoluntatem.

M. 270. V L. 229.

ET uni dedit quinque talẽta, alij alij autem duo, alij uero unum, unicuique ſecundum propriam uirtutem, & profectus eſt ſtatim.

In quinque talentis exprimitur exterior Gre.
ſcientia, examinatione quinq; ſenſuum acquiſita. In duobus intellectus & operatio, unum ſignificat intellectum. Ecce donorum diuiſio inæqualis eſt pro diuerſitate accipientiũ. Nam licet diuidens profectus ſit, in eo quod arbitrio noſtro liberam operandi poteſtatẽ reliquit, ſemper tamen paratus eſt dare, prout uolumus gratiam promouere.

Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lucratus eſt alia duo.

Abijt per exercitium ſtudij, qui ſenſus terrenos accepit, & duplicauit ſibi notitiam cæleſtium, ex creaturis intelligens creatorem. Qui huiuſmodi ſunt, quãuis penetrare myſtica neſciunt, recte tamen docent intentione bona. Ille autem qui accepit ſcientiam & operam præſentem, typos futuræ beatitudinis intellexit. Vel in hoc alia quinque aut alia duo ueniunt in lucrum: quia dum utrique ſexui prædicatio impenditur, quaſi accepta talenta geminantur. Alij nanque utriuſque ſexus uerbo & exemplo doctorum florent intelligentia & operatione, alij ſenſuum moderamine & uiſibilium contemplatione, utrique ſummum bonum quærentes.

Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terra, & abſcondit pecuniã domini ſui.

Nequam ſeruus in operibus terrenis poſuit doctrinam, quam deus ei dedit. Nam talentum abſcondere, eſt cor nunquam à terrenis eleuare. Vnde propheta: Sapientes ſunt
Hiere.4. ut faciant mala, bene autem facere neſciunt.

Poſt multũ uero temporis uenit dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem cum eis.

Hoc in ſecundo domini aduentu fiet. Si apoſtoli reddituri ſunt rationem, & ſub metu iudicis reſurrecturi, quid nos? Singulorũ diſcutientur actus, accuſante uel excuſante conſcientia unumquenq;.

Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, & ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.

Accedens in reddendo gratam rationẽ, offeret domino quotquot ab errore conuertit, teſtimonium perhibente conſcientia, q̃ per gratiam ſibi datam quos potuit, lucrifecit.

Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. intra in gaudium domini tui.

Admixtus choris angelicis, ſic intus lætare de munere, quod nec oculus uidit, nec au-
1.cor 2.
ris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, ut iã non ſit quod exterius doleas de corruptiõe. Iſai.64.
Præſentia, licet magna uideantur, in comparatione tamen futurorum parua ſunt & pauca, nec ſine admixtione alicuius moleſtiæ. Quod eſt maius gaudium, quàm eſſe cum domino?

Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta mihi tradidiſti. ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. intra in gaudiũ domini tui.

Euge, hoc eſt, bene. & eſt cõgratulatio blãdientis domini ſeruo bono ſibi & proximo, ac fideli per omnia domino.

Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, ſcio quia homo durus es. metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti. & timens abij, & abſcondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum eſt.

Ac ſi dicat: Intellectum dediſti, intellectũ habeo. Infeliciſſimum habens à ſui conſcientia teſtimonium, cum debuit ſimpliciter inertiam confiteri & orare ueniam, calumniatur domini duritiam. & ideo quod putabat pro excuſatiõe dicere, uertitur ei in culpam. Durum uocat dominum, quia ardua eſt uia quæ ducit ad uitam: & quia quanto gradus altior, tanto caſus grauior. Metis, inquit, ubi Hiero.
non ſeminaſti, præcidens falce iudicij gentiles, quibus ſcripturam legis non commiſiſti. Congregas etiam in regno tuo de gentibus, ubi ſemen prædicationis non ſparſiſti. Hinc intelligimus etiam gentilium & philoſophorum bonam uitã recipere dominum, & ad comparationem eorum qui naturali legi ſeruiunt, condemnari eos qui ſcriptam negligunt. Sunt plerique intra eccleſiam, quo Greg.
rum malus ſeruus imaginem tenet, qui melioris uitæ uias aggredi metuunt, & tamen iacere in ſui torporis ignauia nõ pertimeſcũt. Cumq; peccatores ſe conſiderant, ſanctitatis uias arripere trepidant, & remanere in ſuis iniquitatibus non formidant.

Reſpõdens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas quia meto ubi non ſemino, & congre

go ubi non ſparſi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & ueniens ego recepiſſem utique quod meum eſt cum uſura.

Seruus malus appellatur, quia calumniam facit domino ſuo, in quo ſuperbia notatur. Piger, quia talentum non duplicauit, in quo accuſatur negligentiæ. Si autem dominum durum exactorem ſciebat, cur non ſeruiuit ei ad lucrum, de eo quod ſibi dedit ad erogandum? Vbi ſcriptum eſt pecuniam meam, græcus ſermo ſignificat pecuniam & argentum. Vnde illud: Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum† ter, repurgatum ſeptuplum. Pecunia uel argentum, prædicatio eſt, quę dari debuit nummularijs & trapezitis, id eſt, cæteris doctoribus. Pecuniam igitur nummularijs dare, eſt ſcientiam prædicationis impendere his, qui ualeant hanc dictis & operibus exercere.

Psal. 11. — † terræ.

Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

Tollitur talentum, & datur habenti decē talenta: ut intelligamus malus prȩmium deberi plus laboranti, licet æquale gaudium ſit & de duplicanti quinque, & de duplicanti duo talenta. Vnde Apoſtolus: Preſbyteros honorā, qui ueri preſbyteri ſunt, maxime qui laborant in uerbo dei. Vel ita: Talentum iure datur illi, q exteriora iure miniſtrauit, quod quotidie fit in eccleſia. Plerique enim dum bene miniſtrant exteriora, ad intellectum quoque myſticum perducuntur diuina gratia. In iudicio quoque multi qui idonei ad docendum uidebantur, ob negligentiam ſuam inter indoctos reputabuntur: quidam ſimpliciores, ob conuerſationis deuotionem inter apoſtolicos doctores ſumma prȩmia percipient. Qui enim recipit prophetam in nomine prophetæ, recipiet mercedem prophetæ.

1. Ti. 5. — Greg. — Mat. 10.

M. 272 II R. 255 L. 230

OMni enim habenti dabitur, & abundabit. ei autem qui nō habet, & quod uidetur habere, auferętur ab eo.

Hiero. Multi naturaliter habentes acumen ingenij, & deſidia corrumpentes illud perdunt bonum naturæ, quia non exercent illud, & promiſſum prȩmium uident tranſire ad illos, qui quod minus habent, labore & induſtria augent. Vel ita: Habēs fidem & bonam in domino uoluntatem, etiamſi quid minus operetur ut homo, donabitur tamen à bono iudice. His autem carens, cæteras etiam uirtutes quas uidebatur naturaliter poſſidere, perdet. Eleganter dictum eſt, quod uidetur habere. Nam quod ſine fide eſt, non uere habetur. et malo ſeruo imputatur, non domino. Gregorius: Charitatem habens, etiam alia dona pcipit. hac autem cārens, etiam quæ habebat amittit. Nullus dicat, talentum minime accepi, non eſt unde rationem reddere cogar. Vnicuique enim hoc ipſum reputabitur, qđ uel minimum accepit. Alius intelligentiā habet prædicationis miniſterium debet ex talento. Alius terrenam ſubſtantiam? eroget de talento ſubſtantiæ. Alius artem qua paſcitur ars eſt ei pro talēto. Alius familiaris eſt diuiti? talentum habet familiaritatis, & loqui debet pro indigentibus. Omni ergo habenti quomodo debet, ſcilicet ut cum benignitate utatur quod habet, dabitur gratia ſuper gratiam. Omnis autem res quæ dando non deficit, dum habetur & non datur, nondum habetur quomodo habenda eſt. Timeat ergo q id uidetur habere quo abutitur, ne prorſus ab eo auferatur.

M. 272 V. L. 231

ET inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores. illic erit fletus & ſtridor dentium.

Dominus lumen eſt. qui autem ab eo foras mittitur, caret uero lumine. Nunquam ergo ſoluetur à carcere tenebrarum, qui quadrantem uerbi nouiſſimum non ſoluerit ante finem uitæ. Quatuor nanque partibus fundatur denarius æternæ uitæ, ut qđ corde credis, ore confitearis: & quod confiteris, opere compleas: & quod cōpleueris, docere nō ceſſaueris. Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cælorum. Mat. 5

L. 234 X

Caput CL.

SInt lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardētes.

QVia uiris luxuria in lumbis ſit, fœminis in umbilico, teſtatur dominus qui de diabolo ad beatum Iob loquitur, dicens: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in umbilico uentris eius. A principali igitur ſexu lumborum nomine luxuria deſignatur, cū dn̄s dicit: Sint lumbi ueſtri pcincti. Quia ergo nequam ſeruus in totum ſeculo ſubdit, & fatuæ uirgines ſecularis intuitu laudis deo ſeruiunt: pulchre ſuos docet, & lumbos præ

Gre. — Iob. 40 — Beda.

cingere ab amore ſecularium, & lucernas habere, ut hoc ipſum faciant & doceant recta intentione. Aliter: Lumbos pręcingimus, cū carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Lucernas autē in manibus tenemus, cū per bona opera lucis exempla monſtramus. Redemptori etenim noſtro unum nequaꝗ̄ placet ſine altero. ſi autem is qui bona agit, inquinamenta luxuriæ nō deſerit: aut is qui caſtitate pręminet, nō ſemp̄ bona opa exercet. Greg.

Et uos ſimiles hominibus, expectantibus dominum ſuum quando reuertatur a nuptiis: ut cum uenerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.

Ad nuptias dominus abijt, cum aſcendēs in cælum, ſupernam ſibi angelorum multitudinem nouus homo copulauit. Qui tunc reuertetur, cum in iudiciū manifeſtabitur. Venit quippe, cū ad iudiciū ꝓperat: pulſat uero, cum per ægritudinem mortem uicinam eſſe deſignat. Cui mox aperit, qui eum cum amore ſuſcipit. Ille enim non uult ei aperire, qui exire trepidat de corpore, quia meminit ſe illum contempſiſſe. L. V. M. 164.

BEati ſerui illi, quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes.

Vigilat, qui ad aſpectū ueri luminis, mētis oculos apertos tenet. Vigilat, qui à ſe torporis & negligentiæ tenebras repellit. Hinc
1.Cor.15. Paulus dicit: Vigilate iuſti & nolite peccare.
Rom.13 Hinc rurſum ait: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.

Amen dico uobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & trāſiens miniſtrabit illis.

Præcingit ſe, id eſt, ad retributionem præparat. Faciet illos diſcūbere, id eſt, in æterna quiete refoueri. Vnde alibi ipſe dominus dicit: Recumbent cum Abraam & Iſaac & Ia-
Mat.8. cob. Tranſiens miniſtrabit, quia rediens de iudicio ad regnum, poſt ipſum iudiciū nos lucis ſuæ illuſtratione ſatiabit. Quem enim in humanitate in iudicio cernemus, etiam in diuinitate poſt iudicium uidebimus. Vel certe tranſiens dicitur miniſtrare, quia ſuos feliciter tranſire faciet, cum de ſpeculatiōe humanitatis ad contemplationem diuinæ claritatis eleuabit.

Et ſi uenerit in ſecunda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.

Vigilias uocat à ſimilitudine excubantium in nocte: quia in nocte huius ſeculi ſemper debemus contra hoſtes eſſe ſoliciti, & expectare iudicem omnibus in qualibet ætate paratis, lucem perpetuam miniſtraturum. Prima ergo uigilia primæuum tempus eſt, id eſt, pueritia: ſecunda, adoleſcentia uel iuuentus, quæ unum ſunt autoritate ſacri eloquij, dicentis: Lætare iuuenis in adoleſcen- Eccle.11.
tia tua. Tertia uigilia eſt ſenectus, in qua ſaltem ſenectute reſipiſcat, qui in prima & ſecunda ætate non euigilat ad uias uitę.

L. 228/11 M. 267. R. 44.

DIxit ergo: Homo quidā nobilis abijt in regionem longinquā accipere ſibi regnum, & reuerti.

Homo nobilis eſt Chriſtus. Longinqua Beda.
regio, eccleſia eſt ex gentibus, de qua ei lo- Pſal.2.
quenti, ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, dicitur à patre: Poſtula à me, & dabo tibi gētes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quę hęreditas aut poſſeſſio, bifarie regio longinqua uocatur: uel quia à finibus terræ clamat ad dominum, uel quia
longe eſt à pctōribus ſalus. Cum enim dn̄s Pſal.118.
ubiq; ſit, longe tamen eſt ab idololatris. ſed qui erant longe, facti ſunt prope in ſanguine
Chriſti, Abijt cū Chriſtus ab excæcatis Iu- Ephe.2.
dęis ad gentes illuminandas, in fine reuerſurus, quando omnis Iſrael ſaluus erit. Rom.11.

L. 230/V M. 270.

VOcatis autem decem ſeruis ſuis, dedit illis decem mnas.

Denarius ad legem pertinet propter decalogum. Vocat itaq; paterfamilias decem ſeruos, quia elegit diſcipulos per literam legis imbutos. Dat illis decem mnas, quia dicta legis ſpiritualiter intelligenda reuelat. Luc.24.
Poſt reſurrectionem quippe ſuam aperuit illis ſenſum, ut intelligerēt ſcripturas. Mna ſecundum græcos, centum drachmis appenditur. & ſermo ſcripturæ, quia uitæ cæleſtis perfectionem ſuggerit, quaſi centenarij pōdere fulgeſcit.

Et ait ad illos: Negociamini dum uenio.

Myſtica prophetarum & legis populis offerte, & ab eis fidei confeſſiōem morumq; probitatem recipite, iuxta pſalmiſtam: Su- Pſal.80.
mite, inquit, pſalmum & date tympanum. Hoc eſt, laudem prædicationis in corde percipite, & deuotionem operis in carnis caſtigationem redigite. Tympanum eſt corium in ligno extentum, & ſignificat carnem noſtram ad exemplū dn̄icæ crucis affligendā.

Ciues autem illius oderant illum,& miſerunt legationē poſt illum,dicentes:Nolumus hūc regnare ſup nos.

Ciues ipſius dicit Iudæos,de quibus alibi
Ioh.15. proteſtatur : Nunc aūt & uiderunt & oderunt & me & patrē meum.Qui nō ſolū præſentem uſq; ad mortem crucis oderunt, ſed poſt reſurrectionem eius miſerunt perſecutionem apoſtolis,& prædicationē regni cæleſtis ſpreuerunt.

Et factum eſt, dum rediret accepto regno,& iuſſit uocari ſeruos, quib9 dedit pecuniam, ut ſciret quantum quiſq; negociatus eſſet.

Quod dicit,ut rediret, ſignificat ſecundū aduentum eius. Vt ſciret, inquit, hoc eſt, ut ſcire faceret omnes.tunc enim omnium opera & cogitatiōes palā omnibus oſtendētur.

Venit autem primus, dicens: Dn̄e, mna tua decem mnas acquiſiuit.

Primus ſeruus,ordo doctorum eſt in circūciſionem miſſorū, qui unā mnam accepit, id,eſt,unum deū, unam fidē,unū baptiſma. Hæc mna decem mnas acquiſiuit,quia populum ſub lege ſibi ſociauit.

Et ait illi:Euge bone ſerue,qa in modico fidelis fuiſti,eris poteſtatem habens ſupra decem ciuitates.

Modicum eſt,quicquid in præſenti uita percipimus in cōparatione futurorum.Ex
1 Cor. 13 parte enim cognoſcimus, & ex parte pphetamus.Cum autem uenerit quod perfectum eſt,euacuabitur quod ex parte eſt.Decem ciuitates,ſunt animæ per legis uerba ad gratiā euangelij puenientes.Quibus tamen glorificandus præponetur,qui eis pecuniam uerbi digne deo commendauerit. Vnde Apoſtolus: Quæ eſt ſpes noſtra aut gaudium aut
1 The.2 corona gloriæ?Nonne uos añ dn̄m Ieſum?

Et alter uenit,dicens:Domine, mna tua fecit quinq; mnas.

Alter ſeruus,cœtus eorum eſt,qui præputio euangelizare miſſi ſunt,quorū mna quinque mnas fecit:quia gentes quinque ſenſib9 antea mancipatas,ad fidei euangelicæ gratiam conuertit.

Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates.

Hoc eſt,fulgeto ex fide animarū qua imbuiſti eas,& de illorū profectibus honoreris,in quibus quinq; ſenſus de operibus tenebrarum ad opera lucis cōmutaſti. Hinc Iſaias ait: In die illa erunt quinq; ciuitates in Iſa.19.
terra Aegypti loquentes lingua Chanaan,id eſt,lingua mutata.

Et alter uenit,dicens: Domine,ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario. Timui em̄ te, quia homo auſterus es. tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.

Tertius ſeruus ſunt illi,qui poſt collectos Iudæos & gentes negligenter utunt cōmiſſo officio prædicationis. In ſudario mnā ligant,qui molliter & delicate uiuendo, doctrinam commiſſam eneruant. Omnis in ſudario pecuniam reponit,qui ad prædicandū idoneus, officium prædicandi uel ſuſcipere renuit,uel ſuſceptum bene nō gerit. ſed percepta dona ſub ocio torporis abſcondit, ſecum dicens: Sufficit mihi ut de me rationem reddam. Quid em̄ opus eſt alijs prædicare,
& de ipſis rationem reddere? Apud deū etiā Rom.1.
illi ſunt inexcuſabiles,quibus lex non eſt data, quia per creaturam poſſunt creatorem cognoſcere. Et hoc eſt quaſi metere ubi nō ſeminauit, eos etiam impietatis reos tenere, quibus uerbum legis aut euāgelij non miniſtrauit.Idem eſt ſcd'm Matthæum, congre- M.
gas ubi non ſparſiſti : & ſecundum Lucam, tollis quod poſuiſti .Et eſt ſenſus :In tantum omnia tollis & congregas,ut etiam fructum bonæ uitæ per naturam eorum,quibus non dediſti prędicatores,recipias.Et ſicuti oīa bona recipis ,ita omnia mala punis. Quod mihi uideł magna eſſe duritia & fera auſteritas. Timēs ergo grauius piculū iudicij,nō prædicaui quod te donante intellexi. Hic ſeruus quia ſtulte loquitur,de ore ſuo iudicatur.

Dicit ei:De ore tuo te iudico ſerue nequam.

Vere nequam,quia piger ad officium exercendum,ſuperbus ad accuſandum domini iudicium.

SCiebas quod ego auſterus homo ſum, tollens quod non poſui,& metens quod non ſeminaui . Et quare non dediſti pecuniā meam ad mēſam,& ego ueniens cum uſuris utique exigerem illud?

Si me ita credulem & durum noueras, quare iſta cogitatio non incuſſit tibi timorem,ut ſcires me mea diligentius q̄ſiturum?

Ad menſam quæ intelligitur mens credentium, diſtribuit Chriſti pecuniam, qui euangelicam prædicationem promptis paratiſq; fidelium cordibus digne deo intimat. Vnde Apoſtolus: Si quis loquitur, quaſi ſermones
1.Pet.4. dei. Qui autem uerbi pecuniam à doctore emit credendo, neceſſe eſt ut cum uſuris ſoluat operando. Vel de accepto uerbi fœnore uſuras ſoluit, qui ex eo quod audit, etiam alia ſtudet intelligere.

Et aſtantibus dixit: Auferte ab eo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas.

Aſtantes intelliguntur angeli, per quos dominus malos punit, & bonos remunerat. Recte amittit collatam gratiam, qui eam alijs communicare prædicãdo negligit. Hinc eſt quod Saul ſuperbiendo regium chriſma amiſit, qđ Dauid promeruit obediendo, ſicut
1.Re.16. ſcriptũ eſt: Spiritus domini diſceſſit à Saul, & directus eſt in Dauid à die illa & deinceps. Myſtice, cum omnis Iſrael ſaluus erit, tunc omnis plenitudo ſpiritualis grãæ, quam modo torpenter exercemus, doctoribus illius temporis abũdãter conferetur.

L. 210/11 M. 276 R. 41.

DIco aũt uobis, quia omni habẽti dabitur: ab eo autem qui non habet, & q̃d habet, auferetur ab eo.

M. Ab eo, hic eſt repetitum, uel propter interpoſitionem, uel ad inculcationem ablatio
Beda. nis. Qui amorem habet uerbi, dabitur etiam ei ſenſus intelligendi. Alioquin nulla ueræ ſapientiæ dulcedine gaudebit, etiam ſi uideatur ſibi callere uel naturali ingenio, uel litera
Hila. rũ exercitio. Aliter: Habenti uſum euãgelij etiã honor legis redditur. Nõ habenti aũt fidem Chr̃i, etiã qđ habere ſibi uidebatur honoris ex lege, auferet̃. Aliter: Hñti bonũ u-
M. ſum in dei munere, augebit̃ grã. Ab eo aũt q in dei munere bonũ uſum nõ habet, etiã qđ
Beda. habet, auferet̃. Notandum qđ dñi redeuntis examẽ, etiã nũc ex parte celebrat̃ ꝓpter grãæ mutationẽ, quæ uni dat̃, & alteri aufert̃: ſed in ĝnali iudicio uniuerſaliter implebit̃. Quotidie nanq; cõſpicit ſtatũ eccleſiæ, & pecuniã negociatorib' cõmodat. Prudenterq; laborantẽ, ampliori grã donat: & ocia ſectãtẽ, ab eo qđ dederat priuat. L. 211/V M. 276

VEruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite huc & interficite ante me.

Iniquitatẽ oĩm reproborũ ad Chr̃m conuerti nolentiũ, qui uerbũ fidei uel nunq̃ audire, uel male interpretãdo corrũpere malũt, ſignificat in die iudicij puniẽdã. Per duos ſeruos fideles, utriuſq; populi doctores: p decẽ & quinq; mnas, credentes populi: p ſeruũ nequã, mali catholici: p meſſionẽ ruris nõ ſeminati, etiã illi quos uerbũ dei nec audire cõtigit, exprimunt̃. His quinq; pſonis om̃e gen' hoim in die iudicij diſcutiẽdum deſignatur.

M. 211/X Caput CLII.

CVm autem uenerit filius hois in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ.

Remigi. Hoc eſt, regnabit ſuper eccleſiam, in qua tunc apparebit oĩpotentia eius. In maieſtate diuinitatis iudicaturus adueniet, qui in humilitate ſerui iudicandus apparuit. Itaq; tradendus in proximo cruci, recte p̃mittit gloriam triũphantis. In famulatu eius uenient angeli tanq̃ teſtes humanorum actuum.

Et congregabuntur ante eum om̃es gentes, & ſeparabit eos ab inuicem ſicut paſtores ſegregat oues ab hœdis, & ſtatuet oues quidẽ a dextris ſuis, hœdos autem a ſiniſtris.

In dextris æternę beatitudinis confirmabunt̃, qui amauerũt æterna: in ſiniſtris uero æternæ miſeriæ, q cupierunt præſentia. Nã & ipſa tranſitoria dei dona, reſpectu æternorũ dicunt̃ eſſe in ſiniſtra: æterna uero in dextera, qa ſunt potiora. Hinc eſt illud: Cor Eccle.10 ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtris illius. Hœdos uocat peccatores, qa pro pctõ hœdi offerebant̃. Non dicit capras, quę poſſunt habere fœtus. ſed laſciuum animal & petulcũ, & ſemper feruẽs ad coitũ, ponit.

Tũc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum a conſtitutione mundi.

Rex regum ſine ſtrepitu uerborũ loquetur .i. manifeſtabit conſcientias & merita. Dicet itaq; p collationem gloriæ: Venite benedicti bñficio patris mei ꝓ moti ad obtinẽ

dum regnum uitæ prædeſtinatū uobis à cōſtitutione mundi.

Eſuriui enim,& dediſtis mihi manducare. Sitiui,& dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā,& collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In carcere, & ueniſtis ad me.

Manifeſta ſunt opa miſericordiæ,ad corporis miſerias pertinentia. Ad animas uero ſpectat,ut eſurientem & ſitientem iuſtitiam pane uerbi dei reficias,uel potu ſapientiæ refrigeres. Errantem,in domum matris eccleſiæ reuoca: nudum à bono opere, uirtutibus orna: infirmum in fide, corrobora. In tribulatione aliqua ſeu carcere triſtitiæ oppreſſo ſubueni, compatiendo uel conſolando uera dilectione.

Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine,quando te uidimus eſurientem,& pauimus? ſitiētem,& dedimus tibi potum? Quando autē te uidimus hoſpitē, & collegimus te? aut nudum,& cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmum aut in carcere,& uenimus ad te?

In conſcientijs ſuis ita reſpondebunt, nō diffidentes de uerbis domini,ſed uel ſtupentes de magnitudine maieſtatis regis, uel q parūm uidetur eis omne bonum quod fecerunt, comparatione præmij. Vnde Apoſtolus: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Rom. 8.

Et reſpondēs rex,dicet illis: Amē dico uobis, Quādiu feciſtis uni de his his fratribus meis minimis,mihi feciſtis.

Non uidetur generaliter hæc dixiſſe de pauperibus,ſed de his qui pauperes ſunt ſpiritu. Dicit enim alibi: Fratres mei ſunt,qui faciunt uoluntatem patris mei.

Mat. 12.

Tunc dicet & his q a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in ignē æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

Dum mali permixti ſunt bonis,uidentur eſſe cum deo. ſed tandem mittentur in ignē præordinatum ſibi à conſtitutione mundi, nec uidebit impius gloriam dei.

Eſuriui enim, & non dediſtis mihi mādeucare. Sitiui,& non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram,& non collegiſtis me. Nudus, & non operuiſtis me. Infirmus & in carcere, & non uiſitaſtis me.

Aug.

Chriſtus,caput eſt eccleſiæ: corpus eius, eccleſia. In noſtro corpore caput ſurſum eſt, pedes in terra. In aliqua conſtipatione hominum,quando aliquis tibi pedem calcat,nonne dicit caput,calcas me? Quomodo ergo lingua quam nemo tangit, dicit, calcas me: ſic Chriſtus caput,quod nemo calcat, dicet: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c.

Tunc reſpōdebūt & ipſi,dicentes: Dñe,quādo te uidimus eſurientem, aut ſitientē,aut hoſpitem, aut nudū, aut infirmum,uel in carcere, & non miniſtrauimus tibi?

Excuſare ſatagent ex conſuetudine, qua ſolebant homines fallere: ſed non habēt excuſationem,q conuerti à malis & agere bona noluerunt.

Tunc reſpōdebit illis,dicens: Amē dico uobis, quamdiu non feciſtis uni de minoribus his,nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternam.

Remigi. Leo.2

Quid meretur qui aliena rapit,ſi æternaliter damnatur,qui de ſuo nō dedit? Iudiciū ſine miſericordia fiet ei,q nō fecit miſericordiam. Notandum quia perfectorū unus ordo eſt in iudicio,qui cum deo iudicat,& non iudicatur. De his dñs ait: Sedebitis & uos ſuper ſedes duodecim. Alius ordo etiā iudicat exēplo ſuo reprobos,& iudicatur cū ei dicitur, Eſuriui,& dediſtis mihi manducare. Mali uero q intra eccleſiā ſunt,utiq; nō iudicant,ſed iudicantur,cum eis dicitur: Eſuriui,& nō dediſtis mihi mādeucare. De his autem qui extra eccleſiam inueniēdi ſunt, dicit pſalmiſta: Nō reſurgunt impij in iudicio, ut uel iudicent, uel iudicentur. Gemina punitur ſententiā impius, dū aut hic pro ſuis meritis mentis cæcitate percutitur, ne ueritatē uideat: aut dum in fine dānabitur,ut debitas pœnas exoluat. De igne autem æterni ſupplicij quid ſancti patres ſenſerint, in medium proferamus. Ex libro prognoſticorum de dictis Auguſtini: Ignis ille cuiuſmodi & in qua mundi uel rerum parte futurus ſit,hominem ſcire arbitror neminem,niſi forte cui ſpiritus diuinus

Mat. 19.

pſal. 1.

M.

oſtendit. Ex eodem: Vnus quidem eſt gehēnæ ignis, ſed non uno modo omnes cruciat peccatores. Vniuſcuiuſq; etenim quantum exigit culpa, tantum illic ſentiet pœnam. Nā ſicut in hoc mūdo non omnes æqualiter ſentiunt ardorem ſolis, ita illic in uno igne non unus modus eſt incēdij, ſed diſſimiliter peccatores exurit. Auguſtinus in uigeſimo primo de ciuitate dei: Nequaquam negandum eſt, æternum ignem pro diuerſitate meritorū alijs leuiorem, alijs futurum eſſe grauiorē: ſiue ipſius ardor pro pœna digna cuiuſq; varietur, ſiue ipſe æqualiter ardeat, ſed non æquali moleſtia ſentiatur. Gregorius decimoquinto libro in Iob: Miro ualde modo gehennæ ignis corporeus eſt, nec lignis nutritur, nec ſucceſſione indiget. & eſt inextinguibilis creatus à deo ab ipſa mundi origine. Idem octauo Iob: Vltrix flamma uitiorum cremationem habet, lumen non habet. Ignis ille ad conſolationem non lucet, & tamen ut magis torqueat, ad aliquid lucet. Nā reprobi ſe uiſuri ſunt in inferno, ut magis doleant: quia & diues in ſinu Abrahæ Lazarum uidit. Ex libro prognoſticorum. Eſt, ut ait beatus Auguſtinus, inferorum ſubſtātia incorporalis. Et ideo merito quæritur, unde ſub terris dicuntur eſſe inferi, ſi corporalia loca non ſunt: aut unde inferi appellantur, ſi ſub terris nō ſunt. Sed idē doctor dicit: Ideo ſub terris dicuntur inferi uel creduntur, quia cōgruenter in ſpiritu per illas corporalium rerum ſimilitudines ibi demonſtrant. Vt qm̄ defunctorum animæ inferis dignæ, carnis amore peccauerunt, ad illas corporalium rerum ſimilitudines exhibeantur, quibus carne mortui ſolent ſub terra condi. Nonnulli ex hac ſententia Auguſtini ſentiunt, qđ ubicunq; peccator fuerit, ibi elementa cruciabūt eum & in corpore ſuo, & ex locis adiacentibus. Eſt enim probabile, ut anima quæ ſua ſponte ſumit à carne fomentum peccādi, nolens ab eadem recipiat fomentum cruciatus. Et quia pœnæ illæ acutiſſimæ ac ſempiternę erūt, nō improprie ignis æternus appellātur. Merito quoq; infernales & ſub terra fore dicuntur, quia miſeræ animæ per lapſum terrenæ uoluptatis eas incurrent. Auguſtinus in undecimo de ciuitate dei: Cur non dicamus quamuis miris, tamen ueris modis etiā ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi? Idem ignis incorporalis cruciabit dæmones & homines. Hieronymus Heliodoro in epiſtolam ad Epheſios: Inferos ſub terra eſſe nemo ambigat.

Luc. 16. — XXI.

ZACHARIAE EPISCOPI CHRYSOPOLITANI, IN VNVM EX Quatuor, Liber Quartus.

Cap. CLiij.

ET factum eſt, cum cōſummaſſet Ieſus ſermones hos om̄es, dixit diſcipulis ſuis.

M. 26. R. 14. L. 22. A. 00.

SCitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur.

Conſummatis uerbo & opere ſermonibus cunctis ab initio euangelij, uel his completis, de ſecundo aduentu domini, ubi ſe uēturum in claritate prędixit, paſſurum ſe oſtēdit, ut ſacramentum crucis admixtū eſſe gloriæ æternitatis admoneat. Erubeſcant, q putant ſaluatorem paſſionis pauore dixiſſe: Pater, ſi fieri poteſt: tranſeat à me calix iſte. Nā præſciuit ſe tradendum, nec territus fugit. Poſt biduum, id eſt, poſt duos dies celebraturi erant Iudæi ſuum paſcha, uidelicet quartadecima luna poſt æquinoctium. Hoc ſane inter uetus paſcha & azyma diſtat, quod paſcha ſolus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad ueſperam: hoc eſt, quartadecima luna primi menſis. quintadecima autem luna, qn̄ egreſſus eſt populus ille de Aegypto, ſuccedebat feſtiuitas azymorum. Cuius ſeptem diebus, id eſt, uſq; ad uigeſimam primam eiuſdem menſis diem, ad ueſperam eſt ſtatuta ſolemnitas. Verum euangelij ſcriptura indifferenter & diem azymorum pro paſcha, & pro diebus azymorū ponere paſcha ſolet. unde Lucas dicit, dies feſtus azymorū qui dicitur paſcha. Item Iohannes, cum primo azymorum die, id eſt, decimaquinta luna res agereẗ, ait: Et ipſi nō introierunt in prętorium, ut nō cōtaminarenẗ, ſed mãducarēt

Matt. 26 — Ioh. 18

paſcha, quia & paſchæ dies in azymis panibus eſt celebrari præceptus. Vnam quippe diem agno immolato ad ueſperam, ſeptẽ ex ordine dies ſequuntur azymorum: quia Ieſus pro nobis ſemel paſſus, per omne temp' quod ſeptem diebus agitur, in azymis ſynceritatis & ueritatis præcepit eſſe uiuendum.

M. 274. VI R. 157.

TVnc congregati ſunt principes ſacerdotũ & ſeniores populi in atriũ principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas. & conſilium fecerũt, ut Ieſum dolo tenerent & occiderẽt. Dicebant autem: Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.

Hieron. Qui debuerãt uicino paſcha uictimas parare, parietes tẽpli leuigare, pauimẽta uerrere, uaſa mũdare, ineunt conſilium quomodo occidant dominũ. Ideo aũt nolebant in die feſto conſentire neci eius, quod tamen fecerunt, ne populus qui diligebat eum, inſurgeret illis, & defenderet innocentem.

M. 275. VI R. 160. L. 264.

TVnc abijt unus de duodecim, qui dicitur Iudas Scarioth. & locutus eſt ad principes ſacerdotũ & magiſtratibus. & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eũ tradã? Qui audiẽtes gauiſi ſunt. & cõſtituerunt ei triginta argenteos. & exinde quærebat opportunitatẽ, ut eum traderet ſine turbis.

Remigi. Iudas unus de duodecim, numero, nõ merito: corpore, non animo: à principibus nõ inuitatur, nulla neceſſitate conſtringitur, ſed propria ſponte ſceleratæ mentis init conſilium. Nec in uenditione magiſtri certã poſtulat ſummam de cara re, ſed quaſi uile tradens mancipium, in poteſtate poſuit ementium. Beda. Multi hodie Iudæ ſcelus exhorrent, nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falſum teſtimonium dicũt, profecto ueritatem negando, dominum pecunia uendunt: cum ſocietatem fraternitatis diſcordiæ peſte commaculant, dominũ produnt. Et ſicut Iohannes baptiſta pro ueritate, & ideo ꝓ Chriſto qui ueritas eſt, martyrium ſuſcepit: ita e cõtrario qui ueritatis iura ſpernit, Chriſtum utiq; prodit. Sciendũ quia Ioſeph, non Gene.37. ut multi putant, ſecundum ſeptuaginta interpretes, uiginti aureis uenditus eſt, ſed ſecundũ Hebraicam ueritatem, uiginti argenteis. Neq; enim poterat ſeruus carior eſſe dño.

A. 112. X. Caput CLIIII.

ANte diem feſtum paſchæ, ſciens Ieſus quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ, cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

PAſcha tranſitus dicitur, quia dominus per Aegyptũ trãſijt, ꝑcutiens primogenita eius, & filios Iſrael liberans, & quia filij Iſrael tranſierũt illa nocte de Aegyptia ſeruitute. Exo.18 Quod ſignificat dñm tranſiturum de hoc mundo ad pr̃em, & fideles eius de temporalibus ad cæleſtia. In finẽ dilexit eos, id eſt, in ſe ipſum. Rom.10. Finis enim legis, ait Apoſtolus, eſt Chriſtus. Aug. Finis quo uſq; eamus, non ubi pereamus. Vel in finem, id eſt, in mortẽ. nõ quod morte terminetur Chriſti dilectio, ſed in tantum dilexit, quo uſq; ad mortem dilectio eum perduxit. In quo exemplum dedit, ut omnes in dei ueritate permaneant uſq; in finem.

A. 113. X.

SVrgit a cœna, & ponit ueſtimenta ſua. Et cũ accepiſſet linteũ, ꝑcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

Ex magna humilitate non dedignatus eſt lauare pedes illi etiam, cuius manus iam præudebat in ſcelere. Phil.2. Quid mirũ ſi poſuit ueſtimenta, qui cũ in forma dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit? Quid mirum ſi præcinxit ſe linteo, Ibidem qui formam ſerui accipiens, habitu inuẽtus eſt ut homo? Quid mirum ſi miſit aquam in peluim, unde lauaret pedes diſcipulorum, qui in terram ſanguinem fudit, quo immũditiam dilueret peccatorum? Quid mirũ ſi linteo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat terſit, qui carne qua erat indutus, euangeliſtarum ueſtigia confirmauit?

Venit ergo ad Simonem Petrũ, & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes?

Non eſt intelligẽdum quod poſt aliquos ueniſſet ad Petrum, ſed ab illo cœpit lauatio. Expaueſcit ergo primus apoſtolorũ, quod deus lauet homini pedes.

Reſpondit Ieſus & dicit ei: Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autē poſtea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum.

Hoc eſt, nunq̃ lauabis. Sicut eſt dominus humilis ad ſeruiendum, ita ſeruus non ſuſcipiendo ſeruitium.

Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Te dicit, pro ſolis pedibus. Qui non lauat per baptiſmum & confeſſionem pœnitentiæ, non habet partem cum Ieſu.

Dicit ei Simō Petrus: Dn̄e, nō tātū pedes meos, ſed & manus & caput.

Territus ex domini reſponſione de periculo ſalutis, totū ſe offert abluendum, turbatus amore & timore.

Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus.

Intelligendū eſt præter pedes. Totus homo abluitur in baptiſmo. ſed tamen cum in rebus humanis poſtea uiuitur, humani affectus ſine quibus nō uiuitur, q̄ſi pedes ſunt: qa
Ioh.1. ſi dixerim⁹, pc̄tm̄ nō habem⁹, mētimur. Quotidie igitur lauat nobis pedes, q quotidie interpellat ꝓ nobis. Vn̄ etiā quotidie dicim⁹, dimitte nobis debita nr̄a. Et in cāticocāticorum: Laui pedes meos, quō inquinabo illos?
Can.5. Timeāt inquinare pedes ſuos, qui ſurrepente amore humanæ laudis, placere hominibus affectan⁹. Notandum quia errauit, Petrus, ne nos erraremus, cum ſe totum lauādum deo obtulit. Quem deus correxit, oſtēdens ſemel baptizatum, non eſſe rebaptizādum.

Et uos mundi eſtis, ſed non omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum. propterea dixit, nō eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit ueſtimēta ſua. Et cum recubuiſſet iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis?

Nunc uult aperire quod Petro dixerat, ſcies autem poſtea. Myſtice cœna in qua cum
Beda. diſcipulis dominus recubuit, ſignificat tempus uniuerſum, quo ipſe corporaliter in eccleſia demoratus, & dapibus uerbi ſalutaris ac miraculorū dulcedine cunctos fideles pauit, & fide ac dilectione audientium ipſe paſtus eſt. Surrexit ergo à cœna & poſuit ueſtimenta ſua, quando membra corporis depoſuit in cruce. Linteo præcinxit ſe, quādo ſua membra circundedit paſſiōis exercitio. Solet nanq; per linteum, quod multifario labore cōficitur, afflictio paſſionis figurari. Miſit aquam in peluim & cætera. Defunct⁹ in cruce, aquam cum ſanguine de latere ſuo fudit, quibus credentes mundare & ſanctificare dignatus eſt. Poſtquam lauit pedes, accepit ueſtimenta ſua. & recumbens, aperuit eis myſterium lauationis. quia poſtquam patiēdo in cruce lauacrū remiſſionis nobis cōſecrauit, accepit membra iam immortalia, & poſt reſurrectionem expoſuit eis utilitatem ſuæ paſſionis. A. 116 iii M. 37 L. 36

Vos uocatis me, magiſter & domine: & bene dicitis. Sum etenim. A. 118 x

SI ergo ego laui pedes ueſtros dn̄s & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes,

Et ad literā, & ad myſticū ſenſum hoc debet impleri. Ad literam, ut per charitatē ſeruiamus inuicem, non ſolum in lauando pedes fratrū, ſed in omnibus neceſſitatibus adiuuando. Ad myſticum intellectum, ut ſicut ille nobis pœnitentibus peccata dimittit, ita & nos dimittamus fratribus. Et ſicut ille lauit nos à peccatis, interpellando patrem pro nobis, ita & nos oremus pro fratribus.

Exemplum enim dedi uobis, ut quē admodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.

Hoc eſt Petre quod neſciebas. quando lauari pedes non ſinebas. Hoc tibi ſciendū poſtea promiſit dominus. Eſt cōſuetudo apud pleroſq;, ut cum ſe inuicem hoſpitio ſuſcipiunt, pedes ſibi lauent. Vbi apud ſanctos hæc conſuetudo non eſt, corde faciunt. ſed melius eſt ut manibus fiat quod Chriſtus fecit. In quo admonemur, ut confeſſi inuicem delicta noſtra, oremus ꝓ nobis, ſicut Chr̄s interpellat ꝓ nobis. A. 117 iii M. 24 L. 50 Aug.

AMen amen dico uobis: Non eſt ſeruus maior domino ſuo, neq; apoſtolus maior eo qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea.

Non intelligit Iudam fore beatum cū cæteris facientibus ea, quæ ipſe dominus fecit & docuit. Et hoc eſt quod ſequitur:

A. 119. X

NOn de oībus uobis dico. Ego ſcio quos elegerim. Sed ut impleatur ſcriptura, qui manducat me cum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum.

Iudas leuauit contra eum calcaneum ſuū, hoc eſt, conculcauit eum inquantum potuit.
Pſal. 40. Alia uero tranſlatio pſalmi ſic habet: Homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Elegit quidem dominus Iudā ad illud, quod de eo factum eſt in ſalutem aliorū. undecim uero elegit ſibi ſequaces, ut beatificarent.
Ioh. 6. Vnde alibi: Elegi uos duodecim, & un⁹ diabolus eſt.

Amodo dico uobis, priuſquam fiat, ut credatis cum factum fuerit, quia ego ſum.

Acſi dicat: Huc uſq; toleraui & tacui. ſed iam noto proditorem antequam fiat, quod cito facturus eſt, ut poſtea credatis quia ego ſum ille, de quo ſcriptura illa prędixit. Cum igitur exemplo ſuo docuerit apoſtolos humiliationem & calcanei paſſionem, ſupponit quo conſoletur eos honorem, quod ipſe & pater in eis recipietur.

A. 120. I. M. 98. R. 94. L. 116.

AMen amen dico uobis, qui accipit ſi quem miſero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eū qui me miſit.

In uerbis iſtis non unitas naturæ miſſi & mittentis, ſed in miſſo autoritas mittentis cō
M. mendatur. Quiſq; ergo ſic miſſum accipiat, ut in eo mittentē attendat: ut in Petro Chriſtum, ſcilicet in ſeruo dominum. in Chriſto patrē, ſcilicet in unigenito genitorem. †Acute intuendum eſt, quia in hoc loco huius operis ordo græcos pariter & latinos docet & corrigit. Græci quidē iuxta Iohānis euāgelium rectius quā latini ſentire uidētur, quod prædicta cœna cum ablutione pedū, fuerit ante diem feſtum paſchæ, dū ad huc fermentatum comederetur. Errant autem, quia dicunt dominum tunc anticipando comediſſe cū diſcipulis paſchalem agnū, & tunc inſtituiſſe ſacramēta carnis ſanguinisq; ſui. ideoq; in fermentato ſacrificant. Adduntetiā, dūm ipſo die paſchæ crucifixum fuiſſe ad meridiem, & ad hoc confirmandum inducunt, quia Iudæi noluerunt intrare in prætorium, ſcilicet Pilati domum, ne contaminarentur, ſed comederent paſcha, non intelligētes paſcha niſi eſum agni. Cum igitur patenter contrarij ſunt tribus euangeliſtis, impudenter dicūt Iohannem in hac parte correxiſſe eos. Sed conſtat, omnes eodem ſpiritu locutos fuiſſe. & ſi in uno errarent, in alijs minus eis crederetur.

†Hic multū uariāt exemplaria. quod quia non potuit hoc loco cōmode annotari, in fine libri 4. seorſū adiectū eſt. ibi qui uolet ſcire, quærat.

M. 178. II R. 160. L. 261.

Caput CLV.

PRima autem die azymorū acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere paſcha?

Non habemus domicilium, non habemus tabernaculum. Audiant hoc, quibus eſt cura in ædificandis domibus marmoreis & in laquearibus aureis. Cognoſcant omnium dn̄m, quia locum ubi reclinaret non habuit. Prima dies azymorum dicitur hic decimaquarta dies primi menſis, quando abiecto fermento, paſcha (.i. agnus) occidebatur ad ueſperam. Quod exponens Apoſtolus, ait: Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Quamuis enim ſequenti die. i. decimaquinta luna, ſit crucifixus, tamen hac nocte qua agn⁹ immolabat, carnis ſanguinisq; ſui myſteria celebranda diſcipulis ſuis tradidit. & à Iudæis tentus ac ligatus, ipſius immolationis (id eſt, paſſionis ſuæ) ſacrauit exordium. Beda. 1. Cor. 5.

At Ieſus dixit: Ite in ciuitatem, & introeuntibus uobis, occurret uobis homo amphoram aquæ portans. Sequimini eum in domum in quam intrat, ad quendam, & dicetis domino domus: Magiſter dicit, Tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et ipſe demonſtrabit uobis cœnaculū grande ſtratū, & illic parate nobis. Et abierūt diſcipuli eius, & inuenerunt ſicut dixit eis, & parauerunt paſcha.

Sicut deus cunctorum præſcius cum diſcipulis loquitur de his quæ alibi geruntur. Ambr.
Myſtice ciuitas eccleſia eſt, quæ muro fidei cingitur. Homo occurrens, primitiuus populus eſt. Hiero. Amphora aquæ, lex literæ. Vel ita:
Paraturis paſcha, homo amphoram aquæ portans occurrit, ut oſtendatur myſterium Beda.

paſchæ domini celebrandum pro ablutione mundi. Aqua quippe lauacrum gratiæ, amphora menſuram uirtutum ſignificat, uel per fectam menſuram expleti temporis, quo dignum erat hoc geri. Aliter: Amphora fragi litatem deſignat eorum, per quos hæc gra-
2.Cor.4 tia erat miniſtranda. Vnde habemus theſau rum iſtum in uaſis fictilibus. Cõſulte & aquæ baiuli & domini domus tacita ſunt uocabula, ut omnibus uerum paſcha celebrare uolẽ tibus. i. Chriſti ſacramentis imbui, eumq; ſuę mentis officio ſuſcipere quærentibus, facultas danda ſignetur. Cœnaculũ magnum, lex ſpiritualis eſt, quæ de anguſtijs literæ egrediens, in ſublimi loco recipit ſaluatorẽ. Nã qui adhuc literam occidentem ſeruat, & non aliud in agno quàm pecus intelligit, iſte nimirum in imis paſcha facit. At qui aquæ baiulum, hoc eſt, gratię præconem in domum eccleſiæ fuerit ſecutus, hic per ſpiritum uiui
Hiero. ficantem in altitudine mentis Chriſto manſionẽ præparat. Ideoq;, inquit, ſequimini eũ qui ducit in altũ, ubi Chriſtus cum diſcipulis ſublimiũ uirtutũ delectatione reficitur. Vnde Rahab exploratoribus mãdat ut non irẽt
Ioſue.2. per ima, ſed per excelſa. Amplius, Cœnaculum eccleſia magna eſt, quæ narrat nomẽ domini, ſtrata uarietate uirtutum & linguarum. Vnde illud: Circumamicta uarietate: In qua
Pſal.44 paratur domino paſcha. Dominus domus, Petrus apoſtolus eſt, cui dominus domũ ſuam credidit, ut ſit una fides ſub uno paſtore. Quod uero Marc⁹ lagenam, Lucas dicit am-
Aug. phoram, unus uaſis genus, alter modũ ſignificauit.

M. 177. iii. R. 161. L. [illegible]

VEſpere autẽ facto, uenit & diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis.

Omnia ſic agit Iudas, ut tollatur ſuſpicio proditoris. nam diſcumbit cum alijs diſcipulis. Veſpera diei ueſperam indicat mundi. circa undecimam nanq; horam ueniunt nouiſſi
Mat.20 mi, qui primi denariũ uitæ accipiunt æternæ.
Aug. Ante crucem Abraam erat in inferno, et poſt crucem latro erat in paradiſo. Aliter: Veſpera erat, quando uerus ſol ad occaſum properabat, cum diceret: Tempus meũ prope eſt, quo iturus ſum de mundo ad patrem. Cum diſcipulis diſcumbebat, quia eis æternam uitam præparabat.

Et edentibus illis dixit:

L. 164. x.

DEſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare uobiſcum antequã patiar.

Deſiderat typicum paſcha manducare, & Beda.
ſic paſſionis ſuæ myſteria declarare, quaten⁹ & legalis paſchæ probator exiſtat, & ultra uetitet exhiberi carnaliter, docendo fuiſſe fi- Ioſue.5.
guram ueri paſchæ. In cuius rei figura defecit manna, poſtquam comederunt filij Iſrael de frugibus terræ, nec uſi ſunt ultra cibo illo.

L. 115. ii. M. 126. R. 161.

DIco enim uobis, quia ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleatur in regno dei.

Hoc eſt, non ultra Moſaicum paſcha cele Beda.
brabo, donec in eccleſia quę eſt regnum dei, ſpiritualiter intellectum compleatur. In hoc regno dominus hodie paſcha manducat, quia ea quę Moyſes rudi populo carnaliter obſeruanda præcepit, ipſe in membris ſuis ſpiritualiter exercet.

A. 111. iii. M. 185. R. 156.

CVm hæc dixiſſet, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen amẽ dico uobis, quia unus ex uobis tradet me.

Proteſtatur, id eſt, prædicit occultum crimen, ut uidens proditor ſe latere non poſſe, pœniteat facti. nec tamen deſignat eum ex nomine, ne aperte coargutus, impudentior fiat. Mittit ergo crimen in numero, ut conſcius pœnitentiam agat. Turbatus eſt dominus Aug.
poteſtate, transfigurans in ſe affectum nſæ infirmitatis. Ergo quando turbamur, non deſperem⁹. Pereant argumenta philoſophorum, qui negant in ſapientem cadere perturbationes animorum. Turbatur animus Chriſtianus, non miſeria, ſed miſericordia. Quod enim dominus turbatur ſpiritu, ſignificat turbandos ſpirituales ex charitate, cum urgens cauſa zizania à tritico ante meſſem cogit ſeparare.

R. 162. M. 180. L. 169. A. 112.

AT illi cœperunt contriſtari & dicere ſingulatim: Nunquid ego ſum domine?

Nouerant undecim apoſtoli quod nihil tale cogitarant, ſed plus credunt magiſtro quàm ſibi. & timentes fragilitatem ſuam, triſtes quærunt de peccato, cuius non habent conſcientiam.

R. 163. M. 181. L. 163.

QVibus ait: Qui intingit mecum manũ in catino, hic me tradet.

Cæteris contriſtatis & retrahentibus manus, & interdicentibus cibos ori ſuo, Iudas impudẽtia qua proditurus erat magiſtrum, manum mittit in parapſidẽ, ut audacia bonam conſcientiam mentiretur. Et notandum quod omnes duodecim de eodem uaſe in circuitu cibos cum domino ſumebant, in cœnaculo ſtrato, quaſi iacendo, more antiquo recumbentes. Alioquin proditor per intinctionem manus expreſſe notatus eſſet, ſi nullus de alijs ad eſcam domini manum extendiſſet. Quod uero Matthæus parapſidem, Marcus catinum dicit, unus quadraturam uaſis, alter quia eſſet fictile, deſignat. *M.* *Aug.*

Filius quidem hominis uadit, ſicut ſcriptum eſt de illo.

M. 212/V R. 164.

VAE autem homini illi, per quẽ filius hominis tradetur.

Hiero. *Beda.* Pœna prædicitur, ut qui pudore non uincitur, timore corrigatur. Etiam hodie uæ illi qui altaribus ſacroſanctis malignus accedit, & præcordijs aliquo ſcelere pollutis.

Bonum erat ei, ſi natus nõ fuiſſet homo ille.

Si in utero matris mortuus fuiſſet, ne uiuus naſceretur, in comparatione mali quod poſtea promeruit, bonum ſibi eſſet. Sic dicitur Ponticum mare dulcius quàm cętera maria, id eſt, minus amarum. Vel uſitate & ſimpliciter dictum eſt, multo melius eſſe non ſubſiſtere, quàm male ſubſiſtere. ut ſi de aliquo peſſimo diceretur, Melius eſſet illi ſi nõ quam fuiſſet. *Hiero.*

A. 113/I M. 210. R. 162. L. 262.

ASpiciebant ergo adinuicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret.

L. 263/I. M. 210. R. 161. A. 112.

ET quærentes inter ſe, quis eſſet ex eis qui hoc facturus eẽt.

A. 113/X.

ERat ergo recumbens unus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quẽ diligebat Ieſus.

Aug. *M.* Quid dixerit in ſinu, paulo poſt ait, ubi dicit ſupra pectus Ieſu. Ipſe eſt Iohannes, quem diligebat Ieſus non plus omnibus, ſed familiarius, ut adoleſcentem, ut cognatum, ut uirginem, in quo formam contemplatiuorum propoſuit. Erat enim conſuetudo, ut ſcriptor geſtorum cum ad ſe ueniret, tanquã de alio loqueretur. Per ſinum ſignificatur ſecretum, de quo bibit diuinitatis ſacramentum. *Aug.*

Innuit ergo huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis eſt de quo dicit? Itaq; cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine, quis eſt? Reſpõdit Ieſus: Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero.

Interrogat Petrus Iohannem non uerbis, ſed nutu corporis, Iohannes dominum familiari conſilio, cui ſubmiſſa uoce exprimit proditorem.

A. 114/IX L. 262.

ET cum intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simõis Scariothis. Et poſt buccellam tunc introiuit in illum ſathanas.

Dominus per buccellam tinctam ſuum exprimit traditorem, fortaſſis per panis tinctionem, illius ſignificans fictionem. Non enĩ omnia quæ intinguntur abluuntur, ſed nonnulla tinguntur ut inficiantur. Si autem bonum aliquod hęc tinctio ſignificat, eidem bono ingratum non immerito ſecuta eſt damnatio. Nota quia intrauerat ſathanas in cor Iudæ, quando pactus eſt cum Iudæis precium de ſanguine domini, ut ait Lucas. Venerat ergo ad cœnam, habens diabolum in cogitatione: poſt panem uero intrauit in eum, non ad hoc ut alium tentaret, ſed ut proprium poſſideret. Intrat enim in cor, immittendo iniquas perſuaſiones cogitationibus iniquorum. Sed nunc intelligere debemus à diabolo Iudam plenius eſſe poſſeſſum, ſicut apoſtoli quiã poſt reſurrectionem acceperant ſpiritum ſanctum inſufflante domino & dicente: Accipite ſpiritum ſanctum, poſtea plenius acceperunt in die pentecoſtes. *Aug.* *Ioh. 20.* *Act. 2.*

A. 115/X.

DIcit ei Ieſus: Quod facis, fac citius.

Non præcepit facinus, ſed prędixit, dans in ſe poteſtatem, ut quia uoluntatis crimen pro facto pẽſatur, inuidia perageret re, quod uoluntate iam faceret. Feſtinat dominus in bonum ſalutis fidelium, quod Iudas operatur, ſed non ſibi. Multi quippe bonum ut Iudas faciunt, ſed nihil proficit illis. *Hila.*

Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium,ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant,quia loculos habebat Iudas, quod dicit ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtū, aut egenis ut aliquid daret.

Aug. Habebat dominus loculos,oblata fidelium cōſeruans ſuorum neceſſitatibus. Tunc eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta, ut intelligeremus, quod præcepit non cogitandum de craſtino, non ad hoc fuiſſe præceptum, ut nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis, ſed ne deo pro iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

M. 324 x

REſpondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego ſum rabbi?

Aug. Ne tacendo ſe prodere uideretur,interrogat ſicut alij. In hoc quod ait rabbi,iungit affectum blandiciis. & magiſtrum uocat,quaſi excuſet proditionem.

Ait illi. Tu dixiſti.

M. Cogitando aliquid dicitur, iuxta illud: Dixerunt apud ſemetipſos. Conſtat itaq;, quia Iudas corde dixit & ratum habuit ſe eſſe proditorem. Confutatur ergo cum audit, Tu dixiſti. nec tamen alijs aperte exprimitur. Poteſt em̄ intelligi quaſi dominus diceret,non ego dixi. A. 125 x

CVm ergo accepiſſet ille buccellam,exijt continuo. Erat autem nox.

Aug. Quia bono male uſus eſt, hæc præſumptio peccata auxit,ut aperte à domino recederet. Nox autem congruit ſacramento. erat enim qui exijt,filius tenebrarum, faciens opera tenebrarum.

Cum ergo exiſſet,dicit,Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis,& deus clarificatus eſt in eo. Si deus clarificatus eſt in eo, & deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuo clarificabit eum.

Exeunte Iuda pro q̄ dicebatur, non eſtis mūdi oēs,remanſerūt ſoli mūdi cū ſuo mundatore. In hoc ſignificata ē clarificatio Chri, in q̄ ſeparatis malis,manebit in æternitate cū ſanctis. Cum enim tranſibit mundus, nemo in populo Chriſti remanebit immundus. Et quia res ſignificantes tanquam ſignificatæ appellantur, ut petra non dicitur, ſignificabat Chriſtum,ſed erat Chriſtus:ita non dicit,nunc ſignificata eſt clarificatio, ſed clarificatus eſt filius hominis, id eſt, deus clarificatus eſt in eo,quia hæc eſt clarificatio filij hominis. Quod quaſi exponens, ſubdit: Si deus clarificatus eſt in eo,quia non uenit facere uoluntatem ſuam,ſed patris: & deus glorificabit eum in ſe deo, & continuo fiet hæc glorificatio. Statim nanque poſt mortē reſurget humana natura immortali æternitate,in quo apparebit deum habere in ſe,quā eam reſuſcitabit. Vel quia mox futura quaſi iam facta reputantur, poteſt & ita intelligi: Ecce traditor inducit mercatores mortis,flagella, crucem. ſed gloria triumphantis eſt hæc. Nunc clarificabitur filius hominis,quia ſancti qui in tenebris expectant,uidebunt deum,anima eius miniſtrante quàm cito expirabit. Et hoc eſt, quod dicit deum clarificari in eo. Si deus clarificabit in eo, id eſt, in mēbris eius. ut expoſitum eſt, conſtat quia deus & glorificabit eum in ſeipſo. & continuo glorificabit, ne differatur eius immortalis reſurrectio ut aliorum. M.

M. 324 R. 165 L. 266 A. 67.

Caput CLVI.

COenantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum,quod pro uobis datur.

Hiero. POſtquam typicum paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum apoſtolis comederat, aſſumit panem qui confortat cor hominis,& ad uerū paſchæ tranſgreditur ſacramentum, ut quomodo in præfiguratione eius Melchiſedec ſummi dei ſacerdos panē & uinum fecerat, ipſe quoque in ueritate ſui corporis & ſanguinis repræſentaret. Beda in Marcum: Panem gratia certi ſacramenti, priuſquam frangeret, benedixit: quia naturam humanam quam paſſurus aſſumpſit, gratia diuinæ uirtutis impleuit. Benedixit & fregit, quia hominem aſſumptum ita morti ſubdere dignatus eſt, ut ei diuinæ immortalitatis ineſſe potentiam demonſtraret per citam reſurrectionem. Idem in Lucam: Finitis paſchæ ueteris ſolennijs,quæ in commemorati

onem antiquæ liberationis de Aegypto agebantur, tranſijt ad nouum paſcha, ut pro carne & ſanguine agni, ſuæ carnis & ſanguinis ſacramentum in pane & uino monſtraret. Frangit panem quem porrigit, ut oſtendat corporis ſui fractionem non ſine ſponte
M. ſua futuram. Quod ait diſcipulis, tale eſt: Accipite & mente & corpore, comedite & fide & ore, ſeruantes in corde precium redemptionis ueſtræ, uidelicet corpus meum quod pro uobis datur.

M. 281/14 R. 166. L. 267.

ET accipiens calicem, gratias egit, & benedixit & dedit eis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui ꝓ uobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Beda. Accipiens calicem, gratias egit: ob hoc nimirum, quia uetera tranſitura erant, & noua uentura. Vtique patri gratias egit, nobis tribuens exemplum glorificandi deum in omni bona inchoatione. Vel ita: Accipiens calicem paſſionem ſuam præfigurātem, gratias egit de redemptione humano generi collata per illam. Gratia enim, non meritis ſaluati ſumus à deo. Patet igitur quid unuſquiſq; facere debeat in flagello propriæ culpę, quandoquidem patri æqualis, æquanimiter tulit flagella culpæ alienę. Hinc eſt qd ait: Bibite ex hoc omnes et ore & corde, ut ſitis participes paſſionis meæ. Vñ Apoſtolus:
Rom. 8. Si compatimur, & conregnabimus. Benedixit dominus calicem eadem cæleſti benedictione qua & panem: quia paſſionem ſuam conſtituit hoſtiam ſufficientem, qua mūdus deo reconciliatur. Vnde Apoſtolus: Mihi
Gal. 6 abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Hic eſt, inquit, ſanguis meus, noui teſtamenti confirmator. uetus autem teſtamentū hircorum & uitulorum fuit ſanguine
Heb. 10. dedicatum. Igitur quia impoſſibile eſt ſanguine hircorum peccata tolli, neceſſario effunditur ſanguis Chriſti in remiſſionem peccatorum. Pro multis effunditur, quia non oēs emundat, quamuis emundare omnes ſufficeret, ſi fide ac dilectione & ſacramentorū participatione uirtutem eius attingerent.

Dico autem uobis, non bibam amodo de hoc genimine uitis, uſq; in diē illum, cum illud bibam uobiſcum nouum in regno patris mei.

De carnalibus tranſit ad ſpiritualia. Teſtatur ſcriptura, populum Iſrael appellatum eſſe uineam. Dicit ergo dominus ſe de hac uinea non bibiturum, niſi in regno patris ſui. Regnum patris, fidem puto eſſe credētium.
Vnde Apoſtolus, Regnū dei intra uos eſt: Luc. 17
Attendite dictum eſſe patris, nō dei. Omnis pater nomen eſt filij. Cum enim crediderint in deum patrem, & adduxerit eos pater ad filium, tunc de uino eorum bibet domin9, Gene. 43
& in ſimilitudinem Ioſeph inebriabitur cum fratribus ſuis. Senſus eſt: Deinceps non delectabor in ſacrificijs ſynagogæ, donec credat in patrem meum & in me, & in eccleſia fideliter immolet ſacrificiū carnis meæ & ſanguinis mei. Quod cum fecerit, tunc bibam, hoc eſt, delectabor uobiſcum in renouatiōe ſua per fidem eccleſiæ. Beda in Marcum: Paſſurus dominus, ait: Iam non bibam de genimine uitis. Ac ſi aperte dicat: Nō ultra carnalibus ceremonijs delectabor, in quibus carnalis agnus locum tenet. Aderit enim tempus me reſurgente, cum ego ſublimatus in gloriam uitæ immortalis, uobiſcum fungar de ſalute huius populi fonte gratiæ ſpiritualis regenerati. Idem in Lucam: Poteſt ſimpliciter accipi, quod ab hora cœnæ uſq; ad tempus reſurrectiōis, uinum bibiturus nō eſſet. Poſtea nanque manducauit & bibit, ut ait Pe-
trus apoſtolus: qui mādûcauimus cum illo, Act. 10.
poſtquam reſurrexit à mortuis. Multo tamen conſequentius intelligitur, ut neget ſe ultra guſtaturū typicum potū, donec manifeſtata gloria reſurrectiōis, regni dei fides mundo adueniat. L.

HOc facite in meam commemorationem.

Hoc exponit Apoſtolus, dicens: Quotieſ- 1. Cor. 11
cunq; manducatis panem hunc & calicem bibitis, mortem domini annūciate donec ueniat. Hanc ultimam memoriam nobis reli- Hiero.
quit quemadmodum ſi quis peregre proficiens, aliquod pignus ei quem diligit, relinquat: ut quotieſcunque illud uiderit, poſſit & eius beneficia & amicitias memorari. Quē ſi ille pfecte dilexit, ſine ingenti illud deſiderio uel fletu non poteſt uidere. Ideo hoc ſaluator tradidit ſacramentum, ut per hoc ſemper cōmemoraremur, qa pro nobis mortuus eſt. Nam & ideo cum accipimus, à ſacerdotibus commonemur, quia corpus & ſanguis

eſt Chři,ut non ſimus ingrati tantis eius bñ
ficijs.Beda in Lucã: Panis corpꝰ Chři myſti
ce intelligit,uinũ uero ſanguis. Verum q̃a &
nos in Chřo,& in nobis Chřm manere opor
tet,uino dominici calicis aqua miſcetur. Vn-
Apo.17. de Iohannes: Aquæ populi ſunt. Et ideo ne
diuidamur à Chriſto,non licet offerri uel a-
quam ſolam uel uinum ſolum,ſicut nec gra-
num frumenti ſolum ſine aquæ admixtiõe in
panem. Quod ſi quem mouet, cum cœnatis
ſaluator apoſtolis ſuum corpus ac ſanguinẽ
tradiderit,quare nos ieiuni eadem ſacramen
ta percipiamus: audiat quia tunc neceſſe erat
typicum paſcha conſummari, & ſic ad uerũ
paſcha tranſiri. nunc autem in honorem tan
ti ſacramenti placuiſſe magiſtris eccleſię,pri
mo nos dominicæ paſſionis participatione
muniri,& ſpiritualibus epulis ſatiari,deinde
Aug. terrenis dapibus corpus refici. Lucas de ca-
lice præoccupauit ante benedictionem panis,
& poſtea repetendo ordinauit aliorum ordi
ne. Quod uero poſt calicem datum,traditorẽ
M. commemorat, prætermiſſa recapitulare ui-
detur. Probat enim Hilarius ſuper Matthæ-
um,proditorem diſceſſiſſe priuſquã myſte-
rium corporis & ſanguinis à domino diſci-
pulis daretur. Tunc enim bibentes calicẽ dñi
poſtea ſecum bibituri erant in regno patris,
ad quod Iudas dignus nõ fuerat. Bibentibus
etiam,nullum excipiẽs,dixit: Sanguis meus
effundetur pro uobis. ſed in alijs excepit,di-
cens: pro multis. Verum tamẽ quia ſimul po
tuerunt fieri,quæ ſimul dici non poſſunt,or-
do huius libri nil repugnat exiſtimãtibus do
minum diſtribuiſſe ſacramentum corporis et
ſanguinis ſui, anteq̃ per buccellam tinctam
ſuum exprimeret traditorem. Nunc autem
gratia tanti ſacramenti, quod per excellenti
am dicitur euchariſtia.i.bona gratia, uideamus
ſacramẽta inſtituta eſſe propter eruditionẽ,
humiliationem,exercitationem. Eruditio eſt,
quod mens per uiſibilia promouetur ad in-
uiſibilia intelligenda. Magna quoq; humili-
tatis exhibitio eſt in iſtis uiſibilibus & homi
ne multum inferioribus, à deo ſalutem quæ-
rere,quam ſuperbia perdidit. Cum eñ non
poſſit homo eſſe ſine exercitatione, ut remo-
ueretur à mala & ſuperflua,& exerceret ſe in
bona,inſtituit deus ſacramenta & eorum cer
ta loca,ut in eccleſia audiatur miſſa,ſuſcipiat
euchariſtia & ſimilia. Conſiſtit autem ſacra-
mentum in rebus,factis,dictis. Res autem ſa
cramentales ſunt,ut aqua,oleum, & ſimilia.
Facta,ut baptizandorum ſubmerſio, inſuf-
flatio. Dicta,uelut ſanctæ trinitatis inuoca-
tio. Et notandum quanta ſit conuerſio in re-
bus ſacramẽtalibus ex uirtute diuinæ conſe-
cratiõis. Indifferenter eñ ſe habent ad cõmu
nes uſus ante conſecrationem. ſed uirtus ni-
mirum diuinæ benedictionis omnino con-
uertit eas ad ſpiritualia. Hinc eſt iuxta cenſu-
ram canonum, quod aqua baptiſmatis uſu
ſpirituali expleto, effunditur in diuerſorio.
chriſma & euchariſtia pro uetuſtate cremã-
tur,etiam ligna dedicatæ eccleſiæ in laicorũ
opera non admittuntur. & ſic de cæteris.
Vnitas quoque cuiuſque ſacramenti atten-
denda eſt, quia una eccleſia in unitate fidei
unum deum colit: uno baptiſmo, licet in di-
uerſis locis & diuerſis temporibus,regene-
ratur: una confirmatione contra aduerſa mu
nitur,una hoſtia ſalutari præcipue Chriſto
unitur, quando ſacramentum paſſionis illi-
us cum ore ad redemptionem ſumitur, ad
imitandum quoq; intenta mente cogitatur.
Sic enim ſanguine Chriſti corpus & animã
linimus, quia ſanguis agni ſuper utrunque
poſtem domus liberauit Hebræos ab ange- Exo. 12.
lo exterminatore. Igitur in ſacramento alta
ris diligenter attendenda ſunt,inſtitutio,cau
ſa inſtitutionis,ſacramentum,res ſacramen-
ti,modus conſecrandi,modus ſumendi,co-
meſtio ſpiritualis. Inſtitutio eſt: Hoc facite
in meam commemorationem. Cauſa inſtitu
tionis triplex eſt, ut ſcilicet memoria domi-
nicæ paſſionis habeatur, ut ſpiritus hominis
purgetur & reficiatur,ut infirmitas humana
contra frequentes lapſus roboretur & mu-
niatur. Sacramentum triplex eſt,quia in pa-
ne & uino & aqua. Et eſi panis,ſacramentum
dominici corporis, illud uero incarnatæ di-
uinitatis. Eſt,inquit,Apoſtolus,magnum pi 1.Ti.3.
etatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt
in carne. Vnde Auguſtinus: Illud corpus ui
ſibile & palpabile, ſacramentum eſt inuiſibi
lis formæ,id eſt,panis cæleſtis quo uiuunt an
geli. Cum enim nihil in corpore geſſerit a-
nima Chriſti,niſi quantum uerbum cui uni-
ta eſt inſpirabat, quis non uidet corpus eſſe
ſacramentum inhabitantis deitatis? Vinum
autem ſacramentum ſanguinis eſt,in quo in
telligitur anima. Aqua uero uel illius aquæ
quæ fluxit de latere Chriſti, uel fidei eccle-
ſię,ut neque CHRISTVS ſine eccleſia,neq;
eccleſia ſit ſine Chriſto, ſed eius carni & ani
mæ uniatur & conformetur. Amplius,Pa-
nis eſt ſacramentum corporis Chriſti,quod
eſt eccleſia. Vnde Hieronymus in Marcum:
Accepit Ieſus panem, figurãs corpus ſuum
pane,quod eſt eccleſia præſens. quod accipit

in fide, benedicitur in numero, frangitur in
paſſionibus, datur exemplis, ſumitur doctri
nis. Format ſanguinem ſuum in calice, uino
& aquæ mixtis: ut alio purgemur à culpis,
alio redimamur à pœnis. Sanguine nanque
agni, domus ſeruantur à percuſſione ange-
li. & aqua maris rubri extinguuntur inimici,
quæ ſunt myſteria eccleſiæ Chriſti. Tres e-
nim teſtes ſunt: aqua, ſanguis & ſpiritus. A-
1. Ioh. 5. qua ad lauacrum, ſanguis ad precium, ſpiri-
tus ad reſurrectionem. Amplius, Panis eſt
ſacramentum charitatis, uinum ſpei, aqua fi-
dei. Sine quibus, ſcilicet fide, ſpe, charitate,
unitas & conformitas Chriſti non poteſt eſ
ſe. Eſt igitur res ſacramenti hæc tripartita
Chriſti conformitas in unitate corporis ec-
cleſiæ, & ipſe Chriſtus, qui ſimiliter triparti-
ta ratione comprehenditur, ſecũdum huma-
nam naturã, ex aīa rationali & hũana carne
ſubſiſtẽs: ſecundum diuinam, ex uerbo utriſ
que in unitate perſonæ coniuncto. Sed hic di
ſtinguendum eſt, quia Chriſti uiſibilis for-
ma, nobis modo inuiſibilis, res eſt uiſibilis
ſacramenti altaris: & inuiſibilis forma cæle-
ſtis panis, quo uiuunt angeli, res eſt uiſibilis
& palpabilis formæ Chriſti. Eſt itaque Chri
ſtus & ſacramentum & res ſacramenti. No
tandum quia prædicta conformitas Chriſti
& eccleſiæ, pariter & caro & ſanguis Chri-
ſti appellatur, eo quod ſit proprius effectus
incarnationis uerbi, & finalis cauſa domini-
cæ paſſionis. Hinc Hieronymus Paulæ &
Euſtochio in epiſtolã ad Epheſios: Duplici-
ter ſanguis Chriſti & caro intelligitur, uel
ſpiritualis illa atque diuina, & de qua ipſe di-
cit: Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis me-
us uere eſt potus. &, Niſi manducaueritis
Ioh. 6. carnem meam, & ſanguinem meum biberi-
tis, non habebitis uitam æternam. Vel caro
Ibidem. & ſanguis quæ crucifixa eſt, & qui militis ef-
fuſus eſt lancea. Idem ad Ebidiam in libro
duodecimo quæſtionum: Audiamus panem
quem fregit dominus diſcipulis corpꝰ eius,
& uinum ſanguinem eius. Dominus ipſe eſt
conuiua & conuiuium, ipſe comedens & qui
comeditur. illiꝰ bibimus ſanguinem, & ſine
ipſo potare non poſſumus. Quotidie in ſa-
crificijs eius de genimine uitis ueræ & uinea
Soreth, quæ interpretatur electa, rubentia
muſta calcamus, & nouum uinum ex his bi-
bimus in regno patris, id eſt, in eccleſia, non
in uetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus,
cantantes canticum nouum, quod nemo po-
Ioh. 14. teſt cantare niſi eccleſia. Quotquot in Chri-
ſto baptizamur, panem comedimus angelo
rum, & audimus dominũ prædicantẽ: Meus
cibus eſt, ut faciam uoluntatem eius qui miſit
me. Faciamus igitur uoluntatem eius qui mi Ioh. 4.
ſit nos patris, & Chriſtus nobiſcum bibet in
regno eccleſiæ ſanguinem ſuum. Modus
conſecrandi pertinet ad gradum ſacerdotij,
ad locum ueri ſacrificij, qui ſcilicet nõ eſt ex-
tra catholicam eccleſiam, & ad ipſius ſermo-
nem domini. Eſt enim ſacerdotis, uerba do-
mini proferre cum intentione conſecrandi,
& in perſona eccleſiæ dicere, offerimus. Mo
dus etiam ſumendi tripliciter diuiditur. Co
meſtio enim alia fit ore, & eſt ſacramentalis.
alia fit corde, & eſt realis: alia fit ore & corde,
in† altero ſacramẽtũ, in altero res ſacramen
ti. Sola ſacramẽtalis, tm̃ maloꝝ eſt, q & ſi ſub
uiſibili ſpecie elementorũ corpus Chriſti ac † altero fit
cipiant, tamen quia nec uere credunt, nec di-
ligunt, pani cæleſti counini non poſſunt. So
la realis, bonorũ eſt tm̃, qui & ſi ſub uiſibili
ſacramento carnem Chriſti non ſumant, ta
men fide & dilectione panem cæleſtem mã
ducãt, & ei counciuntur. Vnde Auguſtinus:
Quid paras dentes & uentrem? Crede & mã
ducaſti. Realis uero & ſacramentalis come-
ſtio iunguntur, cum accipientes in pane qđ
pependit in ligno, accipientes in calice quod
manauit de latere, perungunt mente uſq; ad
eſum panis uitæ. Oris inquam perceptio &
incorporatio, quæ eſt in aſſumendo eucha-
riſtiam, ſacramentum eſt comeſtionis cor-
dis: qua, ſicut uerbis Hieronymi prædictum
eſt, manducamus cum domino carnem ſu-
am, & bibimus cum eo ſanguinem ſuũ. Hoc
eſt, per efficaciam carnis ſuæ & ſanguinis ſui
manemus in eo, & ipſe in nobis. Itaque alij
accipiunt corpus domini ad mortem, quia
non attingunt panem uitæ: alij accipiunt ad
uitam, quia couniuntur cum uerbo uitæ. In
comeſtione ſpirituali ſeptem debent conſide
rari: fides, cogitatio, intelligentia, memoria,
amor, imitatio, adhæſio. Homo quippe qui
comedit, prius buccellam panis ſumit, & in-
de ponit in os & dentibus terit. & per ſali-
uam de capite deſcendẽtem, fit cibus ille glu
tibilis, & ſic in uentrem deſcendit. inde cor-
pus roboratur, & ſpiritus ſuſtentatur. Buc-
cella panis, eſt portio fidei, quam ponit deus
in ore cordis. Hanc ſequitur cogitatio, quæ
inquirit, terit, apud ſe frequẽter reuoluit. De
inde intelligentia, quæ panem tritum gluti-
bilem reddit. Cum auxilio ſaliuæ, id eſt, gra-
tiæ deſcendentis de capite Chriſto per intel
ligentiam, tranſit & deſcendit in uentrem. i.
memoriam. memoria nutrit amorem, amor
ducit ad imitationem, imitatio facit plenam
adhæſionem. Vnde qui adhæret deo, unus

ſpūs eſt cum eo. Hoc pane confirmatus homo pōt calicē bibere, id eſt, paſſionem ſuſtinere. & cibum potus ſequitur. Calix eſt paſſio in manu domini, & cito tranſit paſſionis impetus, ſicut potus cito tranſigitur. Prædicta comeſtione roboratus occurrit & proponitur calix. hūc uidentes deſiderāt & ſitiunt. Primo eſt calix, deinde ſitis, hanc ſequitur potus, ſitientes enim potant. Felix ebrietas ſequiꝫ potū, per quā homo à terrenis alienatꝰ, cęleſtibus confirmatur. Inebriationē ſequitur dormitio, dormitionem quies. Multi enim dormiunt, qui non quieſcunt. Quietem ſequiꝫ uita æterna, ut obtineat in ipſa re qđ iā habet in ſpe. Sane tria diſtingui oportet, quæ & ſancti doctores cōmuniter aſſerūt, & eccleſia firmiter tenet. Vnū eſt, quod panis & uinum per conſecrationem uertuntur in uerum corpus & ſanguinē Chriſti. Trāſit itaq; eſca corporis in eſcam animæ, cibus uentris in cibum mentis fidelis & ſpiritualis, quapropter uiaticum appellatur. Sed Apoſtolo teſte, quicunq; māducauerit panē uel
1.Cor.11. biberit calicē domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini. & ita iudicium ſibi manducat & bibit. Hieronymus ſupra illud Apoſtoli: Si in linteo uel in uaſe ſordido nullus mittere audet, quanto magis in corde polluto, quam immunditiam deus ſuper oia execratꝫ? Nā & Ioſeph iuſtus ꝑpterea in ſyndone munda & noua inuoluit, quia p̄figurabat corpus domini, accepturos tam mundā mentem debere habere quàm nouam. Secūdum eſt, quod uiſibiles ſpecies panis & uini ſenſibus noſtris ſubiacent æque poſt conſecrationem ut ante. Oculis enim ſine omni deluſione cernimus & formam & colorem tam panis quā uini, guſtu & odoratu abſq; fallacia probamus ſaporem, tactu calidum uel frigidum, molle uel durum ſentimus, auribus fractiōem percipimus. Vnde Ambroſius: Nihil falſum putandum eſt in ſacrificio ueritatis, ueluti fit magorum pręſtigijs, ubi deluſione quadam falluntur oculi, ut uideaꝫ eſſe quod non eſt, omnino. Præſtigium aūt quaſi præſtrigium dicitur, eo quod præſtringat aciem oculorum, cuius inuentor Mercurius dicitur fuiſſe. Tertium uero eſt, q̄a corpus Chriſti in humana forma impaſſibili incorruptibili, localiter & inuiſibiliter in cælo eſt, quo uſq; in iudicio omnibus appareat. Hinc Hieronymus in minori breuiario pſalmo centeſimo trigeſimooctauo. Exurrexi & adhuc tecum ſum. Tempus ſignificat, quo adhuc eſt ad dexteram patris, donec ueniat iudicare uiuos & mortuos. Auguſtinus in cāticum graduum pſalmo centeſimo uigeſimoſeptimo: Abſens eſt, qui nobis dedit arram ſanguinis ſui, id eſt, Chriſtus ſpōſus noſter. ſed abſens corpore, præſens maieſtate. Idem ſeptuageſimoquinto capitulo Iohannis: Surſum eſt dominus, ſed etiā hic eſt ueritas. Corpus enim domini in quo reſurrext uno loco eſſe poteſt. ueritas eius ubiquè diffuſa eſt. Idem pſalmo ſeptuageſimo quinto. Si patrem uel filium ſecundum diuinitatem cogitas, ubiq; præſens eſt. Si aūt filium ſic intelligis, quomodo uiſus eſt in carne inter homines, & crucifixꝰ, & reſurrexit: aſcendit in cælum, & in circuitu eius ſunt angeli. Tenet igiꝫ eccleſia corpꝰ dn̄i localiter eſſe in cælo. tenet uerum corpus domini q̄d pependit in ligno, ſuper altaria eſſe. Corpꝰ Chr̄i impaſſibile eſt, inuiolabile eſt. mors ei ultra nō dominabitur. uerum corpus Chriſti manibus ſacerdotum ſenſualiter tractaꝫ, frangitur, in ſingulis portionibus totum ſuſcipitur & integre. Corpus Chriſti incorruptibile eſt, iterum corpus Chriſti dentibus atteritur & tranſglutitur. Lege fidem Berengarij, quā ſibi firmauit eccleſia ſub Nicolao papa, & ita eſſe inuenies. Igitur ſalubri conſideratione ueritatis interpretatio perquirenda eſt. abſit enim quod ſancta eccleſia cōtraria credat, cum talia prædicat: Deus eſt ſimplex & incorporea natura, Deus eſt homo, Deus ipſa æternitas eſt, Deus de uirgine natus eſt, Deus eſt immortalis, Deus in cruce mortuus eſt, Deus eſt immenſus, Deus in ſepulchro iacuit, Deus eſt immutabilis, illocalis, deus à morte ſurrexit, cælos aſcēdit. Hic ex officio commentatoris, uel ad eligēdum, uel ad euitandum plurima proponētis, ſalua pace eccleſiæ, quorundam notabimus opiniones. Virtus enim ſeſe diligit, aſpernatur q; contraria, nec uitare uitium niſi cognitū poteſt. Sunt nonnulli, imò forſan multi, ſed uix notari poſſunt, qui cum damnato Berengario idem ſentiunt, & tamen eundem cum eccleſia damnant. In hoc uidelicet damnant eū, quia formam uerborum eccleſiæ abijciens, nuditate ſermonis ſcandalum mouebat. Nō ſequebatur ut dicunt, uſum ſcripturarum, q̄ paſſim res ſignificantes tanquam ſignificatas appellant, præſertim in ſacramentis, ut eorū uirtutes exprimant. Alij uero latenter imponunt, quod non intelligant tropos & figuratas locutiones. ideoq; miſerabili morte animæ ſigna pro rebus accipiant. Illud quoq; maxime deridēt, quod panis & uini ſpecies quidā dicunt in aëre apparere: quidam uero ſenſus corporeos falli, poſt conuerſionem

panis & uini In carnē & ſanguinē Chriſti. Egregi⁹ aūt qdā uerſificator ſane ſēſit, & dixit:

Melchiſedec domino panem uinumq; litauit.
Chriſtus idem ſtatuens, pactum uetus euacuauit.
Inter utrunq; diu fuit alter ſacrificandi
Ritus, & obtinuit uim qualemcunq; piandi.
Agnus enim legis, carnales diluit actus,
Agnum præſignans, qui nos lauat hoſtia factus
Hoc ſemel oblato, curſum prior ille peregit.
Quodq; fuit ſignum, præſens effectus abegit.
Quis locus auroræ, poſtquam ſol uenit ad ortum?
Quis locus eſt uotis, teneat cum nauita portum?
Lex aurora fuit. bos & capra, uota fuere.
Crux ſol, crux portus: hæc eſt, ea præteriere.
Crux clauſit templum, crux ſoluit ænigmata legis.
Sub cruce ceßat ephod, & deficit unctio regis.
Hircus, ouis, paßer, uerues & adeps uitulorum,
Nil preconātur. deus hoſtia, finis eorum.
Parcat hebreus oui, caro carnes abſtulit aræ.
Eſt pecudum, pecudes poſt Chriſtum ſacrificare.
Mortuus ille ſemel, licet ultra non moriatur.
Idem quotidie ſine uulnere ſacrificatur.
Panis in altari, deus in cruce nil dubitetur.
Hec uerbo uitæ fieri uita ipſa fatetur,
Quæ uegetet mentem, niſi Chriſtus inania ſanxit,
In Chriſti carnem panis ſubſtantia tranſit.
Hac in carne nihil carnale, nihil ue cruentum.
Spiritus hic tangit, uidet, accipit ad monumentum
Ordo ſacer, bona traditio, pia uictima panis.
Vnde procul facinus, procul horror & uſus inanis.
Secretum felix, noua uirtus, utile ſacrum,
Quo factus ſanguis liquor eſt in tale lauacrū.
Nā quia peccantes medicina ſemper egemus,
Hanc pro peccatis medicinam ſemper habemus.
Hec datur ad uitam. ſed ſi reus hunc uerearis,
Qui patris ad dextram ſedet, & mactatur in aris.
Ecce uides in lege typos & ſigna periße,
Ad propriumq; caput tria ſacramenta rediße.

L. 273. X.

AIt autem dominus Simoni: Simon, ecce ſathanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat ſides tua.

Beda. Docet dominus nullius fidem à diabolo tentari, niſi deo permittente. Sathanas expetit bonos ad cribrādum, hoc eſt, anhelat ad afflictionem eorū. Dominus rogat pro Petro, non ut non tentetur, ſed ut poſt lapſum negationis ad ſtatum priſtinū reſurgat. Eſt enim ſanctis utile, tentationibus examinari: ut uel tentati quàm fortes fuerint, appareant. uel cognita per tentationem ſua infirmitate, fortiores fieri diſcant. & ſic cū probati fuerint, accipiāt coronā uitæ. L. 274. IX. A. 119.

ET tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

Exemplo tuæ pœnitentiæ confirma fratres tuos ne deſperent, poſt peccatum conuerſi ad me. A. 119. X.

FIlioli, adhuc modicū uobiſcū ſū.

Antequam moriar, in hac infirmitate carnis uobiſcum modicum ero. nam poſt reſurrectionem non ero uobiſcum in conſortio infirmitatis humanæ.

Quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, quò ego uado, uos non poteſtis uenire, & uobis dico modo.

Hoc eſt, modo non poteſtis. Iudæis autē cum diceret, non addidit, modo. Vt autē aliquando me ſequamini, moriendo pro iuſtitia, ueniendo ad uitam immortalem, ſeruate mandata.

Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem.

Nōne in ueteri lege erat, diliges proximū tuum tanquam te ipſum? Cur ergo nouum hic dicitur? Quia innouat obedientem iſta dilectio, quā dn̄s ut à carnali dilectiōe diſtingueret, addidit: Sicut dilexi uos. Illud maius mandatū, quo præcipimur diligere deum ex toto corde, uidetur hic prætermiſſum. Sed bene intelligentibus utrūq; inuenitur in ſingulis. Quid enim deus dilexit in nobis, niſi ut haberemus eum? Nihil diligit medicus in ægris niſi ſalutem, quam cupit reuocare.

In hoc cognoſcent omnes quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Alia munera mea habent etiam nō mei, naturam uidelicet, uitā, ſenſum, rationem. fidem. ſed quoniam charitatē nō habent, ut cymbala concrepant, & nihil eis prodeſt. Hic eſt fons, in quo alienus non communicat. 1.Cor.13.

A. 124. I. M. 289. R. 170. L. 275.

DIcit ei Simon Petrus: Domine, quo uadis? Reſpondit ei Ieſus: Quo ego uado, non potes me modo ſequi. ſequeris autem poſtea.

Audita dilectionis uia, qua ſequendus eſt dominus, dicit Petrus ut ſequi paratus: domine, quo uadis? Sed qui totum nouit, docet eum ne præſumat, quia nōndum eſt indutus uirtute ex alto.

M. 287. IIII. R. 108. A. 40.

TVnc dicit illis Ieſus. Om̃es uos ſcandalũ patiemini in me in iſta nocte.

Prædicit quod paſſuri ſint, ut cum paſſi fuerint, non deſperent. Signanter addidit, in iſta nocte; quia in tenebris ſcandalizati ſunt ſicut ebrij. Nos uero dicamus, nox præ-
Ro. 13. ceſſit, dies autem appropinquauit.

M. 278. VI R. 169.

SCriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergẽtur oues gregis. Poſtquam autem ſurrexero, præcedam uos in Galilæam.

Hiero. In Zacharia propheta ſcriptum eſt ex perſona
zach. 13 ſona prophetæ ad deum, percute paſtorem. Poſtulat paſſionẽ domini. Pater reſpondet: Percutiam paſtorem. Precibus enim ſanctorum filius à patre mittitur & percutitur, id eſt, incarnatur & patit. & diſpergunt oues, paſtore capto. Reſurrectio promittitur, ut ſpes non extinguatur. Conſolatio em̃ prædicitur, ubi clarificatum reſurrectione uidebunt, qui mœſti locum paſſionis audierãt.

M. 279. I R. 170. L. 275. A. 124.

REſpondens autem Petrus, ait illi: Et ſi oẽs ſcandalizati fuerint in te, ego nunq̃ ſcandalizabor, L. qui tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. A. Animã meam pro te ponam.

Hieron. Non eſt temeritas Petri, ſed ardens affectus erga ſaluatorem.

Reſpondit Ieſus: Animam tuam pro me ponis? M. R. L. A. Amẽ dico tibi, quia in hac nocte antequã gallus cantet, ter me negabis.

Aug. Voluntatem ſuam iactabat infirmus, ſed aſpiciebat ualitudinem medicus. Trina Petri negatio, ſi poſt primum galli cantum inciperet, falſum dixiſſe uiderentur Mattheus, Lucas, Iohannes, qui dixerũt quod antequam gallus cantaret, eum Petrus eſſet negaturus. Rurſus, ſi trinam negationem peregiſſet, anteq̃ gallus cantare inciperet, ſuperfluo narraſſet Marcus ex perſona domini, priuſquã bis gallus uocem dederit, ter me es negaturus. Ergo quia ante primum galli cantum cœpta eſt illa trina negatio, non attenderunt illi tres quando compleretur, ſed q̃n cœpta eſſet, quanq̃ in animo eius ante primum galli cantum tota poſſit intelligi. Quanquam enim uerbis negatis ante primum cœpta, ante ſecundum autem galli cantum pacta ſit tota illa trina negatio, tamen timore Petri ante primum tota concepta eſt. Nec intereſt quãtis horarũ interuallis trina uoce enunciata ſit, cum cor negantis ante primũ galli cãtum tota poſſederit. Tam magna ſcilicet formidine imbutũ erat cor eius, ut poſſet dominum nõ ſolum ſemel, ſed iterum & tertio interrogatus negare. Et quõ iã mœ-
chatus eſt mulierẽ in corde ſuo, qui eã uiderit ad concupiſcẽdum: ſic Petrus tantũ timorem conceperat in animo, ut perdurare poſſet uſq; ad tertiam domini negationẽ. Ideo quoq; tota trina negatio ei tempori deputanda eſt, in quo trinæ negationis ſufficiens timor eum inuaſit. Ex quo etiam ſi poſt primũ galli cantum uerbis inciperet negare, nihil tamen contrarietatis ineſſet. Non igitur mouere debet, quia trina negatio ante primum galli cantum cœpta eſt, & poſt primum peracta eſt, tanq̃ ſi alicui diceretur: Hac nocte antequam gallus cantet, ad me ſcribes epiſtolã, in qua mihi ter cõuiciaberis. Vtiq; ſi eam ante primũ galli cãtum ſcribere inciperet, & poſt primũ galli cantũ finiret, non ideo dicẽdũ eſſet, falſo fuiſſe p̃dictũ. M. 280. VI R. 170.

AIt illi Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecũ, nõ te negabo. Similiter & om̃es diſcipuli dixerũt.

Hiero. Animus ſine pennis in altũ uolare nititur. ſed corpus aggrauat animã, ut timore humanæ mortis domini timor ſuperetur. Petrus
M. tamẽ non mẽtitur, quia uerũ eſſe credit q̃d promittit. Mẽtitur autem, qui falſum ſignificat cum uoluntate fallendi. A. 127. X

Caput CLVII.

NOn turbetur cor ueſtrũ, creditis in deum, & in me credite.

Ne mortem tanquam hoies timerent &
Aug. ideo turbarentur, conſolatur eos, deum etiam ſe eſſe conteſtans. Quaſi dicat: Mortẽ metuitis huic formæ ſerui. non turbemini, quia deus ſuſcitabit illam.

In domo patris mei multæ manſiones ſunt.

Merito turbabantur, quãdoquidem fidentiori dictum erat quia negaret dominũ. Sed cũ audiũt de mãſionibus cæli, à perturbatione

recreantur,certi poſt pericula ſe apud deum
manſuros pro meritis ſuis, quod ſignificant
1.Cor.15. multæ manſiões. Alia eſt enim gloria ſolis,
alia lunæ,alia ſtellarum. differt enim ſtella à
ſtella in gloria. Proinde reſpuendi ſunt ,qui
putant ideo dictũ multas manſiones,quia ex
tra regnum cęlorũ eſt aliquid,ubi maneãt in
nocentes beati,qui ſine baptiſmo de hac uita
migrauerunt.hæc aũt fides nõ eſt catholica.

Si quo minus, dixiſſem uobis, quia
uado parare uobis locum.

Quo minus.i.non.Si alicubi niſi in domo
Albinus. patris,id eſt,in iuſtis manſiones eſſent, dixiſ
ſem uobis.Sed ſciatis q̃a uado mõ locũ uobis
parare moriẽdo,reſurgẽdo, & in cælos aſcẽ
dendo. Hieronymus contra Iouinianum: Si
non manſiones multæ eſſent apud patrem,
dixiſſem uobis,quia uado parare locum uo-
bis. Hoc eſt, ſi non unuſquiſq; p̃pararet ſibi
manſionẽ ex ꝓpriis opibus, dixiſſem uobis.
Et ideo non eſt meum parare uobis, ſed ue-
ſtrum. Iudæ nihil profuit paratus locus, quẽ
ſuo uitio perdidit. Iuxta quẽ ſenſum etiam
illud intelligendum eſt,quod dictum eſt fi-
Mat.20. liis Zebedæi: Sedere à dextris meis uel à ſini
ſtris,non eſt meũ dare uobis, ſed quibus pa
ratum eſt à patre meo. Fruſtra,inquit, peti-
tis quod in uobis ſitum eſt,& quod pater me
us præparauit dignis uirtutibus.

Et ſi abiero, & præparauero uobis
locum,iterum uenio & accipiam uos
ad meipſum,ut ubi ſum ego, & uos
ſitis.

Aug. Ipſe eſt in ſeipſo, ergo illi futuri erant in
ipſo.Ipſe enim eſt uita æterna, in qua futuri
ſumus. Abiit autem per abſentiam carnis la-
tendo,ueniet in iudicio apparendo, ſed ma-
net regnãdo, ut proficiamus bene uiuendo,
& ſic paratur locus. Abiens quidem,ſed non
relinquens parat: quia ſubtraxit ſe & latet,
ut ſit fides de re quæ non eſt uiſa, & inde eſt
meritum fidei. Non ſunt contraria quod di-
xit,manſiones multæ ſunt:& quod hic dicit,
ſe iturum præparare locum. Nam & iſtæ mã
ſiones iam ſunt prædeſtinatione, & ita non
ſunt parandæ: & tamen parandæ ſunt in ope
ratione. Sic iſtud dictum eſt, quomodo pro
pheta dicit, quia deus fecit quæ futura ſunt.
Fecit prędeſtinando, facturus eſt operando.
Parat ergo deus modo manſiones, manſio-
nibus parando manſores. Per domum acci-
1.cor. pitur templũ dei, de quo Apoſtolus ait: Tem
p'um dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. Hoc eſt
etiam regnum dei, quod filius traditurus eſt
patri. Vnde Apoſtolus: Initiũ Chriſtus, de-
inde qui ſunt Chriſti in præſentia eius. dein- 1.Cor.15.
de finis, cum tradiderit regnũ, id eſt, redem-
ptos ſuo ſanguine deo & patri. Tunc Iuſti Mat.13.
fulgebunt ſicut ſol in regno patris. Regnum
fulgebit in regno, cũ regno uenerit regnũ,
quod oramus dicẽtes: Adueniat regnum tu-
um. Iam uocatur regnum, ſed tunc habebit Mat.6.
poteſtatem regnãdi, cum audiet: Venite be
nedicti patris mei, percipite regnum, id eſt, Mat.25.
qui regnum eratis, & non regnabatis niſi in
ſpe, uenite & regnate in re. Credenti colligi
tur meritum, uidenti redditur pręmium. De
ſiderium uiſionis, præparatio eſt manſionis.
Domine, para quod paras, nos ſcilicet tibi,
& te nobis, ut ſit multitudo manſionũ, quod
pro diuerſitate meritorum, alius plus, alius
minus, participes tui erimus.

Et quo ego uado ſcitis, & uiã ſcitis.

Cum Chriſtus in eadem perſona ſit deus
& homo, ſecundũ hominem uenit ad homi-
nes: & ſecũdum hominẽ glorificatũ redit ad
ſe deũ, qui eſt in patre ueritas, & uita de uita.

Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus
quo uadis, & quomodo poſſumus
uiã ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum uia,
& ueritas, & uita. Nemo uenit ad pa-
trem niſi per me.

Vtrunq; dixerat dominus eos ſcire, quod
Thomas dicit neſcire. Neſcit dominus mẽti
ri. Ergo ſciebant quod ſe ſcire neſciebãt. Nã
ſi eum ſciebant, & ipſe eſt uia & ueritas & ui
ta, totum iſtud ſciebant. Ibat ad ueritatem &
uitam, id eſt, ad ſeipſum, & ad patrem per ſe-
ipſum. Nos etiam imus per ipſum, & ad pa-
trem & ad ipſum. Miro & ineffabili modo
qui nunquam dimiſit ſe, uenit ad ſe. Accipi-
te impar exemplum, utcunq; ad intelligen-
dum. Ego quantum attinet ad animum me-
um, cum hoc ſim q̃d eſtis uos: ſi taceo, apud
meipſum ſum: ſi loquor uobis quod intelli-
gatis, q̃dammodo ad uos procedo, nec me re
linquo. Cum aũt tacuero, q̃dammodo ad me
redeo: & uobiſcũ maneo, ſi tenueritis q̃d au-
diſtis. Si hoc poteſt dei factura, quid põt de
dei filius? Ego ſum, inquit, uia, ueritas & uita.
quaſi diceret, Qua uis ire, ego ſum uia, quo
uis ire, ego ſum ibi ueritas. Vbi uis permane
re? ego ſum uita. Veritatem & uitam omnis
homo cupit, ſed uiam nõ inuenit. Ipſa uia ad
te uenit, ſurge & ambula. Ambula morib' nõ
pedibus. Multi bene ambulãt pedibus, & ma
le moribus. Aliq̃ñ bene ambulantes, præter
uiam corruunt, ut quidã non Chriſtiani. Be

ne currunt,ſed non in uia. Si non tenent uiam, quantumuis bene ambulent,dolendum eſt. Melius eſt in uia claudicare,quàm prçter uiam fortiter ambulare.

Si cognouiſſetis me, & patrem meum utique cognouiſſetis, & amodo cognoſcetis eum,& uidiſtis eum.

Aug. Notandum quod eorum aliqui eum ſciebant,aliqui non,& neſcientes arguit,dicens: Si cognouiſſetis me, utiq; & pťem meũ cognouiſſetis,qa ego ſum ueritas in uero patre. Illis autem qui filium iam nouerãt,dixiſſe intelligitur: & quo ego uado, ſcitis & uiam ſcitis. eiſdemq́; ſubiungit illud de patre, Amodo cognoſcetis eum per me cognitum. & uidiſtis, inquit, eum propter omnimodam ſimilitudinem,quç illi cum patre eſt,quem nõdum uidebant. Et ad hoc ualet quod poſtea Philippo dicitur:qui uidet me,uidet & patrẽ, non quod ipſe ſit pater & filius, ut dicunt Sabelliani & Patripaſſiani. ſed quod tam ſimiles ſint pater & filius,ut qui unũ nouerit,ambos nouerit. Solemus enim de ſimilimis duobus ita loqui,uidentibus unum,& uolentibus noſſe alterum. Vidiſtis iſtum?illum uidiſtis. Ergo qui uidet filium oculis cordis, uidet & patrem ei ſimilimum. Viderant iſti quàm ſimilimum filium, ſed monendi erant ut talem etiam patrẽ intelligerent, & non diſſimilem. Aug. Vtique ſumma ſimilitudo eſt, inter ſummam ueritatem & ſumme ueracem, inter ſummam ſapientiam, & ſumme ſapientẽ. hoc eſt, inter filium & patrem. Eſt enim deus pater ueritate quam genuit, uerax. ſapientia quam genuit, ſapiens.

Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis patrem. & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tempore uobiſcum ſum,& nõ cognouiſtis me? Philippe,qui uidit me, uidit & patrem. Quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem?Non credis quia ego in patre,& pater in me eſt?

Aug. Video quo animò dicas oſtendi tibi patrem,non quæris alterum ſimilem,ſed illum putas meliorem eſſe me. Philippus inſeparabiles ſeparatim uult noſſe,quærens in patre ſufficientiam,& non in filio,quia unus eſt de neſcientibus filium. Qui & ſi ſcirent iſtum eſſe filium,illum patrem: non putabant filium ex toto ſimilem,ſed patrem meliorem,& ita nec patrem nec filium ſciebant.

Verba quæ ego loquor uobis,a me ipſo non loquor. Pater autem in me manens,ipſe facit opera.

Ergo & uerba ſunt opera. Nam qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur. Hic dicunt Arriani: Ecce inæqualis eſt filius patri,non à ſeipſo loquens. Contradicunt Sabelliani,id eſt,Patripaſſiani: Ecce pater ipſe eſt filius. Quid eſt, inquiũt,in me manens ipſe fecit opera, niſi in me maneo ego qui facio? Nos autẽ dicimus, quia ſic eſt æqualis alter alteri,cum ſint unum in ſubſtantia,ut tamen ſit alter ex altero natura,& ei tribuit quod facit,de quo ipſe eſt qui facit.

Non creditis quia ego in patre,& pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite.

Si enim ſeparati eſſemus,nullo modo inſeparabiliter operari poſſemus.

Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet,& maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado.

Maiora horum faciet,id eſt,maiora ſubaudis uirtute horum operum. Vel genitiuũ lege pro ablatiuo,more grçcorum. Maius fuit ſanari umbra Petri,quàm fimbria ueſtimẽti Chriſti. Hoc fecit Ieſus per ſe,illud per Petrum. Ergo utrunque fecit ipſe. Sed quæ opera tunc dicebat,niſi uerba quæ loquebatur? Hæc uerba illi audiendo credebant. ueruntamen ipſis poſtea euangelizãtibus plures crediderunt quàm ipſi eſſent. Et hæc ſunt ſine dubitatione maiora. Nec hoc tamen ad ſolos apoſtolos dixit, quia non dixit, maiora horum facietis: ſed dixit,qui credit in me,maiora horum faciet. Quod ita intelligendum eſt: Non erit maior me qui credit in me, ſed ego maiora facturus ſum per eum,ut ex impio iuſtus fiat,quàm nunc faciam ſine ipſo. Non hic agitur de omnibus operibus Chriſti, qui omnia fecit. Maius tamen dico ſalutem animarum,quàm cælum & terram: quia his tranſeuntibus,ſalus remanebit iuſtorum. Non tamen in hoc audeo præcipitare ſententiam, ut dicam maius eſſe ſalutem Chriſto operante,quàm ſunt angeli & archangeli,qui ſunt opera Chriſti. Intelligat qui poteſt,utrum maius ſit,iuſtos creare, quàm impios iuſtificare,cum hoc ſit maioris miſericordiæ. De uerbis iuſtitiæ quæ tunc fecit,eſt hic ſermo,non de omnibus operibus eius.

Ber.
Aug.
Act. 5
Mat. 9.

A. 113. M. 216. R. 115.

ET quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio.

Quodcunque petimus aduerſus ſalutem noſtram, nõ petimus in nomine ſaluatoris. Itaque dominus non faciens quod uidet peti cõtra ſalutem, potius ſe exhibet ſaluatorẽ. Nouit enim medicus quid ſaluriferum, quid contra petat ægrotus. Si uolumus ut faciat quod petimus, ſalutem noſtram petam⁹. Vt glorificetur pater in filio, ſubiecit: Ne quis putaret eum ſine patre aliquid facturum.

Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum, ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere. quia nõ uidet eum, nec ſcit eũ. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.

Quõ mandata ſeruabimus, ut eũ accipiamus: quẽ niſi habeamus, mãdata ſeruare nõ ualem⁹? 1. Cor. 12. Audi Apoſtolũ: Nemo dicit dñm Ieſum niſi in ſpiritu ſancto. Quis dominum Ieſum dicit eo modo, quo Apoſtolus intelligi uoluit, niſi qui eum diligit? Multi dicunt uoce, corde autem & factis negant. Intelligamus ergo ſpiritumſanctum habere qui diligit, & habendo mereri, ut plus habeat, & plus habendo plus diligat. Habebant diſcipuli ſpiritum munus, & dandus eis erat amplius. Habebant occulte, accepturi erant manifeſte. Proinde & habenti & non habenti promittitur, ſed habenti ut plus habeatur. 1. Cor. 12. Non ſpiritus diuiditur, ſed dona eius. Nam diuiſiones donationũ ſunt, idem autem ſpiritus. Paraclitus interpretatur aduocatus. Et 1. Ioh. 2. de Chriſto dictum eſt: Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum, qui pro nobis rogat obedientiam repræſentando. Mundũ hoc loco dixit, dilectores mundi, nõ habentes ſcilicet ſpiritum ueritatis. Quicquid ſub tẽpore eſt, uanitas eſt. Spiritus autem ueritatis, id eſt, amor incõmutabilis deitatis, apud ſanctos manebit, ita quod in illis erit ad cognoſcendum, ad permanendum. Quamuis enim Dauid infirmitate ſuperatus criminaliter peccauerit, 2. Re. 11. ſane tamen credidit: proximum, ſi non effectu, ſaltem affectu dilexit: & forſitan Chriſtum habuit in fundamento. habuit, id eſt, ſic dilexit, quod ſi optio daretur ei, primum permitteret ſe interfici, quàm deum negaret, licet ad tempus in aliquo eum contemneret. Sancti cum peccant, lapis eſt motus, non euulſus. Cadat iuſtus, labatur iuſtus, reſurgat iuſtus, melior erit. Sanctis enĩ omnia cooperantur in bonum. Rom. 8.

Non relinquam uos orphanos. ueniam ad uos.

Hoc ideo adiecit, ne putaretur mittere ſpiritum ſine ſe. Orphani pupilli ſunt, ſed illud græcum, hoc latinum. Vnde in Pſalmo ubi legimus, Pupillo tu eris adiutor, græcus habet orphano. Pſalm. 9.

Adhuc modicum, & mundus iã me non uidet.

Mundus qui modo uidet oculis carnis, poſt modicum non uidebit. quia poſt reſurrectionem noluit demonſtrare carnem ſuam niſi ſuis. Sed & totum temp⁹ modicum eſt. quo finito, auferetur impius ne uideat gloriam dei, quam uidebunt iuſti. Modicum autẽ dixit: quia quod prolixum uidetur hominibus, breuiſſimum eſt deo.

Vos autẽ uidebitis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis.

Quia ipſius mox futura fuerat reſurrectio, poſuit uerbum præſentis temporis. qm̃ illorum differetur in finem, ait, uiuetis. Et tũc quando uiuent, manifeſte cognoſcent ea quę modo credunt.

In illo die uos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me.

Qui habet in memoria & ſeruat in uita, qui habet in ſermonibus & ſeruat in moribus, q̃ habet audiendo & ſeruat faciendo, ipſe diligit me. Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. Vnde Iohãnes in epiſtola ſua: Qui dicit quia diligo deũ, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. 1. Ioh. 4.

A. 114. M. 81. R. 96. L. 116.

QVi autem diligit me, diligetur a patre meo. & ego diligam eũ, & manifeſtabo ei meipſum.

Nunc ad hoc diligit, ut credamus. tunc ad hoc diliget, ut uideamus, & hæc uiſio merces erit fidei.

A. 120.

DIcit ei Iudas, nō ille Scariothes: Domine, quid factum eſt quia nobis manifeſtaturus es teipſum & non mundo? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mā ſionem apud eum faciemus. Qui nō diligit me, ſermones meos non ſeruat.

Iudas iſte eſt, cuius epiſtola inter ſcripturas canonicas legitur. Et dominus reſpondit quia per dilectionē diſcernitur gens ſancta à non ſancta. Charitas enim facit unanimes in domo, in qua faciunt pater & filius manſionem, qui donant & ipſam dilectionem. Erit itaq; interna gloria, uiſio & manſio nō tranſitoria, ſed æterna. Et hæc erit manifeſtatio, de qua ille quæſierat. Venit autem deus ad hominem, dum homo uenit ad deum. Venit homo credendo, obediendo, intuendo, capiendo: deus uenit ſubueniendo, illuminādo, implendo. Veruntamen in quorundam corda
Greg. uenit, & manſionem ibi non facit: quia per compunctionem dei reſpectum percipiunt, ſed in tentatione deficiunt.

A. 119. M. 88. R. 96. L. 146.

ET ſermonem quem audiſtis, nō non eſt meus, ſed eius qui miſit me, patris.

Aug. Non eſt filius minor patre, ſed non eſt à ſe ipſo. Nec iſtud eſt contrarium ad hoc quod dixit, qui non diligit me, ſermones meos nō ſeruat. Et fortaſſe propter aliquam diſtinctionem pluraliter dixit ſermones. Hic autem dixit ſermonem eſſe uerbum patris quod erat in principio.

Hæc locutus ſum uobis, apud uos manens.

Adhc manens corporali præſentia, cito uobis auferenda, dixi hæc de ſpirituali manſione. Illa in æternum beatificat liberatos, hæc in tempore uiſitat liberandos.

A. 121.

PAraclitus autem ſpiritusſanctus quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia, quæcunq; dixero uobis.

In nomine meo, id eſt, in notitia mei, uidelicet confitentibus me, mittet pater ſpiritum. Vel ita: Mittet in nomine meo, id eſt, ad glorificationem mei in dilectoribus meis. uel in nomine meo, hoc eſt, in nomine deitatis, qa unus deus ſumus ego & pater & ſpiritusſanctus. Vbi docet ſpiritusſanctus, docet pater Aug.
& filius, ſed quoniā trinitas eſt, oportebat ſingulas inſinuari perſonas. Paraclitus interpre Gre.
tatur aduocatus. quia quos repleuerit, exorātes facit. Vnde Paulus: Ipſe ſpiritus poſtulat Rom. 8.
pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non ut minor poſtulat, ſed ut nos ad poſtulādum inflammet. Idem ſpiritus uocatur conſolator, quia dum pœnitentibus ueniam præparat, à triſtitia mentem leuat. Quare dicit ſuggeret, cum ſuggerere ſoleat minoris eſſe? Quia aliquando ſuggerere dicitur ſubminiſtrare, ut hic: non quod nobis ſcientiam ab imo inferat, ſed ab occulto. Auguſtinus nō habet, ſuggeret uobis omnia: ſed, commemorabit uos omnia, & ita exponit: Intelligere debemus, quod iubemur non obliuiſci ſaluberrimos monitus ad gratiam pertinere, qua nos commemorat ſpiritus.

Pacem relinquo uobis, pacem meā do uobis. Non quomodo mundus dus dat, ego do uobis.

Iturus ad patrem, ſequentibus relinquo, peruenientibus do. Hoc eſt, quod legimus apud prophetam, pacem ſuper pacem. Pacem nobis relinquit in hoc ſeculo, qua hoſtem uincamus, qua nos inuicem diligamus. pacem ſuam dabit nobis in futuro, quando ſine hoſte & ſine diſſenſione regnabimus. Pacem relinquit nobis, ne de occultis iudicemus. pacem ſuam dabit nobis, cum manifeſtabit cogitationes cordis. Ipſe eſt pax noſtra, Ephe. 2.
qui fecit utraque unum. Sed quare non addidit meam, dicens relinquo, ſicut ubi ait do? Quid ſi pacem ſuam uoluit intelligi, qualem ipſe habet, in qua nulla repugnantia eſt, pacē autē quam nobis reliquit, non ſine peccato eſſe? unde dicimus, dimitte nobis debita noſtra. Non eſt ergo pax hic plena, quia ſecundum interiorem hominem legi dei condelectamur: ſed uidemus aliam legem in membris noſtris, repugnantem legi mentis nſæ. Rom. 7.
Itemq; pacem inuicem habemus, diligentes nos. ſed nec ipſa pax plena eſt, quia cogitationes noſtras inuicem nō uidemus. & quædam quæ non ſunt in nobis, uel in melius inuicem, uel in deterius opinamur. Nec ignoro hoc ſic accipi poſſe, ut repetitio uideatur,

& meam prius ſubaudiatur. Mundus autem .i. homines qui diligunt mundum, propterea dant ſibi pacem, ut ſine lite non deo, ſed mundo fruantur. Et quando iuſtis dant pacem, ut non eos perſequantur, non eſt uera pax, quia corda diſiuncta ſunt.

Non turbetur cor ueſtrum, neque formidet. Audiſtis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos.

Quia pacẽ do uobis, ut unũ cor ſurſum habeatis: ne turbemini de eo quod dixi uado, quaſi paſtoris abſentia gregem lupus inuadat. Etſi à uobis corpore uado ut homo, maneo præſens per id quod deus ſum. (Aug.) Obijciunt nobis Ariani, dei filium eſſe creaturam ex dictis Salomonis dicentis. Dominus creauit in principio uiarum ſuarum, antequã terram faceret. (Pro. 8.) Sed de humanitate dictum eſt creauit me in initio uiarum ſuarum, id eſt, ut initium uiarum & operum eius per euangelium demonſtrarem. Subſequens autem diuinitati conuenit, ante ſeculum fundauit me. Quod eſt dicere, ante omnia tempora genuit me. Item dicunt: Quare carnem quam creaturam eſſe nõ negas, cum diuinitate adoras? Propterea, quia ita diuinitati unita eſt, ut dei filius deus ſit & homo. Denique ſi hominem ſeparaueris à deo, nunq̃ ei ſeruio, uelut ſi quis purpuram aut diadema regale inueniat, nunquid adorabit? Cum uero rex eis fuerit indutus, periculum mortis incurret, qui ea cum rege contempſerit adorare. Si quis ergo adorare cõtempſerit carnem deitati unitam pœnam æternæ mortis patietur.

Si diligeretis me, gauderetis utique quia ad patrem uado, quia pater maior me eſt.

(Aug.) Secundum formam ſerui, puer Chriſtus etiam parentibus ſuis minor erat. Gaudeتetis, inquit, quia humanæ naturæ gratulandũ eſt, qua ſeuatur ad dexteram patris, in quo idem ſibi ſperant cæteri.

Et nunc dixi uobis priuſquam, fiat ut cũ factum fuerit, credatis.

Prædixit ſe ire ad patrem. & hi poſt mortem uiſuri erant eum, uiuentem & ad patrem aſcendentem. Quo uiſo, credituri erãt quod filius dei eſſet qui hoc potuit. Nam fides eſt rerum quæ creduntur & non uidentur. Credituri inquam erant, filium dei non noua fide, quia & prius crediderant, ſed aucta fide & refecta: quia & modo cum hæc diceret, parua erat: & cum moreretur, pene iã nulla.

Iam non multa loquar uobiſcum.

Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Princeps peccatorum, non naturarum uenit, accepta licentia à deo, ut me tradat in manus Iudæorum. & ego ſponte ſequar, cum in me non habeat quicquam, quod ad ſe pertineat. Noluit dominus habere quod perderet. pauper uenit, ne haberet diabolus quod auferret. Princeps mundi huius, eſt diabolus: mundus, mũdi amatores. Vnde ſcriptũ eſt: Qui uoluerit amicus eſſe ſeculi iſtius, inimicus dei conſtituitur. (Iacob. 4)

Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

(Aug.) Hoc ſubiecit, quaſi ei diceretur: Cur moreris, ſi non habes peccatum? Quia pater mãdauit. Notandum ſane quia pater tradidit filium, filius ſeipſum, diſcipulus magiſtrũ, diabolus ſaluatorem, Iudæi regem ſuum gentibus & cruci. Ecce opus commune, ſed uolũtates ualde diuerſæ.

L.

Caput CLVIII.

ET dixit eis: Quando miſi uos ſine ſacculo & pera & calceamentis, nunquid aliqd defuit uobis? At illi dixerũt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacculum, tollat: ſimiliter & peram. Et qui nõ habet, uendat tunicam ſuã & emat gladiũ.

(Beda) INformat dominus diſcipulos ad diſcretionem uirtutum matrem tenendam, ut alia ſit uiuendi regula tempore perſecutionis, alia tempore pacis. Sunt nanque uirtutes ſemper tenendæ, ut miſericordia, humilitas, caſtitas fides, ſpes, charitas. ſunt & aliæ pro tempore locoq; mutandæ, ut fames, ſitis, uigiliæ, orationes, labor operandi & docendi. Quas ſi quis ſemper exequendas putauerit, non modo ſe earum fructu priuabit, ſed & notam incurret ſtultitiæ. Magiſter itaque uirtutum ut inſinuaret diſcretionem, præcepit diſcipulis ad prædicandum miſſis, ne quid in uia tollerent, ſed de euangelio uiuerent. tempore uero perſecutionis decreuit pecuniã uictui neceſſariam tollere, donec tempus euangelizãdi rediret ſopita perſecutione. Nobis autem iter agentibus per regiones inhoſpitales, licet uiatici cauſa plura portare quàm domi habere. Vnde dominus hic, qui non habet gla-

dium, iubet ut emat. & legentes ſciant domino non deeſſe facultatem reſiſtendi, ſed amorem potius ineſſe patiendi. In quo oſtenditur benefica uirtus ſaluatoris, ut cum auricula ſerui amputaretur, ipſius tactu ſanaretur: & inimici perſequentes eum, ad fidem ad-
Ambro. monerentur. Gladius uero ſpiritualis eſt, ut uendas patrimonium, & emas uerbum quo nuda mentis penetralia ueſtiuntur. Eſt etiã gladius paſſionis, ut exuas corpus, & immolatæ carnis exuuijs ematur tibi corona martyrij.

L. 277 viii R. 216.

DIco autem uobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me: & quod cum iniuſtis deputatus eſt. Etenim ea quæ ſunt de me, finem habent.

Beda.
Iſai. 53. Iſaias paſſionem domini deſcribens, inter cætera poſuit quod cum iniuſtis deputatus eſt, latrones utique inſinuans. Finem habent, dicit, prædicta de me, id eſt, impletionem: quia mox deſcenſurus erat ad inferos, ut ſu-
Zacha. 9 os reuocaret ad ſuperos, iuxta alium prophetam ei decantantem: Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.

L. 178 x

AT illi dixerunt: Domine, ecce gladij duo hic. At ille dixit eis: Sat eſt.

Ambro. Duo gladij ſufficiunt ad teſtimonium ſponte paſſi ſaluatoris. unus, qui amputaret auriculam, in cuius ſanatione uirtus domini declararetur. Alter, qui nequaquam euaginatus, oſtenderet apoſtolos non permiſſos totum facere quod poſſent pro magiſtri defenſione. Duo gladij promuntur. unus noui, alter ueteris teſtamenti, quibus aduerſus inſidias diaboli muniamur. Et dicitur, ſatis eſt: quia nihil deeſt ei quem utriuſque teſtamenti doctrina munierit.

A. 111 x

SVrgite, eamus hinc.

Aug. Adhuc diſcumbens, diſcumbentibus loquebatur. Eamus, dixit, ad locum, unde tradendus erat ad mortem.

M. 216 vi R. 167.

ET hymno dicto, exierunt ſecundum conſuetudinem in montẽ oliueti.

Beda.
Pſal. 21. De hoc hymno ait pſalmiſta: Edent pauperes & ſaturabunt, & laudabunt dominum. Quod domini conſuetudo fuerit montem oliueti frequentare, refert Lucas ducenteſimo ſeptuageſimo nono capitulo. Itaque tradendus à diſcipulo, conſueti receſſus locum adit, quo facillime reperiri poſſit. In monte oliueti tenetur Ieſus, & inde aſcendit ad cælos. ut ſciamus quia inde aſcendimus ad cælos, unde uigilamus & oramus & ligamur, nec repugnamus in terra. Pulchre diſcipulos ſanguinis & corporis ſui myſterijs imbutos, hymno dicto, in montem educit oliuarum. ut omnes in morte ipſius baptizatos, altiſſimo ſanctiſpiritus chriſmate confirmandos eſſe deſignet.

A. 112 x

Caput CLIX.

DIcit eis: Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt.

SE dicit caput eccleſiæ, & diſcipulos membra. Vnius naturæ ſunt uitis & palmes. Aug.
propter quod factus eſt homo, ut noſtrã naturam haberet. Quare addidit uera, cum per ſimilitudinem uitis dicatur, ut leo, agnus, & non per proprietatem? Quia ab illa uite ſe diſ Iere. 2.
treuit, cui dicitur: Quomodo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ? Non fuit uera uitis, quæ ſpinas reddidit pro uuis. Vitis Chriſtus, ſecundum hoc quod ait: Pater maior me eſt. ſed ſecundum hoc quod ait, ego & pa Ioh. 14.
ter unum ſumus, etiam ipſe agricola eſt, non extrinſecus operando, ſed intrinſecus incre Ioh. 10.
mentum dando, ut ait Apoſtolus: Neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. 1. Cor. 1.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. & omnem q fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.

Quanto mundiores, tanto fructuoſiores. Mundat deus mundata corda, ſpiritum charitatis amplius infundendo. Qui uero in uite plantati fuerint, ſed aruerũt, qui ſcilicet in eccleſia fide hærent, nec tamen charitate pingueſcent, excidentur ad ignem.

Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis.

Quare non ait, propter baptiſmum quo abluti eſtis, ſed propter ſermonem, niſi quia & in aqua mundat uerbum? Sine uerbo non eſt niſi aqua. Accedit uerbum, & fit ſacramentũ.
Hinc quando pedes eis lauit, dixit: Qui lotus Ioh. 13.
eſt, non indiget ut lauet, ſed eſt mundus totus. Vnde tanta uirtus aquæ, ut corpus tan-

gat, & cor lauet, niſi faciente uerbo? Non quia dicitur, ſed quia creditur. Corde enim creditur ad iuſtitiã, ore aũt fit confeſſio ad ſalutẽ.

Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in uite, ſic nec uos, niſi in me manſeritis.

Vox hæreticorum eſt, quod homo ex ſe ipſo faciat iuſtitiam, ſed ueritas contradicit.

Ego ſum uitis, uos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere.

Non ait, parũ, ſed nihil: q͡a nec parũ nec multũ poſſumus ſine ipſo. Manemus in eo fide & obedientia perſeuerando, & ipſe in nobis, uelle ac perficere ac perſeuerantiam dando.

Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Ligna uitis tanto ſunt contemptibiliora, ſi in uite non permanſerint, quanto glorioſiora ſi manſerint. Vnde Iezechiel. Præciſa nullis agricolarum uſibus proſunt, nullis fabrilibus operibus deputãtur. Vnum e duobus palmiti congruit: aut uitis, aut ignis. Vt ergo in igne nõ ſit, ex humore uitis fructificet.

A. [illegible] M. [illegible] R. [illegible]

SI manſeritis in me, & uerba mea in uobis manſerint, quodcunque uolueritis petetis, & fiet uobis.

Verba dei tunc dicuntur manere in nobis quando facimus quæ præcipit, & diligimus quæ promittit. Qui autem uerba tangit per memoriam, & non cohæret illis per obedientiam, non ſunt ei in beneficium, ſed in damnationis teſtimonium. Si petimus & nõ fit, non recte petimus. quia non petitur manſio in Ieſu, nec quod habent uerba eius in nobis, ſed quod habet cupiditas & infirmitas carnis. Inquantum enim manemus in Ieſu, non poſſumus uelle niſi quod eſt ſalutis.

A. [illegible]

IN hoc clarificatus eſt pater meus ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli.

In hoc eſt gloria patris, totum tribuentis quod homo per eius gratiam fit diſcipulus Chriſti, & in eo manens fructificat per prædicationem & paſſionem cum illo. Ait Apoſtolus: Ipſius opus ſumus in Chriſto creati. Ephe. 2.
Siue glorificatus, ſiue clarificatus dicatur, ex uno uerbo græco quod eſt doxaſo, tranſlatũ eſt utrunque.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. manete in dilectione mea.

Id eſt, perſeuerate in gratia mea. Ecce unde plurimus fructus, uidelicet ex dilectione. Sed unde dilectio? Quia prius dilexit nos. Non æqualitatem naturæ oſtendit noſtræ et ſuæ, ſicut eſt patris & filij: ſed gratiam, quia mediator eſt hõ Chriſtus. Chriſtus eſt mediator dei & hominum, non inquantum eſt deus, ſed inquantum eſt homo. Vnde illud: Et
Ieſus proficiebat ætate & ſapientia & gratia Luc. 2.
apud deum & homines. Senſus ergo eſt: Sicut per ineffabilem gratiam pater dilexit me hominem, & uos in me, ita ego dilexi uos. Manete ergo in dilectiõe mea, q̃ diligo uos.

Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea.

Id eſt, ſcietis uos eſſe dilectos à me. Nemo præcepta ſeruat, qui non diligit. & nemo diligit, niſi qui ſeruat. nec prius ſeruamus præcepta, ut nos diligat Chriſtus: ſed niſi nos diligat Chriſtus, ea ſeruare non poſſumus.

Sicut & ego præcepta patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione.

Per hoc oſtẽdor diligi à patre ego homo, quia ſum ei obediens uſq; ad * crucem. *mortem

Hæc locutus ſum uobis, ut gaudiũ meum in uobis ſit, & gaudium ueſtrum impleatur.

Gaudium dei de nobis quos præſciuit & p̄deſtinauit, ſemper eſt plenum. Gaudium noſtrum inchoat in fide renaſcentium, implebitur autem in præmio reſurgentium.

Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos.

Vt quid dilexit nos Chriſtus, niſi ut cum eo regnaremus? Ergo ut deũ habeamus, nos diligamus. Siue dicatur præceptum, ſiue mãdatum, ex uno græco quod eſt entole, utrunque interpretatur. Iam hanc ſententiam dixe
rat ubi ait: Mandatum nouum do uobis, ut Ioh. 13.
diligatis inuicem. Ergo repetitio iſta eſt cõmendatio. A. [illegible] M. 204. R. 115.

MAiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis.

B. Dileƈtionem uocat hic probationem dile
ƈtionis,id eſt,exhibitionem operis, transfe-
rens nomen de cauſa ad effectum. Equidem
nullum maius dileƈtionis eſt argumentum,
Aug. quàm ponere animam pro amicis. Conſe-
quens eſt, ut quemadmodum Chriſtus ani-
mam ſuam pro nobis poſuit, ſic & nos ani-
mas pro fratribus ponamus. Hoc eſt quod
Pro.23 legitur in prouerbijs Salomonis: Si ſederis
cœnare ad menſam potentis, conſiderans in
tellige quæ apponuntur tibi. & ſic mitte ma
num tuam, ſciens quoniam talia oportet te
pręparare. Menſa potentis eſt, unde ſumitur
corpus & ſanguis domini. Sedere eſt humi-
liter accedere. Conſiderando appoſita intel-
ligere, eſt tantam gratiam cogitare. Mittere
manum, & ſcire quæ oportet præparari, eſt
quia debemus animas pro fratribus ponere,
ſicut Chriſtus animam pro nobis poſuit.
Hinc etiam ait Petrus apoſtolus: Chriſtus
1.Pet.2. pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exem
M. plum, ut ſequamur ueſtigia eius. Hæc eſt in
Iez.1. Iezechiele uox ſuper firmamentum ſonans,
quæ alas extenſas facit inclinare. Si enim mar
tyres non habuiſſent exemplũ mortis Chri-
ſti in morte ſua, tantum facere putaſſent, q̃d
plus aliquis pro deo ſe facere poſſe nullate-
nus exiſtimaret. & ideo tanta humilitas non
eſſet. Sed audiũt uocẽ ſup firmamentũ, uidẽt
ſcilicet Chriſtum, qui omnia in manu ſua ha
bebat, uniuerſa contumeliarum genera paſ-
ſum, ut euangelium deſcribit. Vident etiam
quod ex uoluntate miſerendi, non neceſſita-
te naturæ mortalis erat. ipſe enim ſolus mor
tuus eſt uoluntate, alij omnes neceſſitate. Quę
autem paſſio ſua præ cæteris difficilior fue-
rit, idẽ per Ieremiã teſtaƭ, dicens: O uos oẽs
qui tranſitis per uiam, attendite & uidete ſi
Thre.1. eſt dolor ſicut dolor meus. Huic igitur paſſi
oni tormenta martyrum comparata, mino-
ra eſſe uidebuntur. & ideo nullus in paſſio-
ne illi ſe poteſt æquiparare. Et hoc ideo fa-
ƈtum eſſe conſtat, ut oſtenderet quantam di
leƈtionem in homine haberet, ut & homo ad
ſui dileƈtionem magis accederet. Venit ita-
que filius dei, ut hominem à peccato libera-
ret, & ſuam illi dileƈtionem infunderet. Hoc
autem fecit hominem quem aſſumpſit, patri
offerendo hoſtiam, & quaſi precium pro ho
mine hominem dando. Hæc igitur certa cau
ſa incarnationis eſſe deprehenditur, quam &
Apoſtolus ad Romanos, & Chriſtus in eu-
angelio docuerunt.

A. 127

VOs amici mei eſtis, ſi feceritis
quæ ego præcipio uobis. Iam non
dico * uos ſeruos, quia ſeruus ne- * dicam
ſcit quid faciat dominus eius.

Seruus per charitatem fit bonus, & ita bo
nus ſeruus eſt amicus. Sicut duo timores, ſic Aug
duę ſunt ſeruitutes. Eſt timor quem perfeƈta
charitas foras mittit, eſt alter timor caſtus
permanens in ſeculum ſeculi. Vtrunque ſun pſal.18.
xit Apoſtolus, & ſeruitutem & timorem, qui
non eſt in charitate, dicens: Non enim acce- Rom.8.
piſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.
De timore caſto dixit: Noli altum ſapere, ſed Rom.11.
time. De ſeruitute non caſta dictum eſt: Iam
non dicam uos ſeruos. De altera ſeruitute di
cit alibi: Euge ſerue bone, intra in gaudium Mat.25.
domini tui. Ergo ſerui ſumus, & non ſerui.
Serui boni, non ſerui tales, qualis ille de quo
ſcriptum eſt: Seruus non manet in domo in Ioh.8.
æternum.

Vos autem dixi amicos, quia omnia
quæcunq; audiui a patre meo, nota
feci uobis.

Non eſt contrarium ad hoc quod alibi di
cit, multa habeo uobis dicere, ſed non pote- Ioh.16.
ſtis portare modo. quia præteritum poſuit
hic pro futuro, ut illud: Foderunt manus me Pſalm.21
as & pedes meos. Daturus erat dominus eis
plenitudinem, de qua dicit Apoſtolus: Cum
autem uenerit quod perfeƈtum eſt, tunc eua 1.Cor.13.
cuabitur quod ex parte eſt. Hoc erit nota eis
fieri omnia, quæ ſcilicet ad beatitudinem ſuf-
ficient. Ita dicitur: Deus erit omnia in omni 1.Cor.15
bus, id eſt, unicuique ſufficientia.

Non uos me elegiſtis, ſed ego uos
elegi. & poſui uos ut eatis & fructũ
afferatis, & fructus ueſter maneat.

A. 118 M. 216. R. 129.

ET quodcunq; petieritis patrem
in nomine meo, det uobis.

Non eſſet gratia, ſi præcederent merita.
Non ergo deus elegit bonos, ſed quos elegit
gratia bonos facit. Ponit eos in ſeipſo tan-
quam palmites in uite, ut in eo radicati eant
uolendo (uelle enim, mente eſt ire) fructum
afferant operando. Maneat dileƈtio, quia i-
pſa eſt fructus noſter. Quæ dileƈtio nunc
eſt in deſiderio, nõdũ in ſaturitate. & in ipſo
deſiderio quodcunque petierimus in nomi-
ne Ieſu, dabit nobis pater.

A. 119.

HAEc mando uobis, ut diligatis inuicem.

Cum ſacra eloquia dominicis ſint plena preceptis, quid eſt quod eſt de dilectione q̄ſi de ſingulari mandato hic loquitur dominus, niſi quia omne mandatum de ſola dilectione eſt, & omnia unum præceptum ſunt? Quicquid enim præcipitur, in ſola charitate ſolidatur. Et ſicut ex una radice multi rami prodeunt, ſic multę uirtutes ex charitatis radice. Multa ſunt p̄cepta domini, propter
Aug. diuerſitatem operis, ſed unum in radice dilectionis. Hoc eſt quod Apoſtolus ait: Fruct⁹
Gal. 5. ſpiritus eſt charitas. A capite incepit, deinde cætera tanq̄ ex ipſo capite orta cōtexuit, quę ſunt gaudium, pax, longanimitas, & cætera.
Ibidem Eſt autem charitas, motus animi ad fruendum deo propter ipſum, & ſe & proximo propter deum. Id eligere, prudentia eſt. nullis inde auerti moleſtijs, fortitudo eſt: nullis illecebris, temperantia eſt: nulla ſuperbia, iuſtitia eſt. Hic ſunt hę uirtutes in actu, in æterna beatitudine in effectu: hic in opere, ibi in mercede: hic in officio, ibi in fine. Cupiditas uero eſt motus animi ad fruendum ſe & proximo & q̄libet corpore, nō propter deū. Q̄d agit indomita cupiditas ad corrūpendū animum & corpus ſuum, flagitium uocatur: quod autem agit ut alteri noceat, facin⁹ dicitur. Et hæc ſunt duo genera omnium peccatorū. ſed flagitia priora ſunt, quæ cum exinaniuerint animum, & ad quandam egeſtatem perduxerint, in facinora proſilitur.

Si mundus uos odit, ſcitote quia me me priorem uobis odio habuit.

Aug. Cur ſe membrum ſupra uerticem extollit? Recuſat eſſe in corpore, qui non uult odium mundi ſuſtinere cum capite.

Si de mundo fuiſſetis, mūdus quod ſuum erat, diligeret.

Si malus punit ſcelera mali, ex parte mūdus odit quod ſuum eſt, dum punit: ex parte amat, quia malus fauet malis. Odit mūdus in ſe naturam, diligit uitium: diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Nobis uero de natura dicitur, Diligite inimicos ueſtros. & de
Mat. 5. uitio, Nolite diligere mundum.
1. Ioh. 2

Quia uero de mundo non eſtis, ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus.

Vniuerſæ hoc dicit eccleſiæ, quam & ſæpe nomine mūdi appellat ſcriptura, ut illud: Non uenit filius hominis ut iudicet mundū, Ioh. 3.
ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Et illud, Ioh. 12.
Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians 2. Cor. 5.
ſibi.

A. 139/III M. 220 L. 58.

MEmentote ſermonis mei, quē ego dixi uobis: Nō eſt ſeruus maior domino ſuo.

Hic ſignificatur ſeruus pertinens ad timorem caſtum, qui permanet in ſęculum ſeculi.

A. 140/X

SI me perſecuti ſunt, & uos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & ueſtrum ſeruabunt.

Non poteſt placere ſeruus, cui diſplicet dominus.

A. 141/X M. 244 R. 119/I L. 180.

SEd hæc omnia facient uobis propter nomen meum.

Hoc eſt, in uobis me odio habebunt, me in uobis perſequentur. Tanto igitur miſeriores qui iſta faciunt, quāto beatiores qui perſecutionem patiuntur. Mali habent odio nomen Chriſti & iuſtitiam in bonis. ideo eos perſequuntur.

A. 142/III M. 118. L. 119.

QVia neſciunt eum qui miſit me. Neſciunt ea ſcientia, de qua ſcriptum. Scire autem te, ſenſus eſt cōſummatus. Sapi. 8

A. 141/X

SI nō ueniſſem & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent.

Ordo eſt: Si non ueniſſem, & ſi non locu- M.
tus fuiſſem eis. Iudæos oſtendit, de quibus Aug.
dixerat: Si me perſecuti ſunt, & uos perſequētur. Quid eſt, peccatum non haberent? Nunquid Iudæi ante aduentum Chriſti ſine peccato erant? Magnum peccatum uult hic intelligi, quia non crediderunt in eum, qui propterea uenerat ut crederent. Aduentus eius quibuſdam fuit odor uitæ in uitam, quibuſ-
dam odor mortis in mortem. Nūc autem ex 2. Cor. 2.
cuſationem non habent de peccato ſuo. Illi, quibus non uenit nec locutus eſt, habent excuſationem non de omni peccato, ſed de hoc quia non crediderunt in Chr̄m, qui eis non eſt locutus, ſi tñ p diſcipulos nō uenit ad eos.
Vñ alibi ait: Qui uos recipit, me recipit, & Mat. 10.

2.Cor.13 uos ſpernit, me ſpernit. Et Paulus: An uu'tis
experimētū eius q in me loquit Chrs? Plane
habent hanc excuſationem, qui mortui ſunt
antequam euangelium eius audirent. ſed ta-
Rom.2 men qui ſine lege peccauerunt, ſine lege per-
ibunt.

A. 144. M. R. 97. L.

QVi me odit; & patrem meum
odit.

Cum ſuperius dictum ſit, neſciunt eum
qui me miſit, quomodo poſſunt odiſſe quem
neſciunt? Neſciunt ueritatem quæ eos da-
mnat, Quam cū oderunt, profecto & eum o-
derunt, de quo nata eſt ipſa ueritas, quam
oderunt in eo, quod irrogat pœnam. Noluit
enim Iudæi ſua facta damnari. & hoc habet
ueritas, ut talia facta damnarentur. Neſcien
tes itaq; oderunt deum, qualis eſt in operati-
one iuſta. & putāt eum diligere, quia diligūt
qualem mendaci ſuſpicione concipiunt. Ex
ſuſpicionibus autem ſimiliter in hominibus
euenit. Nō uiſos poſſumus diligere uel odiſ
ſe: qa & ſi nō uiſi fuerint, tñ fama uel literis
hiſtoriarū nota eſt eorū probitas. uel impro-
bitas. Q & ſi odimus mala & diligimus bona,
nō erram⁹ in iudicio rerū. ſed recta fit impro
batio uitiorum uirtutumq; approbatio. Ve-
niale autem eſt, ſi non uera ſentimus de oc-
cultis hominum. quę eſt humana tentatio, ui
delicet ſi ſuſpicemur aliter eſſe quàm ſint. Bo
nus itaq; bonum ſi putet malum, neſciens di
ligit eum, quia iuſtus eſt ille, & hoc diligit
iſte: errans affligit bonum tāquam malum,
ne alijs noceat, & ut ipſe correctior fiat. Sic
& malus cui diſplicet bonitas, ſi bonum pu-
tat malum, familiariter colligit illum, & neſci
ens odit eum.

A. 145. X.

SI opera non feciſſem in eis quæ
nemo alius fecit, peccatum non
haberent.

Peccatum ſcilicet magnum, de quo ſupe-
rius dictū ē. Sed quid eſt quod dicit, quæ ne
mo alius fecit? Nulla in operibus Chriſti ui-
detur eſſe maiora, quàm ſuſcitatio mortu-
orum, quod ſcimus feciſſe Eliam & Eliſeum.
3.Re.17. Fecit tamen aliqua Chriſtus, quæ non fecit
alius. ſatiauit enim quinque millia hominum
4.Re.4 de quinq; panib⁹; & quatuor millia de ſeptē.
Ambulauit ſuper aquas, quod & Petro præ-
ſtitit facere. Mutauit aquam in uinum, aperu
Mat.14 it oculos cæci nati. Sed uidetur nobis, & ali
os feciſſe q ipſe nō fecit, & q nemo ali⁹ fecit,

ut Moyſes Aegyptios tot plagis percutiens, Exo.7
populū p mare diuiſum ducēs, māna eſurientibus impetrās, aquā de petra fundēs. Quis aliꝰ 8.9.10.12
4.15.
niſi Ieſus Naue, currentem ſolem frenauit? Ioſ.10.
Quis niſi Samſon propter ſuam ſitim maxil Iudic.15.
la mortui aſini exundante ſatiatus eſt? Quis
niſi Elias curru igneo in alta ſubuectus eſt? 4.Re.2.
Quis ſepultus niſi Eliſeus mortuum ſuſcita-
uit? Quidam enim portantes mortuum, quū 4.Re.13.
hoſtibus irruētibus eò refugiſſent, ubi ſepul
tus erat, mortuumq; ibi poſuiſſent, mox ſur Dan.6.
rexit. Quis niſi quis Daniel inter leones eſu-
rientes uixit? Quis niſi Ananias, Azarias, Mi Dan.3.
ſael, in flammis deambulauit illæſus? Mani-
feſtum eſt ergo, ſanctos etiam quædam feciſ
ſe quæ nemo alius fecit. ſed qui tot uitia ue-
xationesq; mortalium tanta poteſtate ſana-
ret, nullus legitur antiquorum. Vnde Mar-
cus: Quocunq; ibat, ponebant infirmos, & Mar.6.
deprecabantur eum, ut uel fimbriam ueſti-
menti eius tangerent, & quotquot tangebant
eum, ſalui fiebant. Quod autem ait, in eis, ſic
intelligendū ē: Nō inter eos uel corā eis, ſed
prſus in eis quia ſanauit eos. Oīa miracula ſu
perat, quod natus eſt ex uirgine. Quiſquis
altius attenderit quæ nemo alius fecit, inue-
niet Chriſtum feciſſe quicquid aliquis homo
dei fecit. Poteſt ipſe cuncta per ſeipſum, ne-
mo autem poteſt aliquid ſine ipſo.

Nunc autem & uiderunt, & oderūt
& me & patrem meum. ſed ut imple
atur ſermo, qui in lege eorū ſcriptus
eſt, quia odio habuerūt me gratis. Pſal.24.

Opera uiderunt, & tamen oderunt, & ſi
neſcientes filium & patrem indiuiſe operan-
tes. Eorū legē dicit, non ab ipſis inuētam, ſed
ipſis datam. ſicut dicimus panem noſtrum
quotidianum, quē tamen à deo petimus, ad- Luc.11.
dēdo, da nobis. Gratis odit, qui nullū ex odio
commodum quærit uel incommodum fu-
git. Gratis diligunt iuſti aliquem præter il- 1.Cor.15.
lum qui erit omnia in omnibus.

Cum autem uenerit paracletus, quē
ego mittam uobis a patre ſpiritum
ueritatis, qui a patre procedit, ille te
ſtimonium perhibebit de me.

Venit in die pentecoſtes ſpūſanct⁹ in cē
tū uiginti homines congregatos, in quibus
& apoſtoli oēs erāt. Qui cū linguis loqrent,
plures ex his q aderāt, tanto miraculo ſtu- Act.2.
facti, & loquente Petro corde compūncti,
conuerſi ſunt, & indulgentiam perceperunt,

Hoc ergo intuens dominus loquebatur. tan
quam diceret: Odio me habuerunt, ſed tale
de me paraclitus teſtimonium perhibebit, ut
plures ex eis faciat in me credere. Venit ſpi-
ritus ſpōte ut deus, mittit eum filius à patre,
ad quem refert & quod ipſe de illo eſt, & qđ
Aug. ſpiritus ab utroq; procedit. Si de filio dictum
eſt per prophetam, cælum & terram ego im
Iere. 23. pleo, quo miſſus eſt niſi ubi erat? Si de patre,
ubi potuit eſſe ſine ſapientia ſua, quę attingit
Sapi. 8. à fine uſque ad finem? Sed neque ſine ſpiritu
Greg. ſancto uſquā eſſe potuit. Ergo & ſpiritusſan
pſal. 138. ctus miſſus eſt ubi erat. Vñ pſalmiſta: Quo
ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugiam?
Pater nuſquam legitur miſſus. Quæri ſolet,
cur ſpirit⁹ in igne apparuit, cur in igne ſimul
& linguis, cur aliquando in colūba, aliquan-
do in igne monſtratur, cur ſuper filium dei
in ſpecie colūbæ & ſuper diſcipulos in igne
apparuit. Hæc quatuor propoſita uideamus.
Spiritus in igne monſtratur, quia Apoſtolus
Heb. 12. ait: Deus noſter ignis conſumens eſt. Verū
eſt, quia per hunc rubigo peccatorū conſu-
mitur. De hoc igne ueritas dicit: Ignem ueni
Luc. 12. mittere in terram. & quid uolo niſi ut ar de-
at? Terram dicit corda terrena, quæ infima
congerendo, à malignis ſpiritibus conculcā-
tur. In igneis linguis monſtratus eſt, qui alin
gua uerbo congruit. & uerbum qui eſt dei fi
lius, una eſt ſubſtantia cū ſpiritu ſancto. Vel
ideo in linguis, quia ſicut per linguam ꝓce-
dit uerbum, ita qui ſpiritu ſancto tangitur, dei
unigenitum cōfitetur. Vel ideo in igneis lin-
guis, quia quos repleuerit, ardentes & lo-
quentes facit. Qui enim deum amando præ-
dicant, corda audientium inflammant. Ali-
quādo in columba, aliquando in igne mon-
ſtratur: quia quos replet, ſimplices & arden-
tes facit. Nō eñ placet deo aut ſimplicitas ſi-
ne zelo, aut iſte ſine illa. Vñ ueritas: Eſtote
Mat. 10. ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices
ſicut columbæ. Prudentiam ſerpentis expo-
nit Paulus, dicēs: Nolite pueri effici ſenſibus.
1. Cor. 14. De ſimplicitate etiam columbę dicit: Sed ma
litia paruuli eſtote. In domino per columbā,
in diſcipulis per ignem apparuit: quia iuſtus
iudex noluit peccatores ferire, ſed corrigere
manſuete. Hi autem qui ſimpliciter ſunt hō-
mines, & ideo peccatores: debuerunt ſpiri-
tualiter contra ſe ipſos accendi, & per pœni-
tentiam ſaluari.

Et uos teſtimonium perhibebitis, qa ab initio mecum eſtis.

Aug. Ab initio ſcilicet prædicationis meæ. Da-
Rom. 5. bit uobis loquendi fiduciam charitas diffuſa
in cordibus ueſtris per ſpiritumſantum. Hāc
nondum Petrus habebat quando negauit do
minum. Spiritusſanctus perhibebit in cordi-
bus ueſtris. uos autem in uocibus ueſtris, ut
impleatur illud: In omnem terram exiuit ſo- Pſal. 18.
nus eorum.

Hæc locutus ſum uobis, ut non ſcandalizemini, abſque ſynagogis facient uos.

Exprimit quæ paſſuri erant. Hic denun-
ciat, quia Iudæi non reciperent eum. & ideo
expellerent eos, qui de eo prædicarent. Sed Pſal. 118.
prædixit de ſpiritu, qui confirmabit ut non
ſit illis ſcandalum, quia pax multa diligenti
bus legem dei, quæ eſt ipſa charitas.

A. 146. M. 144. R. 39. L. 210.

SEd uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obſequiū ſe præſtare deo.

Quaſi dicat: Extra ſynagogas facient
uos, ſed nolite ſolitudinem formidare. Se-
parati quippe à congregatione eorum, tot in
nomine meo congregabitis, ut illi metuen-
tes ne templum & lex eorum deſerant, in-
terficiant uos, arbitrātes ſe bene facerę. Ecce
quod ait Apoſtolus: Zelum dei habent, ſed Rom. 10.
non ſecundum ſcientiam.

Et hæc facient, quia non nouerunt patrem neque me. Sed hæc locutus ſum uobis, ut cum uenerit hora eorum reminiſcamini, quia ego dixi uobis.

Ideo prædixi, ne ignaros improuiſa turba
rent, ſed præuiſa patienter ferantur, cum ue
nerit hora tenebroſa malorum. A. 147.

HAEc autem uobis ab initio nō dixi, quia uobiſcum eram.

Non dixerat eis de ſpiritu ſancto uenturo
ad eos, ut conſolaretur eos quando mala pa
terentur, Chriſto abſcedente, ſpiritusſanctus
erat eis neceſſarius, qui eos cōſolaretur cor-
poraliter à Chriſto derelictos.

At nunc uado ad eum qui me miſit. & nemo ex uobis interrogat me q̄ uadis?

Significat ſe tam manifeſte iturum, ut non
opus foret eū interrogari q̄ iret. Videbūt eñ
in nube aſcendentem, certi de gloria, q prius

Sed quia hæc locutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ueſtrum.

Contriſtabatur humanus affectus, quia carnalis deſolabatur aſpectus.

Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadã. Si em̃ nõ abiero, paraclitus non ueniet ad uos. Si autẽ abiero, mittam eum ad uos.

Si alimenta tenera quibus uos alui, non ſubtraxero, ſolidum cibum non eſurietis. Si carni carnaliter adhæſeritis, capaces ſpiritus non eritis. Senſus eſt: Non poteſtis plene capere ſpiritum, quàm diu ſecundum carnem ſum uobiſcum. Vnde ille qui iam ceperat ſpiritum, inquit: Et ſi noueramus ſecun-
2.Cor.5 dum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus.

Et cum uenerit ille, arguet mundum de pctõ, & de iuſtitia, & de iudicio.

Hoc eſt, dabit uobis timore depulſo libertatem arguendi. Inſeparabilia ſunt opera trinitatis, ſed ſingulatim commendantur perſonæ, ut ſine confuſione & unitas intelligatur & trinitas.

De peccato quidem, quia non credunt in me. De iuſtitia uero, quia ad prẽm uado, & iam nõ uidebitis me.

Si aliquando iuſtus arguitur, de peccato arguitur, non de iuſtitia. Hinc ſcriptum eſt: Non eſt iuſtus in terra qui faciat bonum, &
Eccl̃s.7. non peccet. Item, Noli effici iuſtus †mul-
†nimium tum. Non eſt hic notata iuſtitia ſapientis: ſed ſuperbia præſumentis. Qui enim fit multum
Ibidem iuſtus, ipſo nimio fit iniuſtus. Multum autẽ ſe facit iuſtum, qui dicit ſe non habere peccatum: aut qui ſe putat non gratia dei, ſed ſua uoluntate effici iuſtum. Arguitur itaq; mundus de peccato, quia non credit in Chriſtũ: arguitur de iuſtitia quondam credentium. nam fidelium comparatio eſt infidelium uituperatio. Senſus eſt: Erit ueſtra iuſtitia qua mũdus arguit, qa ad patrẽ uado. & iã nõ uidebitis me, qa in eũ quẽ nõ uidebitis, credetis. Qñ aũt me uidebitis, non uidebitis humilem ut mõ, ſed excelſum: non mortalẽ, ſed ſempiternum: non iudicandum, ſed iudicaturum. & de hac fide ueſtra, id eſt, iuſtitia, arguet ſpiritus ſanctus incredulos. Idẽ in ſeculo de baptiſmo paruulorum: Quæ eſt iſta iuſtitia, q̃ cum eum non uiderẽt, mundus argueretur, niſi ea qua iuſtus ex fide uiuit, & qua nos non reſpicientes quæ uidentur, ſed quæ non uidẽtur, ſpũ & fide ſpẽ iuſtitiæ expectamus?

De iudicio aũt, quia princeps mundi huius iam iudicatus eſt.

Princeps mundi eſt diabolus, de quo alibi: Ecce uenit princeps mundi, & in me non Ioh.14.
habet quicquam. Mundus accipitur & in bono & in malo. Nam ſicut arbor folijs & pomis, area paleis & granis, ita infidelib⁹ & fidelib⁹ plenus eſt mũd⁹. Iudicatus eſt diabolus. i. iudicio ignis æterni deſtinatus. Iudicio arguitur mundus, qm̃ cũ ſuo principe iudicatur. Credant itaque homines, ne arguantur de peccato. Tranſeant in numerum fideliũ, ne arguantur de iuſtitia eorum, quos iuſtificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe iudicentur. Beda: Claret, quia filius dei cum eſſet in mũdo, arguebat mundum, id eſt, ſectatores mundi, de peccato ſuæ incredulitatis: de iuſtitia, qa eam imitari nolebant: de iudicio, quia diabolum quia iam iudicatus & damnatus erat, ſe querẽtur. Sed nõ ſine cauſa ſpiritum, cum uenerit, hoc idem dicit acturum: quia per eius inſpiratiõem corroborandus erat animus diſcipulorum, ne mundum qui contra ſe fremebat, arguere timerent. Iudicatus eſt diabolus à domino, cũ & ipſe dæmonia ejceret, & diſcipulis daret poteſtatem calcandi omnem Luc.10.
uirtutem inimici.

Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.

Non eſt contrarium ad hoc quod ſuperius dixit: Omnia quæ audiui à patre meo, no Aug.
ta feci uobis. quia ſimile eſt illi prophetico, Qui fecit quæ futura ſunt.

Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatem.

Quidam codices habent, deducet uos in omni ueritate. Vnde illud: Deduc me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua. Nõ Pſal. 85.
arbitror hanc ueritatem poſſe compleri in hac uita. Vnde Apoſtolus: Nunc ex parte 1.Cor.13
cognoſco, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Quis enim homo ſicut angeli ſapit trinitatem? Quæritur, utrum ſpirituales homines habeant aliquid in doctrina, quod carnalibus taceant & ſpiritualibus dicant. Si dixerimus, nõ, obijcietur illud Apo- 1.Cor.3.
ſtoli ad Corinthios: Nõ potui uobis loq̃ q̃ſi ſpũalib⁹, ſed q̃ſi carnalib⁹. Si aũt dixerim⁹, habẽt: timẽdũ ẽ, ne ſub hac occaſiõe in occultis

nefaria doceant. Hoc igitur præcognito, q̃d ea quæ ſimul audiunt ſpirituales atque carnales, quiſque pro ſuo modo capiunt: illi, ut cibi ſolidamentum: iſti, ut lactis alimentum: nulla intelligitur neceſſitas, ut aliqua ſecreta doctrinæ taceantur fidelibus paruulis, ſeorſum dicenda intelligentioribus. Quod enim ait Apoſtolus, ita intelligendum eſt: Non potuiſtis capere quæ loquebar quaſi ſpirituales, ſed quaſi carnales. Vnde ait ad
Heb.5. Hebræos: Facti eſtis opus habentes lacte, non ſolido cibo. Ex quo fit, ut ſpirituales iſta carnalibus non omnimodo taceant, propter catholicam fidem quæ omnibus prædicanda eſt: nec tamen ſic diſſerant, ut uolentes eam ſic perducere ad intelligentiam, ſermonem uertant in faſtidium capacibus. Ipſe homo Chriſtus, ſyncerum lac dicitur paruulorũ: qui cum bene à ſpũalibus capitur, inuenit̃ ſolidus cibus & dominus angelorum. Proinde nec ſic paruuli ſunt lactandi, ut ſemper non intelligant dñm Chriſtum: nec ſic ablactandi, ut deſerant hominem Chriſtũ.

Non enim loquetur a ſemetipſo. ſed quæcunque audiet, loquetur.

Et filius & ſpiritusſanctus æquales ſunt patri. Quid autem interſit inter procedere & naſci, & longum eſt diſſerere, & temerarium diffinire: quia ſi quid mens inde comprehenderit, linguæ tñ difficilimum eſt explicare, quantuſlibet præſit doctor, quantuſlibet aſſit auditor. Senſus eſt: Non loquetur à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo. Ab illo audiet ergo, à quo procedit. Audire illi, ſcire eſt: ſcire uero, eſſe. Nec moueat quod uerbum futuri temporis poſitum eſt. quia in eo quod ſempiternum eſt, cuiuſlibet temporis ponatur uerbum, non mendaciter ponitur. Quamuis enim natura illa immutabilis eſt, & non recipit fuit & erit, ſed tantum eſt: unde
Exo.3. illud, Ego ſum qui ſum: &, Qui eſt, miſit me ad uos: tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus uerſatur noſtra mutabilitas, non mendaciter dicimus, & fuit & eſt & erit.

Et quæ uentura ſunt, annunciabit uobis.

Multi habuerũt ſpiritum prophetiæ. Sed quia nonnulli infirmos curãt, mortuos ſuſcitant, dæmonibus imperant, nec tamen futura cognoſcunt: poteſt ſic accipi, quia ſpiritus adueniens uentura nunciaret, reducẽs ad memoriam gaudia cæleſtis patriæ.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis.

Quaſi dicat: Iſta omnia faciet deus per ſpiritum, id eſt, per bonitatem ſuam. Me clarificabit, auferendo uobis timorem, & dando amorem ardentiorẽ. Quod ipſi facturi erant in ſpiritusſancto, hoc eundem ſpiritum dixit eſſe facturum. ut illud, Non enim uos eſtis q̃ loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Verbum græcum quod eſt doxaſo, latini interpretes, alius glorificabit, alicuiꝰ clarificabit poſuerũt. Nã doxa, unde dictum eſt doxaſo, & claritas interpretatur & gloria. Et q̃a groria facit claros, & claritas glorioſos, q̃dꝰ utroq; uerbo ſignificat̃, idẽ eſt. Gloria eſt frequẽs de aliquo fama cũ laude. Quæ Chſo de ſeipſo nõ magnũ aliq̃d cõtulit, ſed mundo. Bonũ enim laudari, nõ laudato, ſed laudantibus prodeſt. Gloria falſa triplex eſt: in rebus, in hominibus, in utriſq;. In rebus fallitur, qui putat id bonum eſſe quod malum eſt. in hominibꝰ ſimiliter. in utriſq;, quando & uitium uirtus putatur: & ipſe qui propter hoc laudatur, non habet quod putatur, ſiue bonus ſit, ſiue malus. Donare quippe ſuas res hiſtrionibus, uitium eſt immane, non uirtus. Et ſcitis de talibus, quàm ſit frequens fama cum laude: ut illud, Laudat̃ peccator in deſiderijs animæ ſuæ. Laudatores talium nõ in hominibus falluntur, ſed in rebꝰ. malum eſt enim quod bonum eſſe credunt. Ipſi uero uitioſi tales ſunt, quales cernũtur.
Laudatores hypocritarum non falluntur in rebus, ſed in hominibus. Laudatores autem illorum, qui creduntur liberare patriam maglcis artibus, in utroq; falluntur. Vera gloria non beatificat iuſtum, ſed tamen laudantibus gloriandum eſt, quia iuſta diligũt. Vera gloria eſt in catholica eccleſia. Vnde propheta: Exaltare ſuper cælos deus, & ſuper omnem terram gloria tua. De meo, inquit filius, accipiet ſpiritus. quia de patre accipit ſpiritusſanctus, unde accipit filius. Spiritusſanctus de patre accipit procedendo, filius naſcẽdo. Pater de nullo natus eſt, de nullo proceſſit. Et ſicut pater genuit filium, uita ſcilicet uitam: ſic ei dedit pater uitam procedere de illo, ſicut & procedit de ipſo. Naſcitur à patre ueritas, procedit ab utroq; charitas ad ſanctificandam creaturam. Naſcitur à patre ſapientia, extenditur ab utroq; ad creaturas beneuolentia. Naſcitur à patre conſiliũ, exit ab utroq; ad creaturas dilectionis beneficium. Naſcit̃ à patre uerbum, ꝓuenit ab utroq; benignitatis bonũ. Splẽduit de p̃re ſplendor æternus, proceſſit ab utroq; † *bone uoluntatis* affectꝰ. Cũ igit̃ tota trinitas ſit ſpiritus, id eſt,

Pſal.9. Pſal.56 Id. Aug. † [illegible] tatis

incorporea natura: ſpiritusſanctus ſingulatim dicitur ſpiritus, tāquam patris & filij ſpiramen ſeu ſpiraculum. Inſpiratur enim ſpiritusſanctus à patre & filio ad ſanctificandū, nec uenit ſine patre & filio, quia trinitas indiuiſa eſt. Procedit æternaliter ſpiritus à patre & filio per affectum diſtribuendi donationes: procedit, inſpiratur, mittitur ex tempo-
reffuſionē re per*infuſionem gratiarum. Hæc inſpiratio, hæc temporalis proceſſio ſiue miſſio q̄tidie fit, dum quotidie diuerſis diuerſa dona conferuntur.

A. 149. III. M. 81. L. 119.

OMnia quæcunq; habet pater, mea ſunt.

Ambro. Senſus eſt: Idipſum quod pater ē, in me eſt, & ego ex illo, ita quod pater filij eſt pater, & filius patris eſt filius.

A. 149. X.

PRopterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.

Dixi quia de eodem habet procedere ſpiritus, de quo & ego genitus, ne putetur ſpiritus minor me, uel natus de me, ſicut ego de patre.

Modicum, & iam non uidebitis me: & iterum modicū, & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicē: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum, & non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebāt ergo: Quid eſt hoc quod dicit modicum? Neſcimus quid loquitur.

Hoc eos mouebat, quia dixit, modicum, ſed poſtea manifeſtatū fuit. Nam poſt paululum paſſurus eſt, & nō uiderunt eum: rurſus poſt paululum reſurrexit, & uiderunt
Beda. eum. Vel ita: Modico tempore non uiderūt eum, dum requieuit in monumento: & modico tempore uiderunt eum, quando eis apparuit in quadraginta diebus poſt reſurrectiōem. Propterea modico tempore uidebitis me, quia uado ad patrem, depoſita mortalitate, humanam naturam cęlis inferens. Qđ autem ait, & iam non uidebitis me: ſic accipiendum eſt, quomodo ſuperius, ubi ait: De iuſtitia uero, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. Quia ſcilicet eum mortalem non amplius uiderent.

Cognouit autem Ieſus quia uolebāt eū interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi, modicum, & non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me? Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia ueſtra uertetur in gaudiū.

Contriſtati ſunt de morte domini, ſed mox de reſurrectione lætati. Mundus autē ſignificat hic inimicos, à quibus occiſus eſt Chriſtus.

Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem pepererit puerū, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.

Partus gaudio comparatur tunc magis, quando non puella, ſed puer naſcitur. Gaudium eſt ipſe Ieſus, de quo Apoſtolus: Chri
ſtus reſurgens à mortuis, iam non moritur. Rom. 6.

Et uos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrum nemo tollet a uobis.

Dominus exponit paradigma, quod de Beda.
muliere propoſuit. Triſtitiam enim habuerunt diſcipuli, paſſo domino: ſed peracta re-
ſurrectiōis gloria, gauiſi ſunt uiſo domino. Iohā. 20.
Quod gaudium eorū nō tollitur ab eis, quia & ſi poſtmodum perſecutiones pro Chriſti nomine ac tormenta paſſi ſunt, ſpe tamē reſurrectionis ac uiſionis illius accenſi, libēter aduerſa quæq; ferebant, imo gaudium exiſti
mabāt, cum in tentationes uarias inciderēt. Iacob. 1.
Quod autem ait, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrū: ſic intelligit, Eripiā uos ab aduerſarijs, coronabo uos uictores, probabo me ſemper uidiſſe decertantes.

Et in illo die me nō rogabitis quicquam.

In die uiſionis æternæ non petetis, uel nō interrogabitis, quia tunc erit plena cognitio
& ſufficientia. Hoc uerbum quod eſt roga- Auguſt.
re, non ſolum petere, uerumetiam interrogare ſignificat. & græcum unde hoc trāſlatum eſt, tale habet uerbum, quod utrunq; poſſit intelligi. Ergo ambiguum eſt. Poſſunt hæc & ita exponi, ut in diſcipulis uniuerſę loqua
tur eccleſiæ dominus. uelut ibi, Ecce ego uo Matt. 28
biſcum ſum uſq; ad cōſummationem ſeculi.

Modicum & iam non uidebitis me, ad hoc
refertur, quia uado ad patrem. Eundo ſcili-
cet ad patrem, ſubtraham corporalem uiſio
nem, ut fructuoſe credat eccleſia. Et iterum
modicum, & uidebitis me æterna uiſione.
Modicum ſecundum hanc ſententiam, intel
lige ſpatium huius peruolantis ſeculi. Plo-
rabitis, inquit, quia plorant omnes boni in
ærũnis huius uitæ, ſed mundi amatores gau
Beda. dent. Mulierem dicit ſanctam eccleſiam ꝑ-
pter fœcunditatem bonorum operum, & q̃a
ſpirituales deo gignere filios nõ deſinit. Quę
nunq̃ mundi tẽtationibus exerceri deſiſtit,
quàm diu in mundo ſpiritualium uirtutum
profectibus inſiſtit. At cũ deuicto laborum
certamine ad palmam peruenerit, iam non
meminit preſſuræ præcedentis propter gau
dium perceptæ retributionis. Non ſunt em̃
Rom. 8. condignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã
1. Ioh. 3. gloriam, quando ſimiles deo erimus, & uide
bimus eum ſicuti eſt, ut ait Iohãnes in epiſto
Auguſt. la ſua. Nunc parturit eccleſia gemendo, tũc
pariet lætando. Nunc parturit orando, tunc
pariet laudando. Et ideo maſculũ, q̃m ad fru
ctum contemplationis, cuncta officia refe-
Beda. runtur actionis. Et ſicut mulier nato in hũc
mundum homine lętatur, ita eccleſia nato in
uitam futuram populo, exultatiõe repletur.
Pro qua natiuitate multum laborans & ge-
mẽs in præſenti, quaſi parturiens dolet. Nec
nouum debet cuiquam uideri, ſi natus dica-
tur qui ex hac uita migrauerit. quomõ enim
naſci dicitur, cum quis de utero matris egre
ditur, ita etiam poteſt natus appellari, qui ſo
lutus à uinculis carnis, ad lucem ſublimatur
æternam. Vnde mos eccleſiaſticus obtinuit,
ut dies martyrum ſiue confeſſorum Chriſti,
quibus de ſeculo tranſierunt, natales uocite-
mus: eorumq́ꝫ ſolennia nõ funebria, ſed na
talitia dicantur. Sequitur: Et uos triſtitiã ha
betis. Omnis eccleſia per huius uitæ labores
& anguſtias ad æterna præmia cæleſtium
gaudiorum tendit: quia per multas tribula-
tiones, ut ait Apoſtolus, oportet nos intrare
Act. 14. in regnum dei. Dicens dñs, iterum aũt uide-
bo uos, ſcd̃m promittit aduentũ, in quo uni-
uerſam uidebit eccleſiam ad remunerãdum
ex integro. Et quia in plenitudine illius gau-
dij non rogabimus, modo petendum eſt ut
illuc perueniamus.

A. 30. III. M. 26. R. 25.

AMen amẽ dico uobis, ſi quid
petieritis patrem in noĩe meo,
dabit uobis.

Quicq̃d petitur contra ſalutẽ, nõ petitur
in nomine ſaluatoris. Cum dicit in nomine
meo: non uult intelligi de ſono, ſed de ſoni
ſignificatione. Vnde qui male ſentit de Chri
ſto, non petit in eius noĩe, etiam ſi eius pro-
ferat nomen. Qui uero recte ſentiendo de il
lo petit ſalutem ſempiternam, uel aliquid ꝑ-
tinens ad illam, accipit quando debet accipe
re. Nec ideo quædam negantur, quia ut con
gruo tempore dentur, differuntur.

Vſq; modo nõ petiſtis quicq̃ꝫ in no
mine meo. Petite, & accipietis, ut
gaudium ueſtrum ſit plenum.

Quicquid aliud petitur q̃ uita beata, uel
quod ad eam pertinet, nihil eſt in tãtæ rei cõ
paratione. Duobus modis intelligi poteſt,
uſq; modo nõ petiſtis quicq̃ in nomine meo:
uel quia non nouiſtis nomen meum ſicut eſt
cognoſcendum, uel quia pro nihilo haben-
dum eſt quicquid aliud petiſtis, in compara-
tione tantæ rei quam petere debuiſtis. Quõ
aũt poſſint petere plenum gaudium, ſubdit:
quia de animalibus, quod ſunt facies ſpiritu-
ales: ut abiectis imaginatiõibus corporum,
pura mentis acie ſynceræ luci cohæreant.

A. 31. X.

HAec in prouerbijs locutus ſum
uobis.

Homo animal quæcunq; audit de dei na-
tura, carnaliter cogitat, non ſpiritualiter. Et
ideo ſunt illi prouerbia, quæ audit de incor-
porea dei ſubſtantia: nõ quod ea tanq̃ pro-
uerbia deputet, ſed quia ſic cogitat, quõ illi q̃
prouerbia audiunt, & non intelligunt. Spi-
ritualis aũt homo in nomine eius petit, quia
ipſum eiuſdẽ ſubſtantiæ cũ patre eſſe intelli-
git. Spirituales homines uanitatẽ & figmen
ta tanquam importunas muſcas abigunt, &
internis aſpectibus utcunq; deum incorpo-
reum cognoſcunt.

Venit hora cum iam non in prouer
bijs loquar uobis, ſed palam de pa-
tre annunciabo uobis.

Illam nimirum horam ſignificat, qua eis
ſpiritusſancti gratiã daturus erat. Poſſumus
etiam horã quã pollicet, in futura uita intelli
gere, in qua palam de patre annunciabit ele
ctis. i. oſtendet patrem. Vbi ueraciter in no
mine Ieſu petunt electi, dum pro noſtra fra
gilitate intercedunt, quatenus ad ſuæ ſalua-
tiõis ſortem pertingamus. Bene dicitur in il
lo die, quia ibi non ſunt tenebræ preſſurarũ,
ſed lux ſempiterna. Poſſunt idem ſpiritus
electorum in illa cæleſti ciuitate etiam pro
ſe petere, quia tempus uniuerſalis iudicij ue-
nire deſiderant, ut etiam corporum beatitu

Apoc.6. dinē recipiant. Vnde Iohannes ait: Vidi ſub
altare animas interfectorum propter uerbū
dei, & propter teſtimonium quod habebāt,
& clamabant uoce magna, dicentes: Vſque
quo dñe ſanctus & uerus, non iudicas & uin
dicas ſanguinem noſtrum de his qui habi-
tant in terra? ubi cōtinuo ſubinfertur: Et da
tæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ. & dictum eſt
illis, ut requieſcerent modicū, donec imple-
retur numerus fratrum eorum. Singulas qp
pe ſtolas nunc habent animæ, cum ſola ſua
felicitate fruuntur. binas tūc accipient, cum
impleto in fine numero fratrum, corporum
quoq; immortalium receptione lætabūtur.

In illo die in nomine meo petetis. &
non dico uobis, quia ego rogabo
patrem de uobis.

Hoc dicit, propter cōſubſtantialem patri
diuinitatem, in qua ſimul audiunt rogantes,
ſimulq́; rogata donant pater & filius, quod
non patet niſi oculis ſpiritualibus. Quod ue-
Luc.22. ro ait Petro, Ego autem rogaui pro te, ut nō
deficiat fides tua: & quod de illo Iohānes ait,
1.Iohā.2. Aduocatum habemus apud patrem noſtrū
Ieſum Chriſtum, ad humanitatem reſpicit.
Vel ita: Non rogabo pro uobis, quia potius
implebo quod huc uſq; rogaui. Quomodo
rogabat? Quia nondum aſcenderat. Si enim
non aſcendiſſet, nulla certitudo aſcendendi
remanſiſſet. Nunc autem ſedens humanitas
ad dexteram patris, certitudo & arra eſt, q̄d
& nos aſcēdemus. Hinc Hieronymus in epi
ſtolam ad Romanos: Solent Arriani moue
re calumniam, dicentes quod qui interpel-
latur, interpellante ſit maior. Quibus reſpō-
dendum eſt, deum obliuionem nō pati, ut
pro ipſis cōmoueatur ſemper quos ipſe ele-
git. ſed in hoc interpellare eum dicitur, dum
ſemper patri hoīem quem ſuſcepit, quaſi no
ſtrū pignus oſtendit, & offert ut uerus pon
tifex & æternus.

Ipſe enim pater amat uos, quia uos
me amaſtis, & credidiſtis quia a
deo exiui.

Amat nos pater, quia nos amamus filium,
cum à patre & filio accipimus ut amemus pa
trem & filium, data charitate per ſpiritum,
quem ipſum amamus cum patre & filio. Pri
or amans, facit in nobis ut ametur.

Exiui a patre, & ueni in mundum.
Iterum relinquo mundum, & uado
ad patrem.

Exiuit a patre, quia de illo eſt. & carne aſ-
ſumpta, uenit uiſibilis in mundū, non tamen
deſerens patrem. Reliquit mundum corpo-
rali diſceſſione, non gubernatione præſen-
tiæ. Vadit ad patrem, quia humanitatem ad
inuiſibilia paternæ maieſtatis adduxit. Reli-
qt mundum, quia ab aſpectu amatorū mun
di quod uiderunt, abſtulit. Redit ad patrem,
quia amatoribus ſuis ſe patri æqualem cre-
dendum docuit.

Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc
palam loqueris, & prouerbium nul
lum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis o-
mnia, & non opus eſt tibi ut quis te
interroget. In hoc credimus quia a
deo exiſti.

Palam loqui putabant, cuius myſteria cō Albinus.
prehendere non ualebāt. Aperte oſtendūt,
quia dominus loquebatur de his quæ illos
delectabat audire, & quæ interrogare uole-
bant. Vnde deum eſſe credebant. Apertum
nanq; diuinitatis indicium eſt, cogitationū
noſſe ſecreta.

A. 2.
iiii. M. 287. R. 168.

RESpondit eis Ieſus: Modo cre-
ditis? ecce uenit hora, & iam
uenit, ut diſpergamini unuſquiſque
in propria, & me ſolum relinquatis.
Et non ſum ſolus, quia pater me-
cum eſt.

Creditis ut paruuli, quibus quæcūq; alta,
adhuc fuint prouerbia. Venit hora paſſionis
& iam prope eſt, in qua ſolus torcular calca-
re habeo. Vos autem diſpergemini in pro-
pria, id eſt, in ueſtræ infidelitatis timorem.
quaſi diceret: Ita perturbabimini, ut quod
modo credere putatis, poſtea dimittatis.
Hoc apparuit in Cleopha, ubi ait: Nos ſpera Luce.24
bamus quod eſſet redempturus Iſrael. Pau- Auguſ.
lo ante dixerat, Vado ad patrem: nunc dicit,
Pater mecum eſt. Quis uadit ad eum qui cū
illo eſt? Sed hoc intelligenti eſt uerbum: nō M.
intelligēti, ꝓuerbiū. Intelligenti eſt uerbum
ueritatis, non intelligenti, prouerbium, hoc
eſt, uerbum longe à ueritate. Ire ad patrem,
eſt ſecūdum humanitatem: patrem eſſe cum
eo, ſecundum diuinitatem. A. 251.
x.

HAec locutus ſum uobis, ut in
me pacem habeatis. In mundo
preſſuram habebitis, ſed confidite,
ego uici mundum.

Propter hanc pacem tribulationem ſuſti
nem⁹, ut in hac ſine fine feliciter regnemus.

Hæc ē pax pro q̄ Chriſtiani ſumus, pro qua ſacramētis imbuimur, pro qua omni modo erudimur, ꝑ qua ſpirit⁹ pignus accipimus, ꝑ qua in Chriſtum credimus & ſperamus, & amore eius accendimur. Hęc eſt in preſſuris conſolatio & liberatio. In hac ergo ſermonem ad diſcipulos concludit, & ad patrem uerba conuertit.

Hæc locutus eſt Ieſus. & ſubleuatis oculis in cælū, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum.

Poterat dominus orare ſilētio, ſed exemplum dedit nobis orandi. De hac clarificatione ait Apoſtolus, quæ ab eius reſurrectio-
Philip. 2. ne ſumpſit exordium: Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cęleſtium, terreſtrium & infernorū. Senſus eſt: Venit hora ſeminandæ humilitatis. fructum nō differas claritatis. De hac humi-
Philip. 2. litate ait Apoſtolus: Factus eſt obediens patri uſq; ad mortem. Sequitur:

Vt filius tuus clarificet te.

Claritas patris nec minui poteſt, nec augeri apud deum. apud homines tamen minor erat, quando in Iudęa deus tantū notus erat.
Pſal. 75. Nondum enim à ſolis ortu uſqꝫ ad occaſum
Pſal. 112. laudabant pueri nomen domini. Hoc autem quia per euangelium Chriſti factum eſt, ꝑfecto patrem clarificauit filius. Quaſi dicat: reſuſcita me, ut innoteſcas toto orbe per me. Sequitur:

Sicut dediſti ei poteſtatē omnis carnis, ut omne quod dediſti ei, det eis uitam æternam.

Omnis carnis, id eſt, omnis hominis. A parte totum ſignificat hominem, ſicut Apoſto-
Rom. 13. lus ubi ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit .i. omnis homo. Poteſtatem dedit pater filio ſecūdum hominem,
Iohā. 1. nam ſcd̄m deū omnia per ipſum facta ſunt.

Hæc eſt autē uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum deum, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum.

Ordo uerborum eſt, ut te & quem miſiſti Chriſtum, cognoſcant ſolum uerum deum. Conſequēter & ſpiritusſanctus intelligitur, quia eſt charitas cōſubſtantialis amborum. Vita eſt cognitio unius dei, q̄ hic eſt ex parte, in futuro erit plene. Qui ergo proficit in hac cognitione, magis tendit uiuere. Quando autem erit plena cognitio, erit & ſine fine laudatio. Et hæc eſt illa clarificatio. ſed prius hic clarificatur, dum innoteſcit fidelibus. Vnde ſubditur:

Ego te clarificaui ſuper terram. opus conſummaui, quod dediſti mihi ut faciam.

Adhuc reſtabat paſſio, ſed ſe cōſummaſſe dicit, quod ſe conſummaturum eſſe certiſſime nouit. ut illud, Foderunt manus meas & Pſal. 21.
pedes meos &c.

Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum claritate, quā habui prius quam mundus eſſet, apud te.

Filius clarificauit patrem gentibus prædicando, pater filium ad ſuam dexteram collocando. quod ait, clarificaui, conſummaui, ꝟbum præteriti temporis poſuit pro futuro, & ut monſtraret iam in prædeſtinatione factum. Quam prædeſtinationem aperuit, adiungendo: claritate quam habui. Ordo uerborum eſt, quam habui apud te, priuſq̄ mūdus eſſet. Ad hoc ualet quod ait nunc. quaſi diceret, Sicut tūc prędeſtinatione, ita & nūc perfectione. Deſtinatur quod eſt, prædeſtinatur & præparatur quod non eſt. Filius ergo ſecundum diuinitatem coæternus patri, prædeſtinatus eſt ante mundi cōſtitutionē ſecundum humanam naturā. & nos in ipſo, ut membra eius eſſemus, ante omnia tempora ſumus electi ac prędeſtinati. Petit ergo humanitas Chriſti id habere in re, quod habuit in patris prædeſtinatione.

Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo.

Manifeſtaui dicit, non quod iam ſit perfecta manifeſtatio ſine prouerbijs, ſed q̄a certiſſime futura eſt. Hæc omnia de futuris fidelibus dici poſſent. ſed ut de ſolis diſcipulis quos tunc habebat, intelligatur, illud urget quod inferius ait: Cum eſſem cū eis, ego ſeruabam eos &c. Ab ipſo tamen orationis exordio, quod eſt: Pater, uenit hora: uſq; ad illud, & nunc clarifica me tu pater, omnes uoluit intelligi ſuos. Videamus quid uelit dice- Pſal. 75.
re. Scriptū eſt: Notus in Iudæa deus, in Iſrael magnum nomen eius. Ergo manifeſtaui nō illud nomē tuum quod eſt deus, ſed illud q̄d eſt, pater meus. Quod nomen nō poteſt manifeſtari ſine manifeſtatione filij. Quos dediſti mihi, dicit ſecundum hominem.

Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt.

Patris erant, prædeſtinantis eos per filium propter bonitatem ſuam. & ita erant indiuiduæ trinitatis. Ab ea filius, in hoc quod homo eſt, accepit eos ad docendum.

Nunc cognouerũt, quia omnia quę dediſti mihi, abs te ſunt. quia uerba quæ dediſti mihi, dedi eis. & ipſi acceperunt, & cognouerũt uere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me miſiſti.

A te ſunt omnia, quæ dediſti mihi homini. Vel ita: Simul pater dedit omnia, cum genuit eum qui omnia habet. Verbo ſcilicet gignendo pater omnia dedit. Quod uero ait, cognouerũt uere: expoſuit ſubiũgendo, & crediderunt, ſubaudis uere. Idẽ eſt, à te exiui: quod eſt, tu me miſiſti. Idem ẽ, cognouerũt: quod eſt, crediderunt. Crediderunt ideo adiunctum eſt, ne quis putaret hanc cognitionem eſſe iam per ſpem, & non per fidẽ. Adhuc non erant tales diſcipuli, quales eos dicit uerbis præteriti temporis. ſed quia tales erant futuri accepto ſpirituſancto, ideo poſitum eſt præteritum pro futuro. Hoc patuit, cum princeps eorum ter eum negauit.

Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt. & clarificatus ſum in eis.

Id eſt, clarificabor in eis, tunc uidelicet, cũ per eos omnibus credentibus innoteſcam, quod ad dexteram patris ſim glorificatus. Dicens, mea tua ſunt, & tua mea: ſpecialiter oſtendit ſanctos de quibus hic agitur, eius eſſe à quo creati ſunt & ſanctificati, ĩ patris & filij. Et ita omnia quæ ipſis ſubiecta ſunt, neceſſe eſt ut ſint eius cuius & ipſi ſunt. Nota non eſſe orãdum pro malis perditis, cum dicat: non pro mundo rogo.

Et iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te uenio.

Iam non ſum in mundo, præſentia ſcilicet corporali. Oſtẽdit certum, quod adhuc erat futurum. dicens, & ego ad te uenio, exponit cur dixerit, iam non ſum in mundo.

Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut & nos.

Vt homo, rogat patrem pro diſcipulis: ut deus, dicit ſe unum eſſe cum patre. Non ait, ut nobiſcum ſint unum: aut, ſimus unum ipſi & nos. Ipſi in natura ſua ſint unũ, ſicut nos in noſtra unum ſumus.

Cum eſſem cum eis, ego ſeruabã eos in nomine tuo. q̃s dediſti mihi, cuſtodiui. & nemo ex his perijt, niſi filius pditiõis, ut ſcriptura impleatur. *Pſal. 108.*

Iudas p̃ imitationẽ filius diaboli, qui eſt ipſa perditio, ſcripturas de ſe prophetãtes impleuit. Non debemus intelligere, quod pater & filius alternatim ſeruent, quaſi alter poſt alterũ. Simul enim ſeruant pater & filius & ſpũſſctũs, qui eſt unus deus. Sed ſcriptura nos nõ leuat, niſi ad nos deſcendat. Cum ita loquit, intelligamus diſtinguere perſonas, non ſeparare naturam.

Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudiũ meum impletum in ſemetipſis.

Hoc eſt, ut ſint unum ſicut & nos, quod à me conferetur eis. Ecce in mũdo loqui ſe dicit, q̃ paulo ante dixerat, iam non ſum in mũdo. Ergo quia nõdũ abierat, hic adhuc erat: & quia mox abiturus fuerat, hic quodammodo iam non erat.

Ego dedi eis ſermonem tuum, & mũdus eos odio habuit.

Verbis adhuc p̃teriti t̃pis futura p̃nũciat. Deinde ſubijcit, cur eos oderit mundus.

Quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo.

Hoc eis regeneratione collatum eſt. nam generatione de mundo erant. Vnde alibi: Ego uos de mundo elegi. *Iohã. 15.*

Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos a malo.

Hinc habes, quia ſancti nõ debent rogare ut tranſeant de mundo, ſi adhuc nõ eſt eis conueniens, ſicut nec iſtis adhuc conueniẽs erat. prædictam repetit ſententiam.

De mundo nõ ſunt, ſicut & ego nõ ſum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. ſermo tuus ueritas eſt.

Quæri poteſt, quomodo de mundo non erant, ſi ſanctificati in ueritate nondum erãt: aut ſi iam erant ſanctificati, cur poſcat ut ſanctificent. Sanctificati erant, ſed poſcit ut ſanctiores fiant, & in ſanctitate proficiant. Vnde Apoſtolus: Qui in uobis bonũ opus cœpit, perficiet uſq; in diem domini Ieſu. Veritas eſt Chriſtus, qui dicit: Ego ſum uia, ueritas & uita. Quaſi dicat: Sãctifica eos in me. Vnde ſequitur: Sermo tuus, id eſt, ego conſubſtantialis tibi, ueritas eſt. *Philip. 1. Ioh. 14.*

Sicut me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum.

Hoc eſt, quia miſiſti me, miſi eos.

Et pro eis ego ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate.

Pro eis ſanctifico meipſum .i. eos in me-
ipſo ſanctifico. Hoc ait, quia mēbra ſunt eius.
Vnde ſeqtur, ut ſint & ipſi ſanctificati in ue-
ritate .i. in me ſecundum diuinitatem, qua eti
am homo quo indutus ſum, ſanctificatus eſt
ab initio creationis ſuæ. Hoc ideo dicit, quia
una perſona facta eſt uerbū & homo. Tunc
ergo ſanctificauit ſe in ſe, hoc eſt, ſe hominē
in ſe uerbo.

Non pro his autem rogo tātum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per uer-bum eorum in me.

Hic non tantum intelligendi ſunt illi, qui
apoſtolos in carne audierunt, ſed & omnes
ad quos eorum uerbum uenit, & uenturum
eſt, qui crediderunt & credituri ſunt. Poteſt
uideri Ieſus non hic oraſſe pro quibuſdam
ſuis, niſi diligēter ſcrutemur uerba eius. Pro
illis enim non uidetur oraſſe, qui tunc cū illo
non erant qñ iſta dicebat, nec per uerba apo
ſtoloꝝ crediderunt poſtea, ſicut Paulus apo
ſtolus, qui neq; ab hominib⁹ neq; per homi-
Gala.1. nem factus eſt apoſtolus, ſed per reuelatio-
nem Ieſu Chriſti, ut ipſe ait. Similiter nō ui-
detur oraſſe pro antiquis iuſtis, neq; pro il-
lis qui iam crediderant, ſiue per ſe, ſiue quo-
libet modo, ut Nathanael. & Ioſeph ab Ari-
Ioh.1. 19. mathia, qui corpus dñi petijt à Pilato, & ma
ter eius & aliæ fœminę, & illi qui cum ramis
clamauerunt, Benedictus qui uenit in nomi
ne dñi. & quingenti fratres, qbus ſimul poſt
1.Cor. 15 reſurrectionem apparuit. Latro etiam credi
dit in cruce, quando doctores defecerūt. Sic
Luc.23. igitur intelligamus per uerbum eorum, ut
ipſum uerbum fidei quod prædicauerūt, hic
ſignificatum eſſe credamus. Quod dictum ē
uerbum eorū, qm̄ ab ipſis præcipue fuit prę-
dicatum, & primitus inculcatum. Neq; pro-
pterea non eſt uerbum dei, quia dictum eſt
eorum, cum Paulus dicat Theſſalonicenſes
1.Theſ.2. excepiſſe à ſe non ut uerbum hominum, ſed
ſicut eſt uere uerbum dei. Dei eſt, quia deus
id donauit. eorū eſt, qa deus hoc prędicandū
illis primitus cōmendauit. Verbum eorum
habuit latro in fide, uerbū eorū habuerūt an
tiqui iuſti, de quibus conſtat, quia nunq̄ ſal-
uari poſſent, niſi in mediatorē uenturū cre-
didiſſent. Fideliores ergo reperiunt, qui iam
defuncti, illū reſurrecturum non dubitant:
q̄ illi qui uiſa eius morte, ſpem quā habuerāt
de eius reſurrectione, pdiderunt. Vnde & q-
Luc.24. dā dixerunt: Nos autē ſperabamus quia re-
dempturus eſſet Iſrael. Igitur oēs ad oratio-
nē Chriſti credendū eſt pertinuiſſe, qui fidē
illā habuerunt, quam apoſtoli poſt reſurre-
ctionem Chriſti prædicauerunt. Sequitur:

Vt omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te.

Subintelligitur, unum ſumus. Pater & fi-
lius unum ſunt ſubſtantialiter, nos aūt in eis
eſſe poſſumus, ſed non ſubſtantialiter. In eis
ſumus, ut creaturæ in creatore. in eis unū eē
poſſumus nūc fide & charitate, & in futuro
ampliori dilectione. Vnde ſubditur:

Vt & ipſi in nobis unum ſint.

Credendo ſint unum dei templum, ſicut
oſtendit ſubdendo:

Vt mundus credat qa tu me miſiſti.

Si uerbū rogo tertio ponamus, manifeſtior
erit ſentētia hoc modo: Rogo ut oēs unum
ſint, rogo ut & ipſi in nobis unū ſint, rogo ut
mundus credat quia tu me miſiſti.

Et ego claritatem quam dediſti mihi, dedi illis, ut ſint unum, ſicut nos unum ſumus.

Claritatem .i. immortalitatem quā dediſti
mihi, dedi eis. Propter immobilitatem præ-
deſtinationis, ſignificat futura uerbis præte-
riti temporis.

Ego in eis, & tu in me, ut ſint cōſummati in unum.

Breuiter oſtendit ſe mediatorem eſſe in-
ter deum & homines, ac per eum patrem ma
nere in nobis. Quod addidit, conſummati,
oſtendit perfectam beatitudinem.

Et cognoſcat mūdus, quia tu me miſiſti.

Aliquando cognoſcere ponitur pro cre-
dere. ſed hic, ubi loquitur de conſummatiōe,
intelligenda eſt cognitio qualis erit p ſpēm,
non qualis nunc eſt per fidem. Quandiu eñ
credimus quod non uidemus, nondū ſumus
conſummati, ſicut erimus cum uidebimus.

Et dilexi eos, ſicut & me dilexiſti.

Qui diligit unigenitū, diligit & membra
eius q̄ adoptauit. Nō ideo pares ſumus uni-
genito filio, qa dictum eſt, ſicut & me. nam
ſicut, nō ſemp ſignificat æq̄litatem, ſed aliqñ
ponitur pro qa, ut hic & ibi: Sicut me miſiſti
in mundū, & ego miſi eos in mūdum. Mem
bra unigeniti perducit pater gratia dilectio-
nis ad angelorū æqualitatem, carnem uero
unigeniti ſui ſuper excellentiam cuiuſlibet
angeli, cum ſit una perſona carnis & uerbi.
Sunt tamen quidam, qui etiam nos præferūt

angelis, dicentes quia pro nobis mortuus eſt Chriſtus, non pro angelis. Quod quid ē aliud, q̄ uelle gloriari de impietate? Chriſt⁹ *Rom. 5.* etenim iuxta Apoſtolū pro impijs mortuus eſt, in quo nō meritum noſtrum, ſed dei miſericordia commendatur.

Pater, q̂s dediſti mihi, uolo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum, ut uideant claritatem meam, quam dediſti mihi.

Quantum attinet ad creaturam, in qua factus homo, hoc dicit. Adhuc tamen non ibi erat, ſed cito erat aſcenſurus. Vel ſum, dixit ꝓpter unitatē perſonæ, in q̄ & deus hō eſt, & hō deus. Quantum uero attinet ad formā dei, ubiq; eſt. Vnde latro audiuit: Hodie me- *Luce. 23.* cum eris in paradiſo. Secūdum id quod hō erat, aīa eius ipſo die futura erat in inferno, caro in ſepulchro. Scd̄m autē qd⁹ deus erat, etiam in paradiſo erat. Propterea cum dixiſſet, & illi ſint: addidit, mecum. nam & miſeri poſſunt eſſe ubi ille ē qui ubiq; eſt, ſed beati ſoli ſunt cum illo, quia beati eſſe non poſſunt niſi ex illo. Sumamus qualecūq; exemplum. Sicut cæcus etiam ſi ibi ſit, ubi lux eſt, non eſt tamē cum luce: ita impius uel pius, ſed nondum idoneus, etiam ſi nuſq̄ poſſit eē ubi non ſit Chriſtus, tamen non eſt cū Chriſto, ſicut hic intelligitur uoluiſſe, cū ait: Volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecū. nam de ſpecie illa omnino dicebat, in qua uidebim⁹ *1. Iohā. 3.* eum ſicuti eſt. Vnde ſubdit, ut uideant: non, ut credant. Fidei merces eſt iſta, non fides, uidere claritatem dei. Sequitur:

Quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.

In illo etiam dilexit nos ante mundi conſtitutionem prædeſtinatione, quia membra eius ſumus: & diligimur in illo, qui totus diligitur, ſi ſecūdum hoc quod filius patri eſt coæternus, hoc dictum accipiamus: Volo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum. In patre cum Chriſto erimus. Sed ille ſicut ille, nos ſicut nos. Volo, inquit, & non poteſt non fieri, quod uult omnipotens. Omnium quidē poteſtas ei eſt, ſed illi ſoli ſui ſunt quos elegit, ut dicit: Ego elegi uos de mūdo. Illos pa- *Iohā. 15.* ter ſibi dedit. i. traxit ad eum.

A. 154. iii. M. 111. L. 119.

PAter iuſte, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui.

Mundus iniuſtus nō cognouit te. mundus uero reconciliatus, cognouit te, non merito, ſed gratia. A. 155.

ET hi cognouerunt quia tu me miſiſti, & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Nomen tuū notum feci per fidē, notum faciam per ſpem. Notū feci cū fine peregrināntibus, notū faciā ſine fine regnantib⁹. Et ita ē gratia q̂d te nouerūt, ꝓ hoc q̂d tu me miſiſti.

M. 291. iiii. R. 172. L. 279. A. 156.

Caput CLX.

TVnc uenit Ieſus cum illis in uillam quæ dicitur gethſemani, trās torrentē cedron, ubi erat hortus. in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius.

Gethſemani locus ē ad radices mōtis oliueti, & interpretat̄ uallis pinguiū. Ibi tauri pin- *Beda.* gues obſederūt dn̄m, & uituli multi circun- *Pſal. 21.* dederunt eū. Appropiās morti, uenit in uallem pinguedinis, q ꝑ uallē hūilitatis & pinguedinē charitatis pro nobis mortē ſubijt. In horto capi diſpoſuit, ut deleret pc̄tm̄ cō- *Albinus.* miſſum in horto deliciarū. Trās torrentē cedrō cōprehēdi uoluit, & iuxta Pſalmiſtā de torrente in uia bibit. In uia huius uitæ bibit *Pſal. 109.* de torrente paſſionis, ꝓpterea exaltauit caput. Cedron genitiuus pluralis eſt in græco, qui latine pōt dici cedrorum. A. 157. x.

SCiebat aūt & Iudas qui tradebat eū, locū: quia frequēter Ieſus cō uenerat illuc cum diſcipulis ſuis.

L. 280. M. 292. R. 173.

ET cū perueniſſet ad locū, M. R. dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic, L. M. R. & orate ne intretis in tentationem. M. R. donec uadam illuc & orem.

Ordo eſt, Sedete donec uadā & orē. & ora- *M.* te, ne tentatione ſuperemini. Separantur in *Hieron.* oratione, q ſeparant̄ in paſſione. qa ille orat, illi dormiūt pinguedine cordis oppreſſi. Cū *Beda.* in monte orat, tacite nos admonet ꝓ cæleſtibus bonis orādū eſſe. Cum in ualle orat pinguedinis, inſinuat nobis humilitatē ſeruādā eē in oronē, & pinguedinē internę dilectiōis.

Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi Iacobo & Iohāne, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe.

Non aliis hic aſſumptis, quàm in transfiguratione, quibus ſecretiora manifeſtat. Vt ueritatem aſſumpti probaret hominis, uere contriſtat eum pro paſſio, ſed paſſio non dominatur eius animo. Sciendum quia poterat Chriſtus natura non mori, ſicut Adam potuit nō mori ante pctm̄. In eo enim nullū culpę debitū, nullius peccati ueſtigium fuit. Voluntarie aūt aſſumpſit infirmitates noſtras, quæ à deo non ſeparant, uelut ignorātia ſeu concupiſcentia ſeparat. Sicut ueram humanitatem, ita & humanas infirmitates aſſumpſit, ut eas cruci affigeret, & nos fortes efficeret. Itaq; uoluntatem noſtram ſuſcepit & triſtitiam. Triſtitiam cōfidenter dico, qui crucem prædico. Sed eſt quædam triſtitia, & qdam timor rationem ſubmergens, & hoiem contēpto dei pcepto in peccatū ducēs, ſicut Petrus timore negauit. De hmōi loquuntur expoſitores, quando dicunt Chriſtum non timuiſſe, q ad hoc uenerat ut pateretur, & Petrū timiditatis arguerat. Eſt & alius timor moderatus, qui naturaliter ineſt oī homini, & ſine peccato eſt, ut fames, ſitis. & ille fuit in Chriſto. Horruit quippe mortem. Contriſtabatur etiam propter infeliciſſimum Iudā, & ſcandalum oīm apoſtolorum, & reiectionem Iudæorum, & euerſionem Ieruſalem.

M. 291. IIII. R. 174. A. 107.

TVnc ait illis: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem.

Luc. 12. Hinc alibi dicit: Baptiſmo habeo baptizari. & quomodo angor uſq; dum perficiatur? Vſq; ad mortem triſtis eſt, donec apoſtolos ſuos ſua liberet paſſione. Mors quippe corporis, abſolutio eſt doloris in Chriſto & ſuis. Beda. Timet Chriſtus, cum Petrus non timeat. Petrus dicit, animam meā pono pro te. Chriſtus dicit, aīa mea turbatur. Vtrunq; uerum eſt & ratione plenū, quia inferior non timet, & ſuperior gerit timētis affectum. Ille enim quaſi homo, uim mortis ignorat: iſte quaſi deus in corpore conſtitutus, fragilitatē carnis exponit, ut eorum qui ſacramentum incarnationis abiurāt, excluderetur impietas. Sequitur.

Suſtinete hic, & uigilate mecum.

Grego. Suſtinete pondus tentationis, uigilantes à ſomno infidelitatis & torpore mentis. Cæteris quidē iuſſi ſedere ibi, quaſi inferiores ab agone iſto, ſeruāſ eos ſecuros. uos aūt quaſi firmiores uſq; huc adduxi. ſed nolo uos ulterius progredi. Necdum enim poteſtis. Propter hoc manete hic uigilantes, ſicut & ego uigilo, ut unuſquiſq; in gradu ſuæ uocatiōis conſtat, qm̄ & omnis gratia quamuis fuerit magna, habet ſuperiorem. Ad hoc aūt adduxit eos, maxime Petrum magna de ſe confidentem, ut uideant & audiant, ubi eſt poſſe hominis & quomodo impetratur. Videant cadentem in faciem, audiant dicentem: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat calix iſte à me. Et diſcant non magna de ſe ſapere, ſed humilia æſtimare. nec ueloces eſſe ad promittendum, ſed ſoliciti ad adorandum. Ideo & illos duxit, qui uidebantur fideliores & fortes, ſimiles Petro, in qbus ſimiliter facile poterat locum inuenire iactantia propter fiduciam fidei. Mediocres autem, quātum ad periculum dico iactantiæ, ipſa fidei exiguitate muniti ſunt.

M. 294. L. R. 175. L. 281. A. 161.

ET ipſe ꝓgreſſus eſt ab eis quātum iactus eſt lapidis.

Typice innuit, ut iti eum dirigāt lapidē. i. uſq; ad ipſum perducant intentionem legis, quæ ſcripta erat in lapide. Finis em̄ legis eſt Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Beda. Rom. 10.

Et poſitis genibus, procidit in faciem ſuam. & orabat, ut ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora, dicens: Pater, ſi poſſibile eſt. abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt. mi pater, ſi poſſibile eſt, transfer calicem hunc a me.

Habitu corporis oſtendit humilitatē mentis. & pręcipuum exaltationis, humilitas eſt. Non enim exaltatur à deo, niſi qui humiliauerit ſe propter deum. Quod dicit, abba pater, utriuſq; populi ſaluatorem deum oſtendit. Idem em̄ ſignificat abba, quod pater. ſed abba eſt hebræum, pater græcum & latinū. Ergo utraque lingua primus ipſe inuocat, ut doceat ab utroq; populo eum inuocandum. Non eſt enim diſtinctio Iudæi & græci. Secūdum quod cœpit pauere & triſtari, etiam orat calicem paſſionis tranſire à ſe: ita ut omino neq; guſtaret amaritudinem eius, ſi tamē poſſibile eſſet quantum ad iuſtitiam dei. Qđ enim dicebat, ſi poſſibile eſt, ad potentiā dei pariter & iuſtitiam referebat. quoniā quantum ad iuſtitiam eius, quia non ſolum potēs eſt, ſed etiam iuſtus, nō ſunt poſſibilia niſi ea quæ iuſta ſunt. Habebat autem iuſtitia patris quod Chriſtus pateretur, & à conſtitutione mundi ſacramentū hoc nr̄æ ſalutis in eo erat oſtenſum. Paſſus ergo ē, non quod uellet pati, imo reformidabat: ſed quia patrē diligebat, quem hoc uelle ſciebat, & quia per mortem ſuam ſalutē proximi fieri cupiebat. Nec ſequitur, ſi propter hoc pati uoluit, ergo pati

Hieron. Beda. Grego. M.

uoluit, ſicut de infirmo uideri poteſt, q uult
incidi uel coqui ut ſanetur, nec uult tamē in-
cidi. potius omnino reformidat. Euenit eti-
am quod aliquis incarceratus filium ſuum
uult in carcere poni, ut ipſe ſic euadat. nec ta
men uult filium incarcerari. Potius inde do-
let. Voluntas enim nunquam eſt niſi cum
dilectione. quippe quod delectat, uolumus.
quod uero moleſtat, illud abhorrere ſole-
mus. Vnde in futura uita, ubi nulla erit paſ-
ſio, nihil contra uoluntatem fiet. Contra uo-
luntatem itaque dolores atque moleſtias pa
tiebantur martyres. nec aliter aliquod meri-
tum ibi haberetur. Perſecutores quidem
quantum poterant fugiebant, pati tamen ꝓ-
pter dilectionem Chriſti uolebant. Velle au
tem lapidari uel cōburi, ſi quis uelle poſſet,
nullius tamen meriti eſſet. ſed propter Chri
ſtum pati uelle, propter dilectiōem dei uel-
le truncari, meritum habet. Vbi enim Chri
ſtus in fundamento ponitur, ubi deus ſupre-
ma & maior cauſa conſtituitur, ibi meritum
duntaxat habetur. Conſtat etiā quod marty
rium uel aliquod bonum exterius bonā uo-
luntatem ſiue dilectionem non donat, ſed eā
habitam & oſtendit, & q̄ñq; augmētat. Sed
(non plus) quia in Chriſto, non augmentauit, non plus
in paſſione q̄ ante, promeruit & nobis ſalu-
tem, & ſibi quod poſt paſſionem nec triſtari
nec turbari poteſt, neq; in aliquo pati. Quod
autem martyrium per ſe uolūtarium nō ſit,
inde patet, quia iucundum non eſt. Expetibi
lium enim quædam ſunt iucunda bona, quę
propter ſe expetuntur, ut uidere deum. Alia
ſunt bona non iucunda, q̄ propter aliud ex-
petuntur, ut martyrium. Hoc dn̄s Petro ma
Iohā. 21. nifeſte aperuit, cum ait: Et ducet te q̄ tu non
uis. Si opponatur quod dr̄, oblatus eſt Chri
ſtus, quia ipſe uoluit: dicimus, q̄m uoluit .i.
mortem ſuam omnibus neceſſariam appro
Rom. 7. bauit. Sic & Apoſtolus accipit uelle. Quod
uolo ait .i. approbo faciendum, illud nō ago:
quod autem nolo, id ē, non approbo facien-
dum, illud facio. Manifeſtans aūt Ieſus in o-
ratione ſua deuotionem, quaſi dilectus & cō
placens diſpoſitionibus patris, addidit.

M. 295. ii. R. 156. L. 282. A. 42.

VEruntamen non quod ego uo-
lo, ſed quod tu.

Hieron. Quod ex humana infirmitate trepidanter
renuerat, reuertens in ſemetipſum, per obe-
dientiam & fortitudinem mentis confirmat.
Non, inq̄t, hoc fiat q̄d humanus affectus lo-
Beda. quit, ſed ad q̄d miſſus ſum. Oſtendit itaq;, ut
cum hoc imminet q̄d fieri nolumus, ſic ꝑ in-
firmitatē petamus ut non fiat, q̄tenus ꝑ forti
tudinē parati ſimus, ut uolūtas cōditoris no
ſtri etiā contra noſtrā uoluntatē fiat. Nam Origen.
ſicut multū cōfidere nō debemus, ne noſtrā
uirtutē uideamur profiteri: ſic multū puſil-
lanimiter agere & diffidere nō debemus, ne
dei adiutoris noſtri impotentiam uideamur
pronunciare. Multi triſtantur morte futura, Beda.
ſed habeant rectum cor. Vitēt mortē quan-
tū poſſunt. ſed ſi non poſſunt, dicant q̄d dn̄s
dixit: Pater, ſi fieri poteſt, trāſeat à me calix
iſte. Ecce humanā uoluntatē habes expreſ-
ſam. uide quid dicat rectum cor. Sed non q̄d
ego uolo, ſed quod tu uis. Vn̄ alibi: Non ue-
ni facere uoluntatem meam, ſ. quam tempo Iohan. 6.
raliter ſumpſi ex uirgine: ſed uoluntatē eius
qui miſit me, quam uidelicet habui æternus
cum patre, & quam ſemper approbo animæ
ratione. Orat tranſire calicem, quia homo
eſt: ſed perficit diſpenſationē, quia patri obe
diens eſt. Senſus eſt: Si moritur mors, me nō
moriente tranſeat calix. Verum quia non
aliter fiet, fit quod tu uis. Aliter: Poſtulat nō Hierony.
tam timore patiendi, quàm miſericordia pri
oris populi, ne ab illo bibat calicem propi-
natum. Vnde & ſignanter dixit: Calix iſte,
hoc eſt, populi Iudæorum, qui excuſationē
habere non pōt, ſi me occiderit, habens pro-
phetas qui me uaticinantur. Si ergo fieri po- Remigi.
teſt, ut ſine interitu Iudęorum credat multi-
tudo gentium, recuſo paſſionem. Si uero illi
excæcandi ſunt, ut alij uideant, non mea, ſed
tua fiat uoluntas.

M. 296. ii. R. 177. L. 284.

ET cum ſurrexiſſet ab oratione,
uenit ad diſcipulos ſuos, & inue
nit eos dormiētes. Et ait illis: Quid
dormitis ſic? Non potuiſtis una ho-
ra uigilare mecum? Vigilate & ora-
te, ut non intretis in tentationem.

Liquido demonſtrat, quia etiam pro apo Beda.
ſtolis orauerit, quos ſedulo monebat uigila-
re & orare. Nam magnitudine triſtitię quod
eis improperat, ſomnum uincere non poſ-
ſunt: ſed ſicut dormiunt mente, ita & corpo-
re. Impoſſibile quidem eſt, hominem non Hieron.
tentari. nec ait, non tentemini, ſed ne intre-
tis in tentationem, id eſt, ne tentatio uos ſu-
peret, & intra ſuas caſſes teneat. Martyr qui
pro confeſſione domini ſanguinem fudit,
tentatus quidem eſt, ſed tentationis retibus
non ligatus. Si autem negaret dominū, tūc
tentatio ſuperaret eum.

M. 297. IIII. R. 178. A. 70.

SPiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.

Hoc contra temerarios dictum eſt, qui
quod crediderint, putant ſe poſſe. Sed quan
tum de ardore mentis confidimus, tantum
de carnis fragilitate timeamus. ſed tamẽ ſe-
Rom. 8. cundum Apoſtolum facta carnis mortifice-
mus.

M. 298. VI. R. 179.

ITerum ſecundo abijt, & orauit.

Solus iuit orare pro cunctis, qui ſolus
erat paſſurus pro omnibus.

L. 281. X.

APparuit autem illi angelus de cælo, confortans eum.

Matt. 4. Alibi legimus quia angeli miniſtrabãt ei.
In documento ergo diuinitatis, miniſtraue-
Beda. runt ei: In documento uero humanitatis, cõ
fortatus eſt ab angelo. Eo modo dicitur cõ-
fortatus quo triſtis, propter nos uidelicet,
non propter ſe.

Et factus eſt in agonia, & prolixius orabat, dicens:

M. 298. VI. R. 179.

PAter mi, ſi non poteſt calix hic tranſire, niſi bibam illum, fiat uoluntas tua.

In agonia, id eſt, in certamine mortis, ꝓ-
lixius orabat, ut nos doceret deuotius orare
Ion 4. in periculoſo certamine. Orat autẽ, ut ſi Ni-
Hierony. niue aliter ſaluari non poteſt, niſi aruerit cu-
M. curbita, fiat uoluntas patris. Hoc eſt, ſi popu
lus qui per Niniuen intelligitur, ſaluari nõ
poteſt niſi aruerit cucurbita, id eſt, niſi mo-
riatur caro Chriſti, faciat pater de eo quod
uult. L. 283. X.

ET factus ẽ ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis in terrã.

Contra naturam eſt, ſanguinem ſudare.
ſed per terram ſanguine irrigatam, declarat
terrenos ſanguine ſuo redemptos.

L. 284. II. M. 298. R. 179.

ET cum ſurrexiſſet, uenit iterum ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormiẽtes præ triſtitia. M. R. Erant enim oculi eorum ingrauati. R. Et ignorabant quid rñderẽt ei.

Hieron. Langueſcebant apoſtolorum oculi nega-
tione uicina.

M. Et relictis illis, iterum abijt & orauit tertio. M. R. eundem ſermonem dicens.

Origen. Propter exitum bonum, qui erat futurus
poſt bibitam amaritudinem calicis, orat to-
ties, ut fiat uoluntas patris. Ideo enim ſuperi
us fundẽdum corporis ſui ſanguinem in re-
Remigi. miſſionẽ cõſecrauerat. Tribus uicibus ora-
uit, ut & nos á præteritis peccatis ueniam,
& à præſentibus malis tutelam, & à futuris
periculis cautelam oremus, & ut omnẽ ora-
tionem ad patrem & filium & ſpiritumſan-
M. ctum dirigamus. Item ſicut trina eſt tentatio
cupiditatis, ita & timoris. Eſt enim concu-
piſcentia carnis, concupiſcentia oculorum,
ambitio ſeculi. eſt & timor mortis, timor ui
litatis, timor doloris. Contra quæ omnia do
cet oratione debere nos muniri. Vnde & ꝓ-
pter trinam tẽtationem paſſionis, poteſt in-
telligi ter dominum oraſſe.

M. 299. IIII. R. 180. A. 101.

TVnc uenit ad diſcipulos ſuos, & ait illis: Dormite iam & requieſcite.

Hilarius Quod ad eos reuertens, dormiẽtesq́ re-
periens, primum reuerſus obiurgat, ſecũdo
ſilet, tertio quieſcere iubet: ratio iſta ẽ, quod
poſt reſurrectionem diſperſos eos & diffi-
dentes ac trepidos reprehendit: ſecũdo, miſ
ſo ſpiritu paraclito, grauatos ad contuendã
euangelij libertatem oculos uiſitauit. Nam
aliquandiu legis amore detenti, quodam fi-
dei ſomno occupati ſunt. Tertio uero clari-
tatis ſuæ reditu, ſecuritati eos quietiq́ reſti-
tuet.

Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus pctõrũ.

Auguſt. Intelligitur poſt illud dictũ, dormite iam
& requieſcite, ſiluiſſe dominum aliquantu-
lum, & requieuiſſe diſcipulos. Nam poſt, ſe-
cundum Marcum, intulit: ſufficit iam q̃d re-
quieuiſtis, & deinde addidit, uenit hora,

Surgite, eamus. ecce appropinquauit qui me tradet.

Hieron. Quaſi dicat: Non nos inueniant timẽtes.
ultro eamus obuiam, ut paſſuri cõfidentiam
uideant. Vltro nos offerre debemus, quan-
do non expedit mortẽ effugere, & nõ prius.

M. 100. L. R. 181. L. 175. A. 158.

Caput CLXI.

ET adhuc ipſo loquente, ecce Iudas unus de duodecim, cũ accepiſſet cohortẽ, uenit: & cum eo

turba multa, cum laternis & facibus & armis & gladijs & fuſtibus, a principibus ſacerdotū & ſcribis & ſenioribus populi.

Auguſt. Cohors non Iudæorum, ſed militum fuit, à præſide accepta, ut nullus tenentibus auderet obſiſtere. Venit etiam cum Iuda à Iudæis tradita turba multa, ut ſi quis reſiſtere auderet, cōtra tot nō poſſet. Confidit de uirtute ſeculi, qui deſpat de auxilio dei. Verūtñ in nocte magiſtrū tradit, ut ſine turbis quæ in die frequenter aderant, inueniretur. Cum laternis & facibus ueniunt, ut ſi latere uellet, his quæreretur.

M. 101. 11. R. 182. L. 186.

QVi autem tradebat eum, dederat illis ſignum, dicēs: Quemcunq; oſculatus fuero, ipſe ē, tenete eum, & ducite caute.

Hierony. Miſer Iudas putabat ſigna, quę fecerat ſaluator, facta magicis artibus. Et quia forte audierat dominum in monte transfiguratum, timebat ne ſimili transfiguratione elaberetur de manibus miniſtrorū. Dat ergo ſignū oſculi cum ueneno diaboli, ſicut Cain obtulit ſacrificium ſubdolum & reprobatum. (Gen. 4.) Vñ uinum cum aceto in cruce ponunt.

Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit: Aue rabbi. Et appropinquauit Ieſu ut oſcularetur eum. Ieſus autē dixit ei: Iuda, oſculo filium hominis tradis? Amice, ad quid ueniſti? & oſculatus eſt eum.

Impudens & ſcelerata conſcientia magiſtrum uocat, & oſculum ingerit ei quem tradit. Aliquid tamen habet de uerecundia diſcipuli, quia non palam perſecutoribus eum tradidit, ſed per oſculi ſignum. Ambro. Suſcipit dominus oſculum, non quo ſimulare nos doceat, ſed ne proditiōem fugere uideatur. & implet quod ſcriptum eſt, (Pſal. 119.) Cum his qui oderūt pacem, erā pacificus. Quod dicit, Iuda, oſculo filium hominis tradis? interrogatiue pronunciandum puto, quaſi amātis affectu corripiat proditorē. Ac ſi dicat: Amoris pignore uulnus infligis, charitatis officio ſanguinem fundis, pacis inſtrumēto mortem irrogas, ſeruus dominum, diſcipulus prodis magiſtrum. Hieron. Hoc uerbum amice, iuxta antiphraſim intelligendum eſt, ut per contrarium dicatur amicus, qui non erat amicus, ſed inimicus. Vel amicus dr̄, quia amicabiliter fuit electus in apoſtolum à dño. ſicut ille in parabola fuit amicabiliter inuitatus ad nuptias, cui dr̄: Amice, quomodo huc intraſti, non habens ueſtem nuptialem? (Matt. 22) A. 139.

IEſus itaque ſciens omnia quæ uentura erant ſuper eum, proceſſit & dicit eis: Quem quæritis?

Auguſt. Non ignorat qd uellent, ſed mori paratus interrogat, ut ſcirent eum eſſe quē qrebant.

Reſponderūt ei: Ieſum Nazarenū. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autē & Iudas qui tradebat eum, cū ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierūt retrorſum, & ceciderunt in terram.

Vbi nunc munimen armatorū? Vna uox dicentis, Ego ſum, turbam ſine telo aliquo ſtrauit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Albinus. Modo ubiq; per euāgeliū dicit Chriſtus, Ego ſum: & Iudæi expectantes antichriſtū, retro abeunt: & in terrena quæ amant, cadunt.

Iterum ergo eos interrogauit: Quē quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit eis Ieſus: Dixi uobis quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. Vt impleretur ſermo quē dixit, quia quos dediſti mihi, non perdidi ex ipſis quenquam.

Faciunt qd iubet, ſinūt eos abire, quos nō uult perire. & implet qd dixerat, non perdidi ex eis quenq̄. Non qn poſt morituri ſunt, ſed qa nondū ſic credebāt, quō credūt q nō pereunt. M. 101. 11. R. 182. L. 186.

TVnc acceſſerunt, & manus inierunt in Ieſum, & tenuerūt eū. L. 187. 1. M. 102. R. 181. A. 140.

Videntes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurę erat, dixerunt ei: Domine, ſi percutimus in gladio?

A. M. R. L.

SImon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percuſſit pontificis ſeruū, & amputauit auriculā eius dextram. Erat autem nomē ſeruo Malchus.

Hierony. Petrus eodē ardore q̄ cætera, amputauit dexterā aurem Malchi. Sciebat enim quo-

Num. 25. modo Phinees puniendo ſacrilegos merce-dē iuſtitiæ & ſacerdotij perennis acceperit.

A. 161. M. 324. R. 215. L. 281.

TVnc ait Ieſus Petro: Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum? Mitte gladium in uaginam.

Auguſt. Recondi gladium præcepit, ut patientiam noſtros doceamus, non uindictam. Vocabulo calicis, paſſionem corporis declarat. Corpora enim noſtra terrenorum & fragilium expreſſione ſignantur, quę breui lapſu præcipitata franguntur. Vnde dominus alibi: Vos phariſæi prius quod deforis eſt ca-
Matt. 23 licis & catini, mundatis. Facile etiam ea quæ mens uoluit interna, per corporis geſta ꝓducuntur: ſicut ea quæ uitreus calix interius cōtinet, foris lucent. Bibit ergo calicem corporis ſui, qui corporalem fragilitatem ſpirituali abſorbet affectu: & quaſi in mentem animum'ꝗ trāſfunditur, ut interioribus exteriorum imbecillitas hauriatur.

M. 325.

OMnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

Quo? Illo nempe, qui igneus uertitur ante paradiſum, gladio ſpiritus, qui in dei de-
M. ſcribitur armatura. Vel ita: Quicunq; molitur alium lædere, ſeipſum proprio iaculo ꝑcutit, & incidit in foueam quam fodit.

An putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum?

Hierony. Tanquam ſi dicat: Non indigeo auxilio apoſtolorum, qui poſſem habere, ſi uellem, duodecim legiones angelorum. in quibus ſunt ſeptuagintaduo millia. Vna enim legio apud ueteres ſex millibus complebatur hominum. Duodecies autem ſex millia, reddūt. ſeptuagintaduo millia. Et quia in ſeptuagintaduas gentes hominum lingua diuiſa eſt, innuit non eſſe uerendum, ſi contra eum oēs nationes inſurgunt, cum multo fortiores habere poſſit exercitus angelorum. Cum ergo poſſet accipere legiones, nolebat accipere: ut per patientiam eius implerentur ſcripturæ prophetantes de ipſo, quoniam ita eū pati conueniebat. Et hoc eſt quod ſequitur: Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? Sinite uſq; huc.

Auguſt. Ac ſi diceret: Non uos moueat quod futurum eſt. permittendi ſunt uſq; huc progredi, ut me apprehendant, & impleantur quæ de me ſcripta ſunt.

L. 282.

ET cum tetigiſſet auriculā eius, ſanauit eum.

Beda. Nunquam pietatis ſuę dominus obliuiſcitur, qui etiam hoſtem ſuū ſanat, docēs ipſos ſi conuertantur, poſſe ſanari, qui in ſua morte ſunt intēti. Iuxta allegoriā, ſeruus iſte populus eſt Iudæorum, mancipatus obſequio ſacerdotum adeo, ut Barrabam peterent dimitti, Chriſtum uero crucifigi. Qui dexterā auriculam perdidit, i. ſpiritualem legis intelligentiam, retenta ſiniſtra. i. ſola litera. Quæ auris Petri gladio deciditur, non quod ipſe ſenſum eis abſtulerit, ſed quod eis ablatum diuino iudicio oſtendit. Quæ auris à deo eſt reſtituta credentibus ex gēte illa. Auris itaq; reſtituta & prius amputata, ſignificat auditum amputata uetuſtate renouatum, ut ſit in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate literæ. Rom. 7. Cui aūt intellectus reſtituitur, regnabit cum domino. quod ſignificat ſeruus, cuius nomē interpretatur rex ſiue regnaturus.

M. 326. R. 216. L. 283. A. 170.

IN illa hora dixit Ieſus turbis: Tāquam ad latronem exiſtis cū gladijs & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud uos eram docēs in templo, & non me tenuiſtis. L. Sed hæc eſt hora ueſtra & poteſtas tenebrarum.

Hierony. Stultum eſt, cum gladijs & fuſtibus quærere eum, qui ultro ſe ueſtris manib⁹ offert. & in nocte per proditorē inueſtigare, quaſi latentem ac ueſtros oculos declinantem eū, qui quotidie docet in tēplo. Sed ideo aduerſum me in tenebris congregamini, quia poteſtas ueſtra qua contra lucem armamini, in
Beda. tenebris eſt. Quæritur, quomodo Ieſus principes ſacerdotum & magiſtratus templi & ſeniores alloqui ſecundum Lucam dicatur, cum apud Matthæum & Marcum, non ipſi ueniſſe, uerū miniſtros miſiſſe perhibeant. Sed quia de domini nece ita agebāt, ut quaſi innoxij uiderentur, cum per diſcipulum ſit traditus, à tribuno & turbis comprehenſus, à præſide damnatus, à Romanis crucifixus, à populis etiam Barrabas electus: uolēs Lucas eos maxime reos oſtendere, quorum cōſilio cuncta gerebant, dicit eoſdem ueniſſe

ad comprehendendum ſaluatorem, nō per ſcipſos, ſed per eos quos miſerunt cōprehēdere eum. M. 105/vi. R. 185.

HOc autem totum factum eſt, ut implerētur ſcripturæ prophetarum.

Hierony. Psal. 21. Isai. 53. Foderunt manus meas, ait Dauid, & pedes meos. Et Iſaias, Sicut ouis ad uictimam ductus eſt.

Tunc diſcipuli omēs, relicto eo, fugerunt.

Beda. Impletur dictum domini, quod oēs ſcandalizarentur in illo in ipſa nocte. Nam & ſi turba permittente ad petitionem dñi fugerunt, ut Iohannes ſcribit in centeſimo quinquageſimonono capitulo, pauorem tñ mentis oſtendebāt, ad fugam promptiores q̄ ad patientiam cum dño. Adimpletum eſt & illud: Psal. 87. Elongaſti à me amicum & proximum, & notos meos à miſeria.

A. 161/i. M. 106. R. 187. L. 290.

COhors ergo & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.

Psal. 104. Adeſt Ioſeph uinctus, uenditus à fratribus, & ferrum pertranſijt animam eius.

A. 161/x.

ET adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Iohā. 11. Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Iudęis, quia expedit unum hominem mori pro populo.

Hieron. Moyſes deo iubente, præceperat ut ſeries generationis in ſacerdotibus texeretur. Refert autē Ioſephus iſtum Caipham unius tantum anni pontificatum à Romano principe precio emiſſe. Non ergo mirū eſt, ſi iniquus pontifex inique iudicet. August. Annas quippe & Caiphas, ut Lucas ſexto capitulo refert, ambo principes ſacerdotum, per uices ſuos annos egerunt. & erat annus Caiphæ qñ paſſus eſt Chriſtus. Vnde ductus eſt Ieſus ad illum, ſed prius ad Annam, non quia collega, ſed quia ſocer ei⁹ erat. Credendum eſt, ſcdm uoluntatē Caiphæ id eſſe factū, uel domos eorum ita poſitas, ut nō deberet Annas à tranſeuntibus præteriri.

R. 186/x. Caput CLXII.

ADoleſcens autem quidam ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudo. & tenuerunt eum. At ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis.

Hic ſubauditur corpore, ut intelligatur Beda. corpore ſuper nudo: quia non aliud indumētum habebat ſuperius, q̄ ſolam ſindonē. Quis iſte adoleſcens fuerit, euangeliſta non dicit. ſed quiſquis fuerit, maiorem amorem dñi cōprobat in ſe permanſiſſe, quàm in cæteris qui fugerunt, q̄uis nec ipſe perfectā habuit charitatem, quandoquidem poſtea fugit. Sicut enim perfecta charitas foras mittit 1. Ioh. 4. timorem, ita timor imperfectā arguit charitatem. Non dicit tamen euangeliſta hunc adoleſcētem fugiſſe à comitatu domini, ſed ab hoſtibus fugit. Neque aliquid uetat hunc intelligi fuiſſe Iohānem dilectū præ cæteris. Nam illum eo tempore fuiſſe adoleſcētem, longa poſt uita eius indicio eſt. Potuit enim fieri, ut elapſus manibus tenentium, mox reſumpto indumento redierit, & ſub nocte ſeſe turbis ducentium Ieſum, quaſi unus ex ipſis miſcuerit, donec ad atrium pōtificis cui ipſe erat notus, perueniret: ut ipſe commemorat in centeſimo ſexageſimoquinto capitulo. Sicut autem Petrus qui negationem cōfeſſione extirpauit, exemplum oſtendit recuperationis labentibus: & cæteri diſcipuli fugientes, docent minus idoneos ad tolerāda ſupplicia, tutius eſſe petere præſidia latebrarum, q̄ ſe diſcrimini certaminū exponere: ita etiam iſte adoleſcens, qui reiecta ſindone nudus profugit ab impijs, illos deſignat, qui ut ſecuriores ab incurſibus hoſtiū fiant, quicquid in hoc mundo poſſident abijciunt, ut domino famulentur: iuxta beatū Ioſeph, qui relicto pallio in manibus adulteræ, Gene. 39. maluit foras nudus exilire, quàm meretrici ſeruire. Hieronymus in maiori breuiario, pſalmo triceſimoſeptimo: Et uim faciebāt, Psal. 37. q quærebant animam meam. Iudæi faciebāt uim uel Petro cum dicerent, nam & tu ex illis es. uel *Iacobo, qui cum traheret, relicta ſindone, nudus aufugit ab eis. *Iohanni

A. 164/iiii. M. 106. R. 188.

SEquebatur autem Ieſum Simon Petrus a longe, & alius diſcipulus, uſque in atrium principis ſacerdotum.

Hieron. Petrus negationi p̄ximus, à longe ſequebatur. neq; eñi negare poſſet, ſi Chriſto p̄ximus eſſet. Beda. Nunc añt uir duplex animo, incōſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Iacob. 1. & timor retrahit, quem charitas trahit. Quod Ieſum ſequitur, deuotionis eſt: quod timet, naturæ:

quod negat, obreptionis: quod pœnitet, fidei. Significat autem eccleſiam ſecuturam quidem, hoc eſt, imitaturam domini paſſiones, ſed longe differenter. Eccleſia enim pro ſe patitur, Chriſtus pro eccleſia.

A. 165. X.

DIſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis.

Auguſt. Quis ille diſcipulus fuerit, quia hic tacet, non temere diffinatur. Fortaſſe Iohãnes fuit. Solet enim ita loqui de ſe quaſi de alio.

A. 166. I. M. 314. R. 195. L. 293.

PEtrus autem ſtabat ad oſtium foris.

A. 167. X.

EXiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus põtifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum.

A. 168. I. M. 314. R. 196. L. 294.

QVem cum uidiſſet ancilla oſtiaria, & eũ fuiſſet intuita, dixit: Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Mulier, nõ noui illum, neq; ſcio quid dicas.

Beda. Quid ſibi uult quod prima eum prodit ancilla, cum uiri eum potuerint recognoſcere, niſi ut & iſte ſexus peccaſſe in necem domini uideretur, & redimeretur per domini paſſionem? Ideo mulier prima reſurrexiſſe dominum uidit, ut crederetur ueterem præuaricationis errorem aboleuiſſe etiam in ſexu fœmineo. Quidam pio erga Petrum affectu locum hunc ita interpretãtur, q̃ſi bene dixerit ſe illum non noſſe, quem nemo perfecte nouit niſi pater. Iterum quod inquiſitus dixit, o homo non ſum. interpretati ſunt, q̃a maluit ſe negare quàm Chriſtum. Quod & tertio interrogatus, ait: Homo, neſcio quid dicis: dicunt ſe ſacrilegia eorum neſcire, & reprobando damnare. Sed has expoſitiones & dominus friuolas eſſe conteſtatur, qui ter negandum ſe à Petro prædixerat: & ipſe Petrus, qui ſe non de induſtria hæc locutũ ſubſequentibus lachrymis manifeſtat. Deniq; non ſolum negat Chriſtum, qui dicit eũ non eſſe Chriſtum, ſed qui negat ſe eſſe Chriſtianum, qui ſe negat eius diſcipulum. & ita impletur quod dixit dñs, ter me negabis.

A. 169. X.

STabant autem ſerui & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe, ut uideret finem.

Eſt dilectionis ignis, eſt & cupiditatis. De hoc dicitur: Ignem ueni mittere in terram. & quid uolo niſi ut ardeat? De illo ecce uos omnes accẽdentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis ueſtri. Iſte ſuper credentes in cœnaculo Sion deſcendens, uarijs linguis deum laudare docuit. ille inſtinctu maligni ſpiritus accenſus, in atrio Annæ ad negandum & blaſphemandum dominũ linguas perfidorum armabat. Quod em̃ intus in domo principis maligna ſynodus ſacerdotũ gerebat, hoc ignis in atrio foris inter frigora noctis materialiter accenſus, typice mõſtrabat. Frigore torpens ad horam Petrus, perſecutorum prunis calefieri cupiebat: quia temporalis commodi ſolatium, perfidorum ſocietate quærebat. Sed mox reſpectus à domino, cum ignem eorum reliquit, infidelitatem cordis abiecit. Quod autem in atrio eſſet ut uideret finem, dicit Matthæus trecenteſimoſeptimo capitulo: Scire cupiebat quid de domino iudicaretur, utrum neci eum addicerent, an cæſum flagellis dimitterent. Beda. Luce. 12. Hieron.

Caput CLXIII.

POntifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis & de doctrina eius.

Hieron. Gen. 27. Quem expectabant à longe, non uident prope, ſicut Iſaac caligãtibus oculis Iacob ſub manibus non agnoſcit, ſed longe futura de eo canit.

A. 170. I. M. 104. R. 184. L. 295.

REſpondit ei Ieſus: Ego palam locutus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽplo, quo omnes Iudæi conueniunt. & in occulto locutus ſum nihil.

Auguſt. Iohã. 16. Naſcitur quæſtio non prætereunda, quõ dixerit dñs, in occulto locutus ſum nihil, q̃ poſt cœnã ait diſcipulis: Hæc in prouerbijs locutus ſum. Si ergo diſcipulis non loquebatur palam, quõ palam locutus eſt in mundo? Præterea ut alij teſtantur euangeliſtæ, manifeſtius loquebatur diſcipulis q̃ turbis. Vnde remotus à turbis, aperiebat eis parabolas, quas clauſas proferebat alijs. Quid ẽ ergo, In occulto locutus ſum nihil? Hoc eſt, multi me audierunt. Ergo quodammõ palam, quodammõ non palam locutus eſt. Palam, quia multi audiebant: non palam, quia

non intelligebāt, quod ſeorſum diſcipulis lo
quebatur. Ea etiam quæ paucis dixerat, non
ſunt in occulto. quia adhoc dixerat, ut præ-
Mat. 10. dicarentur ſuper tecta, non ut tacerentur.

A. 171. x.

QVid me interrogas? Interroga
eos qui audierunt, quid locu-
tus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt quid di
xerim ego.

Quid me interrogas, à quo ueritatem au-
dire non deſideras? Interroga magis eos, de
quorum dictis non habeas inuidiam. Ita tē-
perauit reſponſionem, ut nec ueritatem tace
ret, nec ſe defendere uideretur.

A. 172. L. M. 114. R. 194. L. 294.

HAec autem cum dixiſſet, unus
aſſiſtens miniſtrorū, dedit ala
pam Ieſu, dicens: Sic rn̄des pōtifici?

A. 173. x.

REſpondet ei Ieſus: Si male locu
tus ſum, teſtimonium perhibe
de malo. Si autem bene, quid me cæ
dis?

Male loquitur, qui contra ueritatem lo-
quitur. Si male locutus ſum, da teſtimonium
quo probes mendacem. Patientiam nos do-
cuit humiliter reſpōdendo, qui iuſſu percu-
tienti poterat quamlibet irrogare pœnam.
Hic aliquis dicit, Cur non fecit quod ipſe ali
bi præcepit? Non ſic percutienti debuit re-
ſpondere, ſed maxillam alteram præparare.
Matt. 5. Cui reſpondendum eſt, Non ſolum alteram
maxillam percuſſuro, ſed totum corpus
præparauit crucifigendum. Præbent nanq;
multi alteram maxillam irati. Beatus eſt er-
go, qui in omnibus quæ patitur pro deo, ue-
raciter pōt dicere: Paratum cor meum deus,
Pſal. 56. paratum cor meum.

A. 174. I. M. 106. R. 187. L. 290.

ET miſit eum Annas ligatum ad
Caipham pontificem.

A. 175. I. M. 114. R. 196. L. 292.

ERat autem Simon Petrus foris
in atrio ſtans, & calefaciens ſe.

Hoc recapitulat quod ante dixerat, dein-
de quæ ſecuta ſunt iungit.

Rurſum autem uidit eum alia ancil-
la, & ait circunſtantibus: Et hic erat
cum Ieſu Nazareno.

Dicto quod Annas miſit Ieſum ad Cai-
pham, reditur ad narrationem Petri, ut ex-
plicetur quid in domo Annæ de trina eius
contingeret negatione.

Acceſſerunt qui ſtabant, & dixerūt
Petro: Vere & tu ex illis es. Nam
& loquela tua manifeſtum te facit
quod ſis Galilæus.

Non hoc dicunt, quod alterius ſermonis
eſſet Petrus, quàm Hebræi, ſed q̄d unaquæq;
prouincia proprietates loquendi habet.

Et iterum negauit cum iuramento,
quia non noui hominem.

Plane negauit Chriſtum, quia CHRI-
STVS homo erat, q̄ dixit donec me ter ne-
ges. Nonnulli pio affectu erga Petrum, pu-
tant Petrum non deum negaſſe, ſed hominē.
Hoc quàm friuolum ſit, prudens lector intel
ligat. Sic enim defendunt apoſtolum, ut do
minum faciant mendacem, qui dixerat: Me
negabis. Antequam ſecundo negaret, exijt August.
foras ante atrium principis. & ut Marcus ſo
lus commemorat, tunc primo gallus canta-
uit. Petro reuerſo in atrium, ſecunda fit nega
tio. Exeunte autē illo ianuam, ut ait Matthæ
us, animaduertit eum ancilla, & dixit his qui
ad ignem ſtabant, quia hic erat cum Ieſu Na
zareno. Quibus rediens Petrus iurat, nō no
ui hominem.

Et poſt puſillum quaſi horæ unius,
dicit unus ex ſeruis pontificis, co-
gnatus eius cuius abſcidit Petrus
auriculam: Vere & hic cū illo erat.
Nam & Galilæus eſt. Nonne ego
uidi te in horto cum illo? Cœpit de-
teſtari & anathematizare & iurare,
neq; noui eū, neq; ſcio q̄d dicis, non
noui hominem iſtum quem dicitis.
& ſtatim gallus cantauit.

Ecce completa eſt prædicatio Chriſti, &
cōuicta præſumptio Petri. Primo ait, neſcio
quid dicis: ſecundo cum iuramento negat,
tertio cœpit deteſtari & iurare quia nō noui
hoīem. q̄m perſeuerare in peccato, dat incre
mentū ſcelerū: & qui minima ſpernit, in ma
iora corruit. Poſt tertiā negationem ſequit
gallicantus. Sacramenta rerum, per ſtatum
temporū deſignant. Media nocte negat, gal
li cātu pœnitet, poſt reſurrectionē ſub luce,
quē ter negauerat, ter amare cōfeſſus eſt. q̄a
q̄d in tenebris obliuiōis errauit, ſperatæ iam
lucis rememoratione correxit. & eiuſdem
ueræ lucis adepta præſentia, plene quicquid *ſemine ratione*
nutauerat, erexit. Myſtice, gallus aliquis do

ctorum eſt, qui ſomnolentos increpans, ait:
I. Cor. 15 Euigilate iuſti, & nolite peccare. Quod Petrus ante primum galli cantum negat, eos ſignificat, qui Chriſtum ante reſurrectionē deum non putauerunt eſſe, morte eius turbati. Quod bis ante ſecundum galli cãtum, illos ſignificat, qui nunc in illo ſecundũ hominem uel ſecundum deum in utraq; ſubſtãtia errant, & ideo ueritatem negant. Primus galli cãtus, eſt domini reſurrectio in ſeipſo: ſecundus, eiuſdem in corpore eccleſiæ.

Et conuerſus dñs, reſpexit Petrum.

August. Videtur illa reſpectio diuinitus eē facta, ut Petro ueniret in mentem, quoties iam negaſſet dñm, & quid ei dñs prædixiſſet: atque ita miſericorditer dño eum reſpiciente, pœniteret & fleret: ſicut ſolemus dicere, domine reſpice me.
Hieron. Non enim poterat in negationis tenebris permauere, quem lux mundi reſpexit. L. 203. II. M. 116. R. 197.

ET recordatus eſt Petrus uerbi dñi, quod dixerat ei: Priuſquã gallus cãtet, ter me negabis hodie.

M. Quod dicit hodie, apud Marcum legitur in centeſimo ſeptuageſimo capitulo.

Et egreſſus foras Petrus, fleuit amare.

Beda. Non ſolum cum agitur pœnitentia, uerumetiam ut agatur, dei miſericordia neceſſaria eſt, & reſpicere eius, miſereri eſt. Vnde Pſalmiſta:
Pſal. 12. Vſq; quo exaltabit inimicus meus ſuper me? reſpice & exaudi me dñe deus meus. Hoc eſt, miſerere & adiuua. Ideo Petrus egreditur foras, ut ab impiorũ concilio ſecretus, negationis ſordes liberis fletibus abluat. quia inter impios non poterat agere pœnitentiam. Trinam negationē fletu abluit
Hierony. uerbi Chriſti recordatio, poſtq̃ gallus cecinit, & decreſcentibus tenebris, uicina lux nunciata eſt. Tunc aũt gallus nobis cantat, cum prædicator corda noſtra ad cõpunctionem reuocat. Tũc incipimus flere, cũ ignimur intus per ſcintillam ſcientię, & foras eximus extra quod fuimus. Petrus nondum dato ſpiritu, uoci ancillę ceſſit, cũ ſpiritu dato, nec principibus nec regibus cedit. Cognoſcimus aũt quæ ſit ancilla principis, ſi intellexerimus quæ ſit ancilla dei, de qua ſcriptũ ē: Ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ.
Pſal. 115. Quę ſint atria principis, poteris ſcire, ſi intellexeris q̃ ſint atria domus dei, de qbus ſcriptum
Pſal. 133. eſt: Ecce nunc benedicite dñm oēs ſerui dñi, in atrijs domus dei noſtri. Puto primã ancillam intelligi ſynagogam: ſecundã uero, cõgregationem gentium. tertios aũt ſtantes in atrijs, miniſtros eſſe hæreſum diuerſarum: atq; uirũ tertiæ negationis, impulſionem diabolicæ poteſtatis, quę omnia ueritatē Chriſti denegare compellunt.

M. 157. II. R. 198. L. 205.

Caput CLXIIII.

MAne aũt facto, conuenerũt oēs principes ſacerdotũ, cũ ſenioribus plebis & ſcribis concilium faciētes.

Hic enarari incipiunt, quæ apud Caiphã geſta ſunt, cum Ieſus de domo Annæ foret ductus, & in prætorium præſidis nondum perductus. Veruntamen quidam minus diligenter attendentes narrationem Iohãnis, & quid cæteri euangeliſtæ præoccupando quid ue recapitulando dixerint, commentati ſunt Petrum negaſſe in atrio Caiphæ. M.

M. 108. II. R. 189. L. 105.

QVærebãt falſum teſtimonium contra Ieſum, ut eum morti traderent. & non inuenerunt. Cũ multi faſi teſtes acceſſiſſent, nec inueniebant, & conuenientia teſtimonia illorum non erant. Hieron.

Mētita eſt iniquitas ſibi, ut regina aduerſus Ioſeph, & ſacerdotes aduerſus Suſannã, ſed ignis ſine materia deficit. Gen. 39. Dan. 13.

M. 157. VI. R. 190.

NOuiſſime autem uenerũt duo falſi teſtes, & dixerũt: Nos audiuimus eum dicentem: Poſſum deſtruere templum dei hoc manu factum, & poſt triduũ aliud nõ manu factũ reædificare. Ieſus aũt tacebat.

Quomodo falſi teſtes ſunt, ſi ea dicunt q̃ dominum antea legim⁹ dixiſſe? Sed falſus teſtis eſt, qui non eodem ſenſu dicta intelligit, quo dicuntur. Dominus dixerat de templo corporis ſui. Iſti mutant dicta ſaluatoris quæ dixerat, Soluite templum hoc. & aiunt eum dixiſſe, poſſum deſtruere templum dei. Vos, inquit, dñs, ſoluite, nõ ego. quia ipſi nobis inferre manus nõ debemus. Deinde uertunt, dicentes: & poſt triduum ædificare aliud, ut intelligant de templo Iudaico. Dominus autem ut oſtēderet animale templum, dixerat: & ego in triduo ſuſcitabo illud. Aliud eſt enim ædificare, q̃ ſuſcitare. Hierony. Iohã. 2.

Et ſurgens princeps ſacerdotum in medium, interrogauit Ieſum, dicēs:

Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus autem nihil reſpondit.

Ira commotus princeps, & ueſania mentis agitatus, ſurgit, q̃a dominus tacebat. Taciturnitas quidem Chriſti apologiam Adæ abſoluit. Quãto autem tacebat ad indignos reſponſione eius, tanto magis pontifex furens ad reſpondendum prouocat, ut ex q̃libet occaſione reſponſionis, locum inueniat accuſationis. Ideo tacet, quia quicquid reſpõdeat, ſcit illum torquendum ad calumniam.

Caput CLXV.

ET rurſum ſummus ſacerdos ait illi: Adiuro te p deum uiuũ, ut dicas nobis ſi tu es Chr̃s filius dei bñdicti. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.

Quid adiuras impiiſſime? ut accuſes, an ut credas? Si ut accuſes, arguunt alij condemnare *tacentem. Si ut credas, quare confitẽti credere noluiſti? Sacerdos legis in q̃ gloriabatur ignarus, adiurãdo fidem quærit an ipſe eſſet Chriſtus, quaſi occulte de eo lex & prophetæ loquerentur. ſed etiam is ipſe Chriſtum confeſſus eſt inuitus, domino dicente: Tu dixiſti. Oĩs em̃ lex & prophetæ uenturũ Chriſtum prædicauerant, in quibus ſacerdos eum eſſe Chriſtum filiũ dei ſæpe dixerat.

**tacentes* *Hilarius*

L. 296. x.

ET ait illis: Si uobis dixero, nõ credetis mihi. Si autẽ & interrogauero, non reſpondebitis mihi neq; dimitteris.

Beda. Sæpe illis dixerat Chriſtum ſe eſſe, uidelicet quando aiebat: *Iohã.10.* Ego & pater unum ſumus. &, *Ibidem* Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hęc teſtimonium perhibent de me. Interrogauerat quoq;, quomõ dicerẽt Chriſtum filium eſſe Dauid, *Mat. 22.* cũ ipſe Dauid in ſpiritu dñm ſuum illũ uocauerat, & non reſpõderant ei. Itaq; nec dicẽti credere, nec reſpõdere interroganti, nec eũ qui innoxius erat, dimittere uolebãt.

M. 216. R. 191. L. 297. A. 69.

VEruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis ſedentem a dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cæli.

Hierony. Sacerdos interrogat filium dei. Ieſus reſpondit filium hominis, ut intelligamus filium eundem eſſe dei & filium hominis, & ne quaternitatẽ faciamus in trinitate, ſed homo in deo, & deus in homine ſit. *Beda.* O Iudæe, pagane, hęretice, ſi in Chriſto *contemptus, **cõtẽpta* infirmitas & crux tibi contumelia eſt, uide illum ex uirgine natum, ad dextram dei patris ſeſſurum, & in ſua maieſtate uenturum ad iudicium. Vnde Apoſtolus, cũ crucis abiecta deſcripſiſſet, ait: *Philip.2.* Propter q̃d & deus illũ exaltauit, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomẽ, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. *Origen.* Qui cum ſit ſempiterna uirtus & dextera patris, ſeſſio humanitatis eius, fundationem quãdam & firmitatem regalem ſignificat. *M.* Nubes cæli, ſunt apoſtoli uerbis complucntes, & corda fidelium rigantes. In nubibus cæli, id eſt, in prædicatorib' cæleſtis uerbi, ubi arcana dei celantur ſemper, uenit: oſtendens ſuum aduentum dignis ſe deus uerbum, & ſapientia *Hieron.* & ueritas & iuſtitia. Aſcendit in nube, *Actu.1.* ueniet cum nube, id eſt, in corpore ſolo, quod aſſumpſit ex uirgine, aſcendit: & cum multiformi eccleſia, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo, ad iudicium uenturus eſt.

M. 216. R. 192.

TVnc princeps ſacerdotum ſcidit ueſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit.

Hierony. Qui in furore ſurrexerat, in rabie ſcidit ueſtes. in quo oſtendit, Iudæos ſacerdotij gloriam perdidiſſe. Sed & conſuetudinis Iudaicæ eſt, cum aliquid blaſphemum cõtra deum audierint, ſcindere ueſtimẽta ſua. *Beda.* Quod Paulum quoq; & Barnabam feciſſe legimus, *Actu.14.* quãdo in Lycaonia deorum cultu honorabantur. Altiori myſterio pontifex diſcidit ueſtimenta, cum tunica domini à militibus ſcindi non potuerit. Figurabatur enim ſcindẽdum ſacerdotium, Iudæorum pro peccatis pontificum, cum ſoliditas eccleſiæ quę ueſtis dei appellatur, nunq̃ ualeat dirumpi.

M. 216. R. 193. L. 299.

QVid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam de ore eius. Quid uobis uidetur? At illi reſpondentes omnes, dixerunt: Reus eſt mortis.

Sententia ſua ſe condemnant, qui eũ morti tradunt, *Beda.* quem & oris ſui & operis teſtimonio deum cognoſcere poſſunt.

M. 211. R. 194. L. 294. A. 272.

TVnc expuerunt in faciem eius,

& qui tenebant eum, illudebant ei. & uelauerunt faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis ẽ qui te percuſſit. Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum.

Ad conſummandam hominis humilitatem,
Hilarius uniuerſa in eum contumeliarum gene-
Hieron. ra exercebantur. Expuerunt in faciem eius,
Iſai. 50. ut impleretur ſcriptura, dicens: Faciem meã non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Velauerunt eum; non ut eorum
Beda. ille ſcelera non uideat, ſed ut à ſe faciem eius
2. Cor. 3. abſcondant. Quòd uelamentum uſq; hodie manet ſup corda eorũ. Qui tũc cæſus eſt colaphis Iudæorum, nunc etiam cæditur blaſ-
Hierony. phemijs falſorum Chriſtianorum. Dicebãt illi, prophetiza. ſed ſtultum erat prophetiza-
Beda. re his, quorum patebat inſania. Quod palmas in faciem dederunt, impleuit prophetiã
Hieron. quæ ait: In uirga percutient maxillam iudi-
Mich. 5. cis Iſrael. Sputis ſuſceptis, faciem animæ noſtræ lauat. uelamine faciei ſuæ, uelamen cordium noſtrorum aufert. Colaphis, quibus in caput percuſſus eſt, caput humani generis (quod eſt Adam) ſanat. & alapis expalmatus eſt, ut maxime laudi eius manibus & labijs plaudamus. Vnde Pſalmiſta: Oẽs gen-
Pſal. 46. tes plaudite manibus, iubilate deo. In contumeliam, quia ſe prophetam uoluit haberi, dicitur ei, prophetiza. in quo nos ad tolerandam pro noĩe eius irriſionem præparat, qui pro nobis ſuſtinuit. Adhuc hodie quicunq; reprobis actibus eum exacerbant, dum ſuas cogitationes & opera tenebrarum ab illo uideri non putant, quaſi illudẽtes aiunt: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit?

M. 118 L. R. 199 L. 100 A. 176

Caput CLXVI.

ET adduxerunt eum uinctũ in prætoriũ, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi.

Moris eorum erat, ut quem adiudicaſſent
Iudic. 16. morti, uinctum iudici traderent. Adeſt Sam
Hieron. ſon uinctus à Dalila. Samſon ſol eorũ erat, quibus occubuit ſol in meridie. Dalila, ſitula interpretatur. i. ſynagoga. Quæ ſitulæ more, lympidum liquorem non tenet, & quiſquilia immũda colligit. Samſon noſter ma-
Iudic. 15. xilla ſui uerbi, innumeras cateruas Iudæorum & dæmonum hic ſternit, & fontem perennis uitæ ſitientibus nobis (id eſt, corpori ſuo) aperit. A. 177 X.

ET ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed manducarent paſcha.

Qui Ieſum ducebant, cœperant iam age- Auguſt.
re dies azymorum: in quibus contaminatio illis erat, in alienigenæ habitaculum intrare. O impia cæcitas. Alienigenæ prætorio cõtaminari timebant, & innocẽtis ſanguinem non timebant. M. 119 X.

TVnc uidens Iudas qui eum tradidit, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus, dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu uideris.

Hoc eſt, tu uidiſti q̃d feceris, uel tu uidebis M.
& ſenties te peccaſſe, ſed nihil ad nos pertinet. Profeſſio audax atq; cæca eſt. Emiſſe ſe Hilarius
iuſti ſanguinem audiunt, & tamen extra reatum ſe credunt, & in uendente ſcelus conſtituunt. Videns autem Iudas conſideratio- Origen.
ne mentis ſuæ exitum rei, quia condemnatus eſſet Ieſus: uel uidens de ſeipſo, q̃m qui talia auſus eſt, ſine dubio iudicatus & condemnatus eſt à deo, retulit argenteos, quaſi in ſua poteſtate eſſet mutare perſecutorum ſententiam. Voluntatem quidem ſuam mu- Origen.
tauit, non exitum primæ uoluntatis. Forſitã ſathanas qui poſt panẽ intinctum fuerat ingreſſus in Iudam, præſto fuit ei, donec Ieſus traderetur Pilato. Poſtq̃ autẽ fecit quod uoluit, receſſit ab eo, iterũ rediturus ad aliã deceptionem. Potuit ergo, à ſe recedente diabolo, capere pœnitentiam & referre triginta argenteos his, qui dederant eos, ex pœnitentia cordis confeſſus peccatum ſuum, eo quod tradiderit ſanguinem iuſtum. Non autem ſecundum ſcientiam pœnituit, ſicut debuit pœnitere: quia nunq̃ ſeruauit cor ſuũ, neq; ſapienter triſtatus eſt, ſed ſuſcepit abũdãtiorem triſtitiã à diabolo ſibi ſubmiſſam, qui uoluit eum abſorbere in abundantiori triſtitia. Præcognoſcẽs itaq; Apoſtolus uerſutias eius, cõſilium Corinthijs dat, ne abũ- 2. Cor. 2.
dantiori triſtitia abſorbeatur, q̃ iam triſtatus erat triſtitia ſecundum deum, quæ pœniten
tiam in ſalutem ſtabilem operatur. Pœnitẽ- 2. Cor. 7.
tia autem Iudæ, peius peccatum factum eſt quando ſe ſuſpendit, in quo magis dominũ offendit, q̃ in hoc quod eum prodidit.

Et proiectis argẽteis in templo, receſſit. & abiens, laqueo ſe ſuſpẽdit.

Principes autem ſacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia precium ſanguinis eſt.

Hierony. Vere culicem liquẽtes, & camelum glutientes. Si enim ideo non mittunt pecuniam in corbanã, hoc eſt, in gazophylacium, quia precium ſanguinis eſt, cur ipſe ſanguis effunditur? Aeſtimo q̃m magnũ aliq̃d de ſaluatore intelligens Iudas, non alibi proiecit argẽteos niſi in templo: quia ſciebat dñm deieciſſe de templo oues & boues, & dixiſſe uenditorib⁹ colũbarũ: Tollite iſta hinc, et nolite
Origen.
Iohã. 2. facere domũ patris mei domũ negociatiõis.

Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc uocatus eſt ager ille acheldemach, hoc eſt, ager ſanguinis uſq; in hodiernum diem.

Videbant q̃m circa mortuos magis eam pecuniam conueniebat expendi, & circa locum mortuorum & ſepulturæ, q̃m precium ſanguinis erat, quàm in corbanã aut in aliq̃ neceſſitate honeſta. ſed q̃a & inter loca mortuorum differentiæ ſunt, q̃m multi quidem ſecundum uotum optabiliter ſepeliuntur in monumentis ſuis paternis, quidam aũt propter quaſdam calamitates frequenter in peregrinis monumentis ſepeliuntur, ideo accipientes precium ſanguinis Ieſu, uſi ſunt eo ad comparationem agri figuli, operantis lutum ad ollas & alia fictilia componenda, ut
Hieron. in eo agro peregrini mortui ſepeliant. Nos autem qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua Iudæorum ſtudia uertimus in ſalutẽ, & in precio ſanguinis domini requi-
Hilarius. eſcimus. Chriſti precio ager emitur, i. ſeculũ uniuerſum ei acquiritur, & oĩs poteſtas in cęlo & in terra datur. Ideo hic ager figuli eſt,
Matt. 28 quia dei oĩa ſunt, cuius in manu eſt, ex eodẽ
Rom. 9. luto facere uas in honorem uel in contumeliam. In ſepulturã peregrinorum atq; inopũ ſanguine Chriſti ſeculum emitur. i. ad permanſionem quietis non utiq; ſuperbi Iſrael, ſed eorum qui in hoc ſeculo peregrinantes,
Rom. 6. conſepeliuntur Chriſto per baptiſmum.

Tunc impletum eſt quod dictum ẽ per Ieremiam prophetam, dicẽtem:
zacha. 11. **Et acceperunt triginta argẽteos precium appreciati, quem appreciauerunt a filijs Iſrael. & dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi dominus.**

Hoc teſtimonium in Ieremia non inuenitur, in Zacharia uero pene idem ſenſus eſt per alia uerba. Videtur itaq; hoc teſtimonium ſumptũ de Zacharia, uulgato more euãgeliſtarum & apoſtolorum, qui uerborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum proferũt de ueteri teſtamẽto. Vnde quidã codices non habent per Ieremiam, ſed tñ per prophetã. Hieronymus in maiori breuiario pſalmo 77. In Matthæo dicitur, inquit, ut impleretur quod ſcriptum eſt in Aſaph propheta. Sic inuenit in ueteribus codicibus. ſed ignorantes tulerunt Aſaph, neſcientes quis fuerit. Et ita ſcriptor dum emendare uellet errorem fecit, ſcribens Iſaiam pro Aſaph. Vnde multi codices habent adhuc quod ſcriptum eſt, per Iſaiam prophetam. Hoc ipſum proponit aduerſum nos impius Porphyrius, dicens: Euãgeliſta ueſter Matthęus tam imperitus fuit, ut diceret eſſe ſcriptũ in Iſaia: Aperiam in parabolis os meũ. Non errauit Matthęus, ſed ſcriptores impiti. Deniq; ſcriptũ eſt in Matthæo & Iohãne, quod dñs noſter hora ſexta crucifixus ſit: in Marco, hora tertia. Q̃d diuerſum uidetur, ſed non eſt, quia error fuit ſcriptorum. & in Marco fuit ſcriptum, hora ſexta. ſed multi pro epiſimone gręco, cuius figura talis eſt ς, & ſcribitur pro ſex, cũ non ſit litera, putauerunt eſſe gãma literam, quæ ſignificat tres. Ergo & hic fuit error ſcriptorum. Similiter etiam fuit error ſcriptorum in Matthęo, ubi Iudas retulit triginta argenteos. Dicitur enim ſcriptũ eſſe in Ieremia, quod ſcriptum eſt non in Ieremia, ſed in Zacharia. Idem in Matthęum: Legi nuper in quodã Hebraico uolumine, q̃d Nazaræx ſectæ mihi Hebręus obtulit, Ieremiæ apocryphum, in quo hęc ad uerbum ſcripta reperi. Origenes in Matthæum: In ſecretis Ieremię hoc teſtimonium reperitur, ſicut Apoſtolus ſcripturas quaſdam ſecretorum pfert, ut illud: Quod oculus non uidit, 1. Cor. 2.
nec auris audiuit. In nullo enim regulari libro hoc poſitum inuenitur, niſi in ſecretis
Eliæ prophetæ. Item quod ait: Sicut Iannes 2. Tim. 3.
& Mambres reſtiterunt Moyſi, non inuenit in publicis libris. ſed in libro apocrypho, q inſcribit Iannes & Mambres. Aug. de con-
cordia euangeliſtarũ: Eſt apud Zachariã de Zach. 11.
triginta argẽteis, & nihil de emptione agri. In Ieremia 32. capitulo legitur, quod emerit
agrũ à filio patrui ſui, & dederit ei argẽtum, Iere. 32.
non quidẽ ſub hoc noĩe precij. Vtrunq; cõfert euãgeliſta & oñdit pertinere ad hoc, q̃d
in dño cõpletũ eſt. Quidã codices hanc lite M.

ram habent, quē appreciauerūt filij Iſrael. in alijs inuenit, quē appreciauerunt à filijs Iſrael. Sic ergo lege: Acceperunt Iudæi triginta argenteos, q̄s Iudas retulit, preciū uidelicet appreciati dn̄i, quē appreciauerunt, ſicut à filijs Iſrael audierūt, eū fuiſſe uenditū. Qui appreciauerunt? Iudæi ſ. illi, qui non interfuerunt uenditioni dn̄i. Et dederūt eos in agrū figuli, ſicut conſtituit. i. conſtitutū mihi dn̄s reuelauit. Oīa uerba ſunt Ieremiæ, ut in apocrypho reperit. uel iuxta Auguſtinū ex pſona euangeliſtæ q̄dā accipiēda ſunt. A. 177. X.

Caput CLXVII.

EXiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis aduerſus hominē hunc? Reſponderunt & dixerunt ei: Si nō eēt hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.

A. 178. X.

HVnc inuenimus ſubuertētem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicētem ſe Chriſtum regem eſſe.

Beda. Arguuntur impietatis Iudæi, quod accuſantes ſaluatorem, nec falſum aliquid ueriſi-
Origen. mile inueniunt, quod ei obijcere poſſint. Falſa quidem teſtimonia tūc locum habent, qñ cum colore aliquo proferuntur. Aduerſus Ieſum autem nec color inueniebatur, q poſſet contra Ieſum adiuuare mendacia.

A. 177. X.

DIxit ergo illis Pilatus: Accipite eum uos, & ſecundum legē ueſtram iudicate eum. Dixerunt ergo Iudæi: Nobis non licet interficere quenq;. Vt ſermo domini impleretur, quem dixit, ſignificans qua eſſet morte moriturus.

Auguſt. An non occidebant, quē occidendū offerebant? Si malefactor eſt, cur nō licet interficere? Si propter feſtū non licuit, cur crucifi-
Pſal. 56. ge crucifige clamauiſtis? Audite Pſalmiſtā: Filij hoim, dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Quia tñ proprijs manibus noluerūt eū interficere, ut q̄ſi ſic eſſent alieni à ſcelere, impletus eſt ſermo Ieſu, quem de morte ſua prædixit, ut à Iudæis traditus, à gentibus occideretur.

A. 168. L. M. 120. R. 200. L. 102.

INtroiuit ergo iterū in prætoriū Pilatus, & uocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorū? Et rn̄dit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? A. 179. X.

Reſpōdit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tradiderūt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de mundo hoc. Si ex hoc mundo fuiſſet regnū meū, miniſtri mei utiq; decertarent, ut nō traderer Iudæis. Nunc aūt regnū meū nō ē hinc.

Demonſtranda erat nobis de regno eius uana opinio ſiue gentiū, ſiue Iudæorū, à quibus Pilatus audierat quod rex eſſet, q̄ſi propterea fuiſſet morte plectendus, q̄d illicitū affectauerat regnum, uel quia ſolent regnaturis inuidere regnantēs, & cauēdum erat, ne eius regnū ſiue Romanis ſiue Iudæis eēt aduerſum. Poterat dn̄s reſpondiſſe hoc ad primam interrogationem præſidis; ſed per ipſum Pilatū uoluit oſtendere hoc uelut crimē ſibi fuiſſe obiectum à Iudæis, apud illum patefaciens cogitationes hoim. Quod ſi cōtinuo reſpondiſſet Pilato, nō uideret rn̄diſſe etiam Iudæis, ſed ſolis gentibus hoc de ſe opinantibus. Nunc ergo per hæc uerba Pilati, nūquid ego Iudæus ſum? gens tua & pōtifices tradiderunt te mihi, patet eum id audiſſe à Iudæis. Deinde dicendo, quid feciſti, oſtendit illud ei pro crimine obiectū. q̄ſi diceret: Si regem te negas, q̄re traditus es mihi? Sic dominus in ſua reſponſione occaſiones inuidentiū excluſit, dicendo regnū ſuū non eſſe de hoc mundo, ut penitus nulla culpa in eo cognoſceretur.

A. 180. IIII. M. 126. R. 201.

DIxit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpōdit ei Ieſus: Tu dicis, qui rex ſum ego.

Non timuit ſe regem confiteri. ſed ita dictū librauit, ut nec ſe regē negaret, nec talē regem ſe fateretur eſſe, cuius regnū putaret eſſe de hoc mūdo. Quaſi diceret: Si putas me regē eſſe hinc, carnalis carnaliter ſapis. Qd autem Pilatus & ſi interroget, firmiter tamē ſentiat Ieſum eſſe regē Iudæorū: illud quoq; cōfirmat, q̄d etiā alibi ſupraſcribit in titulo, M.
rex Iudæorum, *Hebraice, græce & latine: ut & Hebræi & Græci & Romani cognoſcerēt, qm̄ & Pilatus ſciebat eum regē Iudæorum eſſe. Propter quod apparet; cum qua reuerē *tribus linguis

tia requirebat de Ieſu, & prouocabat populum, ut Ieſum magis ad dimittendum peterent q̃ Barrabam. Reuerentiæ autem Pilati illud etiam fuit ſignum, quod lauans manus ſuas, dixit: Innocẽs ego ſum à ſanguine huius. Vos uideritis. Nota dñm ſacerdoti quærenti, an ipſe Chriſtus eſſet, reſpondiſſe tanquam de præteritis, tu dixiſti, quia ſemper ex lege uenturum Chriſtum ipſe dixiſſet. Pilato autẽ legis ignaro, interroganti an ipſe eſſet rex Iudæorum, dicitur, tu dicis: quia p fidem præſentis confeſſionis ſalus eſt gentium. A. 91. x.

Hilarius.

EGo in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum, ut teſtimonium perhibeã ueritati. Omnis qui ẽ ex ueritate, audit meam uocem.

Auguſt. Ideo non nego me eẽ regẽ, quia in hoc natus ſum, ut oſtẽdam q̃d ſum. Non eſt producenda hæc ſyllaba hoc, tanquam diceret in hac re: ſed corripienda, tanq̃ dixerit, ad hãc rem, uel ad hoc natus ſum. In græco namque nihil eſt huius locutionis ambiguum. Vnde manifeſtum eſt, eum hic memoraſſe temporalem natiuitatem, non æternam. Quod addit, omnis qui eſt ex ueritate, audit uocẽ meam. i. obedit & credit mihi, commẽdatio eſt gratiæ, per quam dat ueritas credere in ſe.

Dicit ei Pilatus: Quid eſt ueritas? Et cum hoc dixiſſet, iterũ exiuit ad Iudæos.

Albinus. Non expectauit audire quid reſponderet Ieſus, qa non fuit dignus, ſed iterum exiuit. A. 92. v. L. 101.

ET ait ad principes ſacerdotum & turbas: Nullam inuenio cauſam in hoc homine.

Hoc eſt, quod ipſe pridie q̃ pateretur, inter alia diſcipulis ſuis ait: Venit eñi princeps

Ioh. 14. mundi huius, & in me non habet quicquam. Quod autem fuerat obiectum, quia tributa Cæſari dari prohiberet, quaſi apertum iniuidorum mendacium præſes nihili pendens prætermittit. potuit enim fieri, illum audiuiſſe quod dominus dixerat: Reddite Cæſa-

Matt. 22 ri q̃ Cæſaris ſunt, & quæ dei deo. L. 104. x.

AT illi inualeſcebant, dicẽtes: Commouit populũ, docẽs per uniuerſam Iudæam, & incipiens a Galilæa uſq; huc.

Hic ſermo accuſantium, & eum qui accuſatur docet innoxium, & accuſatores peruerſos. Docuiſſe enim populum, non criminis, ſed indicium conſtat eſſe uirtutis.

Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit ſi homo Galilæus eẽt. Et ut cognouit q̃d de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodẽ, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus.

Pilatus, ne contra eum quem inſontẽ cognouerat, ſententiam dare cogeretur, miſit eum Herodi: ut ipſe potius qui eius patriæ tetrarcha exiſtebat, eum uel abſolueret, uel puniret. Verum diuina prouidentia, ne qua Iudæis excuſatio remaneret, quaſi non ipſi, ſed Romani Chriſtum crucifixiſſent, Herodes q; Iudæus erat, remiſit eum Pilato.

Herodes autem uiſo Ieſu, gauiſus eſt ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum, eo quod audiret multa de illo, & ſperabat ſignũ aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis ſermonĩbus. At ipſe nihil illi reſpondebat.

Tacuit dñs coram Herode, quia iactantiam declinabat, & Herodis crudelitas nõ merebatur uidere diuina. Fortaſſe in Herode ſignificantur impñ, qui ſi legi nõ crediderint & prophetis, mirabilia Chriſti non uidebũt in euangelio. L. 105. iiii. M. 308. R. 181

Stabant aũt principes ſacerdotũ & ſcribæ conſtanter accuſantes eum.

Accuſantibus principibus & ſcribis dominum apud Pilatũ, reſpondit pauca, apud Herodẽ nulla, ne dimitteretur, & crucis utilitas differretur. Et iuſtum erat ut Pilato, qui inuitus ſententiam ferebat, ex aliqua parte reſponderet: Herodi uero & cæteris, qui cõtra legem innoxium damnabant, ſicut indignis, nihil. Vbi uero tacet, quaſi agnus pro grege immolandus, patientiam præſtat. ubi reſpondet, quaſi paſtor pro ouibus contra lupos & contra latrones pugnat. L. 106. x.

Spreuit aũt illum Herodes cũ exercitu ſuo, & illuſit indutum ueſte alba, & remiſit ad Pilatũ. Et facti ſunt amici Herodes & Pilat⁹ in ipſa die. nam antea inimici erant ad inuicem.

Quod ueſte alba induitur dominus, indiciũ eſt immaculatæ paſſionis: qm̃ agnus dei ablaturus ſit peccata mundi. In alba ueſte ẽ illuſus, quia in caſta carne ẽ paſſus. Vel ita: Q; hic alba ueſte illudit, & iuxta alios euan

geliſtas purpurea uel coccinea, geminũ exprimit martyrij genus. Vnde eccleſia dicit admirando: Dilectus meus candidus & rubicundus. candidus ſcilicet actione, rubicũdus ſanguine. Et ipſa eccleſia uarijs mẽbrorum ſuorum floſculis uernans, in pace lilia gignit, in bello roſas. Nefandiſſimum fœdus Herodis & Pilati in occiſiõe Chriſti, ſucceſſores eorum hæreditario iure cuſtodiũt: quoniam gẽtiles & Iudæi genere & religione diſſidentes, in Chriſtianis perſequẽdis & in fide Chriſti perimẽda in eis, conſentiunt. Cant. 5.

L. 197 IX. A. 184.

PIlatus autem conuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratibus & plebe, exiuit ad eos foras, & dixit eis: Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi auertentem populum. A. L. Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoſcatis quia in eo nullã cauſam ex his inuenio, in quibus eum accuſatis.

L. 198 X.

SEd neq; Herodes. Nam remiſi uos ad illum. & ecce nihil dignũ morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittam.

Flagris eum afficiam, quantum iubetis. tantummodo dimittite eum innoxiũ. Quantum ſtudium dimittendi Ieſum quærat Pilatus, attende. Primo dicit ſe nihil cauſæ in eo inueniſſe, deinde mittit eum ad Herodẽ, poſtremo confirmat nihil dignum morte eſſe in eo. Sed tãdem quem abſoluit iudicio, crucifixit miniſterio.

L. 200 I. M. 318. R. 204. A. 182.

EXclamauit autem uniuerſa turba, dicens: Tolle hunc, crucifige crucifige.

A. 189 X.

DIcit eis Pilatus: Accipite eum uos, & crucifigite.

A. 190 X.

Ego enim nõ inuenio in eo cauſam.

A. 191.

Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit.

Ecce maior inuidia, q̃ſi illa parua eẽt, qua accuſabant eum regiæ poteſtatis.

A. 192 IIII. M. 321. R. 201.

CVm ergo Pilatus audiſſet hũc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autẽ non dedit ei reſponſum.

Non ſemel ſiluit dominus apud principes, ut impleretur prophetia de illo: Sicut agnus coram tondente ſe, fuit ſine uoce. Quæ ſimilitudo de agno data eſt, ut ſuo ſilentio non reus, ſed innocẽs habeatur. Non enim ut cõſcius conuincitur, ſed ut manſuetus pro alijs immolatur. Iſai. 53.

A. 193 X.

DIcit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatem aduerſum me ullam, niſi tibi datũ eſſet deſuper. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.

Plus peccat liuore tradens innocentẽ occidendum, quàm qui occidit timore alterius maioris poteſtatis. Pilatus autem ſub Cæſare erat, eumq; in Iudæam Romani præſidem miſerant. Itaque data erat ſibi poteſtas deſuper, uidelicet à Romanis. ſedin hoc deſuper datur uniuerſa poteſtas, quia non eſt niſi à deo. Rom. 13.

Exinde quærebat Pilatus dimittere eum.

Prius etiam q̃rebat dimittere. Ergo exinde ita expone: Exinde. i. ꝑpter hoc ne peccaret occidẽs innocentẽ, q̃uis minus eẽt peccans q̃ Iudæi qui eum illi tradiderant.

Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.

Non ſic potuit contemnere Pilatus Cæſarem, quemadmodum legem gentis alienę. de qua ſuperius dixerant, Nos habemus legem, & ſecundum legem debet mori.

Pilatus ergo cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum. & ſedit ꝓ tribunali, in loco qui dr̃ lithoſtrotos, Hebraice autẽ gabbatha. Erat aũt paraſceue paſchę, hora q̃ſi ſexta. & dicit Iudæis: Ecce rex ueſter.

M. Paraſceue præparatio eſt latine. Iudæi etiam, qui magis loquuntur latine q̃ græce, libentius utuntur iſto græco uerbo. Paraſceue erat. i. ſexta feria, qua præparabant neceſſaria ſabbato, qua die p̃cepit Moyſes duplo colligi manna propter ſabbatum. Et erat ille dies tũc temporis paſchæ, quia illo die paſcha Iudæorum contigit, ut ſimul eſſet præparatio ſabbati & paſcha, quod incepit nocte præcedenti. Vel ita poteſt diſtingui: Erat autem paraſceue paſchę *hora*. i. hora diei paſchę quaſi ſexta: quia nondum erat ſexta hora p̱fecta, ſed incepta, quando Pilatus ſedit pro tribunali. Et dum duceretur Ieſus & cætera gererentur, completa eſt hora ſexta, ex qua tenebræ fuerunt uſq; ad nonam. Marcus autem dicens, Erat hora tertia, & crucifixerũt eum: occulte uoluit oſtendere, eos magis dominum crucifixiſſe, qui hora tertia clamauerunt ut crucifigeretur: q̃ illos, qui principi ſuo obedierũt. Linguis Iudæorum hora tertia ẽ crucifixus, hora ſexta manibus militũ.

A. 174. M. 326. R. 205. L. 113.

ILli autẽ clamauerunt: Tolle tolle, crucifige eum.

Beda. Quanta crudelitas, quæ non ſolum occidere, ſed etiam crucifigere eũ deſiderat. Clauis affigi dominum ad lignum quærunt, ne dolor cito finiatur. Quod criminando & q̄ſi ratiocinando facere Iudæi nequeunt, poſtulando & uociferando perficiunt. Hunc ordinem ſæuiendi monſtrat eccleſiaſtica hiſtoria, etiam tenuiſſe martyrum perſecutores.

A. 195. x.

DIxit eis Pilatus: Regem ueſtrũ crucifigam? Reſponderunt põtifices: Non habemus regem niſi Cæſarem.

Auguſt. Terrorem quem de Cæſare ingerunt, Pilatus ſuperare conatur.

R. 202. iiii. M. 325. A. 180.

ET accuſabant eum ſummi ſacerdotes in multis, Ieſus uero nihil reſpondit.

Albinus. Accuſatur & tacet, qui defenſione nõ indiget. nec accuſationem tacendo confirmat, ſed deſpicit non refellendo. Ambiãt defendi, qui timent uinci. Melior ẽ cauſa quæ non

Dan. 13. defenditur & probatur. Suſanna tacuit & uicit.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicant teſtimonia? Et non reſpondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præſes uehementer.

Ethnicus quidem ẽ qui cõdemnat Ieſum, Hierony. ſed cauſam refert in populum Iudæorum.

Miratur conſtantiam eius, quod exhibitus Origen. ad criminale iudicium, inturbabilis maneret, & ſtaret ante mortem, quæ apud omnes homines terribilis æſtimatur.

M. 322. R. 202. L. 109.

PEr diem autem feſtum conſueuerat pręſes dimittere populo unũ ex uinctis, quemcunq; petiſſent. Habebat autem tunc uinctum inſignẽ, qui dicebatur Barrabas.

M. 323. iiii. R. 203. A. 183.

COngregatis ergo illis, dixit Pilatus: A. Eſt conſuetudo uobis, ut unũ dimittã uobis in paſcha. M. R. A. Quem ergo uultis dimittã uobis? Barrabã, an Ieſum q dicitur Chriſtus? M. A. Sciebat enĩ q̂d per inuidiam tradidiſſent eum.

Beda. Conſueuerat præſes unum ex uinctis dimittere, nõ imperiali legis ſanctione, ſed annua gẽtis illius cui taliter placere gaudebat, deuinctus conſuetudine. Hæc autem conſue

Albinus. tudo dimittendi apud Iudæos remanſit ob memoriam liberationis eorum ex Aegypto in paſcha. Volẽs ergo Pilatus ſatisfacere populo, dat optionem eligendi, quãuis non dubitaret Chriſtum eſſe eligendum, ſciens per inuidiam traditum. Barrabas autẽ erat uinctus inſignis, hoc eſt, uulgatus in malitia.

M. 325. x.

Caput CLXVIII.

SEdẽte autem illo pro tribunali, miſit ad eũ uxor eius, dicens: Nihil tibi & iuſto illi. Multa enĩ paſſa ſum hodie per uiſum propter eũ.

Gentilibus ſæpe à deo ſomnia reuelãtur. Hieron. Vxor itaq; gẽtilis uiri hoc in uiſionib⁹ intelligit, quod Iudæi uigilantes credere noluerũt. Igitur in Pilato & uxore eius Chriſtum iuſtum confitentibus, gẽtilis populi teſtimonium eſt. Sedit autem Pilatus pro tribunali, hoc eſt, ad iudicandum, quod officium eſt ſedentis in tribunali. Eſt enim tribunal ſedes iudicum, ſolium regum, cathedra doctorum.

M. 325. ii. R. 204. L. 110. A. 184.

PRincipes autem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populis, ut peterent Barrabam, Ieſum uero perderent. Reſpondens autem præſes, ait illis: Quem uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerũt: Barrabam. A. Erat autem Barrabas latro. L. M. R. Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, uinctus in carcere.

Beda. Egreſſa eſt iniqtas à ſenioribus & iudicibus populi, & hæret uſq; hodie Iudæis ſua petitio, quam impetrauerunt, ut pro Ieſu latronem eligerent: quia intm̃ latrocinijs ac ſeditionibus ſubmerſi ſunt, ut & patriam & re-
Hierony. gnum perdiderint. Hi ſunt duo hirci. unus emiſſarius cum peccato populi, in deſertum inferni abſolutus dimittitur: alter pro pc̃tis abſolutorũ, ut agnus occidit. Pars dñi ſemp mactatur. pars diaboli, qui eſt magiſter eo-
Hierony. & Beda rum, effrenata in tartara p̃cipitat. Quia Barrabas in euangelio Hebraico filius magiſtri eorũ interpretatur, põt antichriſti typum gerere, quẽ illi quibus dicitur,
Iohã. 8. uos ex patre diabolo eſtis, uero dei filio ſunt prælaturi.

M. 326. R. 205. L. 291. A. 188.

DIcit illis Pilatus: Quid ergo faciam de Ieſu qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis & magis clamabãt, dicentes: Crucifigatur.

Multas occaſiones liberandi ſaluatoris
Hieron. dedit Pilatus. & dicendo, quid enim mali fecit, abſoluit eũ à malo. Iudæi autem nec hoc erubeſcentes, quod Pilat' Ieſum Chriſtum confitebatur, nec modum impietatis ſeruantes, dixerũt omnes: Crucifigatur. Hinc Pſal
Pſal. 21. miſta: Circundederunt me canes multi, cõcilium malignantium obſedit me. Et Ieremi
Iere. 12. as: Facta eſt mihi hæreditas mea ſicut leo in ſylua: Dederunt ſuper me uocem ſuam. Et Iſaias: Expectaui ut facerent iudicium, fece-
Iſai. 5. runt autem iniquitatem. O Iudæi, quod liberaſtis nocentem, non reprehendimus, ſed quod occidiſtis innocentem.

M. 327. X.

VIdens autem Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. Vos uideritis.

Ac ſi dicat: Ego miniſter legum ſum. ue- Hieron.
ſtra uox ſanguinem iuſti fundit, unde pœnam ſentietis.

Et reſpondens uniuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

Vſq; hodie p̃ſeuerat imprecatio huius cri
minis & pœnæ. Vnde Iſaias: Si leuaueritis Iſaie. 1.
ad me manus, non exaudiam uos. manus eñ ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Pilatus iuxta illud fecit: Lauabo inter innocentes manus
meas, ut in lauacro manuum eius gentilium Pſal. 25.
opera purgaret, & ab impietate Iudæorum nos alienos faceret, quodammodo dicens: Ego innocentem uolui liberare. ſed quoniã
ſeditio oritur, & perduellionis mihi contra Cæſarem crimen impingitur, innocẽs ſum à ſanguine iuſti. Iudex qui cogitur ferre ſententiam, non damnat oblatũ, ſed arguit offerentes. Eſt igitur comparatione eorum innocens, licet in hoc particeps fuerit. quia ſi oĩno uellet, quem iuſtum pronunciat, eripere poſſet. perduellio nis crimẽ eſt, hoſtili animo aduerſus rẽpub. & principẽ armari.

M. 328. I. R. 206. L. 314. A. 196.

Caput CLXIX.

TVnc dimiſit illis Barrabã, Ieſum autem flagellis cæſum tradidit eis ut crucifigeretur.

Barrabas latro ſeditioſus & homicidiorũ au- Hierony.
tor, dimiſſus ẽ Iudęis. i. diabolus q regnat in eis. Quare Pilatus tradidit Iudæis Ieſum flagellatũ, cũ prius ſe dixerit innocẽtem à ſan-
guine eius? Quia Romanis legibus ſancitũ Auguſt.
erat, ut qui crucifigeret, prius uerberaretur. Ideo quoq; credendus eſt flagellaſſe Ieſum, ut eius iniurijs Iudæi ſatiati, à morte dñi deſiſterent. Vnde etiã permiſit cohortẽ ſuam
illudere ei, aut fortaſſis iuſſit. Colũna cui al- Beda.
ligatus fuit ille q ſoluere compeditos ſolet, demonſtrat uſq; hodie ueſtigia dñici cruo-
ris. Ieſus uerberat, ut nos à uerberibus libe- Hierony.
remur, dicẽte ſcriptura ad iuſtum uirũ: Fla- Pſal. 90.
gellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo.
Cur aũt Iudæi recuſauerunt Ieſum ſuperius Auguſt.
occidere, ſi nũc acceperunt eum occidendũ? Non dictũ eſt ut crucifigerẽt eũ, ſed ut crucifigeret poteſtate p̃ſidis. Et ideo illis traditum dixit euangeliſta, ut eos crimine implicitos, à quo alieni eſſe conabant, oſtenderet.

M. 329. IIII. R. 206. A. 195. & 197.

Milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuerſam cohortē. & exuentes eum, induunt eum tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circundederunt ei. & plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dexteram eius. & genu flexo ante eũ, illudebant dicentes: Aue rex Iudæorum.

Hierony. Illudendo nudant eum ueſtibus quaſi priſti
nis uirtutibus, & induunt eum tunica purpu
rea, quia rex dicebatur: atq; chlamyde coc-
cinea pro ruſolembo, quo reges ueteres ute
bantur: & pro diademate dant ei ſpineā co-
ronam, & pro ſceptro calamum. Hæc om̄ia
myſtice intelligenda ſunt. Quomodo enim
Iohā. 11. Caiphas dixit, oportet unum hominem mo
ri pro omnibus, neſciens quid diceret: ſic
& iſti quæ mala mente faciunt, ſacramen
Beda. ta nobis tribuunt. Purpura, caro Chriſti eſt
Iſai. 63. paſſionibus rubra, de qua propheta: Quare
rubrum eſt indumentum tuum, & ueſtimen
Hierony. ta tua quaſi calcātiũ in torculari? In chlamy
de coccinea ſuſtentat cruenta opera gentiũ,
Beda. in corona maledictum antiquum. Spineam
coronam portat, quia pro nobis mortalis fa
ctus, noſtra ſuſcepit delicta. Vnde præcur-
Iohan. 1. ſor eius: Ecce agnus dei q tollit peccata mũ-
di. Quod aũt ſpinæ peccata ſignificant, dñs
oſtendit, cum protoplaſto in peccatũ lapſo
ait: Terra tua & ſpinas & tribulos germina
Gene. 3. bit tibi. Quod eſt dicere: Conſcientia tua nō
deſiſtet procreare tibi punctiones & acule-
Origen. os uitiorum. Calamus aũt ſignũ fuit ſceptri
uani & fragilis, ſuper quem incumbebamus
omnes priuſq̄ crederemus. Confidebamus
Iſai. 36. enim in uirga arundinea Aegypti uel Baby
lonis, uel cuiuſcunq; regni contrarij contra
regnum dei. Et accepit calamũ illum & uir-
gā fragilis regni de manibus noſtris, ut tri-
umphet eũ & conterat in ligno crucis, dans
nobis ſceptrum regni cæleſtis, & uirgā de q̄
Pſal. 44. ſcriptum eſt: Virga æquitatis, uirga regni
tui. Vel uirgam, quæ corripiat eos, qui opus
1. Cor. 4. habēt correptione, de qua dicit Apoſtolus:
Quid uultis? in uirga ueniam ad uos? De-
dit nobis & baculum, ut deponētes uirgam
calaminam, quā habebamus priuſq̄ celebra-
remus dñi paſcha, celebremus paſcha ſecun
Exo. 12. dum quod ſcriptum eſt: Baculi ueſtri in ma
Hieron. nibus ueſtris ſint. Amplius, Calamũ tene-
bat, ut ſacrilegium ſcriberet Iudæorum. uel
in calamo uenenata occidit animalia. Ampli
us, Suſceptis omnibus corporis noſtri infir Hilarius
mitatibus, deinde ſanguine omnium mar-
tyrum, quibus regnum ſecum erat debitum,
in cocci colore perfunditur. Precioſoq; ho
nore prophetarum ac patriarcharũ in pur-
pura ueſtitur. Spinis quoq; .i. compungenti
um quondam peccatis gentium coronatur.
Aculeus enim peccatorum eſt in ſpinis, ex
quibus Chriſto uictoria & corona contexi-
tur. In calamo uero, earundem gentium in-
firmitas atq; inanitas manu cōprehenſa fir-
matur. Quod autem dominus apud Herodē
alba ueſte induitur, & à militibus Pilati ſub
coccineo ſiue purpureo habitu illuſus eſſe Beda.
perhibetur: in uno innocentia & caſtitas aſ
ſumptæ humanitatis, in altero ueritas paſſi-
onis exprimitur. Poteſt etiam in utroq; ha-
bitu omnis multitudo electorum intelligi.
Alba etenim ueſte induũtur cōfeſſores, pur
pura ſiue cocco martyres.

M. VI. VI. R. 201.

Et expuentes in eũ, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.

Quod tunc fecerunt milites Pilati, uſque
hodie faciunt milites diaboli, hæretici & pa-
gani, qui caput eius percutiunt, negando eũ
eſſe deum, & conando errorem ſuum confir
mare autoritate ſcripturæ, quæ per arundi-
nem intelligitur. Solet enim ſcribi arũdine.
Conſpuunt in faciem eius, qui præſentiam
eius reſpuunt, & eum ueniſſe in carne negāt.
Illudentes eum adorant, qui certa fide ut de-
um uerum adorāt: ſed peruerſis actibus ſua
præcepta deſpiciunt, ac promiſſa eius tem-
poralibus poſtponunt.

Et poſtquam illuſerunt ei, exuerũt eum chlamidem & purpurā. & induerunt eum ueſtimētis eius, & duxerunt eum ut crucifigerent, A. Baiulantem ſibi crucem. Hierony.

Hic inducitur Abel in agrum à fratre, ut Gen. 4.
perimatur. Hic adeſt Iſaac cũ lignis, & Abra Gen. 22.
am cum ariete inter uepres hęrente. Hic ad- Gene. 37.
eſt Ioſeph cum talari tunica lita ſanguine.
Hic adeſt Moyſes cũ uirga & ſerpente ſuſpē Num. 21.
ſo in ligno. Hic botrus cum ligno portatus. Num. 13.
Hic adeſt Eliſeus cum ligno ad quærendam 4. Re. 6.
ſecurim, quæ in imo demerſa eſt, & natauit
ad lignum, id eſt, genus humanum, quod li-
gno uetito in infernũ cecidit, per lignũ cru-
cis Chriſti & baptiſmum aquę ad paradiſum

ſuæ fragilitatis memores, ingruente tentationum articulo, ſublimium uirorum uel ipſa uirginitate uel martyrio, uel quacunque alia uirtute, quærunt exemplis, monitis precibusq́ defendi.

Quia ſi in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Viride lignum uocat ſe & ſuos: aridum uero, peccatores & impios. Acſi dicat: Si ego mundus à peccato, ſine igne paſſionis nõ exeo de mũdo, q̃d erit de impijs & peccatorib⁹?

L. 172 M. 310. R. 216. A. 198.

Caput CLXX.

DVcebant autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur.

Iſai. 53. IMpletur quod dictum eſt, Et cum iniquis deputatus eſt. Execrabilis in facto iniquitas Iudæorum, quæ quaſi latronem crucifigit redemptorem omnium: Bonus tamen in myſterio latro, qui inſidiatus eſt diabolo, ut uaſa eius auferret.

L. 172 M. 11. R. 220. A. 197.

ET poſtquam uenerũt in locum qui dicitur Golgatha, q̊d eſt interpretatũ caluariæ locus.

M. 311 R. 221. A. 209.

ET dederunt ei uinum myrrhatum bibere cum felle mixtum. et cum guſtaſſet, noluit bibere.

Aug. Quod ait Marcus, non accepit, ita intelligitur: Non accepit ut biberet, ſicut Matthæus teſtatur, dicens: Et cum guſtaſſet, noluit bibere. Hiero. Amara uitis amarum uinum propinat. Psal 68. Tunc impletum eſt illud, Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Cũ guſtaſſet, noluit bibere: quia guſtauit pro nobis amaritudinem mortis, ſed tertia die reſurrexit, & reſurgendo mortem reiecit. Dicunt quidam locum caluariæ eſſe, in quo ſepultus eſt Adam. & ideo ſic appellatum, quia alibi ſit conditũ caput eius. & hoc Ephe. 5. eſſe quod Apoſtolus dicit, Surge qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Fauorabilis interpretatio & mulcens aures populi, nec tamen uera. Extra urbem enĩ loca ſunt, in quibus truncabantur capita damnatorum. & inde loca caluariæ. i. decollatorum dicebantur. Propterea autem ibi crucifixus eſt dominus, ut ubi prius erat area dãnatorum, ibi erigerentur uexilla martyrum. Adam uero ſepultũ iuxta Hebron, in Ieſu filij Naue uolumine uiceſimo primo capitulo legimus.

L. 170

IEſus autem dicebat: Pater, dimitte illis: Non enim ſciunt quid faciũt.

Quia Lucas per lituli typum ſacerdotium Chriſti ſcribere diſpoſuit, recte apud eum ꝑ perſecutoribus ſuis iure ſacerdotis dominus intercedit, & latroni confitenti paradiſi ianuam pãdit. Non enim fruſtra orauit, ſed in eis qui poſt ei⁹ paſſionẽ crediderũt, impetrauit.

M. 314 R. 222. L. 171 A. 201.

POſtquam aũt crucifixerunt eũ, acceperunt ueſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerũt ergo ad inuicẽ: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleatur, dicens: Partiti ſunt ueſtimenta mea ſibi, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. & ſedentes ſeruabãt eum. Psal. 21.

Hieron. Diligentia cuſtodiæ nobis proficit, ut apertior uirtus reſurgentis appareat. Aug. Per quatuor partes ueſtimentorum domini, conſtat quatuor milites crucifixiſſe eũ. Vbi dicitur, & tunicam, ſubaudiendum eſt, acceperunt. Quam partiri non potuerunt, niſi ſcinderetur. Quod ne facerent, ad unum eam peruenire ſortitione maluerunt. Lucas dicẽdo ſortes, plurale poſuit pro ſingulari. Marcus ſolus uidetur aliquam intuliſſe quæſtionem, dicendo mittentes ſortem ſuper eis, tanquam ſuper omnibus ueſtibus ſors miſſa ſit. Sed breuitas facit obſcuritatem. acſi diceret: Diuiſio omnium ueſtimentorum completa nõ eſſet, niſi ſorte claruiſſet, quis tunicam tolleret. Quadripartita ueſtis domini, eccleſiam ſignificat quadripartitã in quatuor orbis partibus. Tunica uero ſignificat omnium partium unitatem, quæ charitatis uinculo continetur. Incõſutilis dicitur tunica fuiſſe, ne charitas diſſuatur. Si enim ſecundum Apoſtolũ ſuper omnia precepta eſt, merito ueſtis, qua ſignificatur, deſuper texta perhibetur. Addit per totum, quia omnes fideles debent habere charitatem in omnibus factis ſuis. In ſorte autem quid niſi dei gratia commendata ẽ? Sors quippe in uno ad omnes peruenit, cum ſors oĩbus placuit: & gratia quaſi ſors mittitur, q̃a nõ meritis alicui daſ, ſed occulto dei

ua temetipſum. ſi filius dei es, deſcẽ
de de cruce.

Hila. Non erat difficile de cruce deſcẽdere. ſed
paternæ uoluntatis explendum erat ſacramẽ
tum, & maiora opa in cruce poſitus agebat
Hiero. totius cõmotione naturæ. Blaſphemant autẽ
qui prætergrediuntur uiam, & in recto itine
re ſcripturarum incedere noluit. Mouebant
Greg. capita, quia antea mouerant pedes, nolentes
ſtare ſupra petram. Omnes quippe hæretici
prætereuntes & declinantes, blaſphemant Ie
ſum, non habentes caput firmum: ſed mo-
uentes illud ſurſum & deorſum, qm̃ nõ ſunt
prudentes, nec habent oculos ſuos in capite
ſuo, in quo habere debuerant, Eccleſiaſte di-
Eccle. 2. cente: Sapientis oculi in capite eius ſunt. Præ
tereuntium ergo eſt, filiumdei blaſphemare:
quia nemo in ſpiritu loquẽs, dicit anathema
1. Cor. 12 Ieſu. M. 118 R. 118 L. 141

SImiliter & principes ſacerdotum
illudentes cum ſcribis & ſeniori-
bus, dicebant: Alios ſaluos fecit, ſe-
ipſum non põt ſaluum facere.

Hiero. Nolentes confitentur quia alios ſaluos fe
cit. Qui ergo alios ſaluos fecit, ſe ſaluaſſet ſi
uellet.

Si rex Iſrael ẽ, deſcẽdat nũc de cruce
ut uideamus & credamus ei. Confi-
dit in deum: liberet nunc eũ ſi uult
eum. Dixit enim quia filius dei ſum.

pſalm. 21 Peruertũt uerba illa pſal. Sperauit in dño,
M. eripiat eũ, ſaluũ faciat eũ, qm̃ uult eum Frau-
Hiero. dulenta ꝓmiſſio quod ei credant, ſi deſcẽdat
nunc de cruce. Quid eſt maius? de cruce ad-
huc uiuentẽ deſcẽdere, an de ſepulchro mor
tuũ reſurgere? Reſurrexit, & non credunt.
Ergo ſi de cruce deſcenderet, nõ crederent.
Sed mihi uidetur hoc dæmones immiſiſſe.
Statim enim ut fuit crucifixus, ſenſerunt uir-
tutem crucis, & intellexerunt fractas eſſe ui
res ſuas. & hoc agunt, ut de cruce deſcendat.
Beda. Sed dominus ꝑmanet in patibulo, ut eos de-
ſtruat. Ideo ꝗꝙ de cruce deſcendere negle-
xit, quia etiam quoſdam de illis qui eũ crucifi
xerunt, ſaluare moriendo curauit. Et notan-
dum quod Iudæi uocabulũ filij dei, ſcriptu-
ra ſibi creditũ, blaſphemantes irrident: mili-
tes uero, utpote ſcripturæ neſcij, nõ filio dei,
ſed regi Iudæorum inſultant.

M. 119 R. 119 L. 141

IDipſum aũt unus de his qui pen
debant latronibus, blaſphemabat
eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluũ
fac temetipſum & nos.

Matthæus & Marcus introducunt latro- Hiero.
nes cõuiciantes, Lucas aũt non niſi unũ de il
lis: quia primũ uterꝙ blaſphemauit, dehinc
terra adumbrata, unus credidit. Vel ita: Plu
ralis numerus eſt apud illos pro ſingulari.
Quod genus locutiõis inuenimus in epiſto-
la ad Hebræos: Clauſerunt ora leonũ, cũ ſo
lus Daniel ſignificet. Et ſecti ſunt, cũ de ſolo
Iſaia dicat. Et in pſalmo: Aſtiterunt reges ter
ræ, & principes cõuenerunt in unũ. reges di
cit, propter Herodẽ: principes, propter Pila
tum. Quid em̃ uſitatius, ꝙ ut dicat aliquis, et
ruſtici mihi inſultant, ꝗuis unus tm̃ inſultet?
Pagani etiã dixerunt Phædras, & Clytemne
ſtras, cũ ſingulæ fuerint. Non eſt ergo con-
trariũ Marco & Matthæo, ꝗd Lucas de uno
manifeſtauit. Sed tunc eſſet cõtrariũ, ſi illi di
xiſſent ambos latrones conuiciatos dño. Ita
em̃ non poſſet ſub numero plurali unus tm̃
intelligi. Quod aũt latro conditionẽ paſſiõis
exprobrat, uniuerſis etiã fidelibus ſcandalũ
crucis eſſe futurum ſignificat. L. 142

REſpondens aũt alter, increpabat
eũ, dicẽs: Necꝙ tu times deũ, ꝗd
in eadẽ damnatiõe es? Et nos quidẽ
iuſtè. nã digna factis recipimus. hic
uero nihil mali geſſit. Et dicebat ad
Ieſum: Dñe, memẽto mei cũ ueneris
in regnum tuũ. Et dixit illi Ieſus: A-
men dico tibi, hodie mecum eris in
paradiſo. Beda.

Nihil in hoc latrõe liberũ erat, niſi cor &
lingua, ut confiteref dño, iuxta hoc ꝗd ſcri- Rom. 10.
ptum eſt in Apoſtolo: Corde creditur ad iu
ſtitiam, ore aũt confeſſio fit ad ſalutem. Tres 1. Cor. 13.
uirtutes dicit Apoſtolus manere in cordibus
fidelium, quas latro ſeruauit in cruce. Hæ aũt
ſunt, fides, ſpes, charitas. Fidem habuit, quia
dñm regnaturũ credidit. Spem habuit, ꝗa re
gni eius aditum poſtulauit. Charitatem tenu
it, ꝗa collatronem de iniquitate arguit. Con-
fitebatur dñm, quẽ uidebat ſecum morientẽ,
quẽ Petrus negauerat, qui uiderat eum mira
cula facientem. Magna eſt gr̃a domini, & plꝰ
tribuit quàm rogat. Latro em̃ rogabat dñm,
ut memor ſui fuiſſet, dominus aũt promiſit ei
paradiſum. Vbi Chriſtus fuit, ibi paradiſus Hiero.
fuit. In duobus latrõibus uterꝙ populus ex-
primitur, quorũ gentiles adhuc blaſphemat Beda
Iudæum. Quidã aũt duos latrones cũ Chro
crucifixos, duobus baptizatorũ gentibus co

Roma. 6. prant. Quicunq; eñ baptizati ſum⁹ in Chri
Gala. 3. ſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. ſed
alĳ habentes opa fidei de dño in carne paſſo,
coronantur: alĳ rennuentes, dono gratię pri
uantur. A. 102.

STabant aũt iuxta: crucē Ieſu ma-
ter eius, & ſoror matris eius Ma
ria Cleophæ, & Maria Magdalene.
Cum uidiſſet ergo Ieſus matrē & di
ſcipulũ ſtātē quē diligebat, dicit ma
tri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. De-
inde dicit diſcipulo: Ecce mater tua.
Et ex illa hora accepit eam diſcipu-
lus in ſuam.

Moralis inſinuatur locus. Facit quod fa-
Aug. ciendum admonet, ſcʒ ut à pĳs filĳs cura pa-
rentibus impendat. Ex hac doctrina didice-
rat Paulus quod docebat, dicens. Si quis aũt
1. Ti 5. ſuis & maxime domeſticis non prouidet, fi-
dem negauit, & eſt infideli deterior. Quid au
tem tam domeſticũ cuiq; q̄ parētes filĳs, aut
filĳ parentibus? Dñs pro ſe m̄ri alterũ quo-
dammõ filium prouidebat, Iohannē ſcʒ euan-
geliſtam. M. 193 R. 110. L. 196.

ASexta aũt hora tenebræ factæ
ſunt ſuper uniuerſam terrā, uſ-
que ad horam nonam.

Qui ſcripſerunt contra euangelium, ſuſpi
Hiero. cantur diſcipulos Chriſti ſolis deliquiũ qđ
ſtatutis temporibus accidere ſolet, ob imperi
tiam ſuper dño interpretatos, cũ defectus ſo
lis nunq̄ fiat niſi ortu lunæ. Nulli aũt dubiũ
eſt, paſchę tpe fuiſſe plenam. Et ne uideretur
umbra terræ & luna ſoli appoſita, breues fe-
ciſſe tenebras: trium horaꝝ ſpatium ponitur
ut oĩs cauſantium occaſio tolleret. Tunc im-
Amos. 8. pleta eſt hæc prophetia: Occũbet ſol in me
ridie, & contenebrabitur ſuper terram in die
lux. Et alibi: Occubuit ſol cum adhuc media
Iere. 15. eſſet dies. Retraxit ſol radios, ne aut penden
tem dñm uideret, aut impĳ ſua luce fruerēt.
Beda. Notandum quod dñs receſſuro à centro mũ
di ſole, crucifixus ſit. quia ordo poſcebat, ut
eodem tpis articulo, quo Adę peccanti occlu
ſerat ianuã paradiſi, pāderet eam latroni pœ
Greg. nitenti. & ſicut Moyſe manus extendente
Exo. 10. in cælum, factæ ſunt tenebræ ſuper Aegypti
os, tenētes dei ſeruos in ſeruitutē: ita & Chri
ſto in ſexta hora manus extendente in cruce
ad cælũ, ſuper populum qui clamauerat, tol
le de terra hunc & crucifige eum, factæ ſunt
tenebræ, & ab omni lumine ſunt priuati. Itē
ſub Moyſe factæ ſunt tenebræ ſuper omnē
terram Aegypti tribus diebus, omnibus aũt
filĳs Iſrael erat lumen omnibus locis in qui-
bus cõmorabant. Sub Chřo aũt tenebræ fa-
ctæ ſunt ſuper omnem terram Iudęam tribus
horis. lumen autem fuit ſuper omnē reliquã
terram, quod ubiq; illuminat omnem eccleſi
am dei in Chriſto. Si eñ ſuper omnem terrã
tenebræ tunc factæ fuiſſent, ſine dubio inue-
niretur in hiſtorĳs aliquib⁹ eoꝝ, qui in chro
nicis conſcripſerunt noua talia facta. Etſi uſ-
que ad nonam horam tenebræ fuerunt ſup
omnem terram Iudæam, manifeſtum eſt qm̃
iterum lumen eis refulſit: quia cũ plenitudo
gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus
futurus eſt. Quod autem tribus horis factæ Roma. 11.
ſunt tenebræ ſuper omnem terrã Iudæam, il
lud oſtēdit: qm̃ qui auſi ſunt lumini uero ma
nus ſuas inferre, propter peccata ſua priuati
ſunt à lumine dei patris & à ſplendore Chri
ſti, & ab illuminatione ſpiritus ſancti, ſicut di-
cit propheta: Obſcurentur oculi eorum ne ui pſal. 68.
deant. M. 194 R. 111.

ET circa horã nonã clamauit Ie-
ſus uoce magna, dicens: Eli Eli,
lamazabachthani. Quod ē interpre-
tatum: Deus deus, deus meus, ut qđ
dereliquiſti me? Quidã aũt illic ſtã
tes & audientes, dicebant: Eliam uo
cat iſte.

Hos arbitror fuiſſe Romanos, qui non in
telligebant Hebræum: Sin autem hos intelli- Hiero.
gimus fuiſſe Iudæos, imbecillitatem domini
uolebant infamare. Etenim ut homo loquit,
ut homo flet, ut homo turbat, ut homo cruci
figitur, ſuſceptæ naturæ in primis parentib⁹
corruptæ, deplorans miſerias. in quo oſten-
dit, quantum flere debeant qui peccant, quan
do ſic fleuit qui nunq̄ peccauit. Principio ui-
geſimi primi pſalmi uſus eſt. qđ enim in me
dio uerſiculi legitur, reſpice me, ſuperfluum
eſt. Legitur eñ in Hebræo, deus meus, deus
meus q̄re me dereliquiſti? Ergo impĳ ſunt,
qui pſalmũ ex pſona Dauid, ſiue Eſther, ſiue
Mardochei dictũ putãt. Et quia oĩs uox Chri Gregor.
ſti filĳ dei magna exiſtimanda eſt, & ſi fue-
rit leuis: requirendum eſt aliquid abſcondi-
tum magnum, quoniam clamat ad deum, di-
cens: Quare me dereliquiſti? Sed quantum
ad illa in quibus fuerat forma dei uiſibilis &
imago ſecundum patrem, derelictus eſt à pa
tre, quando ſuſcepit formam ſerui: & dereli-
ctus eſt pro hoibus, ut talia & tanta ſuſcipe-
ret, ut uſq; ad mortem ueniret & mortē cru-
cis, quæ inter hoies turpiſſima eſſe uidetur.

Extremum autem derelictionis eius erat & illud, quod inter latrones crucifixus eſt: & q̃ prætereuntes blaſphemabant eũ, mouentes ſuper eum capita ſua: & quod principes cum ſcribis dicebant, Alios ſaluos fecit, ſeipſum non põt ſaluare. Adhuc aũt & illud, quod etiam latrones improperabant ei in cruce. Ergo manifeſte intelligere poteris, q̃d ſit quod dicit, quare me dereliquiſti? Faciens comparationem gloriæ illius quam habuit apud patrem, ad confuſionem quam contemnens ſuſtinuit crucem. Sedes enim illius erat ſicut ſol in cõſpectu dei, & ſicut luna perfecta in æternum, & erat teſtis eius fidelis in cælo. Poſtea aũt & pro quibus dicit, quare me dereli-

pſal.88. quiſti, ſuperaddidit dicens: Tu aũt repuliſti, & pro nihilo deduxiſti, & diſtuliſti Chr̃m tuum. Euertiſti teſtamentum ſerui tui, prophanaſti in terra ſanctitatem eius. &c. Videns ergo tenebras factas, dixit magna uoce ſua: Quare me dereliquiſti? Illud oſtẽdere uolẽs per hæc, quoniã uolẽs dereliquiſti me pater, & talibus exinanitũ calamitatibus tradidiſti, ut populus qui fuerat apud te honoratus, re-

Mat.23. cipiat quæ in me auſus eſt, implens menſurã patrum ſuorũ, & quæ ſuper prophetas fecit, ut priuetur à lumine tuæ proſpectionis, & efficiatur in tenebris quaſi te deo nequaquã eis pſente. Sed & pro ſalute gentiũ dereliquiſti me, ut derelicto Iſrael, fieret gentiũ ſalus. Vel ita: Vidẽs peccata hoim pro quibus patiebatur, dicebat: Quare me dereliquiſti? Vt fierẽ quaſi qui colligit ſtipulam in meſſe, & ſicut q

Eccl. 33. colligit racemos in uindemia, cum nõ ſit bo

Mich.7. trio ad manducandũ primitiua? Et hæc dico, quia periſt timorat⁹ à terra: & qui corrigat, inter homines nõ eſt. Prius quã finiatur nona, clamauit dominus uoce magna, quaſi poſtulãs ut oriať ſol terrę, ſoluẽs in ea tenebras trium horarũ, ſcd̃m quod tradidimus ſupra.

Gal .3. Factus enim pro nobis maledictũ, quia male

Deut.21. dictus omnis qui pendet in ligno: eum naturaliter benedictio eſſet, conſumpſit & ſoluit & diſſipauit omnem maledictionem hũanã.

A. 203. M. 111. R. 211.

POſtea ſciens Ieſus quia iam oĩa conſummata ſunt, ut conſummaretur ſcriptura, dicit: Sitio. Vas ergo poſitum erat aceto plenum.

pſal.68. De hac ſcriptura dicit, & in ſiti mea potauerũt me aceto. Tanq̃ diceret: Hoc minus fe

Aug. ciſtis, date quod eſtis. Iudæi erant acetũ, degenerantes à uino patriarcharum & prophetarum. & tanq̃ de pleno uaſe, de iniquitate mũdi huius impleti. Omnia quidẽ iam cõſummata erãt q̃ oportebat fieri, anteq̃ acciperet acetum. M. 142. R. 212. L. 22.

ET continuo currẽs unus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit aceto, et impoſuit arundini, & dabat ei bibere.

Inueni ſimilitudinem eorũ ſpongiam cauam, infirmam, aridam, ignibus aptã. Implet Hiero.

aceto, hoc eſt malitia & dolo. De quo dominus: Plantaui te uineã Soreth, & quõ conuer Iere.2.

ſa es in amaritudinẽ uitis alienæ? Et expecta- Iſa.5.

ui ut faceret uuas, & fecit ſpinas. Iudęi cor ha Aug.

bebant uelut ſpongiã, cauernoſis quodãmõ atq; tortuoſis latibulis fraudulentũ. Hyſopũ autem cui ſecundum Iohannẽ circunpoſuerũt ſpongiam aceto plenã, quoniã herba humilis eſt, & pectus purgat, Chr̃i humilitatẽ accipimus quam circũdederunt. Vnde Pſal

mista: Aſperges me dñe hyſopo, & munda- pſal.50.

bor. Chriſti namq; humilitate mundamur. Per arundinem cui impoſita eſt ſpõgia, ſcriptura ſignificatur, quæ hoc facto impletur. Sicut enim lingua pro ſono quem exprimit ponitur, unde græcã linguã uel latinam dicimus: ſic arundo dici põt litera quæ arundine ſcribitur. Imponunt ergo ſpongiam arundini. i. euentum rei præmiſſæ prophetiæ ad-

iungunt. Acetum ergo ⁺ erat & aceto pleni, ⁺ erant

quia ipſi erãt corrupti, & corruptione pleni

Hoc aceto milites potant dominum, quẽ illorum ſuggeſtione morti tradunt. Hoc aceto ſuccus lœtalis poni abſtergitur.

M. 144. R. 213. L. 189. A. 204.

CVm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt.

Nihil remiſit dñs ad faciendum de hoc, q̃d oportebat fieri anteq̃ moreretur. Bene igitur di Aug.

xit, cõſummatũ eſt de illo quod prophetatũ erat. Vel ideo dixit, conſummatũ eſt, q̃a oẽ

uitium humanæ corruptiõis hauſiſſet. M.R. Hilarius

Cæteri uero dicebant: Sine, uideamus, an ueniat Elias liberans eum.

Quia uocem domini male intellexerant, fruſtra Eliæ aduentum expectabant. Mar-

cus dicit illum qui impleuit ſpongiam, hoc Auguſt.

dixiſſe. Vnde intelligimus & hunc dixiſſe & alios. Lucas hoc præoccupauit ante latronis inſultationem. Nam ſemel complecti uoluit quod à militibus factum & dictum eſt. Vbi mouere non debet, quod non unum, ſed plures dixit acetum obtuliſſe, ſicut Iohannes genus locutionis tenuit, de quo ſupra tractauimus, pluralem pro ſingulari ponens.

M.R.L. Ieſus autem iterũ clamãs uoce magna: L. Pater, in manus tuas cõmendo ſpiritũ meum. A. Et inclinato capite, M.R.L.A. emiſit ſpm̃.

Infirmata etenim carne, mox diuina uirtus
Hiero. inualuit, quæ dicit: Aperite mihi portas iuſti
Pſal. 117 tiæ. ingreſſus in eas, cõfitebor domino. Nos
cum ima uoce uel nulla morimur, qui de terra ſumus. ille cum exaltata uoce expirauit, q
de cælo deſcendit. Inclinauit caput, & quaſi
Gre. ſupra patris gremiũ repauſans, tradidit ſpiritum, qui poterat illum in ſinu ſuo fouere &
confortare. Vnde alibi dicit: Nemo poteſt
Ioh. 10. tollere à me animã meam, ſed ego pono eã.
Patrem inuocãdo, filium dei ſe eſſe declarat:
Beda. ſpiritum uero commendando, non defectũ
ſuæ uirtutis, ſed confidentiam eiuſdem cum
patre poteſtatis inſinuat. Amat gloriam dare patri, ut nos ædificet gloriam dare creatori. Spiritum cõmendat patri, iuxta illud qđ
in pſalmo dicit: Quoniam non derelinques
Pſal. 15. animam meam in inferno, nec dabis ſanctũ
tuum uidere corruptionem.

M. 344/II R. 224. L. 328.

ET ecce uelum templi ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo uſq; deorſum.

Remigi. Legis ſacramenta quæ prius tegebantur,
prodita ſunt, atq; ad gentiles tranſierunt. Velum quod dicebatur exterius, ſciſſum eſt: quia
1. Co. 13. nunc ex parte uidemus, cum autem uenerit
quod perfectum eſt, uelum interius dirumpetur. In duas partes, uidelicet in uetus & nouum teſtamentum ſciſſum eſt: & à ſummo uſque deorſum, hoc eſt, ab initio mundi quando homo conditus eſt, uſq; ad conſummationem ſeculi. In euãgelio Nazaræorum, cui
Hiero. us ſæpe mentionem fecimus, ſuperliminare templi infinitæ magnitudinis fractum eẽ legimus. Ioſephus quoq; refert, uirtutes angelicas præſides quondam templi, pariter tũc conclamaſſe: Tranſeamus ex his ſedibus.

M. 345/X

ET terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumẽta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorũ qui dormierant, ſurrexerunt. & exeuntes de monumentis, poſt reſurrectionem eius uenerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Magnitudo ſignorum iuxta literam demõſtrat dominum ſuum crucifixũ. Myſtice autem corda terrenorum mota ſunt, quia ſicut dicit
propheta, conturbati ſunt oẽs qui uidebant Pſal. 63.
eos. i. diſcipulos Chriſti, & timuit omnis homo. Qui prius erant ſaxei & quaſi mortui in intellectu, poſtea cordis emollita duritia, recognouerunt creatorẽ. Vel petræ ſciſſæ ſunt .i. uaticinia prophetarũ, quæ petræ dicuntur à Chřo petra. ut quicquid in eis duro uelamine legis clauſum erat, ſciſſum pateret gentibus. Et quõ Lazarus mortuus reſurrexit, reſurrexerunt multa corpa, ut dñm oñderent reſurgentem. & tñ cũ monumenta aperta ſunt, nõ
ante reſurrexerunt quàm dñs, ut eſſet primo Col. 1.
genitus reſurrectionis ex mortuis. Sanctã ciuitatem dicit aut cæleſtẽ Ieruſalẽ, in qua uiſi ſunt: aut terrenam, quæ ante ſancta fuerat ꝓpter templum & ſancta ſanctorũ. & ad diſtinctionẽ aliarũ urbium, in quibus idola colebãtur. Multis apparuerunt, his ſcilicet qui uide
re meruerunt. Hi credunt cum dñõ aſcendẽ Remig.
te, aſcendiſſe ſimul cum corpore.

M. 346/II R. 225. L. 330

CEnturio autem & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, uiſo terræmotu & his quæ fiebant, timuerũt ualde, glorificantes deũ, & dicentes: Hic homo iuſtus eſt uere dei filius.

Centurio confitetur eum eſſe dei filium,
& Arrius prædicat eum eſſe creaturam. Nõ Beda.
ſolus autem cẽturio glorificauit deum, ſed & milites qui cum eo erant cuſtodiẽtes Ieſum. Fiunt itaq; nouiſſimi primi, quia gentiles cõfitentur: & plebs Iudaica cæcata negat, ut fiat eis error peior priore. Vnde merito ꝑ centurionem fides eccleſiæ ſignat, quæ uelo myſteriorum cæleſtium per mortem domini reſerato, continuo Ieſum & uere iuſtum hoĩem & uere dei filium, ſynagoga tacẽte, cõfirmat.

L. 331/II M. 347. R. 226.

ET oẽs turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, et uidebant quæ fiebant, percutientes pectora ſua, reuertebantur a longe, & mulieres multæ quæ ſimul cũ eo aſcenderant a Galilæa Ieruſalem, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioſeph mater, & Salome mater filiorum Zebedæi. Et cum eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, hęc uidentes.

Reuertebant à longe, uidelicet à locis aliquantulum longe remotis ab ipſo crucis

paſibulo. Percuſſio quaque pectorum dupli
Beda. citer poteſt intelligi: ſeu quia dolebant dñm
iniuſte occiſum, qui eum dilexerant; ſeu quia
timebant de glorificatione eius, qui mortem
eius impetrauerant. Comites habuit domi-
nus Mariam Magdalenam, à qua ſeptem dæ
Mar. 16. monia eiecerat. & matrem filiorum Zebe-
Mat. 20 dæi, quæ regnum liberis ſuis poſtulauerat,
& alias quas in euangelio legim⁹. Conſuetu
dinis enim Iudæorũ fuit, ut mulieres de ſub-
ſtantia ſua uictum & ueſtitum præceptorib⁹
miniſtrarent. Hoc tamen, quia ſcandalum fa
cere poterat in nationibus, Paulus abieciſſe
1. Cor. 9. ſe memorat: Nunquid non habemus poteſta
tem ſorores mulieres circunducendi, ſicut &
cæteri apoſtoli? Miniſtrabãt autem dño car
nalia pro ſpiritualibus, non quod indigeret,
ſed ut oſtenderet magiſtros debere eſſe con
tentos ex diſcipulis uictu atq; ueſtitu. Minor
Beda. Iacobus dictus eſt Iacobus Alphæi, ad di-
ſtinctionem maioris Iacobi filij Zebedæi, qui
inter primos apoſtolos uocatus eſt. Hic mi-
nor Iacobus & frater domini dicebatur, eo
quod eſſet filius Mariæ materteræ domini.
Ipſa eſt Maria Cleophæ, dicta ita ſiue à pr̃e,
ſiue à cognatiõe. uel fortaſſe quia uir eius Al
phæus etiã Cleophas eſt dictus. uel ipſa Ma
ria, defuncto poſt natum Iacobum Alphæo,
Cleophæ nupſit. A. 205/X

IVdæi ergo quoniã paraſceue e-
rat, ut non remanerẽt in cruce cor
pora ſabbato, erat enim magnus ille
dies ſabbati, rogauerunt Pilatum ut
frangerentur crura eorũ, & tollerẽt.

Non crura eorum tollerentur tãtum, ſed
Aug. hi, quibus ideo crura frangerentur, ut more-
rentur, ne diuturni cruciatus horrore feſtum
Beda. fœdarent. Paraſceue autem græce, latine di-
citur præparatio. quo nomine Iudæi inter græ
cos morantes, ſextam ſabbati appellabant,
eo quod in illa die ſolebant præparare neceſ
ſaria ſabbati.

Venerunt ergo milites. & primi qui
dem fregerunt crura, & alterius qui
crucifixus eſt cũ eo. Ad Ieſum aũt
cum ueniſſent, ut uiderunt eum iam
mortuum, non fregerunt eius crura,
ſed unus militũ lancea latus eius a-
peruit, & continuo exiuit ſanguis &
Exo. 12. aqua. ut ſcriptura impleatur, Os nõ
cõminuetis ex eo. Iterũ alia ſcriptura
Zach. 12 dicit: Videbũt in quem trãsfixerũt.

Vigilanti uerbo uſus eſt euangeliſta non Aug.
dicendo, percuſſit aut uulnerauit, ſed aperuit
ut illinc quodammodo uitæ oſtium panderе
tur, unde ſacramenta eccleſiæ manauerunt, ſi
ne quibus nõ intratur ad ueram uitam. Hoc
prænunciauit oſtium in latere arcæ Noæ, &
prima mulier facta de uiri latere. Illis autem
præceptum eſt: Os non comminuetis ex eo,
qui celebrare iuſſi ſunt paſcha ouis immola-
tione in ueteri lege.

M. 142 R. 257 L. 311 A. 206

Caput CLXXI.

CVm ſero autẽ factum eſ-
ſet, uenit quidã homo di
ues, nobilis decurio, ab
Arimathia ciuitate Iudæ,
nomine Ioſeph, uir bonus & iuſtus.
qui & ipſe occultus diſcipulus erat
Ieſu, propter metum Iudæorum. qui
expectabat & ipſe regnum dei. Hic
non conſenſerat conſilio & actibus
eorum. Hic acceſſit ad Pilatũ, & pe-
tijt corpus Ieſu. Pilatus autem mira-
batur ſi iam obiſſet. Et accerſito cen
turione, interrogauit eũ ſi iam mor
tuus eſſet. Et cum cognouiſſet, iuſ-
ſit reddi corpus.

Diues erat Ioſeph, & ideo potuit impetra Hiero.
re à Pilato, ad quẽ pauperes nõ erant auſi ac
cedere, corpus Ieſu. De ipſo putant quidam
primũ pſalmũ eſſe compoſitũ, Beatus uir qui
non abijt in conſilio impiorũ. Decurio uocat Beda.
qui eſt de ordine curiæ, & officiũ curiæ admi
niſtrat. q etiã dr̃ curialis, à pcuratiõe ciuili.
Arimathia eſt Ramatha ciuitas Helchanæ & 1 Reg. 1.
Samuelis. Ioſeph fiducia dignitatis qua p̃di- Aug.
tus erat, familiariter intrauit ad Pilatũ, iã mi
nus curans de Iudæis, q̃uis antea in audien
do dño deuitaret inimicitias eorũ. A. 207/X

VEnit aũt & Nicodemus, q uene
rat ad Ieſum nocte primũ, ferẽs
mixturam myrrhæ & aloes quaſi li-
bras centum.

Nõ ita diſtinguẽdũ eſt, ut dicamus primũ
ferẽs, ſed primũ ad ſuperiora ptinet, ita: Qui
uenerat ad Ieſum nocte primũ. Iſte Nicode- Ioh. 3.
mus poſtea factus eſt diſcipulus Chr̃i, ut pa-
tet in reuelatione corporis beati Stephani.

A. 208/1 M. 143 R. 258 L. 312

ACceperunt ergo corpus Ieſu,
&ligauerũt eũ linteis cũ aroma
tibus, ſicut mos eſt Iudęis ſepelire.

Hiero. Non fruſtra dixit euangeliſta Iohannes,
ſicut mos eſt Iudæis ſepelire, ſed in officijs
mortuorum morem cuiuſq; gentis admonu
Aug. it ſeruandum. Et quia alij dixerunt corpus in
uolutum à Ioſeph ſindone, non ideo prohi-
buerunt alia lintea potuiſſe afferri à Nicode-
mo: quanquam propter ſudarium capitis &
inſtitas, quibus corpus alligatum eſt, quia de
lino erant, ueriſſime potuit dici, quod una ſin
don fuit ibi. Ex ſimplici ſepultura dñi, ambi-
Hieron. tio diuitum condemnatur, qui nec in tumu-
lis poſſunt carere diuitijs. Myſtice autẽ poſ-
ſumus intelligere, quod corpus domini non
auro, non gemmis, non ſerico, ſed puro lin-
teamine obuoluendum ſit. quanquam & hoc
ſignificet, quod ille in ſindone munda inuol
Beda. uat Ieſum, qui pura eum mente ſuſcipit. Legi
mus eſſe ſtatutum à beato Syluestro papa, ut
ſacrificium altaris celebretur tantummodo
in lineo panno, ſicut corpus domini eſt ſepul
tum in ſindone munda.

A Erat autem in loco ubi crucifixꝰ
eſt, hortus: & in horto monumentum
nouum, A. L. In quo nondũ qſ-
quam poſitus fuerat. M. R. L. A.
Et poſuit illud Ioſeph, M. R. Et
aduoluit ſaxum magnum ad oſtium
monumenti, & abijt.

Ioſeph impoſuit monumento corpus Ie-
ſu, quia per nobilitatem potentiæ ſecularis il
lud accipere, & per meritorum iuſtitiam di-
gnus fuit ſepelire. In quo obſtruit tergiuerſa
tio Iudæorum. nam dicerent non ſepultum,
quem dixerunt raptũ, ſi apoſtoli ſepeliſſent
eum. Acceleratur ſepultura, ne aduesperaſce
Aug. ret, quando iam propter paraſceuen facere
tale aliquid non licebat. In nouo ponit mo-
Hiero. numento, ne poſt reſurrectionẽ cæteris cor-
poribus remanentibus, ſurrexiſſe alius finge
retur. Monumentum quoque apud Matthæ
Beda um & Marcũ de petra exciſum fuiſſe memo
ratur: ne ſi ex multis lapidibus ędificatum eſ
ſet, ſuffoſſis tumuli fundamentis, ablatus fur
to diceretur. Solꝰ tumulo dñs includitur, ut
ſpecialis illius ſepultura noſtræ diſſimilis eſ
ſet, ſicut cætera arcana diſpenſationis eius.
Vnde illud: Singulariter ſum ego donec trãſ
pſal.140 eam Et illud, Qm̃ tu domine ſingulariter in
pſal. 40 ſpe conſtituiſti me. Poteſt aũt & nouũ ſepul-
Hiero. chrum, Mariæ uirginalem uterum deſigna-
re: ſaxumq; magnum oſtio oppoſitum, oſtẽ
dere non abſq; auxilio plurimorũ ſepulchrũ
potuiſſe reſerari. Sicut in Marię utero nemo Aug.
ante illum, nemo poſt illum conceptus eſt:
ita in hoc monumẽto nemo ante, nemo poſt
ſepultus eſt. Dicitur autem monumentũ do- Beda.
mini, quod domus fuerit rotunda, de ſubiacẽ
te rupe exciſa: tantæ altitudinis, ut intus con
ſiſtens homo, uix manu extenſa culmen poſ
ſit attingere. Quæ habet introitum ab orien
te, cui lapis ille magnꝰ impoſitus eſt. In cui-
us monumenti parte aquilonari ſepulchrum
ipſum, hoc eſt, locus dominici corporis de e-
adem petra factum eſt, ſeptem habẽs pedes
longitudinis, trium uero palmorum menſu-
ra cætero pauimento altius eminens. Qui ui
delicet locus non deſuper, ſed à latere meridi
ano per totum patulus eſt, unde corpus infe
rebatur. Color autem eiuſdem monumenti
ac loculi, rubicundo ac albo dicitur eſſe per-
mixtus. M. $\frac{125}{VI}$ R. 220.

ERat autem ibi Maria Magdale-
ne, & altera Maria, ſedẽtes con
tra ſepulchrum.

Cæteris relinquentibus dñm, mulieres in
in officio perſeuerant, expectantes dei pro-
miſſum. Et ideo meruerunt primæ uidere re Hiero.
ſurgentem, quia qui perſeuerauerit uſq; in fi
nem, hic ſaluus erit. Sanctæ mulieres diẽ pa- Mat 10.
raſceues celebrant, cum animæ humiles ſal- Beda.
uatoris ueſtigijs obſequuntur in hoc ſeculo,
in quo futura requies eſt præparanda.
L. $\frac{114}{X}$

VIderunt quemadmodum poſi-
tum erat corpus eius.
L. $\frac{115}{VIII}$ R. 220.

ET reuertentes, parauerunt aro
mata & unguenta, ut uenientes
ungerent Ieſum. & ſabbato quidẽ ſi-
luerunt ſecundum mandatum.

Mandatum erat apud Iudęos, ut ſabbati ſi Beda.
lentium à ueſpera uſq; ad ueſperam. i. à ſolis
occaſu uſq; ad ſolis occaſum ſeruaret. Quod
& mulieres fecerunt, quæ uiſa ſepultura dñi,
emerunt aromata in paraſceue ante ſolis oc-
caſum, uel in ſabbato poſt occaſum ſolis, &
p̃parauerũt ea, ut mane corpus dñi ungerẽt.
Recordantes ergo fideles ſepulturã dñi, qua
ſi aromata parãt, ſi ad opa uirtutum quibus
Chr̃s delectatur, ſe cõuertant. Et ſabbato qui
dem ſilent, uenturi poſt ſabbatũ cum muneri
bus ad dñm: quia finita p̃paratione p̃ſentis ui
tæ; in requie gaudent expectare diem reſur
rectionis, & tunc Chriſto offerre ſpirituales
actiones q̃ſi aromata redolẽtes. Sexta die fa-

ctus eſt homo, ſabbato quieuit deus. Ideo die ſexta Ieſus pro homine moritur. unde & dixit, Conſummatū eſt, i. ſexta die opus ꝑ redemptione mundi expletum eſt, & in ſabbato quieuit in ſepulchro. Ita & nos in hac ſexta ætate pro dño pati debemus, & in ſeptima quæ eſt mortuorum, in ſecreta pace quieſcere, donec octaua reſurrectionis ueniat. In Geneſi ſeptima dies ueſperā habuiſſe nō legitur, quia in illo ſeculo requies animarū nullo mœrore conſumitur, ſed gaudio futuræ reſurrectionis augetur.

M. 351.

Caput CLXXII.

ALtera autem die quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum & phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati ſum⁹ quia ſeductor ille dixit adhuc uiuens, poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum uſq; in diē tertium, ne forte ueniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicāt plebi, ſurrexit a mortuis. & erit nouiſſimus error peior priore.

Altera die à ſabbato quæ eſt paraſceue, uidentur Iudæi hæc dixiſſe, dño iam ſepulto. Vel ſicut alij libri habent, altera die quæ eſt poſt paraſceuen. i. in ſabbato hæc dixerunt. Eſt autem credibile, qđ hæc & alia quæ non ſunt ſcripta, dixerint utraq; die, manifeſtata eorum inuidia ad famā dñi extinguēdam. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiā. ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi aūt abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignātes lapidem cum cuſtodibus.

Hilarius. Metus furandi corporis, & ſepulchri cuſtodia, atq; obſignatio, teſtimonium eſt ſtultitiæ & infidelitatis, cum prius præcepto do-
Iob 11. mini conſpexiſſent de ſepulchro mortuum
Hieron. ſuſcitatū. Quod aūt in ſepulchro ponendus eſſet, prophetæ teſtimonium eſt dicentis: Hic habitabit in excelſa ſpelunca petræ for-
Iſai. 33. tiſſimę. Statimq; poſt duos uerſiculos ſequi-
Ibidem. tur: Regem cum gloria uidebitis.

M. 352. R. 231. L. 316. A. 300.

Caput CLXXIII.

VEſpere autē ſabbati, quę luceſcit in prima ſabbati, cū adhuc tenebræ eēnt, uenit Maria Magdalene & altera Maria & Salome ad monumētum, portantes quæ parauerunt aromata.

Nomine ueſperis noctem deſignat, à parte totum intelligens. Veſper enim principium noctis eſt. Ideo non ait, qui luceſcit, ſed quæ luceſcit, ſecundum intellectum relationem faciens ad noctem, quæ in aurora diei dominicæ terminatur. Ea uero cauſa intelligitur eādem noctem ſic appellaſſe, quia iam à ueſpere licebat eis parare & afferre aromata, tranſacto ſabbato. Ordinator temporum ultima noctis huius parte ſurrexit. Quid eſt aliud reſurgere dei filiū, niſi reuiuiſcere. i. ex morte ad uitam redire? Hac nocte per myſterium reſurrectionis domini, temporum ordo mutatus eſt. Aptiſſime quondam nox ſequebatur diem: quia homo à luce paradiſi peccādo lapſus, in huius ſeculi tenebras ęrumnasq; decidit. Aptiſſime nunc dies ſequitur noctē, qñ per fidem reſurrectionis, à peccati tenebris & umbra mortis ad lucem uitæ, Chriſto largiente, reducimur. Illud ergo qđ dr̄ dñs fuiſſe tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ, ſicut Ionas fuit in uentre ceti: reſtat ut hoc modo loquendi, quo à parte totum intelligit, accipiamus: uidelicet per extremam partem diei paraſceues, quo ſepultus eſt dominus, totam diem cum ſua nocte iam præterita. & per noctem ſequentē: ſabbatū, tertiū diē totum. Prima aūt ſabbati uel una ſabbati ſiue ſabbatorum, dies dominica intelligenda eſt: qa oīs hebdomada in ſabbatū & in primā & in ſecundā & in tertiā & in quartā & in quintā & in ſextā ſabbati diuidit. Ipſa etiā hebdomada ex ꝓrogatiua ſabbati nonnunq̄ ſabbatū dicebatur, ut ibi: Ieiuno bis in ſabbato. i. in ſeptimana. R.

Et orto iam ſole, dicebant adinuicē: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Erat quippe magnus ualde.

Orto iam ſole. i. cū cælum ab orientis parte iam albeſceret: qđ non fit utique niſi ſolis orientis uicinitate. Eius enim eſt ille fulgor, q noīe auroræ appellari ſolet. Qđ mulieres ualde diluculo uenerūt, magnus feruor inueniēdi dñm oſtendit. Myſtice uero nobis dat exēplum, ut decuſſis uitiorum tenebris, ad domini corpus accedamus. Nam ſepulchrum altare dñicū ſignificat, in quo carnis eius ac ſanguinis myſteria celebrant. Aromata aūt quæ mulieres deferunt, odorē uirtutum & ſuauitatem orationum ſignificant, cū quibus altari debemus appropinquare.

Margin notes (right column): Auguſt. — Beda. — Auguſt. — Matt. 12. — Ion. 2. — Hieron. — Ib. — Luce. 18. — Auguſt. — Beda.

Recordamini qualiter locutus ē uobis, cum adhuc in Galilæa eſſet, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hoīm peccatorū, & crucifigi, & die tertia reſurgere.

Impoſsibile eſt nō fieri quod dixit, & cōſtat qm̄ inter diſcipulos etiam fœminis quę eum ſequebātur, dñs ſe reſurrecturum prædixit. Quare ergo iam reſuſcitatum quærunt cū mortuis. i. in monumēto, qui locus proprius eſt mortuorum? Nos exemplo fœminarū quoties eccleſiam intramus, cum omni humilitate ingredi debemus. Ad conſpectū angelorū uultum declinam⁹ in terram, cum ſupernorum ciuium gaudia cōtemplantes, nos cinerem eē recolimus, ſicut B. Abraam

Gen. 18. inquit: Loquar ad dñm meum cum ſim puluis & cinis. Nota quod ſanctæ mulieres nō in terram cecidiſſe, ſed uultū dicuntur inclinaſſe. unde mos obtinuit eccleſiaſtic⁹, ut uel in memoriam dñicæ reſurrectionis, uel in ſpem noſtræ, omnibus dominicis diebus et toto quinquageſimæ tēpore, non flexis genibus, ſed declinatis in terram uultibus oremus. Non immerito uno die & duabus noctibus in ſepulchro iacuit dominus, quia lucem ſuæ ſimplæ mortis, tenebris duplæ noſtræ mortis adiunxit. Ipſe quippe ſola carne mortem ſuſcepit, & duas noſtras, carnis & ſpiritus, ſoluit. M. R.

Et cito eūtes, dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit a mortuis. & ecce præcedet uos in Galilæā. Ibi eum uidebitis. ecce prædixi uobis.

Mulieribus dicitur, ut nuncient apoſtolis uitam reſurgentem, quia per mulierem mors fuerat annūciata. Galilæa tranſmigra-

Grego. tio facta interpretatur. & iam redemptor à paſsione ad reſurrectiōem, à morte ad uitā, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem tranſmigrauerat. Poſt reſurrectionē in Galilæa à diſcipulis uidetur: quia reſurrectionis eius gloriam poſt læti uidebimus, ſi mō à uitijs ad uirtutum celſitudinē

Hieron. tranſmigremus. Vel ita: Pręcedet eos in Galilæam, hoc eſt, in uolutabrum gentium, ubi ante error erat & lubricum, & firmo pede ueſtigium non ponebant. L.

Et recordatæ ſunt uerborum eius.

M. 114. R. 31. L. 118.

ET exierunt cito de monumento cū timore & magno gaudio, currentes nunciare diſcipulis eius.

De miraculi magnitudine timebant, & de deſiderata reſurrectione gaudebant. Quod August. ergo Marcus dicit illas timentes fugiſſe de monumento, & nemini quicq̃ dixiſſe: intelligamus ipſorum angelorum nemini auſas fuiſſe aliquid dicere, aut ipſorū cuſtodum, quos iacentes uiderunt. A. 110. x.

Cucurrit ergo & uenit ad Simonē Petrum, & alium diſcipulum quem amabat Ieſus. & dicit eis: Tulerunt dominum de monumento, & neſcio ubi poſuerunt eum.

Nonnulli codices habent, dñm meū: qđ August. uideri dictum pōt propenſiore charitatis et famulatus affectu. Erat em̄ Maria Magdalene cæteris mulieribus feruentior. un̄ & ſolā eam commemorat Iohannes ueniſſe, tacitis alijs q̄ cum illa fuerunt. & putauit ablatū corpus Ieſu, quia non inuenit. Cucurrit ergo et nunciauit Petro & Iohanni, ut aut ſecum q̄rerent, aut ſecum dolerent.

Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & uenerunt ad monumentū. Currebant aūt duo ſimul, & ille ali⁹ diſcipulus p̄cucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentū. Et cū ſe inclinaſſet, uidit poſita linteamina, nō tn̄ introiuit. Venit ergo Simō Petrus ſequēs eū, & introiuit in monumentū. Et uidit linteamina poſita, & ſudariū q̄d fuerat ſuper caput eius, nō cū linteaminibus poſitū, ſed ſeparatim inuolutū in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus, qui uenerat primus ad monumētum. & uidit, & credidit. Nondum enim ſciebāt ſcripturam, quia oportebat eum a mortuis reſurgere.

Vidit uacuum ſepulchrum, & credidit qđ Albinus. mulier dixerat, ſ. de monumento ſublatum. Erant enim adhuc in mentibus eorum tenebræ uſq; adeo, ut cum ab ipſo dño aperte dicerent ſcriptura, ꝓpter cōſuetudinē audiendi ab eo parabolas, non intelligerent. Quō aūt Hierony. cuſtodiente turba militum, Petrus & Iohannes ingreſſi ſunt? Quia magno terræmotu facto perterriti cuſtodes, aut fugerunt, aut animo torpuerūt. Per Iohānem qui præcucurrit, ſignatur ſynagoga: per Petrum, ec- Grego. cleſia. Iohannes fuit iunior Petro. quia & ſi

Maria obſtupefacta erat miraculo.

Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? Quem quæris?

Interrogatur ab ea cauſa doloris, ut augeatur deſiderium amoris: quatenus cum nominaret quem quæreret, in amore ardentius æſtuaret.

Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi ubi poſuiſti eum, ut ego eum tollam.

Forſitan hæc mulier quæ Ieſum hortulanum credidit errando, non errauit. Nonne enim ſpiritualiter hortulanus erat, qui in eius pectore per amoris ſui ſemina uirtutũ uiretia plantabat? Anteq̃ Maria diceret quem quærebat, dixit: Dñe, ſi tu ſuſtuliſti eum, qa uis amoris hoc agere ſolet in aĩo, ut quẽ ipſe ſemper cogitat, nullum alium ignorare credat.

Dicit ei Ieſus: Maria.

Poſtq̃ eã appellauit communi uocabulo, & agnitus nõ eſt, uocat eã ex noĩe. Ac ſi aperte dicat: Recognoſce eũ à q̃ recognoſceris.

Conuerſa illa, dicit ei: Rabboni, q̃d dicitur magiſter.

Auguſt. Prius conuerſa corpore, putauit quod nõ erat: nunc conuerſa corde, quod erat agnouit. Nemo calumnietur mulieri quod hortulanum dixerit dominum, & Ieſum magiſtrum. Ibi enim rogabat, hic agnoſcebat. Ibi honorabat hoĩem, à quo beneficium poſtulabat: hic recolebat doctorem, à quo diſcernere humana & diuina diſcebat.

Dicit ei Ieſus: Noli me tãgere. Nõdum enim aſcendi ad patrem meũ.

Senſus eſt: Quem quæris mortuum, uiuentem tangere non mereris. Si necdum putas me aſcendiſſe ad patrem, ſed hominum fraude ſublatum, meo tactu indigna es. Hoc dicebat, ut ſpiritualiter crederet eum regnare cum patre. Ille enim Ieſum ueraciter tangit, qui patri filium coæternũ credit. In corde etenim Pauli iam ad patrem Ieſus aſcenderat, cum idem Paulus dicebat: Qui cũ in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem deo. Myſtice in Maria figurata ẽ eccleſia de gentibus, q̃ non credidit in Chriſtum, anteq̃ aſcenderet in cælum.

Grego. Philip. 2. Auguſt.

Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrum, & deum meum & deum ueſtrum.

Non ait, patrẽ noſtrum. Ergo aliter meum, aliter ueſtrum. Natura meum, gratia ueſtrum. Deum meũ, ſub quo & ego hõ ſum. Deum ueſtrũ, inter quos & ipſum ego mediator ſum. M. ııı.

Caput CLXXIIII.

Ecce quidã de cuſtodibus uenerunt in ciuitatẽ, & nunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ facta fuerant, & cõgregati cũ ſenioribus, conſilio accepto, pecuniã copioſam dederunt militibus, dicentes: Dicite quia diſcipuli eius nocte uenerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus. & ſi hoc auditũ fuerit a præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros uos faciem⁹.

M. Si audierit præſes quod furtim ſublatum ſit corpus, ſuadebimus ei ne quicq̃ à uobis exigat pro negligẽtia cuſtodiæ. O ſtulta inſania. dormientes teſtes adhibes. Si dormierunt, quõ uiderunt? Si nõ uiderunt, quõ teſtes fuut? Cuſtodes miraculum cõfitentur, qui autem debuerunt conuerti, perſiſtunt in malitia. & pecuniam quæ ad uſus templi data fuerat, uertũt in redemptionem mendacĩj. Omnes ergo qui ſtipe templi & his quæ conferuntur ad uſus eccleſiæ, abutuntur in aliis rebus, quibus ſuam expleãt uoluntatẽ, ſimiles ſuut ſcribarum & ſacerdotum redimentium mendacium. Hierony.

At illi accepta pecunia, fecerũt ſicut erant docti. & diuulgatũ eſt uerbum iſtud apud Iudæos uſq; in hodiernum diem.

Hilarius. Pecunia emitur à cuſtodibus qui miracula uiderant, reſurrectionis ſilentium & furti mendacium, quæ apud Iudæos perſeuerant, ne in Chriſtum credant. Quia ergo in pecunia ſeculi honor eſt, Chriſti gloria denegat.

A. ııı. x.

Venit Maria Magdalene annũcians diſcipulis, quia uidi dominum, & hæc dixit mihi.

Grego. Ecce humani generis culpa ibi abciditur, unde proceſſit. In paradiſo mulier uiro propinauit mortẽ, à ſepulchro mulier uiris annunciat uitam. Magnam miſericordiam cõditoris noſtri fratres aſpicere debemus. Alius contra proximum ſuum in malitia crudelitatis exarſit? aſpiciat latronem, qui in ipſo Luc. 23.

mortis articulo ad uitæ prȩmia pœnitendo
peruenit. Alius auaritiæ æſtibus anhelans,
Luce.19. aliena diripuit: aſpiciat Zachæum, qui ſi qd
alicui abſtulit, quadruplum reddidit. Alius
libidinis igne ſuccenſus, carnis munditiam
Luce.9. perdidit: aſpiciat Mariam, quæ in ſe amorē
carnis, igne diuini amoris excoxit. M. ꝑ.

Caput CLXXV.

ET ecce Ieſus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerūt pedes eius, & adorauerunt eum.

Hilarius Dominus mulierculis per angelum adhortatis occurrit, ut nunciaturæ expectantibus diſcipulis reſurrectionē, non angeli po
Hierony. tius ꝙ Chriſti ore loquerentur. Quæ ſic currebant, merebantur dñm habere obuiam, et primæ audire, auete: ut maledictum Euæ in mulieribus ſolueretur. Iſtæ accedunt & tenent pedes eius. cæterum illa quæ quærebat uiuentē cum mortuis, & neſciebat adhuc eū reſurrexiſſe, merito audit: Noli me tangere.

Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere.

Et in ueteri & in nouo teſtamento eſt hoc obſeruandum, quod quãdo apparuerit aliq̃ auguſtior uiſio, primum timor pellatur, ut
placata mente, placida audiatur quod dicitur.

Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam. ibi me uidebunt.

Ambro. Non in Iudæa ſ. ſed in multitudine gentium. Gratia enim de Iudæis tranſmigratura ad gentes, præcedit uiam in cordibus eorū præparando. ibi me uidebunt in mēbris corporis mei, quod eſt eccleſia. Quia conſtantiam prædicandi non habet inferior ſexus, unde mulieribus in eccleſia docere nequaquã
1.Cor.14 permittitur, ideo uiris officium euangelizãdi mandatur. Fratres autem nuncupat, quos
Remigi. ante etiam ſeruos uocauit. ut & per reſurrectionem eandem humanitatem reſumpſiſſe, & illos idem ſperare doceat.

L. 318. M. 314. R. 213.

QVæ cum abijſſent, nunciauerunt hæc omnia illis undecim lugentibus & flentibus, & cæteris omnibus qui cum eo fuerant. Et illi audientes quia uiueret, & uiſus eſſet ab eis, non crediderunt eis.

L. 319.

ET uiſa ſunt ante illos ſicut deliramentum uerba iſta, & nõ credebant eis.

Sicut mulier quondam prior in culpa fuit, ita nunc reſurrectionem prior uidit. Et ne Beda.
perpetuum opprobrium apud uiros ſuſtineret, ſicut tunc culpã transfudit, ita & nunc gratiã nunciauit. Quod autem diſcipuli reſurrectionem tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas fuit, ꝙ firmitas noſtra. Ipſa namq; reſurrectio per multa argumenta eis dubitantibus monſtrata eſt. Quæ dum nos legimus, de illorum dubitatiōe ſolidamur.
Vbi uero Lucas ait, Petrus autem ſurgens, M.
cucurrit ad monumentum: cōuenienter poteſt intelligi, quod poſtq̃ ipſe & Iohãnes redierunt de monumento, & crediderūt dñm eſſe ſublatum, iterū audito à mulieribus q̃d uere ſurrexit dñs, licet alijs apoſtolis uideretur ſicut deliramentum, quod mulieres referebant, ſolus cucurrit illuc. & tunc ei apparuit dominus, quando abijt ſecum mirans qđ factum fuerat. Si uero Lucas & Iohãnes nō duos, ſed eundem curſum Petri commemorant: intelligendum eſt, Petrum primo procumbentē uidiſſe quod Iohannes tacet. poſt autem ingreſſum ante Iohannem, ut diligētius interiora dinoſceret. Quod ſi ita eſt, q̃re narrat Lucas tacito Iohanne Petrum cucurriſſe, niſi quia forſan illi primitus Maria nunciauerat? Notandum quia præſertim ab ho- M.
ra reſurrectionis uſq; ad hunc locum, de ſerie hiſtoriæ plurimum dubitatum eſt. Hinc Hieronymus in Matthæum: Quod diuerſa tempora mulierum in euangelijs deſcribuntur, non mendacij ſignum eſt, ut impij obijciunt: ſed ſedulæ uiſitationis officij, dum crebro abeunt & recurrunt, & non patiuntur à ſepulchro domini diu abeſſe uel longius. Idem ad Ebidiam in libro duodecimo quæſtionum. Veſpere aūt ſabbati ait Matthæus, &c. Marcus uero, & ualde mane una ſabbatorum ueniunt ad monumentum, orto iam ſole. Huius quæſtiōis duplex eſt ſolutio. aut enim non recipimus Marci teſtimoniū, oī- Mirum
bus Græciæ libris penè hoc capitulum in fi- quid
ne non habentibus, aut uterq; uerum dixit. Matthæus, qñ dominus ſurrexit. i. ueſpere ſabbati. Marcus, qñ eū uidit Maria Magdalene, id ē, mane: ut qui ueſpere iuxta Matthȩum reſurrexerat, mane appareret Mariæ. Ambroſius in expoſitiōe Lucæ partibus nouiſſimis: Non ueſperaſcente die, ſed noctis ueſpere dñs reſurrexit. Deniq; græcus ſermo pro ueſpere habet ſero. Sero aūt & horã ſignificat in occaſu diei, & cuiuſq; rei tarditatem, ut ſi dicas, *Sero uenit*. i. tarde. Sic ergo dñs non ueſpertino tpe diei, ſed ſero. i. profunda nocte, ſurrexit. Vnde & mulieres ad ſepulchrum accedendi habent facultatem,

iã cuſtodibus qeſcentibus, & ideo magis territis,
q̃d uſu uenit ſomno excitis. Id etiã principes ſa-
cerdotũ nocte cõfirmãt eſſe factũ, ſepulchri dicen
tes cuſtodibus: Dicite q̃a diſcipuli eius nocte ue-
nerunt, et furati ſunt eũ. Idem poſt pauca: Vt ſcias
nocte factũ, mulieres aliæ ſciunt, aliæ neſciunt re-
ſurrexiſſe dñm. Sciunt, q̃ noctibus obſeruãt: neſci
unt, q̃ receſſerũt. Vna Maria Magdalena ſecũdũ
Iohãnẽ neſcit, altera Maria Magdalena ſcd̃m Mat
thæũ ſcit. Nam eadem & ante ſcire, & poſtea neſci
re nõ potuit. Deniq; alterã eſſe cognoſcet Illa ad-
mittitur pedes dñi tenere, iſta prohibet. Illa ange
lũ uidere meruit, hæc primo cũ uenit, neminẽ ui-
dit. Illa diſcipulis dñm reſurrexiſſe nunciauit, iſta
raptum eſſe. Illa gaudet, hæc plorat. Illi Chriſtus
occurrit, hęc mortuum quærit. Aug. de cõcordia
euãgeliſt. Oĩa circa tp̃s reſurrectionis facta ſcd̃m
oẽs euangeliſtas, queadmodũ potuerint geri, or-
dinemus. Oẽs conſentiũt diluculo uentũ fuiſſe ad
monumentum. iam factum erat q̃d Matthæus cõ
memorat de terræmotu, & lapide reuoluto, cõter
ritiſq; cuſtodibus. Venit aũt Maria Magdalene
cæteris feruẽtior. Vñ Iohannes de ea commemo-
rat, tacitis eis quæ cum ea fuerunt. Videnſq; lapi
dẽ ſublatum anteq̃ diligentius inſpiceret, putauit
ablatum corpus Ieſu. Cucurrit ergo & nunciauit
Petro & Iohãni. At illi uenerũt, & ſicuti Maria di
xerat, crediderunt ſublatum eſſe dñm. unde & re-
dierunt. Maria aũt ſtabat ad monumentum foris
plorãs. i. ante ſepulchri locum, ſed tñ intra ſpatiũ
q̃d iam ingreſſę fuerant. hortus quippe illic erat.
Tunc uiderũt angelum ſedentem a dextris ſuper
lapidẽ, de q̃ angelo narrãt Matthæus & Marcus.
Qui angelus dum loqueret eis, Maria flens incli-
nauit ſe in monumentum, & uidit duos angelos
ſcd̃m Iohannem in albis ſedentes. Poſtq̃ aũt dixe
runt ei, Mulier, q̃d ploras: dicit eis illa, q̃a tulerunt
dñm meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Hic in-
telligendi ſunt ſurrexiſſe angeli, ut etiã ſtantes ui-
derent, ſicut ait Lucas. Poſt hæc uidit Ieſum ſtan
tẽ, & cætera uſq; illuc, Vade aũt ad fratres meos,
&c. Tunc egreſſa eſt à monumento, hoc ẽ, ab illo
loco, ubi erat horti ſpatium ante lapidẽ effoſſum.
& cũ illa aliæ, q̃s ſcd̃m Marcum inuaſerat tremor.
Tũc ſcd̃m Matthæum Ieſus occurrit illis, dicens:
Auete. Sic colligimus & angelorũ locutionẽ bis
numero eas habuiſſe, et bis ipſius dñi. Semel ſ. qñ
Maria hortulanũ putauit. & nũc iterũ, cum eis oc
currit in uia, ut eas ipſa repetitione firmaret, atq; à
timore recrearet. Tunc ait illis ſcd̃m Matthęum:
Nolite timere. Ite, nũciate fratrib⁹ meis, ut eant in
Galilęam. Venit ergo Maria Magdalene ſcd̃m Io
hannẽ annũcians diſcipulis, quia uidi dñm. & alię
q̃ cũ ea erãt, q̃s Lucas cõmemorat. Hucuſq; Aug.
Cui ergo uiſum fuerit quod hiſtoriã cõgrue ordi
nauerit, præoccupãdi & recolendi regulas in le-
ctione huius operis aptiſſime aſſignabit. Verun-
tñ cũ Aug. plurima retractauerit, & nuſq̃ in dictis
ſuis, ut ipſemet ſæpe teſtat, potioribus ſententijs
præiudicauerit: non irrationabiliter dici poteſt,
ſeriem hiſtoriæ in hoc opere diligentius eſſe rela
tam. Videtur itaque ipſo diluculo, cum primum
mulieres ad monumẽtum uenerint, factũ eſſe q̃d
Matthæus & Marcus de uiſione & allocutiõe uni-
us angeli referunt, & q̃d Lucas de duobus narrat.
Vbi aũt mulieres recordatę uerborũ dñi, recedũt
ab angelis, currẽtes nũciare diſcipulis: ſi dicamus
quod cũ aliqua earũ credebãt reſurrexiſſe, ſed Ma
ria nõ: facile ſoluit quæſtio, quæ cõpulit nonnul
los fingere, duas cõmẽorari Marias Magdalenas.
Eſt aũt ſimilis & illa quæſtionis ſolutio: Quo ego
uado, ſcitis & uiã ſcitis. illis dixiſſe dñs intelligit
qui ſciebãt, & nõ neſciẽtibus, inter quos erat Phi-
lippus cui dictum ẽ: Tanto tp̃e uobiſcũ ſum, & nõ
cognouiſtis me? Itẽ poſtq̃ diſcipulis apparuit in
multis argumẽtis, ubi exprobrauit incredulitatẽ
illorũ & duritiã cordis, ſimili mõ diſtinguendũ ẽ.
Nullatenus eñ uidet increpatio referri ad Petrũ,
qui ipſo die reſurrectiõis dñm uidit, & nuſq̃ legit
quin poſtea firmiter crederet reſuſcitatũ. ſed illi
poti⁹ increpant, qui tarde crediderũt ut Thomas.
Et notandũ quia ſicut Thomas præ cæteris dubi
tauit, ita præ cæteris mouet palpare & uidere. Pe
trus ſingulariter negauit, & ſingulariter ei dñs ap
paruit. Ita Maria ubi nec per angelos credidit, ue-
hementer incredula reſurrectiõis extitit, & ei dñs
ſingulariter ſe manifeſtauit. Grauiora ſiquidẽ uul
nera maiori indigent medicina: ut ubi abundauit
delictum, ſuperabundet grã. Cum Maria ad Pe-
trum & Iohãnem curreret, utrũ aliæ mulieres ad
alios diſcipulos currerent, & ſtatim reuerſæ fue-
rint: an alicubi cito Mariã reuerſurã expectaue-
rint, incertum ẽ. Hoc aũt certo certius eſt, quia Pe
tro & Iohãne diſcedentibus à monumento, dum
Maria ibi flẽs remaneret, uidit duos angelos ut Io
hannes commemorat: & conuerſa retrorſum, ui-
dit dominum. R. 14. ix. L. 144.

Caput CLXXVI.

POſt hæc aũt duob⁹ ex eis ambulã
tib⁹ oñſus eſt, eũtibus hac ipſa die
in caſtellũ, q̃d erat in ſpatio ſexagĩta ſta
diorũ ab Ieruſalẽ, nõie Emaus. & ipſi loq̃
bãtur ad inuicẽ de his oĩbus q̃ acciderãt.

Narrant Græci ſcriptores, gigantẽ Herculem
uno anhelitu centũ uigintiq; paſſus cucurriſſe.
Quibus expletis, conſtitit. & à ſtando, hmõi ſpati
um ſtadiũ uocauit. Eſt autem ſtadiũ octaua pars
miliarij, & ſexaginta ſtadia ſeptẽ cõficiunt milia-
ria & medietatẽ octaui. Quæ in ſummã redacta,
leucas tres cõficiũt, & dodrantem q̃rtæ. Itaq; ſexa
ginta ſtadia, ſeptẽ millia paſſuũ & q̃ngẽtos ſigni-
ficant. Q̃ꝰ ſpatiũ itineris bñ cõgruit eis, q̃ de mor
te ac ſepultura ſaluatoris certi, dubij de reſurrecti
one gradiebant. Nam reſurrectionem quæ poſt

ſeptimam ſabbati ſacta eſt, octauo numero con tineri quis ambigit? Diſcipuli ergo qui de dño loquentes incedebãt, ſextum cœpti itineris miliariũ compleuerũt: quia illum ſine querela uiuẽtẽ uſq; ad mortẽ, quã ſexta ſabbati ſubijt, puenisse dolebant. Compleuerũt & ſeptimũ, qa hunc in ſepulchro qeuiſſe non dubitabant. Verum octauũ minime peregerunt, quia reſurrectionis gloriã non perſecte credebant. Emaus eſt Nicopolis, ciuitas inſignis Palæſtinæ, quæ poſt expugnationẽ Iudeæ, ſub Marco Aurelio Antonio principe reſtaurata, cum ſtatu mutauit & nomen.

Et factum eſt dum fabularentur & ſecũ quærerent, & ipſe appropinquãs, ibat cum illis. Oculi aũt eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent.

M. Fabularentur accipe pro loquerent. q̃rerẽt uero, hoc eſt, inquirerent ſcripturas de Chro.
Beda. Loquentes de ſe dñs appropinquans comitat, ut & fidem reſurrectionis mentibus eorũ incẽdat: & q̃d ſe promiſerat facturũ, impleat: Matt. 18. Vbi ſunt duo uel tres congregati in noie meo, in medio eorũ ibi ſum. Apparuit quidem, ſed ſpeciẽ quam recognoſcerent, non oſtdit.
Grego. Sicut ipſi & intus amabant, & tñ dubitabãt: ſic & ipſe foris & pſens adeſt, & qs ſit nõ oñdit. De ſe ergo loquentibus præſentiã exhibet: ſed de ſe dubitantibus, ſpeciẽ cognitionis auſert. Hinc Aug. Paulino epiſcopo in epiſtola illa, Q̃d de puentione tã pſpera fratris & cõpreſbyteri noſtri Inqſitio tua ſolet multos mouere, quõ dñs poſt reſurrectionẽ qbuſdã utriuſq; ſexus hoibus & agnit' nõ ſit, & agnit' ſit. Vbi primũ q̃ri ſolet, utrũ in eis corpe, an potius in illorũ oculis aliqd factũ ſit q̃ nõ poſſit agnoſci. Legit eñ, tenebant oculi eorũ, ne agnoſcerent eũ. Et alibi apte dicit, Apparuit eis in alia effigie. Sed cur nõ mouet, q̃d in trãſfiguratione ante paſſionem, uultus eius ſplẽdidus fuit ut ſol: & poſt reſurrectionẽ mouet, aliquatenus lineamenta mutata eſſe, ut non poſſit agnoſci: & rurſum ſicut tunc priſtinũ colorẽ, ſic & poſt reſurrectionẽ priſtina lineamẽta reuocaſſe? Illi tres diſcipuli, ante q̃rũ oculos transfiguratus ẽ in monte, nõ eũ agnoſcerent, ſi talis ad eos aliunde ueniſſet. Si qs iuuenẽ repẽte uideret, quẽ non niſi infantulũ nouiſſet, nõ uiq; agnoſceret. An ad lineamẽta mutãda nõ põt celeriter dei poteſtas, q̃d põt per annorũ moras hominis ætas?

Et ait ad illos: qui ſunt hi ſermões, q̃s cõfertis ad inuicẽ ambulantes, & eſtis triſtes? Et rñdens unus cui nomẽ Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalẽ, & nõ cognouiſti q̃ facta ſunt in illa his diebus. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerũt de Ieſu Nazareno, qui fuit uir ppheta, potẽs in opere & ſermonẽ coram deo & omni populo. & quõ eum tradiderunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationẽ mortis, & crucifixerũt eũ. Nos autem ſperabamus quia ipſe eẽt redempturus Iſrael.

Socius Cleophæ uocabatur Amaon, teſte Ambroſio in Lucam. M. Peregrinum putant quẽ non agnoſcunt. Beda. & uere peregrinus erat eis, à quorum fragilitate per gloriã reſurrectionis iam longe ſtabat, à quorum fide reſurrectionis eius neſcia, extraneus manebat. Prophetã qppe & magnũ ſatentur, ſed filiũ dei tacent. uel qa id nondum perfecte credũt, uel & ſi credãt, timent tradi in manus Iudæorũ, neſcientes cũ q̃ loquuntur. Quodammodo etiam redarguũt ſeipſos, quod in illo redemptionẽ ſperauerint, quem mortuum uiderant, nec reſurrecturum uidebant. Et maxime dolebant cum ſine culpa occiſum, quem innocentẽ nouerant, & ex hoc triſtes incedebant.

Et nũc ſuper oĩa tertia dies eſt hodie q̃d hæc facta ſunt. Sed & mulieres q̃dã ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum. et non inuento corpore eius, uenerũt dicentes ſe etiam uiſionem angelorũ uidiſſe, †quę dicunt eum uiuere. & abierunt quidam ex noſtris ad monumentum, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum uero non inuenerũt. †qui

M. Ex hac etiam ſerie narrationis attende mulieres uiſionẽ angelorũ prius uidiſſe, deinde Petrum & Iohannem ad monumentum cucurriſſe. A mulieribus itaque uiſionem referentibus territi fuerunt, qui de non inuento corpore plus mœſtitiã ſuſceperunt, q̃ de nũciata reſurrectione gaudio recrearentur.

Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti ſunt prophetę. Nõne hęc oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriã ſuã? Et incipiẽs a Moyſe & oĩbus pphetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant.

Hic gemina non humiliandi neceſſitas incũbit, qui nec in ſcripturis quantum oportet edo

cti, nec adimplenda quę nouimus, quantum
decet ſumus intenti. Nam ſi Moyſes & ꝓ-
phetæ de Chriſto locuti ſunt, & eũ per paſſi
onem gloriam intraturum prædixerunt: q̄-
modo gloriatur ſe eē Chriſtianum, qui neq;
ſcripturas quantum ad Chriſtum pertinẽt,
inueſtigat: neq; gloriã quã cum Chriſto ha
bere cupit, ꝑ paſſiones attingere deſiderat?

**Et appropinquauerũt caſtello quo
ibant. & ipſe finxit ſe longius ire. et
coegerunt illum, dicẽtes: Mane no-
biſcum, qm̃ adueſperaſcit, & decli-
nata eſt iamdies. Et intrauit cũ illis.**

Grego. Scripturæ ſacra myſteria quę de ſe erant,
illis duobus dominus aperuit. & tamen qa
adhuc in eorum cordibus peregrinus erat,
à fide ire ſe longius finxit. Fingere nanq; cõ
ponere dicimus. unde & compoſitores luti,
figulos uocamus. Nihil ergo ſimplex ueri-
tas per duplicitatẽ fecit, ſed talem eis ſe exhi
buit in corpore, qualis apud illos erat in mẽ
te. Probandi erant, ſi hunc quem nondũ ut
deum diligebant, ſaltem ut peregrinum di-
ligerent. Et quia extranei à charitate eſſe nõ
poterãt hi, cum quibus ueritas gradiebatur,
eum ad hoſpitium ut peregrinum uocant,
Imo coegerunt eum. ex quo colligitur, quia
peregrini non ſolum inuitandi ſunt, ſed eti-
am ad hoſpitium trahendi.

**Et factum eſt dum recumberet cum
illis, accepit panem & benedixit ac
fregit, & porrigebat illis. & aperti
ſunt oculi eorum. & cognouerunt
eum, & ipſe euanuit ex oculis eo-
rum.**

Deum quem in expoſitione ſcripturæ nõ
cognouerũt, in panis fractione cognoſcũt,
audiendo illuminati non ſunt, ſed faciendo,
Rom. 2. quia ſcriptũ ē: Nõ auditores legis iuſti ſunt
apud deum, ſed factores. Qui ergo uult au-
dita intelligere, feſtinet iam intellecta opere
implere. Subtrahitur carnalibus oculis ſpe-
cies infirmitatis, ut mẽtibus incipiat appare
re gloria reſurrectionis. Vnde ſubditur:

**Et dixerũt ad inuicẽ: Nonne cor no
ſtrum ardens erat in nobis, dum lo
queretur in uia, & apiret nobis ſcri-
pturas?**

Beda. Exaudito ſermone dñi, cor prius torpo-
re incredulitatis & timoris frigidum, igne
ſpiritus ſancti eſt accenſum, ut ſuperno deſi-
derio ardeat, & ad credendam ueritatem ſe
extendat. Quot pręceptis inſtruitur homo,
q̄ſi tot facibus inflammat. Veruntamen non
cognouerũt eum donec in fractione panis.
Certi myſterij cauſa eſt factum, ut eis in illo
effigies oſtenderetur, quàm non cognoſce-
rẽt, niſi in fractione panis. nec quiſq; ſe Chri
ſtum agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis
particeps non eſt, quod eſt eccleſia. Cuius
unitatem in ſacramento panis commendat
Apoſtolus, dicens: Vnus panis, unum cor- 1. Cor. 10.
pus multi ſumus. Tunc enim Chriſtũ uere
cognoſcimus, cũ ꝑ ſacramentũ eccleſiæ eum
ꝓ nobis mortuũ eſſe & reuixiſſe fideliter in-
telligimus. Non incongruenter accipimus
hoc impedimentum in oculis eorum à ſatha
na ueniſſe, ne agnoſceretur Ieſus. ſed tamen
à Chriſto facta eſt permiſſio uſq; ad panem,
ut tunc intelligatur à nobis remoueri impe
dimentũ inimici, cum in eccleſia digne intel
ligimus myſterium ſacramenti corporis &
ſanguinis domini.

**Et ſurgẽtes, eadẽ hora regreſſi ſunt
in Ieruſalẽ. Et inuenerũt cõgregatos
undecim, & eos qui cũ ipſis erãt, di
centes qđ reſurrexit dñs uere, & ap
paruit Simoni. Et ipſi narrabãt quę
geſta erant in uia, & quomodo co-
gnouerunt eum in fractione panis.
nec illis crediderunt.**

Notandum qa aliq fuerunt ibi, qui non cre
diderũt illis duobus. ſed hi qbus dñs iam ap
paruerat, profecto crediderunt eis. Sicut ex
mulieribus Mariæ Magdalenæ, ita ex uiris
Petro uiſus eſt primo. qđ & ſi non dicat euã
geliſta qñ uel ubi factum eſt, tamen qa factũ
ſit non tacet. L. 181. IX. A. 215.

Caput CLXXVII.

**CVm hæc aũt loquũtur, A.
cũ eſſet ſero die illo una ſab
batorꝫ, & fores eſſent clau
ſę, ubi erãt diſcipuli propter metũ Iu
dęorꝫ, A. L. uenit Ieſus & ſtetit in
medio diſcipulorꝫ, & dicit illis: Pax
uobis. L. Ego ſum, nolite timere.**

Moli corporis ubi diuinitas erat, oſtia clau Augu.
ſa non obſtiterunt. Et proculdubio intelli-
gendum eſt, quod inde Thomas exierat, an
tequam dominus apparuiſſet alijs.

**Conturbati uero & cõterriti, exiſti
mabant ſe ſpiritum uidere.**

Credebant apoſtoli, ſed tñ turbantur pri Ambro.

mo, quia paucorum opinionē ſententia maioris partis excludit. denique quia Petrus, & ſi crederet reſuſcitatū, turbari potuit, q̄ clauſis oſtijs dn̄s cum corpe ſe improuiſus Beda. infuderit. Putant ergo ſe ſpiritum uidere, non carnem. quia nondum credunt uel tertio die potuiſſe ueram carnem de ſepulchro reſurgere, uel reſuſcitatam clauſis ianuis ad eos poſſe penetrare.

Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcēdūt in corda ueſtra?

Cogitationes illæ non deſuper deſcenderunt, ſed de imo corde aſcenderūt, ſicut herba mala de terra. Fidem quam in uobis plātaui, exigo: quod ex uobis ortum eſt, condemno. Si non eſt ueritas reſurrectionis, perditus eſt fructus paſſionis.

Videte manus meas & pedes, quia ip̄e ego ſum. Palpate & uidete: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. L. A. Et cum hęc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes & latus.

Ad dubitantium corda ſananda, uulnerū Auguſt. ſunt ſeruata ueſtigia. Multis itaque documentis Beda. perſuadet reſurrectionem, præbendo ſe & oculis uidendum & manibus contrectandum. Qui dum palpanda oſſa carnemq́; monſtrat, ſtatum ſuæ uel noſtræ reſurrectiōis ſignificat, in qua corpus noſtrū & ſubtile erit per effectum ſpiritualis potētiæ, & palpabile p ueritatē naturæ. Vnde beatus Iob: Et rurſus circūdabor pelle mea, & Iob. 19. in carne mea uidebo deum. Et ſciendum q̄ ſicut diſcipulis dignatus eſt dn̄s pandere loca clauorum & lanceæ, ita in die iudicij monſtrabit & eadem indicia ſuæ paſſionis, & ipſam pariter crucem, ut confundat ſuperborum infidelitatē. Ob multas quippe cauſas uoluit cicatrices in corpore ſuo remanere. Prima cauſa fuit, ut aſtrueret diſcipulis fidē ſuæ reſurrectionis. Secunda, ut patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis p̄ ħ ule rit pro hoīe, ſemp oſtendat. Tertia, ut m ſericordiam ſuam nobis innouaret talibus indicijs. Quarta, ut in die iudicij oſtendat p̄ſidis, q̄ iuſte damnari debeant in ignibus æternis. Si quis miles fortiſſimus iubente ſuo rege, pro ſalute ſuæ gētis hoſtem interficeret, multis uulneribus acceptis, & ſpolia ſuæ gētis reportaret ab hoſte ſuꝑato, & interrogaret à medico, an ita uellet curari, ut ueſtigia uulnerū nulla appareret: an ita potiꝰ, ut cicatrices remanerent ſine aliqua deformitate: ip̄e reſpōderet ſe uelle ſanari ita, ut in eo manerent ſigna triumphi, ſi hoc abſq; corporis deformitate poſſet fieri. Sic ꝑfecto fecit dominus. Non ergo ex impotentia curandi cicatrices ſeruauit, ſed ut perpetuum uictoriæ ſuæ circumferret triumphum.

L. 24. A. 21.

ADhuc aūt illis nō credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partē piſcis aſſi & fauum mellis. Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias, dedit illis.

Pie ſentiendum ē, quia poſt reſurrectionē dn̄i cibi quos ſumpſit, nullum ſaginæ adiumentū ei præbuerunt: ſed quō in ignē miſſa aqua abſumitur, ita mox comeſti, ſpirituali eius uirtute ſunt abſumpti. Profecto nō indiguit cibo poſt reſurrectionē, ſicut nec nos indigebimus. ſed ueram uitam uoluit oſtendere, non imaginariam. Aliter enim abſorbet aquam terra ſitiens, aliter exiccat ſolis radius candens. Illa abſorbet indigentia, iſte exiccat potentia. Piſcis aſſus ſignificat mediatorem noſtrum, qui latere dignatus eſt in Grego. aquis humani generis, & capi uoluit laqueo mortis, & aſſari tribulatione paſſionis. Sed qui piſcis aſſus fuit in paſſione, fauus mellis extitit in reſurrectione. Fauus eſt mel in cera. i. dulcedo diuinitatis in humanitate. In cibo ſuo piſci aſſo cōiungere fauū uoluit: quia illos in ſuo corpore ad ęternā requiem ſuſcipit, qui cū hic tribulationes ſentiunt, ab amore internæ dulcedinis nō recedunt. Qui hic ꝑ deo quaſi piſcis aſſantur, illic quaſi fauo uera dulcedine ſatiabuntur.

L. 24.

ET dixit ad eos: Hęc ſunt uerba quæ locutus ſum ad uos, cum adhuc eſſem uobiſcum, q̄m neceſſe eſt impleri oīa q̄ ſcripta ſunt in lege Moyſi & ꝓphetis & pſalmis de me.

Cum adhuc eſſem uobiſcum, ſubaudis in Beda. carne mortali, locutus ſum uerba hæc, ſ. q̄m neceſſe eſt impleri quæ ſcripta ſunt de me. Vide quō tulit dn̄s omnes ambages. Viſus eſt, tactus eſt, manducauit, ſcripturas propoſuit & expoſuit.

Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. Et dixit eis: Q̄m ſic ſcriptū eſt, & ſic oportebat Chri

ſtū pati, & reſurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gētes, incipiens ab Hieroſolyma.

Commendata ſui corporis ueritate, cōmendat unitatē eccleſiæ. uult prædicari pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, ita ut prædicaturi inciperēt ab Hieroſolymis, non ſolummodo prædicantes Iudæis, ſed etiam prædicatio extenderetur ad gentium errores.

Vos aūt eſtis teſtes horum. & ego mitto promiſſum patris mei in uos.

Vos qui uidiſtis & audiſtis, horum quæ p̄dicanda ſunt, teſtes eſtis. & ut ſufficiatis ad teſtandum, mittā uobis promiſſum patris. i. gratiam ſpiritusſancti.

A. 214. X.

Gauiſi ſunt ergo diſcipuli uiſo dño. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis.

Auguſt. Pacem offert, qui propter pacem uenerat. Iſai. 27. Iteratio cōfirmatio eſt. Dat enim pacem ſu per pacem, ſicut promiſit per prophetam. Vel ideo iterat, ut mōſtret pacificata p ſuum ſanguinem, quæ in cælo & quæ in terra.

Sicut miſit me pater, & ego mitto uos.

Grego. Sicut miſit me pater deus deū, & ego mitto uos homo homines. Pater amando filiū, miſit eum pati. & dn̄s amans apoſtolos, miſit eos nō ad mūdi gaudiū, ſed ad paſſionē. Mitti etiam à patre filium, iuxta naturam diuinam poteſt intelligi. eo enim modo à patre filius mittitur, quo generatur. Si eñ miſſio ſolūmodo incarnatio deberet intelligi, nullo modo ſpiritusſanct⁹ diceretur mitti, qui nequaq̄ incarnatus eſt. Sed eius miſſio, ipſa proceſſio eſt à patre & filio. Sicut itaq; ſpiritus mitti dicitur qui procedit, ita filius qui generatur.

Hoc cum dixiſſet, inſufflauit & dicit eis:

A. 215. IX. M. 181.

Accipite ſpiritumſanctū. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Auguſt. Inſufflando ſignificauit ſpiritumſanctum non patris ſolius eſſe ſpiritum, ſed & ſuum. Eccleſiæ charitas quæ per ſpiritumſctm̄ diffunditur in cordibus noſtris, participum ſuorum peccata dimittit. eorū aūt qui nō ſunt eius participes, tenet. Et ideo poſt eaq̄ dixit, accipite ſpm̄ſanctum: cōtinuo de p̄ctōrum remiſſione ac retentione ſubiecit. In terra q̄dem datur ſpiritus, ut diligatur proximus: e cælo autē, ut diligatur deus. & ſicut una eſt charitas & duo præcepta, ita unus eſt ſpiritus & duo data. Ante tamen diſcipulorum mentibus inerat ſpiritusſanctus ad fidē, ſed non ita manifeſte ut poſt reſurrectionē. Vn de illud: Nōdum erat ſpūs datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. Vnde & per Moyſen dicitur: Suxerunt mel de petra, & oleū de firma petra. Nihil tale iuxta hiſtoriam legitur, ſi tota ſeries ueteris teſtamenti recenſeat. Sed quia iuxta Paulū, Petra erat Chr̄s, mel de petra ſuxerunt, qui redemptoris miracula uiderunt: oleū uero de firma petra, q poſt reſurrectionem eius effuſiōe ſctīſpūs ungi meruerūt. In firma petra dedit mel, cū adhuc eſſet mortalis: firma uero petra oleū fudit, cum poſt reſurrectionem fuit impaſſibilis. Grego. Iohā. 7. Deut. 32. 1. Cor. 10.

A. 216. X.

Caput CLXXVIII.

THomas aūt unus ex duodecim, q dicitur didymus, non erat cum eis qn̄ uenit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus dominum. Ille autē dixit eis: Niſi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitū meum in locum clauorū, & mittā manū meam in latus eius, non credam.

Non caſu, ſed diuina diſpenſatione geſtū eſt, ut ille diſcipulus tunc deeſſet, poſt autē dubitans palparet, & palpans crederet. Plus eñ nobis infidelitas Thomę ad fidē profuit, quàm fides credentiū, quia dū ad fidē palpādo reducitur, noſtra mens in fide ſolidatur.

A. 217. IX. L. 141.

ET poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cū eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitū tuum huc, & uide manus meas. & affer manū tuā, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

Corpus dn̄i intrauit ad diſcipulos ianuis

clauſis, quod per natiuitatem clauſo exijt utero uirginis. Nec mirum ſi in æternum uicturus, ad diſcipulos intrauit, qui moriturus clauſo uirginis utero exiuit. Duo mira iuxta humanam rationem ſibi ualde contraria dominus oñdit, dum poſt reſurrectiõem ſuã corpus ſuum incorruptibile & palpabile demõſtrauit. Nam & corrumpi neceſſe eſt quod palpatur, & palpari non poteſt quod nõ corrumpitur. Sed miro modo redemptor noſter monſtrando ſe incorruptibilem, apparuit: ut nos inuitaret ad præmium, & palpabilem ſe præbuit, ut formaret ad fidem demonſtrans corpus ſuum & eiuſdem naturæ eſſe & alterius gloriæ.

Diuinum factum non eſt mirabile multum,
Si ratione capi queat, aut ratione probari.
Nec fidei meritis eſt congrua uis rationis.

A. 117. x.

RESpondit Thomas & dixit ei: Dominus meus & deus meus.

Auguſt. Videbat hominem & tangebat & confitebatur deum, quẽ nõ uidebat neq; tãgebat.

Dicit ei Ieſus: Quia uidiſti me Thoma, credidiſti.

Aliud uidit, & aliud credidit. Hominẽ uidit, & deũ confeſſus eſt. Non ait, tetigiſti, ſed uidiſti. quia generalis quodammodo ſenſus ẽ uiſus. Nam per alios quatuor nominari ſolet, ut cũ dicimus, audi & uide q̃ bene ſonet, olfac & uide q̃ bñ olcat, guſta & uide q̃ bene ſapiat tange & uide q̃ bene caleat. Vñ & hic dñs inquit: Infer digitũ tuũ huc, & uide manus meas. Hoc eſt, tange & uide. Vidit ergo ſiue ſolummodo intuendo, ſiue etiam tangẽdo. dici eĩ poteſt, nõ auſum tũc fuiſſe diſcipulum tangere dñm. Non enim ſcriptum ẽ, tetigit Thomas. ſed quia uidit, credidit.

Beati qui nõ uiderũt, & crediderũt.

Commendat fidem gentium, ſed præteriti temporis uſus eſt uerbis: ut ille q id quod erat futurum, in ſua nouerat prædeſtinatione iam factum. Sciendum eſt, illum uere credere, qui fidem complet opere. De his autẽ qui fidem nomine tenus retinent, Paulus dicit:

Tit. 1. Confitentur ſe noſſe deũ, factis aũt negãt.

Iacob. 2. Et Iacobus: Fides ſine operibus mortua eſt.

Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius dei. & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.

Quaſi finẽ libri ponit euangeliſta, ad magnam cõmendationẽ ſacramenti ſecutæ narrationis, faciens ei quodãmodo eminentiorẽ locum. A. 117. ix. L. 10.

Caput CLXXIX.

POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tiberiadis. manifeſtauit aũt ſic: Erant ſimul Simõ Petrus & Thomas, qui dr̃ didymus, & Nathanael, qui erat a Chana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Exierunt & aſcenderunt in nauẽ. & illa nocte nihil prendiderunt. Mane aũt iam facto, ſtetit Ieſus in littore. nõ tñ cognouerũt diſcipuli quia Ieſus ẽ. Dicit ergo eis Ieſus: Pueri, nũquid pulmẽtariũ habetis? Rñderũt ei: Non. Dixit eis: Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis. Miſerũt ergo, & iam non ualebant illud trahere a multitudine piſcium.

Sine pctõ manſerũt Petrus & filij Zebedæi piſcatores poſt conuerſionẽ. Mathæus uero ad telonij negociũ non redijt. Sunt enĩ negocia, q̃ ſine pctĩs aut uix aut nullatenus eſſe poſſunt. Illi aũt nunquã prohibiti fuerũt arte ſua licita uictum q̃rere a populis, ſui integritate ſeruata: cũ unde uiuerent, nõ haberent. Et ſic eis laborãtibus adiecit deus neceſſaria q̃ promiſerat, primũ quærẽtibus regnum dei & iuſtitiam eius. nã qs alius piſces qui caperent, appoſuit? Qui nõ ob aliud credendus eſt eis ingeſſiſſe penuriã qua cõpellerent ire piſcatũ, niſi diſpoſitũ uolens exhibere miraculũ, ut ſimul & pdicatores euangelij ſui paſceret, & ipſum euangelium tãto ſacramento, qd erat de numero piſciũ cõmẽdatur, augeret. Septem diſcipuli qui in iſta piſcatione fuerũt, finem tẽporis qd ſeptẽ diebus uolu*ĩ*, ſignificant. Quæri etiam poteſt, cur dñs diſcipulis in mari laborãtibus poſt reſurrectionẽ ſuam in littore ſtetit, q ante reſurrectionẽ corã eis ſuper mare ambulauit. ſed mare ſignificat præſens ſeculum, in quo adhuc diſcipuli laborabant: ſoliditas aũt littoris, perpetuitatem quietis in qua iam dñs

Grego. Auguſt. Grego. poteſt

erat. Bis in euãgelio legitur, dñm iuſſiſſe retia mitti ad piſcãdum, ante paſſionẽ & poſt. Sed ante, utrum in dextra uel ſiniſtra, non iubet. In illa piſcatione præ multitudine piſcium retia rupta ſunt, in iſta non. Ergo illa piſcatio præſentem eccleſiam ſignificauit, bonos & malos colligentem. Hæc aũt piſcatio ſignificat ſolam eccleſiã electorũ, quę nullis hæreſibus ſcinditur, in cõtinua pace ſui autoris requieſcens. Quid eſt aũt, quod diſcipuli rete non ualebant trahere, niſi quia illi qui pertinent ad reſurrectionem, & ponendi ſunt ad dexteram, non apparebunt niſi cũ reſurgent? Hos enim habet eccleſia poſt finem uitæ latentes in ſomno pacis uelut in ꝓfundo, donec appareant in littore. i. in ſeculi fine. A. 220. x.

Auguſt.

DIcit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, Petro: Dñs eſt. Simõ Petrus cum audiſſet quia dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe. erat enim nudus. & miſit ſe in mare. Alii autem diſcipuli nauigio uenerunt. Non enim longe erant a terra, ſed quaſi cubitis ducentis, trahẽtes rete piſcium.

Quod alibi duabus nauiculis propter circunciſionem & præputium, hoc in iſto loco ducentis cubitis exiſtimo figuratum, ꝓpter utriuſq; generis electos, circuncisionis & præputij, tanquam centum ac centum: quia de ſiniſtra centenarij numerus ad dexteram tranſit.

A. 221. ix. L. 141.

Vt ergo deſcenderunt in terram, uiderunt prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum & panem. Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc.

Non eſt intelligendum, etiam panem fuiſſe ſuperpoſitum prunis, ſed uiderunt, ſubaudiendum eſt, ita. Viderunt prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum. Viderunt & panem.

A. 221. ix. L. 1ª

AScendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquagintatribus. Et cum tanti eſſent, nõ eſt ſciſſum rete.

Grego. Petrus rete trahit ad terram, quia ipſi cõmiſſa eſt eccleſia. Vnde ſpecialiter audiuit: Simon Iohannis, diligis me? Paſce oues meas. Ipſe piſces ad ſoliditatem littoris trahit, quia ſtabilitatem æternę patriæ oſtendit uerbis, epiſtolis, miraculorum ſignis. In alia captura piſciũ, quæ eſt præſentis eccleſiæ, magni & parui capti ſunt. hic autẽ per magnos tantummodo ſignificantur boni, in reſurrectione mortuorum futuri. Hoc in alio loco aperuit dñs, ſ. ubi dedit ſimilitudinem de ſagena miſſa in mare, dicens: Sic erit in cõſummatione ſeculi. Sciendum eſt, quod docẽtes & non facientes, in numero magnorũ piſcium non erũt. Sed qui fecerit & docuerit, magnus erit in regno cælorum. ubi faciens & non docens, etiam minimus non erit. In alia piſcatione non exprimitur numerus piſciũ: quia ut ait propheta, multiplicati ſunt ſuper numerũ. Hic uero eſt certus numerus, cuius ratio hæc eſt. Decalogus legis in decẽ præceptis exiſtit. Quæ lex niſi gratia dei adiuuetur, præuaricatores facit, ut ait Paulus: Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Septenario numero ſignificatur ſpirituſſanctus. Vnde Iſaias: Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris dñi. Cum itaq; legis denario ſpirituſſanctus per ſeptenarium accedit, fiunt decem & ſeptem. Qui numerus ab uno uſq; ad ſeipſum computatis omnibus creſcens, ad cẽtum quinquagintatres peruenit. Omnes ergo ad gratiam pertinentes, hoc numero figurantur: quia in centum perfectio eſt, inter quinquaginta trinitas, in trib⁹ ſimiliter. Trinitas autem hic geminatur propter fidẽ utriuſq; populi. Quinq̃genarius uero, multiplicatis ſeptem per ſeptem, pficit cũ unitatis adiectione. Quæ unitas addit, ut ea ſignificet unus eſſe ſpũs, qui ꝑ ſeptẽ ꝓpter operationẽ ſeptenariam demonſtrat. Vel ſeptem cõputatione ab uno uſq; ad ſeipſum, ita pueniũt ad centum quinquagintatres. Vnus & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. ſunt inſimul centũ quinquagintatres. A. 221. ix. L. 142.

Auguſt.

Matt. 13.

Pſal. 39.

2. Cor. 3.

Iſai. 11.

Au.

DIcit eis Ieſus: Venite, prãdete. A. 224. x.

Et nemo audebat diſcumbentiũ interrogare eum, tu quis es, ſcientes quia dominus eſt.

Auguſt. Tanta erat euidentia ueritatis, qua illis Ieſus apparebat, ut nullus eorũ auderet nõ ſolum negare, ſed nec dubitare. & ideo ſtultũ eſſet interrogare. A. 225. ix. L. 142.

Et uenit Ieſus &accepit panē,&dedit eis,& piſcem ſimiliter.

Fecit dominus prandium ſeptem diſcipulis de piſce ſuperpoſito prunis,& de alijs q̃s ceperant. Piſcis aſſus,Chriſtus eſt paſſus. Ipſe eſt & panis qui de cælo deſcendit. Piſcē & panē comedit, ut nobis oſtenderet,quia & paſſionem in humanitate pertulit,&,* refectionē nobis ex diuinitate procurauit. Huic concorporatur eccleſia ad ad participādam beatitudinem. Propter quod dictū ē,afferte de piſcibus.ut omnes qui hanc ſpem gerimus,per illum ſeptenarium numerum diſcipulorum, per quem poteſt noſtra uniuerſitas intelligi,tanto ſacramento nos communicare poſſemus,& eidē beatitudini ſociari.

*resurrectionem.

A. 216. X.

HOc iam tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis, cum ſurrexiſſet a mortuis.

Quod non ad ipſas demonſtrationes,ſed ad dies referre debemus.In die reſurrectionis non ſemel uiſus eſt tm̃.poſt dies octo apparuit ubi Thomas fuit.hodie etiam quando hoc de piſcibus factum eſt,apparuit. ſed poſt quot dies apparuerit, euangeliſta non determinauit. Apparuit etiam quoties uoluit poſtea infra dies quadraginta.

Caput CLXXX.

CVm ergo prandiſſent,dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Iohānis,diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine,tu ſcis quia amo te.

A. 217. IX. L. 174.

DIcit ei:Paſce agnos meos.

Albinus. Sciſcitante domino an Petrus eum plus alijs diligeret,non eſt auſus reſpondere,plus. Ac ſi diceret: Tu ſcis quia integro corde te diligo. quātum uero alij te diligāt, neſcio. Caute reſpondet Petrus,quia meminit ſe pridem imminente paſſione plus ſibi cōſtantiæ tribuiſſe quàm haberet,reſpondēdo ſe eſſe paratum & in carcerem & in mortem ire cum illo. August. Vbi dicit Petro,diligis me? &ipſe reſpondet,amo te:monſtratur,unum idemq́ eſſe amorem & dilectionem.

A. 218. X.

DIcit ei iterum: Simon Iohannis, diligis me? Ait illi:Etiam domine,tu ſcis quia amo te.

A. 219. IX. L. 174.

Dicit ei:Paſce agnos meos.

Quid eſt aliud,paſce agnos meos,q̃ ſi diceret,ſi me diligis,paſce oues meas? Gloriā meam in eis quære,non tuam. August. Ne ſis in eorum ſocietate,qui ſeipſos amantes, pertinēt ad tempora periculoſa. Hæretici & ſchiſmatici de furtis dominicis peculia fecerunt,& greges non Chriſti,ſed ſuos,contra Chriſtum paſcere uoluerunt. Plane in ipſis deprædationibus ſuis titulum illius poſuerunt,ut prædæ ipſorum quaſi defenderentur per titulum potentis. Quid facit Chriſtus, quando tales conuertuntur, qui foris ab eccleſia, titulum eius baptiſmatis acceperunt? Ejicit prædatorem,titulum non deponit. poſſidet domū, quia ibi inuenit titulum ſuum. Quid enim opus eſt ut mutet nomen ſuum?

A. 220. X.

DIcit ei tertio: Simon Iohannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus,quia dixit ei tertio,amas me. et dicit ei:Domine,tu om̃ia ſcis,tu ſcis quia amo te.

A. 221. IX. L. 174.

Dicit ei:Paſce oues meas.

Trinæ negationi redditur trina confeſſio, ne minus amori lingua ſeruiat q̃ timori. Et ſicut fuit indicium timoris negare paſtorē, ſic officium amoris paſcere oues domini. Oues autem paſcere,eſt credentes confortare ne deficiāt:terrena ſubſidia, ſi neceſſe eſt, ſubditis prouidere:exempla uirtutum præbere,aduerſarijs obſiſtere, peccantes corrigere.

A. 222. X.

AMen amen dico tibi, cum eſſes iunior,cingebas te,& ambulabas ubi uolebas. Cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget,& ducet quo tu non uis. Hoc autem dixit,ſignificans q̃ morte clarificaturus eſſet deum.

Extendes, inquit, manus tuas, hoc eſt, crucifigeris. Ad hoc autem alius te cinget & ducet quo non uis. Prius dixit quod fieret, deinde quomodo fieret. Nam in alterius cinctione exprimitur impoſitio uinculorum à perſecutore. Vtiq; crucifigēdus quo nollet, eſt ductus. nam crucifixus non quo nolebat abijt,ſed potius q̃ uolebat.i.ad Chriſtū. Qui ſi fieri poſſet præter mortis moleſtiam, uitā concupiſceret æternā. Cum igitur uis amo-

ris graues uincat moleſtias mortis, profecto martyres morte ſua clarificant deũ, oſtẽdentes ea, quantũ colendus & amandus ſit.

Et cum hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me.

M. His dictis, cœpit Ieſus abire. & nondum intellecto quod audiuit, ſequere me, cœpit Petrus inceſſu pedum ſequi. Secutus eſt & Iohannes, quem commendat priuilegium amoris domini.

Conuerſus Petrus, uidit illum diſcipulum quem diligebat Ieſus, ſequẽtẽ: qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum uidiſſet Petrus, dixit Ieſu: Domine, hic autem quid.

Quia audierat Petrus ſe crucifigendum, uoluit etiam fratris exitum cognoſcere.

Dicit ei Ieſus: Sic eum uolo manere donec ueniam. quid ad te? Tu me ſequere.

Auguſt. Cur dicitur Petro, ſequere me: & non cæteris qui ſimul aderant, & magiſtrum ſicut diſcipuli ſequebantur? Nunquid ſolus Petrus paſſus eſt? Nonne in illis ſeptem erat Iacobus filius Zebedæi, qui poſt aſcenſionem ab Herode fuit occiſus? Verum aliquis dixerit, quoniam non eſt Iacobus crucifixus, merito dictum eẽ Petro, ſequere me, qui crucem expertus eſt. Sit hoc, ſi nihil aliud conuenientius poterit inueniri.

Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quod diſcipulus ille nõ moritur. & non dixit Ieſus quia non moritur, ſed ſic eum uolo manere donec uenio. quid ad te?

Albinus. Nolo eum per martyrium conſummari, ſed expectare eum placidam abſolutionem carnis ſuæ, donec ego ueniens recipiam eũ in æternam beatitudinem. Quod autem nõ eſſet ita intelligendum, ſicut fratres crediderunt qui aderant, ut ſ. nõ eſſet moriturus, ſed in uita ſemper manſurus, ipſe Iohannes aperit, dicens: Et non dixit Ieſus, non moritur. Non ergo putandũ eſt, q̃d Iohannes non ſit mortuus in carne. ſed licet antea multos tolerаſſet labores, in pace ſeniũ finiuit, ſpecialiter eum domino uiſitante. Non enim magnum erat, dare dilecto non mori, cum diſſolui & eſſe cum Chriſto, melius ſit.

Hic eſt diſcipulus qui teſtimoniũ perhibet de his, & ſcripſit hęc. & ſcimus quia uerũ eſt teſtimoniũ eius.

Hic aperte ſuam deſignat perſonã ex officio, quam noluit deſignare uocabulo.

Sunt aũt & alia multa, q̃ fecit Ieſus. quę ſi ſcribãtur per ſingula, nec ipſum arbitror mundũ capere eos qui ſcribendi ſunt, libros.

Non ſpatio locorum credendum eſt, mũdum capere non poſſe, ſed capacitate legentium. Pōt etiã hoc ſalua fide uideri dictũ per tropũ, quẽ græci uocant hyperbolen, q̃ modus in diuinis libris ſępe inuenitur. ut hic, Po- Auguſt.
ſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum Pſal. 72.
tranſiuit in terra. Et illud, Verticem capilli Pſal. 67.
perambulantium in delictis ſuis. Quęri ſolet, cur Iohannem plus dilexerit dñs, cũ ipſum dñm plus dilexerit Petrus. Iohannes enim tacito noĩe ſuo, uoluit intelligi ſe præ cæteris dilectum. q̃d abſit ut dicatur eſſe mendaciũ. Quod aũt maius indicium dilectiõis potuit ei dare Ieſus, q̃ ut ſupra pectus eius recumberet? Porro q̃d Petrus plus dilexerit dñm q̃ alij, euidenter apparet, ubi dr̃: Diligis me plus his? Qd' utiq; ſciebat qui oĩa ſcit, & tñ interrogabat, ut etiã nos legẽtes euangeliũ, noſceremꝰ amorẽ Petri erga dñm. Sed ideo Petrꝰ rñdẽs ſe amare dñm, nõ addidit plus: quia cor alterius uidere non poterat. Si ergo q̃ramus qs ſit melior, utrũ q plus, an qui minus diligit Chriſtũ: quis dubitabit rñdere, eum eſſe meliorẽ qui plus diligit? Item uidetur melior quẽ plus diligit Chriſtus, quã qui minus diligit ab eo. Qd' ſi conferendo adinuicẽ, quærat quis de duobus melior eſt, qui minus diligit Chr̃m, & plus ab eo diligitur: an quẽ minus diligit Chriſtus, cum ipſe eũ plus diligat, dubia eſt rãſio. Propoſitæ aũt quæſtionis uidetur hæc eſſe enodatio. Paſ- M.
ſim uidemus certis ex cauſis fieri, quod filio quem pater magis diligit, minus familiaritatis impendit: & ecõtra quem minus diligit, maiori dilectionis exhibitiõe amplectitur. Similiter dici oportet, quia dñs Petrum magis dilexit affectu q̃ Iohannem. & econuerſo, familiaritatis exhibitione dilexit magis Iohãnem q̃ Petrũ. Petrus quidem, quia plus cæteris dilexit, ut euangelium multis in locis explicat, meruit ampliori affectu diligi ab eo qui dicit: Ego diligentes me diligo. Io- Prou. 8.
hannes uero, quoniam adoleſcens & dñi conſobrinus erat, familiaritatis acceſſum habebat. Cum igitur de nuptijs ab eo uocatus fuerit, & à pueritia caſtiſſimus uixerit, prærogati-

uam familiaritatis tanquã priuilegium amoris præ cæteris meruit. Et ita dilexit dominus Iohannem præ cæteris. i. familiarius ac maioribus indicijs manifeſtauit ſe illum diligere. Petrum itaq; &ſi magis affectu, minus tamen exhibitione dilexit. Nec uacat à myſterio, q̃d in Petro minor & in Iohanne maior dilectionis oſtenſio adhibita eſt. Ad q̃d uidendum paulo altius ordiamur. Non à Petro petra, ſed Petrus à petra nomen accepit. ſicut nec Chriſt⁹ à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto nominatur. Ideoq; ait do-
Matt.16. minus, ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Super hanc petram ſ. quam confeſſus eſt Petrus, dicens: Tu es Chriſtus fili
1.Cor.10 us dei uiui. Petra enim erat Chriſtus. Super fundamentum etiam ipſe Petrus ædificatus
1.Cor.3. eſt. Fundamentum quippe aliud nemo põt ponere, præter id q̃d poſitum ẽ, q̃d eſt Chriſtus Ieſus. Eccleſia ergo quæ fundat in Chriſto, claues ab eo regni cælorum accepit in Petro. i. poteſtatem ligandi & ſoluendi peccata. Quod enim eſt per proprietatem eccleſia in Chriſto, hoc eſt, per ſignificationem Petrus in petra. Qua ſignificatione intelligitur Chriſtus petra, Petrus eccleſia. Hæc eccleſia dum degit in malis, amando & ſequẽdo Chriſtum, liberatur à malis. Magis autẽ ſequitur in eis, qui certant pro ueritate uſq; ad mortem. ſed uniuerſitati dicitur, ſequere
1.Pet.2. me. Pro qua uniuerſitate mortuus eſt Chriſtus, relinquens nobis exemplum, ut ſequamur ueſtigia eius. Ecce quare dictum ẽ, ſequere me. Eſt autẽ alia uita immortalis, ut
1.Cor.13. uidebimus facie ad faciem, quod hic per ſpeculum uidetur. Duas itaque uitas nouit eccleſia, unam in fide, in labore, in uia. Alteram in ſpecie, in requie, in patria. Ergo una bona eſt, ſed adhuc miſera. altera melior, & beata. Iſta cui dicitur, ſequere me per imitationem perferendi temporalia mala, ſignificata eſt per Petrum; altera quæ finem non habet, & plenitudinem expectat, per Iohannem. Vnde ait dominus: Sic eum uolo manere. i. ſic uolo ut eccleſia cæleſtis expectet, donec ueniens ad iudicium perimplebo illam. In hac uita diligit nos deus, ut nos liberet à malis. in illa nos amplius diligit, in qua non eſt q̃d ei diſpliceat. Hac ratione oſtenditur, cur amplius Iohannem q̃ Petrum amauerit Chriſtus, nõ cur amplius Petrus q̃ Iohannes amauerit Chriſtum. Nam ſi Iohannes uitam ſignificabat, in qua amplius diligendus eſt dominus, cur eum Iohannes minus diligebat? Propterea ſ. quia dictũ eſt, uolo eum manere. i. expectare donec ueniã. & ꝓpterea quia ipſum amorem qui tũc amplior erit, nondũ
habemus. Quocirca qm̃ uniuerſæ uię dñi mi Pſal.24.
ſericordia & ueritas, miſericordiã domini qua de miſeria liberari uolumus, plus amamus. Et hoc per Petrum ſignificatur. Veritatis autem contemplationem qualis futura eſt, minus amamus, quia nondum nouimus eam nec habemus. Et hoc per Iohannem ſignificatur. Nemo tñ iſtos inſignes apoſtolos ſeparet. qa & in eo quod ſignificabat Petrus, ambo erant: & in eo quod ſignificabat Iohannes, ambo futuri erant. Significando ſequebatur iſte, manebat ille. Credendo aũt ambo mala huius miſeriæ tolerabant, ambo futura bona expectabant. Nec ipſi ſoli, ſed uniuerſa hoc facit eccleſia. Omnibus igitur ſanctis propter huius uitæ gubernaculum, ad liganda & ſoluenda peccata claues regni cęlorum Petrus accepit, eiſdemq; ſanctis ꝓpter uitæ æternę quietiſſimũ ſinũ ſup pectus dñi Iohannes diſcubuit. Quod uirgo eſt Iohannes, futuræ uitę cõuenit, ubi neq; nubẽt, neq; nubentur.

M. [illegible]

Caput CLXXXI.

VNdecim aũt diſcipuli abierunt in Galilęam, in montẽ ubi conſtituerat illis Ieſus. & uidentes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt.

In monte apparuit, ut ſignificaret corpus Beda.
aſſumptum, iam ſuper oĩa terrena ſubleuatum. Quare aũt ſpecialiter ſe in Galilęã pręceſſurum, & ibi uidendum prædixit, cũ neq; ibi ſolum, neq; ibi primũ uiſus ſit? Quia Galilæa tranſmigratio facta uel reuelatio dicit, & utraq; interpretatio ad unũ finem reſpicit. Significat aũt, q̃d ſicut Chriſtus de morte uenit ad uitam, ita ſequaces eius de morte tranſmigrant ad uitã. Et in ſpecie ſuæ diuinitatis eum contẽplantes, ſine fine collaudãt. Cui congruit reuelatio: quia quicũq; modo reuelamus ad eum uiam noſtram, & eius ue
ſtigia ſequimur, gloriam dñi ſpeculantes, in 2.Cor.3.
eandem imaginẽ transformamur. Quidam autem dubitauerunt, propter hoc quod Lucas ait, Conturbati uero & cõterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum uidere.

R. [illegible]

ET exprobrauit incredulitatem illorũ & duritiam cordis, quia his qui uiderant eum reſurrexiſſe, non crediderant.

Increpauit diſcipulos, cum eos corporali Grego.
ter foret relicturus: ut uerba quæ reuertens

dicebat, in corde audientiũ arctius impreſſa remanerent. Exprobrat incredulitatem & duritiã cordis, ut ſuccedat credulitas & cor carneum charitate plenum. Hinc eſt quod cateruæ martyrum mortem huius ſeculi libenter affectant, quia uolunt pro temporali interitu perpetuo ſe eẽ uicturos. Beatiſſima tranſmigratio ex hoc ſeculo in æternitatẽ. *Hierony.*

M. xv.

ET locutus eſt eis, dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.

Beda. *Pſal. 8.* Quod Pſalmiſta de domino reſurgente ait patri, omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, hoc ipſe dominus nunc ait diſcipulis. Inter omnia etiam mors ipſa quæ ei ad tempus p̃ualere uiſa eſt, eius pedibus ſubſtrata eſt. Illi enim data eſt omnis poteſtas, qui paulo ante crucifixus, ſepultus iacuerat. In cælo autẽ & in terra data eſt poteſtas, ut qui regnabat in cælo, per fidem credentium regnaret & in terra. Priuſquam à morte reſurgeret, nouerant angelicæ uirtutes ſe ſubditas homini aſſumpto. ſed cæci homines dedignabantur ei ſubijci, quem mortalitate cognouerãt indutum. Contemnebant eius uirtutem diuinam, cui infirmitatem in paſſionibus ineſſe cernebant humanam. Propter quod ipſe mediator notum fieri uolens, quia data ſit ei omnis poteſtas, miſit doctores qui cunctis per orbem nationibus uerbum uitæ p̃dicarent.

R. xv.

EVntes in mundum uniuerſum, prædicate euangeliũ omni creaturæ.

Omni creaturæ, non dr̃ pro inſenſatis uel brutis animalibus. ſed omnis creaturæ noĩe ſignatur homo, habens eſſe cũ lapidibus, uiuere cum arboribus, ſentire cum animalib⁹, intelligere cum angelis, conſtare ex calido & frigido, humido & arido. quia minor mũdus homo dicitur. Cum ergo omnis creaturæ aliqd habeat homo, omni creaturæ prædicatur euangelium, cum homini prædicatur, propter quem cuncta creata ſunt, & cui cuncta ſunt aliquo mõ ſimilia. Vel per oẽm creaturam poteſt deſignari omnis natio gẽ- *Mat. 10.* tium. antea eñ dictum erat, In uiã gentiũ ne abieritis. Dum diſcipulos ad prædicandum ueritas mittit, grana ſeminis in mundo ſpargit. Et pauca mittit in ſemine, ut multarum meſſium fruges recipiat ex noſtra fide.

M. xv.

Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docẽtes eos ſeruare oĩa quæcunq; mandaui uobis.

In profeſſione patris & filij & ſpiritus ſancti baptizate, ut quorũ eſt una diuinitas, una ſit largitio. Ordo præcipuus, ut primum doceant, poſtea credẽtes baptizent, deinde obſeruanda præcipiant. Non enim fieri poteſt, *Beda.* ut baptiſmi uirtutem recipiat, qui fidem nõ habuerit. & ſicut corp⁹ ſine ſpũ mortuũ eſt, *Iacob. 2.* ita etiã fides ſine operibus mortua eſt. Quãta aũt merces piæ conuerſationis, q̃ le pignus futuræ beatitudinis, etiam in præſenti fideles maneat, ſubſequenter inſinuat, dicens:

Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi.

Qui hoc promittit, nõ ignorat eam diem, *Hierony.* in q̃ ſe ſcit futurum iudicem cum apoſtolis.

R. xv.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur.

Quid hic dicimus de paruulis, q per ætatẽ *Beda.* adhuc credere nõ ualent? De maioribus nulla q̃ſtio eſt. Per alios ergo paruuli credũt in eccleſia, ſicut ex alijs trahunt peccata, quæ illis in baptiſmo remittuntur.

Signa aũt eos qui crediderint, hæc ſequẽtur: In noĩe meo dæmonia eijcient, linguis loquẽtur nouis, ſerpẽtes tollent. Et ſi mortiferũ quid biberint, nõ eis nocebit. Super ęgros manus imponent, & bñ habebũt.

Nunquid quia hæc ſigna non facimus, nõ *Grego.* credimus? Hæc in exordio eccleſiæ fuerunt neceſſaria, ut fides credentium miraculis nutriretur. Nos enim cum arbuſta plantamus, tam diu eis aquam fundimus, quouſque in terra conualeant. Hinc Paulus: Linguæ in ſigno ſunt non fidelibus, ſed infidelibus. *1. Cor. 14.* Sancta tamen eccleſia quotidie ſpiritualiter facit, quod tunc per apoſtolos corporaliter faciebat. Sacerdotes enim per exorciſmi gratiam manũ credentibus imponentes dæmonia eijciũt. & fideles ſecularia uerba deponẽtes, conditoris ſui laudes inſonant, quod eſt, linguis nouis loqui. Qui etiam dũ bonis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, ſerpentes tollunt. Et dum peſtiferas ſuaſiones audiunt, ſed tamen ad operationem prauam minime pertrahuntur, mortiferum bibunt. ſed non eis nocet. Dum autem uitam inſtituunt morum in fide exemplo ſuæ

operationis roborant, ſuper ægros manus imponunt. Ergo tanto maiora ſunt miracula, quanta per hæc non corpora, ſed animæ ſuſcitantur.

L. xij.

VOs autē ſedete in ciuitate q̂adusq; induamini uirtute ex alto.

Act. 1. Beda. De qua uirtute Lucas apertius dicit in actibus apoſtolorum: Præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris. Et paulopoſt: Accipietis uirtutem ſuperuenientis ſpiritusſancti in uos, & eritis mihi teſtes. Notandū quia ſunt q̄s à prædicationis officio uel ætas prohibet uel imperfectio, & tñ eos impellit præcipitatio. Qui monendi ſunt ut conſiderent facta ſaluatoris, q repente quos uellet, roborare poſſet. Sed ne imperfecti prædicare præſumerent, poſtquam diſcipulos inſtruxit, adiunxit: Sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto. In ciuitate ſedemus, ſi intra mentium noſtrarum clauſtra nos conſtringimus, ne loquendo euagemur, ut cum diuina uirtute induemur, à nobisipſis foras exeamus, & alios inſtruamus.

Eduxit autem eos foras in Bethaniam. & eleuatis manibus ſuis, benedixit eis.

Benedicturus diſcipulos eduxit in Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicit: qa qui ꝓpter inobedientiam deſcendit, ꝓpter obedientiam iuxta Apoſtolū aſcendit. Mortuus eſt, inquit, propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificatiōem noſtrā. (Rom. 4.) Deinde ſitus eiuſdem uillæ in latere montis oliuarū eſſe narratur. & domus obedientis eccleſiæ non alibi q̄ in ipſius ſummi montis. i. Chriſti latere locauit fundamenta ſuę fidei & ſpei & dilectiōis. De cuius uertice huberrimo. i. apice diuinitatis, munera ſpiritualis unctionis deſiderat, & promiſſa lucis ac perpetuæ pacis expectat. Tertio ſicut Iohānes ſcribit, erat Bethania iuxta Hieroſolymā quaſi ſtadijs quindecim. Qui profecto numerus ꝓpter ſeptem & octo quibus conſtat, ſcripturarum myſterijs eſt accommodus, inſinuās uel uitam quæ nunc eſt & futuram, uel uetus & nouum teſtamentum, propter ſabbatum & carnis reſurrectionem.

Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælū, R. & ſedet a dextris dei.

M. Quia redemptor noſter nunc omnia iudicat, & tandem iudex omium uenturus eſt, Marcus eum ſedere deſcribit. Stephanus uero ſtantem uidit, quem adiutorē habuit. (Act. 7.) Sedere nanque iudicantis eſt, ſtare uero pugnantis uel adiuuantis. L.

Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Ieruſalem cum gaudio magno.

Ideo redeunt in Ieruſalem, quia ibi iuſſi ſunt expectare promiſſionē patris. Inde gaudebant, quia dominū ſuum cælos penetraſſe cognouerant.

Et erant ſemper in templo laudantes & benedicentes deum.

Beda. In loco orationis aduentum ſanctiſpiritus expectabant, laudantes eum de beneficijs ſuis, & benedicentes, id eſt, magnificantes de promiſſis diuinis. Nos autem diſcipulorum exemplo poſt celebrata ſolennia dominicæ paſſionis & reſurrectionis, domus obedientiæ curemus exiſtere, illius ueſtigia ſequentes, qui ut formam uiuendi nobis tribueret, factus eſt obediens uſq; ad mortem. (Philip. 2.) Sic enim quotidianam illius benedictionem merebimur, ſic quotidie memores erimus illius triumphalis aſcenſionis, laudantes & benedicentes deum in Ieruſalem, id eſt, in uiſione ſupernæ pacis, ſperando ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs.

R. xx.

ET profecti pręedicauerunt ubique, domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

Grego. Præceptum obedientia, obedientiam ſigna comitantur. Legimus quod Elias ſit raptus in cælum. (4. Re. 2.) ſed aliud eſt cælum aerium, aliud ætherium. Illud enim terræ eſt proximum, quia per illud aues uolitant. Ergo raptus eſt Elias in aerium cælum, ut repente duceretur in quadam ſecreta regione terræ, ubi uſq; ad finem mundi uiuat, & tunc inde redeat *ut moriatur. (*et) Non enim euaſit mortem, ſed diſtulit. Redemptor autem noſter non diſtulit, ſed ſuperauit, & gloriam reſurrectionis aſcendendo declarauit. Currum aſcendit Elias, ut homo purus indigens adiutorio. per angelos enim facta ſunt illa adiumenta & oſtenſa. Redemptor autem noſter nec curru nec angelis legitur ſubleuatus, ſed propria uirtute. Enoch quoque (Gene. 5.) tranſlatus ad aerium cælum, dominicā aſcēſionem deſignauit, ſicut Ioſeph uenditionem. (Gene 37.) Aſcenſionis ergo ſuæ dominus teſtes habuit, unum ante legem, & alterū ſub lege,

Ordo in utroriūq; ſubleuatione per quædā
incrementa diſtinguitur. Nam Enoch trāſla
tus, Elias ſubuectus memorātur, ut poſtmo
dum ueniret, qui nec tranſlatus nec ſubue-
ctus, cælum ætherium ſua uirtute penetra-
ret. Penſate fratres quō creuit munditia ſan
ctitatis, quod aperte oſtenditur in famulis
& dño. Tranſlatus eſt Enoch, & per coitum
genitus, & per coitum generans, uxorē eū
habuit & filios. Raptus eſt Elias per coitum
genitus, ſed non per coitum generans, nec
enim uxorem habuit nec filios. Aſſum-
ptus eſt uero dominus, neq; per coitum ge
nerans, neq; per coitum generatus. Beda in
illa homilia, Si diligitis me, mādata mea ſer-
Exo.19. uate: Quinquageſima die poſt occiſionem
agni data eſt lex, & quinquageſima die poſt
reſurrectiōem noſtri redemptoris data eſt
Actu.2. gratia ſpūſſancti centū uiginti diſcipulis in
cœnaculo. Merito per hunc numerū ſum-
Leui.25. ma pax iudicatur, quia quinquageſimus an
Num.36. nus in lege iubileus. i. eſt, dimittens ſiue mu
tatus, appellari iuſſus eſt, in quo populus ab
omni opere quieſceret, omnium debita laxa
rentur, ſerui liberi redirent, annus ipſe ma-
ioribus ſolennijs ac laudibus diuinis eminē
tior cæteris exiſteret. Ideo numerus quin-
quagenarius ſignificationi ęternę quietis a-
ptatur, quia ex ſeptē ſeptimanis & monade
Exo.20. pficitur. Sex dieb⁹ in lege populus operari,
Leui.25. ſeptima quieſcere: ſex annis arare, metere, ſe
ptimo iuſſus eſt ceſſare, quia & dñs ſex die-
bus mundi ornamentum perfecit, ſeptimo
requieuit. Quibus omnibus myſtice admo-
nemur, quod qui in hoc ſeculo quod ſex
ætatibus conſtat, bonis operibus pro dño
inſtāt: in ſabbatum in futuro, id eſt, in requi
em à domino inducuntur æternam. Quod
autem ſeptem dies uel anni ſepties ducun-
tur, multiplicem eiuſdem requiei abundan-
tiam deſignant, in qua primum illud ſubli-
1.Cor.2. me datur electis, de q̃ Apoſtolus ait: Quod
oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis aſcēdit, quæ præparauit deus
diligentibus ſe. Bene ſanctiſpiritus gratia
ſeptiformis deſcribitur, quia nimirum & p
eius inſpirationem ad requiem peruenitur,
& in eius plena pceptione uera requies poſ-
ſidetur. Porro ipſe dies uel annus quinqua-
geſimus, qui ſeptem ſeptimanis ſupereſt, &
maiore ſolennitate præ cæteris erat uenera-
bilis, tempus futuræ reſurrectionis indicat,
in quo illa requies qua nunc aīæ fruunť, ele-
ctorū corporum æque gloria cumulabitur.
Auguſtinus de concordia euangeliſtarum:
Inuenimus apud euangeliſtas, decies dñm
uiſum eſſe ab hominibus, à reſurrectione uſ
que ad aſcenſionem. Primo, Mariæ Magda-
lenæ, flenti ad monumentū: ſecundo, eidem
& alijs mulieribus regredientibus de monu
mento: tertio, Petro, ut ait Lucas, licet nō ſit
determinatum ubi. quarto, Cleophæ & ſo-
cio eius euntibus ad Emaus. quinto, diſcipu
lis in Ieruſalem, ubi Thomas defuit. Sexto,
poſt dies octo quādo erat cum eis. ſeptimo,
piſcantibus ad mare Tiberiadis. octauo, in
monte Galilęæ, ſicut conſtituerat eis. nono,
in die aſcenſionis. decimo, eadē die iam ele-
uatum in aera uiderunt. Conferatur ergo &
Paulus, ut nihil remaneat quæſtionis. Reſur 1.Cor.15
rexit, inquit, tertio die ſecundum ſcripturas,
& apparuit Cephæ. Non dixit, primo appa
ruit Cephę. nam eſſet contrarium, quod pri
mū mulieribus apparuit. Poſtea, inquit, un-
decim quibuſlibet ipſo reſurrectionis die.
Deinde plus q̃ quingētis fratribus. Siue iſti
cum illis undecim erant congregati clauſis
oſtijs propter metum Iudæorum, unde cū
exiſſet Thomas, uenit ad eos Ieſus: ſiue poſt
octo dies, nihil habet aduerſari. Poſtea Iaco
bo, non tunc primum accipere debemus ui-
ſum eſſe à Iacobo, ſed aliqua ſingulari mani
feſtatione. Deinde apoſtolis omnibus. Nec
illis tunc primum, ſed ut iam familiarius cō
uerſaretur cum eis uſq; ad diem aſcenſionis
ſuæ. Nouiſſime uiſus eſt & mihi. Hoc non
poſt paruum tempus aſcenſionis.

LIBRI QVARTI FINIS.

Quę ſequuntur, ſunt quę ſuperius in fine capitis 154. hic appoſitum iri promiſimus.

Acute intuendum ſi prædicta cœna fuit eadem quæ paulopoſt commemoratur, quō ante diem feſtum paſchæ facta eſt? Sed ſupradictū eſt & diem azymorum pro paſcha, & pro diebus azymorum quorum primus & ultimus maior cultu habebatur, poni paſcha. unde Iohānes dicit, ante diem feſtum paſchæ, uocando paſcha primum diem ſolennitatis ſequentis. i. ſextam feriam. Græci uero non illum diem, cuius ueſpere luna quartadecima apparuit, ſed ſolum ſequentem uocant diem paſchæ & immolationis agni: dicentes dominū quinta feria anticipando comediſſe cum diſcipulis paſchalem agnum, & tunc inſtituiſſe ſacramenta carnis ſanguiniſq; ſui, dum adhuc fermentatum comederetur. ideoq; in fermentato ſacrificant. Dicunt itaq; dominum &c.

SERMO IN ASSVMPTIONE SANCTAE MARIAE.

Hunc ſermonem hoc nudo titulo, partim in medio unius exemplarium trium, quot in præſenti opere uſi ſumus, partim in eiuſdem fine adiectũ reperimus: incerti quidem autoris, & qui ita diuidi non debuerit, ſed eiuſmodi tamen, ut uehementia orationis & pietate magnum aliquem autorem præ ſe ferat: atq; ideo nobis uiſus eſt digniſſimus qui huic operi hoc loco adijciatur, etiamſi nonnullis forte minus ad rem uidebitur.



Prou. 31. MVltæ filiæ cõgregauerunt diuitias, mater domini ſupgreſſa eſt uniuerſas. Multæ fideles animæ precioſa uirtutũ ornamenta, quibus deo placerẽt, ſibi theſaurizauerũt: mater domini ſupergreſſa eſt uniuerſas. Supergreſſa eſt omnes in terris, ſupergreſſa eſt in cælis. In die peregrinationis ſuæ, omnes habitatores terræ meritorũ decore exceſſit: in die reparationis ſuæ, omnes habitatores cæli præmiorum honore tranſcendit.
Cant. 3. Filiæ Ieruſalem, uenite & uidete matrẽ domini in diademate regalis gloriæ ſuæ, quo coronauit eã filius ſuus, in die lætitiæ cordis eius, in die beatæ aſſumptionis eius in cælum.
Iſai. 66. Plaudite & iucundamini ſuper eam omẽs qui diligitis eam: quoniam nimis exaltata eſt, magnificata eſt uehementer. Cantemus in admiratione gloriæ eius, cantemus illi canticũ
Cant. 8. lætitiæ, cum rege Salomone dicentes: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, & innixa ſuper dilectum ſuum? Quod uel quale deſertum unde aſcendit? Quò aut qñ aſcendit? quibus affluens delicijs? ſuper quem innixa dilectum? Ipſa opitulãte, dicemus. Deſertum erat gens Iudaica, derelicta à deo, priuata à multiplici gratia quã
Iſaie. 3. habere conſueuerat, ſecundum quod ei comminatus fuerat dñs per Iſaiam, dicẽs: Ecce dñator dominus auferet ab Ieruſalem & Iuda ualidum & fortem, & omẽ robur aquæ, & uirum bellatorem, & iudicem & prophetam. & cætera quæ ſequũtur. Et rurſum:
Iſai. 5. Auferam ſepẽ eius, & erit in direptionem: diruã maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam deſertã. Ab hoc deſerto plorandæ miſeriæ, glorioſa noſtra theotocos ad beatius quoddam deſertum, in die quo recordatus eſt dñs auferre onus gemituum eius, quibus ſuper abſentia filij ingemiſcebat, gaudio plena aſcendit: Ad illud inquam deſertũ aſcendit, cuius meminit ſaluator in parabola euangelica, dicens: Nõne
Lucæ. 15. dimittit nonagintanouem in deſerto, & uadit ad illam quæ perierat? Cæleſtis qppe illa habitatio ſanctorũ angelorũ dicta eſt, quia ab homine fuerat derelicta: uel pro illa nimirum ſimilitudine loci deſerti, quod pax & perpetua tranquillitas illic eſt: Non illic coartat uir proximum ſuum pro multitudine habitãtium in ea: nulla infeſtatione, nulla clamoſitate inquietat. Nam & pro ea ſimilitudine mens humana à ſapientibus deſertum dicitur, quæ nullis curarũ aut uitiorũ clamoribus inquietatur. aſcẽdit inquã
2. Cor. 12. & exaltata eſt, ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcimus. deus ſcit. Vſq; quo exaltata eſt? Vſq; ad cælos? Etiam certe ſuper omnes cælos, & ſuper oẽs cælos cælorũ. Etiã certe ſuper angelos, archangelos, uirtutes, poteſtates, principatus, dñationes, thronos, che

rubin atq; ſeraphin. A dño factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris, ut fœmi- Pſal. 117.
na fragilis, uermiculus educatus in limo turbulenti huius ſeculi, tam puras, tam præ-
claras, tam excellentes creaturas, tam excellenter ſupergredi meruerit. Sed dignũ &
omnibus modis conueniens erat, ut q̃a ſubijcerentur ſub pedibus eius, quæ oim ge-
nuerat creatorẽ. Dignum erat ut dña eſſet angelorũ, quæ digna fuerat eſſe mater dñi
angelorũ. Dignum erat ut angelica puritas illi ſubderetur in cælis, cui totam ſe infude
rat diuina puritas in terris. Dignum erat ut amplius matrem ſuã honoraret, q̃ mini-
ſtros, ipſe qui dixerat: Honora patrem tuũ & matrem, ut ſis longæuus ſuper terrã. Di Exo. 20.
gnum erat ut familiarius hanc amaret, copioſius remuneraret, quæ ſingularius atque
accedentius omni rationali creatura ipſum dilexerat. Et quis æſtimare aut excogitare
poterit, quanta fuit dilectio talis matris erga talem filium? Si mala mater malum fili-
um ſolius naturæ inſtinctu diligit, ſi bona mater bonum filium, tam naturæ q̃ uirtu-
tis inſtinctu diligit: optima mater optimũ filiũ quantũ dilexiſſe æſtimatur? Diligendi
cauſam præſtabat in filio natura, uirtutũ plenitudo, inſuper & diuinitas: uirtutem ue
ro diligendi, plenitudo ſpiritusſancti operabatur in matre. Quis ergo modus eſſe po
tuit dilectioni, ubi nulla deeſſe potuit cauſa diligendi? Quia ergo plus omnibus dile-
xit, merito plus omnibus dilecta eſt à dño & honorata. Ecce enĩ exaltata eſt ſuper cho
ros angelorũ uſq; ad dexteram filij, & facta eſt potens materfamiliâs in uniuerſa do-
mo dñi, & regina cælorũ appellata eſt. Quàm potenter ad ſe traxit uerſiculũ illũ ꝓphe
ticũ, quo dictũ eſt: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarieta Pſal. 44.
te? Et quid eſt aurũ ueſtimento eius ſuperductum, niſi illa inæſtimabilis charitatis fla-
grantia, uniuerſam uitæ ſanctitatem uelut rutilanti colore deſuper adornãs? Quæ nã
eſt & ueſtimenti eius qua circundata eſt, uarietas? Illa proculdubio cæleſtium exerci-
tuum ei famulantium mille millena millia, quibus omnibus quaſi ueſtimento lumi-
nis amicta eſt & mirifice adornata. Vñ non immerito diuina illa exclamatio, qua olim
indignum ſe fecit glorioſus ille cherub, ad hanc aptiſſime conuerti poteſt, ut dicatur:
Oĩs lapis precioſus operimẽtũ tuũ o Maria. Sardius, topazius, iaſpis, chryſolithus, Iezc. 28.
onyx, beryllus, ſapphirus, carbunculus & ſmaragdus. Bene his nouem precioſiſſimis
gẽmis operiri dicit̃ hæc regina noſtra, dũ nouẽ ordinibus angelorũ ſingulatim cõpa-
rata, tãto apparet glorioſior, quanto illis in decore ſuo eſt eminentior. Rumpere inui
dia ſerpens inueterate, & indignatio tua ſcindat te mediũ: quia ecce mulier cuius inſi-
diatus es calcaneo, contriuit caput tuum: & honoris tui priuilegium, quod ꝑ ſuper- Gene. 3.
biam perdidiſti, uirtute humilitatis traxit ad ſe. Ambulauit perfecta in uijs ſuis, & ec-
ce poſita eſt in monte ſancto dei, in medio lapidũ ignitorũ. unde proiecit te dñs, quia Iez. 28.
inuenta eſt iniquitas in te, & nihili factus es. Sed quid ſolos beatorũ ſpirituum ordines
in uarietate ueſtimenti eius aſſignauimus? Nonne omne q̃d precioſiſſimum de terra
ad cælos ſubuectum eſt, oĩmodæ laudis & honoris illam circundat miniſterio? Huic
ſe inclinat patriarcharũ & prophetarũ ueneranda canicies, ſub hac curuantur fulcien-
tes aulam dei columnæ apoſtolicæ, aureus fulgor martyrũ, argenteus nitor confeſſorũ,
ſplendori pulchritudinis eius cũ reuerentia cedit. Circundant eã flores roſarũ & lilia
conuallium, uirginales gẽmulæ, in ſua ſignifera ſpeciali tripudio exultantes: & ſuum
ſingulare canticũ, ipſa ꝑcinente, poſt agni ueſtigia decãtantes. Adhuc aũt & alia ratio-
ne, ꝑdictos lapides operimentum θεοτοκου noſtræ dicere poſſumus, pro eo uidelicet
q; merita glorioſa, quæ illorũ proprietatibus exprimunt̃, eius ꝓcioſa ornamẽta ſunt.
¶ Sardius quippe ſanguinei coloris eſt, & martyrij gerit figuram: quod proculdu-
bio ornamentis reginæ huius in paſſione filij acceſſit. Vnde & ad eam dictũ eſt: Et tuã Luc. 2.
ipſius aĩam pertranſibit gladius. ¶ Topazius gratus regibus, duos habet colores, æthe
reum & aureũ, contemplationẽ diuinitatis ſignificãs. Aurũ quippe diuinitati, æther
contemplationi adaptat̃. Et quis hoĩm uicinius deum contemplari potuit q̃ hæc, quæ
familiarius omni rationali creatura, deum in medio cordis ſui ſuſcepit, & cooperante
ſpiritusſancto, propria carne ueſtiuit? Teſtimonium etiam perhibet eius contempla-

Luce. 2. tioni ſcriptura,cum dicit:Maria autē conſeruabat omnia uerba hæc,conferens in cor
de ſuo. ¶Iaſpis uiridis lapis eſt,immarceſcibilē fidei cōſtantiā deſignans.Hanc quoq;
in illa commendat euangelicus ſermo,dicens:Et beata quæ credidit,quia perficiētur
Luce.1. ea quæ dicta ſunt ei à dño. Magna quippe erat uirtus fidei illius, quæ tā incredibilia,
tamq; inaudita nunciāti angelo tā cito credidit:ac per hoc ſtatum ſpiritu ſancto fœcū
dari,& filiū dei concipere meruit. Conſeruauit aūt immarceſcibilē fidei ſuæ uirorē
uſq; in finem,quæ nec in morte filij dei in fide hæſitauit,quo minus deum immorta-
lem crederet,quē mori uidebat ut hoīem. ¶ Chryſolithus quaſi ſcintillis ardentibus
reſperſus apparet,cuius habent ſimilitudinē,qui ſermone ſapientiæ per ſpm̄ pollent.
Qui dum perſuaſionibus diuinis proximorū corda accendunt, quid aliud niſi quaſdā
ſcintillas ignis quo intus ardent,eructuant? Et de beata uirgine indubitanter creden-
dum,quod cum eſſet plena igne ſpiritusſancti à tempore conceptionis Chriſti, nunq̄
more leuium fœminarū ocioſa uerba effudit: ſed omnis ſermo eius ſale ſapientiæ ſali-
tus,& ad accēdendum proximorū corda idoneus,quaſi ſcintilla erat ignis illius,quem
clauſum gerebat intrinſecus.Pulchre in principio uiſitatiōis eius ſcintillauit hic ignis,
Luc.1. cum de plenitudine ſpiritusſancti diuinum illud canticum eructauit,dicens:Magnifi
cat aīa mea dñm:& exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo, &c̄. Quid etiam niſi
quaſdā ſcintillas emiſit,qñ & de ſua uiſitatione & de plurimis rebus,quæ circa ſaluato
rē noſtrum filiū eius geſtæ ſunt, euāgelij ſcriptores inſtruxit? ¶Onyx colorem habet
turbidum & quaſi ſubtriſtem,in modum unguis humani, ſignificans humilitatis mo
deſtiam.Eſt autem ſingulare decus,beatæ uirginis humilitas.Quæ cum electa eſſet in
matrem dñi,ancillam ſe noīauit:neq; aliud q̄ humilitatē in ſe deo placuiſſe profeſſa ē,
Luc.1. dicens:Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. ¶ Berylli ſpècies ſic eſt, quaſi aſpectus
aquæ fulgore ſolis repercuſſæ. Erat in hunc modum uirgineæ mentis facies à ſole iu-
ſtitiæ copioſiſſime irradiata, cuius uno eodemq; tēpore fulgor totus illi infundebat
in terris,& totus ſplendebat in ſupernis. ¶Sapphirus ſereni cæli ſpeciē habet:& tran-
quillitatem puræ mentis,quæ nullis uitiorū aut ſolicitudinum nubibus obſcurat,ſigni
Ieze.1. ficat. Vñ & thronus dei ſapphiri ſpeciem habere dr in propheta:quia mentē cui deus
inſidet quaſi throno,cæleſti puritate & trāquillitate præditā eſſe neceſſe eſt.Quod aūt
ſummæ tranqllitatis & quaſi æthereæ puritatis beata mens uirginis fuerit, ex hoc cer
tiſſimum eſt:qm̄ cum abundantia ineffabili huic ſuperuenit ſpiritusſanctus,qui nō no
Iſai.66. uit requieſcere niſi ſuper humilē & qetum.Obumbrauit ei uirtus altiſſimi,ut nullius
uitij humani nube ſerenitas eius poſſet perturbari:atq; ita ſingularis thronus dei præ
Matt.5. cunctis participibus effecta eſt.Si enim ut filij dei poſſint eſſe,pacificos eſſe neceſſe eſt:
multū per oīa pacatam eſſe conueniebat ſacræ uirginis mentē,ut non ſolum filia, ſed
& mater dei eſſe mereret. ¶Carbunculus per noctem lucet, in die aūt obſcurus ap-
paret.Huic ſimili ratione ſicut lunæ ſiue auroræ, ſanctitas beatæ matris cōparat, quæ
ante filij ſui aduentum,uidelicet dū adhuc nox antiqua curſum ſuum perageret,ſingu
lariter fulſit in mundo:& quaſi qbuſdā pcurrentibus radijs uenturi ſolis,præ cunctis
Num.24 uiuentibus illuſtrabatur.Quod nimirū præſenſerat q ait:Orief ſtella ex Iacob. Et q ait
Cant.6. Quæ eſt iſta,quæ progredit quaſi aurora cōſurgens, pulchra ut luna,electa ut ſol? At
Pſal.117. ubi uerus ſol ex utero ipſius emerſit,& illuxit dies quā fecit dñs:iam ex tunc ſi clarita-
ti filij cōparetur claritas matris,q̄uis magna ſit uehementer,tñ in illius comparatione
quodammō obſcura uidetur,uelut ſi ſoli ſtellam cōparemus. ¶Smaragdus tam pcla
ræ uiriditatis eſt,ut etiam quoſdā uiriditatis radios ad ea quæ applicita ei fuerint,emit
tat:& ſua uiriditate nō ſolum arida, ſed & uirētia afficiat.Cui pulchra ſimilitudine no
biliſſimus ille uiror uirginitatis cōparatur,quæ etiā à uiriditate uocabulū traxit. Sic-
ut eñ mos eſt corruptis, ad corruptelam alios libenter allicere: ita bonis uirginibus
ppriū eſt,& per incorruptionē uirides,ad uirginitatis uirtutem animare:& per cor-
ruptionem areſactos,ad continentiæ uirorem uerbo & exemplo reuocare: atq; ita &
1.Cor.7. uirentia & arida ſua uiriditate afficiunt.Ex quibus erat qui dixit: Vellem aūt oēs ho-

mines eſſe ſicut meipſum. Et rurſum: De uirginibus præceptum dñi nõ habeo, conſi 1. Cor. 7.
lium aũt do. Quantos ad uirginitatis culmẽ erexit beatus ille uirgo, quẽ diligebat Ie-
ſus, in uerbo quo ait: Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. uirgines enim Apoc. 14.
ſunt, & ſequũtur agnum quocunq; ierit. Et dux uirginum, uirgo Ieſus: Sunt q ſeipſos Mat. 19.
caſtrauerunt propter regnũ cælorum: qui põt capere, capiat. Bene igitur & ſmaragdus
inter ornamenta reginæ noſtræ reſplendet: qa mirandus cunctis gẽtibus uirginitatis
uiror, in ea etiam poſt partum ſingulariter uiret, & uiriditatis ſuæ nobiles radios per
omne ſeculum ſpargit. Ecce enim gratioſa & amabilis uirginitas illius prædicatur in
uniuerſo mundo, & multa millia utriuſq; ſexus, eius caſtitatis irradiãtur exemplis, cõ
tinentiam carnis uouentes tam illi q̃ uirgineæ proli eius. Bene itaq; pro his omnibus
ad eam conuertitur ſermo propheticus, quo dr̃: Omnis lapis precioſus operimentũ Iez. 28.
tuum. Quicqd enim precioſum, qcquid amabile illorum precioſitate ſignatur, totum in
illã diuinitus congeſtũ ẽ. Certe nec Salomõ in omni gloria ſua ueſtitus fuit operimẽ Matt. 6.
tis hmõi. Odor ueſtimẽtorum tuorum ò Maria, ſicut odor thuris. Optimi odoris incẽſum Cant. 4.
in cõſpectu altiſſimi ſunt præclaræ uirtutes tuæ, & ad deprecandam faciem eius effica
ciſſimæ. Quaſi libanus non inciſus, uaporaſti habitationem tuam. Tua qppe incorru-
pta integritas, totam domũ dñi optimæ famæ repleuit odoribus: & ad benedicendum
& orandũ deum, mentes incitat uniuerſorum. Sicut cinamomũ & balſamũ aromati- Ecci. 24.
zans odorem dediſti: ſicut myrrha electa dediſti odorem ſuauitatis. Cinamoni in hu-
militate, balſami in charitate, myrrhæ in caſtitate nobis ſpiras odorẽ. & idcirco curri- Cant. 1.
mus ò Maria poſt te, in ſuauitate unguentorum tuorũ. Adiuua currentes, trahe laſſos,
ſubleua lapſos, ut introeamus & nos tecum. Quaſi terebinthus extendiſti ramos tuos Ecci. 24.
ſuper latitudinẽ terræ: & ecce cõfugimus ad te, ut ſis nobis in umbraculũ diei ab æſtu,
& in ſecuritatẽ & in abſconſionẽ à turbine & à pluuia. Animaduertite & uidete cha-
riſſimi, quæ de huius reginæ gloria dicta ſunt. & manifeſtum habebitis, quæ ſint deli-
ciæ illius, quas in ea notat ſermo diuinus, dicens: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto,
delicijs affluens & innixa ſuper dilectum ſuum? Et quis eſt hic dilectus, niſi amantiſſi
mus filius eius? Forti & inflexibili baculo hanc inniti oportebat in ſua uenerabili ſene-
ctute, ad peragendum iter illud magnũ & arduum, ab hac ualle miſeriæ uſq; ad altiſ
ſima cælorum, quæ nemo penetrauerat præter unicum filium eius. Ipſe proculdubio 1. Tim. 6.
rex regum & dñs dñantiũ filius eius, cum multitudine cæleſtis exercitus exultanter il Apoc. 17. & 19.
li occurrit. baculum fidelem ſeipſum illi ſuppoſuit. portauit, à qua portatus eſt, matrẽ
plenam dierũ, plenam omni opulẽtia ſpirituali ſupra oẽm plenitudinẽ ſctõrum, uſq;
ad conſpectum throni in excelſo, & in ſolio ineffabilis gloriæ collocauit. Et ſic in Sion Ecci. 24.
firmata eſt, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieuit, & in Ieruſalem poteſtas eius.
Et radicauit in populo honorificato, & in partes dei eius hæreditas illius, & in pleni-
tudine ſanctorum detẽtio illius. O prædicanda toto mundo illius diei gaudia, quibus in
aduentu reginæ ſuæ lætificati ſunt uniuerſi ciues ſupernæ Ieruſalem, congratulantes fi
lio in tali matre, & matri in tali filio. Et qd mirum? Si gaudium eſt familiæ cuiuſlibet
puſilli hominis, in die quo ad nuptias ſponſam ſuam adducit: nunquid nõ eſſe debuit
gaudiũ ciuibus cæli, in die quo & regi illorum ſponſam ex ſponſis electam, ad nuptias du
cere: filiam inter filias dilectam, hæreditare: matrem inter mulieres benedictam, cõdi Luc. 1.
gne honorare cõplacuit? Ad introitum eius omnes tubæ cæleſtes inſonuerũt, & iubi- Iob. 38.
lauerunt omnes filij dei, & beatiſſimam prædicauerunt: collaudantes uictricẽ manũ
eius, quæ ceruicem ſupplantatoris antiqui potentiſſime humiliauit. Non ſic Eua, non Pſal. 1.
ſic: ſed tanq̃ puluis quem exufflauit ſerpens à facie paradiſi. Si ergo chariſſimi hãc glo Gene. 3.
rioſam dñam ueneratur & laudat, ſi in ea exultat beata angelorũ ſocietas: multo magis
pertinet ad nos exultare in ea, & omni honore, omni laude nomẽ eius exaltare. De no
bis enim exijt. noſtri generis gemma precioſa eſt: honor noſter per illam cõſummatus
eſt. Viles in conſpectu angelorum per uirum & fœminã facti ſumus à principio: ſed
ecce ſuper illos uterq; ſexus eleuatus eſt, uirilis in Chriſto, fœmineus in Maria. Iam &

uirum & fœminam uelut ſocios & conciues honorant, uidẽtes utriuſq; generis prin
Gene.1. cipem ſuper ſe. Contuentur ſupra ſe duo magna luminaria ex hominibus aſſumpta,
luminare maius & luminare minus, Ieſum & Mariam: quibus ſolem & lunam æqui-
Pſal.117. parari omnino indigniſſimum eſt. Exultemus igitur & lætemur in ea, quia omnium
1.Tim.2. noſtrum fidelis aduocata in cælis eſt. Mediator dei & hoĩm, filius eius eſt: mediatrix
Heb.4. filij ſui & hominum, ipſa. Sicut decet matrem miſericordiæ, miſericordiſſima eſt. &
Pſal.102. nouit compati infirmitatibus humanis, quia notum eſt ei figmentum noſtrum. Pro-
pter quod & interpellare pro nobis apud filium ſuum non ceſſat, ſi tamẽ noſipſos in-
iquitates noſtras deplorare uiderit ac deteſtari. Certe & ipſa pœnitentiam noſtram
ex multitudine miſericordiæ præuenit, & gladium filij ad percuſſionem extentũ con
tinet, orans & petens ut conuerſionem noſtram longanimiter expectet. Si enim non
tanta interceſſione mundus fulciretur, nimirũ iuſto dei iudicio ſubuerſus iam fuiſſet,
Gen.19. ſicut olim Sodoma & Gomorrha diuino igne perierunt & ſicut populus Iudaicus in
deſerto cæleſtibus plagis abſumptus eſt. Ecce enim eædem iniquitates quæ illis erant
cauſa perditionis, & multo ampliores per uniuerſum mundum multiplicatæ ſunt.
Quid ergo eſt propiciatrix hæc domina, niſi uelut nubes quædam ſuauiſſima, obum-
brans nobis à facie ſolis, ne nimia æſtuatione illius exuramur? Itaq; dilectiſſimi in ea
tam potenti, tam pia & tam fideli aduocata noſtra, toto corde gaudeamus: quæ nulli
digne poſtulanti auxilium negat, & pro nullo apud filium fruſtra interpellat. Gaude
amus inquam in illa, & dignis obſequijs, dignis laudibus cum illis ſacris angelorum
legionibus eam ueneremur, ac uultum eius deprecemur cum omnibus diuitibus cæ-
li. Quæ ſunt autem obſequia, quibus tãtam dominam digne poſſimus honorare? Hoc
certe illi gratiſſimum obſequium eſt, ut eius ſacratiſſimam uitam imitantes, amemus
quod amauit, & uitemus quod uitauit. Grata eſt illi caſtitatis pulchritudo, per quam
& ipſa in oculis altiſſimi gratioſa facta eſt. Hanc igitur pro illius & filij ſui reuerentia
in cordis noſtri ſuſcipiamus hoſpitio, & amplectamur decorem eius, & gratiam ma-
gnam in conſpectu eius inueniemus. Si eñ in immundities luxuriæ porcorum more
uolutemur, abominabiles erimus coram illa, & nihil dignum in conſpectu eius agere
poterimus. Dilecta eſt illi humilitatis modeſtia, propter quam ad ſumma honoris fa
ſtigia à domino exaltata eſt. Hanc illius prouocati exemplo amemus, & opere exer-
ceamus. & gratum illi præſtabimus obſequium. Si enim ſuperbiæ faſtu elatos nos
uiderit, placere illi in nullis actib⁹ noſtris ualebimus, apud quos regnat inimicus eius.
Precioſa eſt in conſpectu eius diuinæ charitatis flagrantia, quæ ſuper ſalutem & oẽm
pulchritudinem deum dilexiſſe cognoſcitur: et idcirco ſuper omnẽ creaturam à do-
mino dilecta eſt. Si ergo et in hoc ei conformes eſſe ſtuduerimus, ut toto deũ ac do-
minum noſtrum ſaluatorem, filium eius diligamus, in eo ipſo holocauſtum pingue
et ſuauiſſimi odoris in conſpectu eius offeremus, nec acceptius ei miniſterium unquã
exhibere poterimus. Si autem à charitate diuina uacui, et fraterno odio et inuidia ple
ni extiterimus: fruſtra in os noſtrum laudes eius aſſumemus, fruſtra in aliqua re obſe
quium illi præſtare conabimur. Ipſi fratres iudicate: Si ſeruus nudus, aut turpiter con
ſciſſis ueſtibus indutus, et ſordidas habens manus: coram pudica & ſeuera aliqua ma-
trona miniſtrare præſumpſerit, nonne abominabilis eſt illi? Nimirum auertet oculos
cum indignatione, ac dehoneſtari ſe arbitrabitur illius miniſterio magis q̃ honorari.
Quomodo ergo coram tremenda illa totius mundi domina, quam tota cæleſtis cu-
ria cum omni reuerentia honorat, iniquitatibus pleni apparere, feſtiuitatibus eius
intereſſe, & laudes eius pronunciare audemus: de qua certum eſt quod diligit iuſti-
Eccl.15. tiam, & odit iniquitatem? Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Placere non
poſſunt epulæ, quantumuis precioſæ, in ſordido uaſe oblatæ. Timeamus ne & no-
bis dicatur ab ea: Bene obtuliſti, ſed male diuiſiſti. Bene etenim illi offerimus, cum lau
des eius ſanctas pronunciamus: ſed male diuidimus, cum noſmetipſos per uitam ma-

ſam ab ea alienamus. Veruntamen quantumuis horrendæ ſint iniquitates noſtræ, nequaquam de miſericordia eius nobis deſperandum eſt, ſi in conſpectu eius noſmetipſos accuſare, & interuentum eius pœnitenti corde uoluerimus flagitare. Proculdubio uidebimus auxilium eius ſuper nos: quia multæ ſunt miſerationes eius, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus eã. Sit nomen eius benedictum in ſecula ſempiterna. Benedictus deus in multitudine miſericordiæ ſuæ, qui tam potentem, tam miſericordem, tam familiarem ſuæ maieſtati, nobis in ſuperna curia dedit aduocatam. Deo noſtro ſit iucunda decoraq; laudatio, in ſecula ſeculorum. AMEN.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



1- 3